83 Robert Russell
Christi : Oxon:

RICHAR-
DI SAMPSO-
NIS EPISCO-
pi Cicestr.

in priores quinquaginta psalmos
Dauiticos, familiaris expla-
natio, iam pri-
mũ ædita.

§

Londini in ædibus Thomæ
Bertheleti typis impress.
Cum priuilegio ad
imprimendum
solum.

∴

AD INVICTISSIMVM BENIGNISSIMVMQVE DOMINVM SVVM, HENRICVM OCTAVVM, Angliæ & Franciæ regem, Dominum Hiberniæ, Fidei defensorem, & sub Christo Anglicanæ ecclesiæ supremum caput, Richardus Sampson, Episcopus Cicestrensis, sacelliq; maiestatis suæ decanus.



OSTEA quàm pro singulari tua benignitate, & diuino amore in sacras literas inuictissime rex, ut hanc meã explanatiunculã in quinquaginta priores Dauiticos uereq; regios psal. tuæ regiæ maiestati mihi dedicare liceret, facile impetrauerim, timorem omnem sepofui, ut audatius ædam. Alias quidem non me præterit, in hac turbulentissima tempestate, quanto cũ discrimine publicassem. Neminem enim fugere potest, quàm sint nimis pauci, in hac nostra dolenda adhuc ætate, qui aut rei dignitatem aut indignitatẽ metiuntur, sed uel cæco plane affectu, quod a laude alienum est, ad nubes usq; attollunt, uel iniquo plane odio, malignoq; animo, quod candidũ, quodq; rectũ & honestũ est, denigrant deprimuntq;, ac uelut pedibus conculcant. Neq; sufficit omnis humana prudentia, in tanta rerũ animorũq; contentione, ut ea literis mandet quisquàm, quæ ex æquo nunc ferant homines. Tantum etenim abest, ut utriq; parti placere possit, qui nũc aut loquitur, aut scribit, ut nõnunq̃ utriq; parti displiceat, qui ueritati studet. Quis multos nimium non uidet, quibus gratum est aliud fere nihil, quàm quod sentiunt, aut cupiunt ipsi? Nonnullis uero tanta rerum omnium suspitio suborta est, ut anguem (quod aiunt) in omni herba latere metuant. Aliis autem tanta animo prauitas inest, ut quod rectum integrum, atq; syncerum est, deprauare studeant. Quis inter hęc optime princeps, tam inimica ueritati ingenia, aut gratus, aut tutus esse potest? Itaq; ad tuę regiæ maiestatis pedes confugio, hoc est, ad asylum & sacram ueritatis anchoram, eidemq; tuæ prudentissimæ maiestatis censuræ, hoc totum nostri quicquid est laboris, industriæ, aut operis, humilime cõmendo. Et si quidem in hoc opere nostro quicquàm est, quod aut erroris, aut ignorantiæ argui iure possit, & libenter id agnoscam, & pro tuæ singularis sapiẽtiæ, & eruditionis arbitrio, euestigio corrigam, aut retraham. Contra uero, si quisquàm est, qui aut calũniis urgere, aut cauillis, quod uerbo dei consonũ, quodq; honestũ est deprauare uelit, supplex tuam celsitudinem precor, ut humilem seruulum tuum benigne respicias, eiusq; iustam causam tuearis. Non enim me latet, q̃ recte, quantaq; cũ

maturitatē & prudentia, tam pro ingenii singulari dono, q̄ pro summa tua eruditione, quæ ad te referuntur, iudicabis omnia. Dignissimas uereq; heroicas tuas laudes nō attingam, cū neq; sit in præsentia locus, nec ea mihi dicendi copia est, qua pro dignitate referrem. Solent quidē alii maximi reges, a fortuna, a magnanimitate, a clementia, & id genus aliis, magnis quidē uoluminibus laudari. Tibi autē regū maxime, q̄ subiecta sit fortuna (si quę sit) perspicue indicant oīa quę tam eueniunt tibi prospera, ut fœlicius optari nihil possit. Sed fortunā nullam agnoscis christianissimæ princeps, qui oīa dei benignitati refers, illiq; de oībus gratias habes, agisq; assidue. Hinc, ab eo hūc tuā rarā, insignēq; animi magnanimitatē, qua constantissime ardua tam multa prudenter incepisti, & fœliciter perfecisti, accepisse agnoscis. Non te præterit per eum reges regnare, quorū gressus dirigit. Hic est qui animo tuo uere regio, cum eximia magnanimitate, insignē clemētiā coniūxit. Harū quidē uirtutū, pernecessaria coniunctio est. Efficit enim magnanimitas, ut dissipet impios sceleratosq; uiros rex sapiens. M̄ia autē & ueritas, custodiūt regē,

Prouer.20 & roboratur clementia thronus eius, inquit sap. Malis, terrori gladius est, ut a malo coherceantur, & ꝓbi in tuta pace uiuāt. Animi fortitudo, iniquas non fert iniurias. Quantū hęc uirtus in regio tuo animo ualeat, cū sint alia complura, quę satis demonstrent, tum illud hoc maxime indicat, quod cū terribili ROmano illo colosso, tam magnifice manus conseruisti. Ego quidē episcoporū minimus, si ꝑ eius mores liceret, episcopum, uenerabilēq; uirū lōge citius uocarē, ut quondā in ueteri ecclesia, episcopū, salutabat episcopus, q̄ aut colossum, aut alio ꝓfano nomine. Vtinā ita per gratiā, suos iamdiu nimis, priores plusq̄ improbos mores, ut ne addā impios, celeriter corrigere studeat, ne a colosso, monstrum uocetur. Monstrū recte uocant latini, uel quod insigniter a natura recedit, uel quod a naturali forma degenerat ualde. Et quid magis quęso a natura pii, hoc est christiani cuiusquàm uiri alienū est, q̄ uerbi dei contemptu inter christianos, impiā potestatē, ui plusq̄ tyrannica, uendicare, exigere, usurpare? Quid non ingentis mōnstri est, ab humili, in supbū, a miti, in crudelē, a pacifico, in disturbatorē, seditiosumq;, a pacis patre, in belli principē, a pio deniq; in impiū transmutari? Quis adeo cęcutit, ut hęc in RO. epis. perspicue nimis nō perspiciat, Christi insigni uicario. Est ne sperandū ut sint aliquādo filii lucis, quibus tam tenebrosus pater est? Quid loci habet Christi doctrina, apud hūc egregiū patrē? Pacem, charitatē, fraternā beneuolentiā exigit Christus. Hic autē si diis placet ille est, qui se Christi uicariū uocari iubet, qui ꝓ pace, undiq; discordiā, pro charitate, irā & odiū, pro fraterna beneuolētia, in christianos bellū,

homici-

Eliz 35 – 5 warton

homicidiaq; solicitat. Longe mea sententia qui his moribus est, satanę, qui (ut ait Christus) ab initio homicida erat, q̃ Christi uicario similior uidetur. Et strennue quidem promouet opera patris sui, contra tuā nūc maiestatē, tuāq; gentem anglicam, qui (ut ait Petrus) per omnes partes circuit, quęrens ut deuoret. Sed hactenus illius malignitati, Christi beneficio probe restitisti christianissime princeps, & certa fide in Christi auxilio, in illius ignominiam, & tuam perpetuā gloriam resistes. Deum etenim habes tuæ iustissimę causæ defensorem. Ille autem nihil minus quęrit in tua maiestate, q̃ ut, si aberrares, Christo te lucrifaciat, qui non alia causa in te insanit, q̃ quod eius superbiæ non pares, q̃ quod Christū diligis, & eius diuinum synceruma; uerbum, iam diu nimis, nimis obsoletum, apud tuam anglicam gentem restituere conaris. Hic est egregius ille, qui se Christi uicarium uocari tam ambigit, qui eos potissimū odio prosequitur, qui potissimū Christo, & eius uerbo fauent, uere belial, cui cum Christo, nulla cōuentio esse potest, inquit apost. Hic enim est qui iugum Christi reiicit, absq; iugo, peruersus, qui omnibus bonis legibus soluitur, qui uniuersali quantumuis sancto liberoq; concilio, non sinit se subiici, uere ut ascendat, altissimoq; sit similis. O lepidum caput. Hic est qui se uocat, & quidem gloriosæ, caput mundi. Et uere quidem illius mundi caput esse uidetur, qui Christum non agnouit, ut ait Ioan. Seipsum autem exinaniuit Christus, formam serui accipiens. Hic autem illi per omnia aduersatur, & extollitur supra omne quod dicitur deus, ita ut in templo dei sedeat, ostendens se tanq̃ sit deus. Caueat sibi episcopus rom. ne uere antichristū se esse doceat, qui tot nominibus Christo aduersatur. Hęc in rom. scripsi episcopum, neq; ut eum deprauem, nec ut tua maiestati præter æquum & honestum assentiam prudentissime rex, sed ut rem ipsam, ueritatemq; cuiuis lectori ostendam. Verius quidem nihil est, manifestius nihil, quàm quod pro inani gloria, ambitione, & auaritia tantum recessit ab episcopi sancta quauis functione, solo nomine rom. episcopus, quantum a profano sacrum, aut a cœlesti terrenū. Neq; non sui similes creaturas egregie plasmat, patrem ut sequatur sua proles. Egregius itaq; plastes creaturas pro libidine sibi fingit. Quid monstri finxit, fictūq; alit, de Polo illo anglico, monstrosa bellua, quæ usq; adeo degenerat, ut nefarius patrię proditor circumcurrat, populos, principes, reges solicitet, ut in regem & dominum suum, in gentem, natalemq; patriam, sæuissima e uestigio arma arripiant, ferro atq; flamma, adoriantur, diripiant, trucident, deuorent, funditus deleant. O solicitum dilectumq; fratrem, seu filium potius, dignū tali romano patre. O tenebrosum Polum, egregiū proditionis axem,

2.Corin.6

Ioan.1.

2.Tessal.2

 plane

plane incuruum, putridum, & ea mole quam agitat, dignum. O cardinem infernaliũ portarũ. Cuius autem hic filius est, indicant eius opera, Christi testimonio. Deus autem non doli, sed ueritatis deus est, non proditionis, sed fidei, & honestatis, nõ contentionis, sed pacis, non odii, sed dilectionis. Quis hunc Polum Christo, qui humilitatem, pacem, & charitatem per omnia docet, fœcium aduersarium esse non perspicit? qui ut non ferendam superbiam tueatur, ac promoueat, a suo uere domino transfuga defecit, bellum ea sola causa solicitat, iram, odium, omnesq; furias excitat, uere acherontis, & noctis filius alecto, qui natus est, ut nunq̃ desinat noxia inferre mortalibus? Quis principum potest non execrare hunc suæ patriæ proditorem, nisi qui tam supinus est, ut proditionis pernitiem non sentiat? Quid enim tam exitiosum aliud est principibus, quàm proditionis malum? Animo itaq; conueniant reges & principes omnes, tutissimũ ipsis consilium est, ut omnem proditionis speciem odio cum primis habeant, nulli proditori aures adhibeant, ne aliquando eos eadem pœna afficiat deus. Sed ii sunt legati, qui ab ipso latere, a uentre, a corde ROM. episcopi euomuntur, ut furoris, & dissentionis exitiosa semina apud christianos dispergant. Nihil enim tam timet hic pater cũ suis dilectis filiis, quàm pacem, & christianorum concordiam. Si enim amice conuenirent reges & populi principes, quos iam diu nimis in eorum ignominiam suis pedibus hic pater subiectos habuit, callide perspicit, eos ad ingenium aliquando redituros, ut pudore afficiantur, qui omnes, cum sint illi uere principes totiusq; populi reges & domini, se tam diu passi sunt, unius episcopi dominio parere usqueadeo, ut ab eius solius improba uoluntate, pendeat omnis regiæ dignitatis status. Eam illi gratiam optarem, ut quemadmodum iam diu nimis non modo principatum regnumq; plusquàm prophanum tam in omnes alios episcopos, quàm etiam in omnes reges & populi principes intolerando fastu arrogauerit, ita nunc in promouendo uerbo dei solicite præ cæteris tandem omnibus, hunc pium & diuinum primatum exercere studeat, ut sit aliis & huius solicitudinis, & totius humilitatis, atq; pietatis egregium exemplar. Sed hæc (ut ad tuam maiestatem aliquando reuertar) non faciet unquàm inuictissime princeps, nisi me decipiat omnis coniectura, priusquàm iusto regum iuditio adigatur. Huic rei, & regiam & ualidã hactenus apposuisti manum optime princeps. Perge ergo in dei gloriam ut cœpisti. Auferetur tandem, dei beneficio, uelamen ab oculis aliorũ principum, ut ipsi quoq; amplius non cæcutiant. Ego quidem episcoporum minimus percupio, ut ab episcoporum ordine, tollantur superbiæ, ambitiones,

auaritiæ,

auaritiæ, quæ reip. christianæ plurimũ nocuerunt, non amplius ferenda scandala. De huius tui animi fortitudine & firma constantia potentissime rex in hoc proferendo negotio, dignas laudes afferre nemo potest. Hanc plane tuam constantiam efficit amor ille christiano principe dignissimus, ut sanctum syncerũq; uerbum dei restituas. Eo enim desiderio flagras maxime.

Præsentem itaq; operam nostram in priores quinquaginta regios Dauiticos psal. tibi christianissimo regi offerimus, quam supplex benigne accipe, & supplicem tuum a malignis defende. Ornauit te bonitas dei, & eximia prudentia, & singulari eruditione. Vere cum sapiente intelligis, meliorem esse sapientiam, q̃ uires, & uiri prudentiam, q̃ corporis fortitudinem. Vtrôq; decorauit te benignus deus, plane ut illi in eius gloriã inseruias. Superest ut qui tuæ subiicimur ditioni omnes, ut longos tibi faciat deus in hac uita dies tuos assidue oremus, teq; populo tuo conseruet, ut & prudentia & bonitate tua, hic diu fruamur clementissime rex, & te post hãc mortalẽ uitam, inter primarios cœlestes ciues perpetuo te constituat benigna dei misericordia.

¶Index huius libri.

A.

Ad deum

Cur

E.

Ecclesię

F.

N.

Orare

Præscien-

Q.

Quomodo

R.

S.

Sabbatum

Vtiliora

FINIS.

RICHARDVS SAMPSON
EPISCOPVS CICESTR.
christiano lectori.



VM NON ME LATEAT, lectores omnes eiusdem non esse saliuæ, nec (in hac potissimum tempestate nostra) eodem animo, aliena opera à multis lectitata, amice, proq; fraterna charitate unumquemq; rogo, ut non aliter hæc nostra qualiacunq; legat, quàm ab aliis cupiat, uelitq; sua legi, neue a proximi dilectione, quam tantopere mandat in utroq; testamento uerbum dei, excidat christianus animus. Sacra quidem res est in qua uersamur, ipsa doctrina dei, ipsa uox dei est, omni qua fieri possit, humilitate & ueneratione tractanda, cum deum uelut præsentem, & in eius uerbo loquentem audiamus. Absit igitur omnis arrogantia, omnis inuidia, omnis animi malignitas, & solicitudinem nostram, sanctũq; conatum boni consulat, quisquis legit, si autem per inscientiam aliquando non tam, aut perite, aut diserte, locum aliquem tractauerimus, pro lectoris expectatione, quàm ipse exigeret, ferat quęso humanam innatamq; ignorantiam. Me quidem a probis omnibus hoc impetraturum nihil diffido, ut grato animo hanc nostram operam accipiant, qui pro mensura doni, tam aliis quàm mihimet prodesse cupiam. Nusquàm etenim uberiores diuini uerbi fructus, quàm in hoc propheta reperiuntur. Non itaq; aberraret mea sententia, qui hunc psalmorum librum, totius sacræ scripturæ pandectam uocaret. Est etenim hortus quidam dilitiarum, (inquit Athanasius) in quo dulcissimas cantiones, de uniuersis rebus quæ passim in sacris aliis literis traduntur, reperire licet. Neq; non est præcipua psalmorum gratia, ad præparandum, ad docendum, ad excitandum, confirmandumq; christianum animũ, in omni ueritate, & uirtute. Neq; ullus est animi salutaris affectus, quem non tam uerbis, quàm suo exemplo mire doceat. Dei cum primis cognitionem, Christi redemptoris beneficium, fidẽq; in eum necessariam ad iustificationem, & peccatorum remissionem, sanctam uitam, operaq; iusto uiro digna, bonorumq; operum in recta fide amplas remunerationes, declinationem a malo, solicitudinem in bono, peccatorũ fœditatem, terrorem, pœnam, sed & pœnitentiam, consolationem in benignitate dei, fiduciam remissionis & gratiæ pœnitenti, & misericordiam certa fide petenti, æternam deniq; futurã gloriam, hęc inquàm omnia tam abunde docet, ut in eo, coniunctum cum ueteri testamẽto, euangelium dicas. Sed frustra conor huius prophetæ ineffabiles laudes

 canere,

canere, quæ omnem humanam uocem longe uincunt. Hic enim est regius ille propheta, de quo hæc scripta sunt. Virum (inquit deus) elegi secundū cor meum. Hic est, qui de pastore, illico factus est inuictissimus miles, de milite, omnium sanctissimus propheta atq; rex, omniū haud dubiē prophetarum, imperatorum regumq; pręstantissimus, natura & moribus modestissimus, spiritu pauper & mitis, & ab omni superbia alienissimus. In exequendis uero mandatis dei, uirili mente pręditus, magnanimus pariter & comis erat, qui cum simplicitate, diuinam cœlitus datam prudentiam, coniunxit. Saluberrimas itaq; doctrinas huius prophetæ, & reges & priuati, & principes, & populus, & milites, & a bellis quieti, & docti & rudes, & agricolæ & nautæ, & senes & adolescentes, & uiri deniq; omnes & mulieres, tam domi quàm peregre, tam in ecclesiis, quàm in foro, has inquam huius prophetæ saluberrimas doctrinas discant solicite, quæ plus piis omnibus necessariæ sunt, quàm aut lucis, aut ignis, aut aquæ, aut terræ usus, quæ corpori consulunt, hæ autem cœlestes eruditiones immortalem animam, sanctissimis institutionibus saginant.

Huius doctrinæ mira suauitas, per gratiam (ut spero) ad hanc me traxit solicitudinem, ut totis incumberē uiribus. Testis mihi deus est, quod neq; ostentationis, nec inanis gloriæ causa, factum est quicquàm a me, quicquid in hac re fecerim. In psalmorum quidem lectione, uel ab ineunte, in hūc usq; diem delectatus sum ualde. Cum enim non admodum literis, sed parum utilibus aliis exercitiis, ut illa tulit tum ætas, deditus essem, in hac lectione diuturnius uersari, non me tedebat. Mihi etenim suauius nihil tum uidebatur, quàm in hac lectione fallere tempus. Itaq; & sic indies creuit huius rei amor, ut irrepserit nescio quo pacto, mihi tandum in animū uoluntas, aliquando si per negotia liceret, omnem solicitudinem in psalmos conferre, & eorum diuinū sensum, diligentius exquirere. Cuius rei desiderio, diu afficiebar. Tandem in manum dexteram, mihi nescio quid morbi contigit, qui chirurgorum lata nimis incuria, me sesquiannū circiter, domi coegit latere. Interim otii satis dabatur. Et quantumuis cum morbo parum conueniret literarum studium, contra morbi tamen acerbitatē nimiam, hanc literarum uoluptatem, dissuadentibus quantūuis medicis, negligere nolui. Cœpi igitur & progressus sum ad quinquaginta priores psalmos, tertiam psalmorum partem, ut a septuaginta numerantur, quos nunc ædidi, eo plane consilio, ut mihimet cum primis consulerem. Qui enim studiose docet, non potest plurimum non discere. De reliquis autem psalmis, nihil polliceor, quámuis non imparatos, alios nonnullos habeam. Ingenue

genue fateor, me plurimum laboris in his paucis quos nunc produco psalmos, sustinuisse, nullumq; prope psalmum fuisse, in quo non eruditionis exiguitatem, ingeniiq; mei tarditatem, propter latentem arcanamq; diuinam sapientiam usq;adeo sensi, ut desperare nonnunquàm cœperim. Restiti fateor quidem sępissime, hęsi uelut in tenacissimo luto, propter abstrusos illos sensus, ad quos attingere non ualui, timens ne ab incœpto me abiiceret, alta rerum obscuritas. Sed humano quidem omni sensu ablegato, deum & supplex & frequenter rogabam, ut mihi loci ianuam aperire dignaretur. Non enim oblitus sum, ut ab eo intellectum requirerem, qui claudit, & præter eum nemo aperit. Non id quidem aio, ut psalmorũ germanum sensum præter alios mihi arrogem attulisse. Non enim usq;adeo meipsum nescio. Me tamen studium & conatus omnes abhibuisse fateor, ut ipsissimum maxime sensum afferrem, qui ad sanctos mores hominũ componendos, maxime conduceret. Quantum ergo licuit, in plærisq; psalmis, moralem sensum explicui. Vt omnem uero psalmum cohęrentem, sensumq; sensui in eodem psalmo non alienum ab alio, sed germanum probeq; coniunctum & connexum efficerem, aliquid laboris insumpsi. Eo quidem explanationis ordine, apertiorem sensum fore putabam. Est enim unica cantio, unusquisq; psalmus, in quo licet uaria tractentur, non tamen aliena, sed per concinnam quidem transitionem, adiicitur priori sententiæ, quod additur aptissime, uel occasione sumpta, uel præsentaneo spiritus afflatu. In hoc itaq; arduo quidem opere, quoties per inscientiam aut forte incuriam, a uero illo optato scopo aberrauerim, ignoscat quęso eruditus lector illi, qui paratus est, a quouis probo uiro doceri, corrigere, retrahere, delere si uideatur, paratus est. Nolim contra uerbum dei quicquàm. Ab omni impietatis specie abhorreo. Magis autem impium nihil est, quàm quod uerbo dei aduersatur, cuius multi nimis modo sunt inimici. Hinc dissentiones, hinc odia, hinc bella. Quorum omnium malorum fundus est, insignis ille Rom. episcopus, cuius nunc impiam illã potestatem, quã sibi per tyrannidem uendicat contra uerbum dei, pluribus incusarem, si res non esset omnibus perspicua, quantumuis per omnes quas potest fœdas quidem adulationes, assentatur illi Albertus Campensis, seu uerius quod illius Alberti nomine, clientum omnium collatis uiribus, sub hierarchiæ ecclesiasticæ titulo diuulgatur. O bonas multas horas, in re pessima consumptas. Quid enim peius, quàm omnes uires adhibere, ad extinguendam ueritatem uerbi dei? Sed ueritas domini deiectis omnibus inimicis, manebit in æternum, quia plantatio, quàm non plantauit pater cœlestis, eradicabitur.

Illi autem assentatores omnes, suam mercedem ab eorum patre ROM. episcopo, receperunt, male meriti de deo, nisi resipiscant, qui transfugę aduersus eum, ad ROM. episcopi partes defecerunt. O eximium Christi uicarium, qui ut hanc impiam potestatem tueatur, in uere christianum populum, furit, insanit, debacchatur. Quid non plusquàm insanit, qui cum se Christi uicarium uocet, per fas & nefas, ut omnibus dominetur, ut omnia regna mūdi sub illius intollerabili iugo deprimat, cœlum armis (ut aiunt) territare satagit. Qui autem hoc tyrannicum imperium ferre nolunt, circuit querens ut eos omnes, uel turcis ipso turca pestilentior, in prædam dedat, utq; de terra eradat prorsus. Sic ne, si illi fuisset terrena potestas quantumuis parata, gladium euaginasset Petrus, qui a domino iussus est, ut in uaginam reponeret? Sic ne Paulus ui armata, ad fidem adegisset gentes? Sese uere sic prodit ROM. episcopus, ut cuius uices gerat, nesciat nemo, qui tam aperte omnē doctrinam Christi reiicit, atq; contemnit, qui sanguinem christianorum sitit uir sanguinum. Desinat suam nimis diu solitam impietatem, derelinquat furorem, abhorrendam illam ambitionem abiiciat, ut sit humilis minister, Christi consilio, seu uerius præcepto, agnoscat suum gradum, fugiat ab antichristi officio. Non amplius in malicia glorietur. Non suā, sed Christi gloriam quęrat. Verbo dei se subditum doceat. Perspiciat christianus populus aliquando, hunc non ambitiosum, sed diuitiarum, & inanis gloriæ contemptorem, non superbum, sed humilem, non tyrannum, sed episcopum esse, hoc est, solicitum in omni humilitate, Christi ministrum, pacis, concordiæ, atq; charitatis patronum. Sed hæc ridebit noster ROM. maximinus, cuius apud gentes grauis erat superbia, quod manus & pedes, senatoribus osculandos preberet. Amplius itaq; non arguam, ne mihimet iniuriam faciā, ut ait sap. Prouerb. 9. Frustra etenim laborat, qui uerbum sapientiæ inculcare nititur ei, qui audire contemnit, inquit Hiero. Hunc itaq; suæ nequitiæ relinquamus, quē uindex deus, interficiet spiritu oris sui, & ad nostrū prophetam reuertamur.

Non uisum est hic morari in his rebus explicandis, sit ne proprius beati Dauid hic psalmorum liber, & ab eo compositi psalmi omnes, quid psalterium, quid psalmns, quid diapsalma, seu cela, quid canticum, hymnus, confessio, & id genus alia, cum in psalmorum explanatione dixerimus. Esdram, seu ut alii sentiunt, Ezechiam, in unum psalmos collegisse fertur, non eo quo primum conscripti sunt ordine, cum per iudæorum, ignauam incuriam, qui omnia sua sacra negligebant, dispersi iacerent psalmi. Eo ita q; ordine quo reperti sunt, non temporis ratione, quo confecti sunt habita, sed quo inuenti, in publicum ædebantur,

bantur, concinne tamen ad legentium utilitatē. Id quod indicant priores psalmi, qui incipiunt a beato uiro, quem docet ab impietate & a peccato fugere, atq; omnem uoluntatem in lege domini seruanda constituere. Veritatis item inimicos neutiquàm timere docet, psal. 2. cum habeant beati omnes regem Christum absoluta potestate præditum, cui omnem potestatem dedit deus pater, qui & suos in oportuno tempore defendit, & eos suæ hęreditatis participes fore promittit. Hanc piorum defensionem docet abūde psalmus tertius. Neq; non & dei bonitatem ad piorum preces exaudiendas, in quarto psalmo facile reperies. Sic enim & absq; ordine, utilissimo tamen ordine spiritus sancti auxilio, congestos Dauidis psalmos habemus, non fortuito, sed dispensatione diuina.

Primū ab hebraico in gręcam linguam, Ptolomei philadelphi iussu, a septuaginta, ut narrat Iosephus, libro antiq. 12. translati sunt psalmi. Secundo transtulit aquila synopensis græcus e ponto, & Hierosolimis baptizatus, sed spreto baptismate, iudæis postea se adiunxit hæc facta erat translatio. 330. circiter annos, imperante Adriano, post priorē. 70. translationem. Fertur per inuidiam in christianos, eum multa corrupisse. Tertia fuit Symmachi samaritani translatio, qui etiam a Christi fide defecit, sub Seuero imperatore, atq; ut iudæis placeret, quæ ad Christum maxime pertinerent, maligne peruertebat, ad sex & quinquaginta annos, post aquilæ æditionem. Quarta erat translatio, Theodotionis ephesii, marcionis hęresi infectus, qui propriam interpretationem ædidit, sub imperatore Cōmodo. Quinta interpretatio, certum non habet auctorem, quam inuentam ferūt in Hyerico, dolio opertam, Caracalla imperatore. Sexta quoq; sine auctoris nomine, reperta est Nicopoli, Alexandro mamea imperante. Septimam, Lucianum quendam heremitam & martyrē, pium atq; eruditum uirum, diligentissime magnoq; cū labore, uisis aliis omnibus interpretationibus, christianis tradidisse fertur, quæ cum. 70. consentit, ea reprobantem, quę ab aliis deprauata erant. Hanc eius manu conscriptam, & in quadā turre apud Nicomediam, repertā esse traditur, sub magno imperatore Constantino, post ingentem a Dioclesiano & Maximino factam persecutionem.

Ex hebręo in latinam linguam, tres præcipuas interprætationes habemus, quarū prima est. D. Hieronymi. Aliæ quidem ab eruditis illis uiris nostra ętate, Felice, & Pagnino. Quibus magnas ego gratias habeo, qui me non parum sępe iuuarunt, ad assequendum (ut mihi uisum est) quorundam psalmorum genuinum sensum. Nec Felino, quisquis est uel Bucerus, uel alius quispiam ingratus ero, ut non habeam gratias, qui

tam

tam per interpretationem, quàm per explicatam psalmi historiam, suppetias mihi tulit.

Explanationem in psalmos ideo uocamus, quia totius nostræ uoluntatis hic scopus est, & omni studio hoc maxime conamur, ut perspicuũ psalmorum sensum, non tam eruditis, quàm rudioribus relinquamus. Hinc prolixiores nonnunq̃ eruditis uidebimur. Repetimus quidem, & sæpe in eodem loco de industria immoramur, ut his qui tardiori sunt ingenio, parumq; aut in lingua latina periti, aut in sacris literis exercitati, prospiciamus. Ad hos maxime scribimus, cum ab aliis doceri equidẽ ego cupiam. Hunc itaq; pium nostrũ conatũ, ut doceantur indocti, probabunt haud dubie omnes, quibus cum doctrina, pietas coniuncta est. Præter explanationem adiecimus quoq; nonnulla, quæ mea sententia plurimum ad perspicuitatẽ conducunt, & lectori occasionem insinuant, de rebus aliis non inutilibus meditãdi. Studiose, familiari, perspicuoq; sermone usi sumus, ne hęreret lector, neue explanatore, egeret explanator. Quæ autem docemus, ea qua possumus industria, sacro uerbo roboramus. A priscorum sanctorũ patrum, aut in sacras literas interpretatione, aut a uetere eorũ unanimitate, confirmataq; sententia, sciens non dissentio. Posteriores uero & recentiores, cum eorum dialectica absq; uerbo dei, non tam paruifacio, quàm refugio. Christianorũ utilitatem unice opto, in dei gloriam & honorem. Amen.

Sed nunc uisum est tempus, ut regium & diuinum nostrum psaltem suauiter canentem audiamus, ne sermonis prolixiori molestia, auidum piumq; lectorem, a cœlesti cum primis eruditione, differamus.

Vale.

RICHARDI SAMPSONIS Episcopi Cicestreñ. in psalmos Dauid, explanatio.

Psalmus Dauid primus.

In summa.

Beati uiri descriptionem, et cui comparatur, pariter et de impio peccatore tantundẽ, deq; utriusq; pœna, & gloria, docet hic psalmus.

Explanatio.



Beatus uir. Suum uaticinium diuinus, regiusq; propheta Dauid, incepit á beato uiro. Mortales etenim omnes docet, in suis hymnis & psalmis, quibusnam semitis ad ueram beatitudinem (diuinæ gratiæ auxilio,) peruenitur. Hoc præstat doctrina uerbi dei, per fidem, spem, & charitatem, quibus declinatur á malo, & excitamur ad bonum. Dignum nempe principium tanto propheta. Quem non attentũ efficit, non beneuolum, non adsiduum auditorẽ, qui ueram, certam, solidamq; beatitudinem docet! Quis tam immanis, tam agrestis, tam alienus est ab humana omni ratione qui nolit esse beatus! Hãc beatitudinẽ, prorsus ignorabat omnis humana sapientia, cum id plane ignoraret, quo solo beati fuissent homines, uerũ scilicet deum, eiusq; uoluntatem, & ueram doctrinã. Qui docet beatum esse uirum, itidem & beatam fœminam esse docet. Non est enim apud deum sexus discrimen, siue de innocẽtia, & beatitudine siue de peccato aut infœlicitate, sentias. Sine personarũ acceptione, idem deus est omnibus, & in premio, & in pœna. Vir igitur beatus est,

Attentum reddit lectorem.

Vir in sacra scriptura, fœminã complectitur.

Qui non abiit in cõsilio impiorũ.

Sed ab eorũ sodalitate fugit, abhorret, & se abstinet. Nihil tam nocet innocẽtię, q̃ impiorũ consuetudo. Impius uero is est, qui ingratus est erga deum optimum, de deo aut non recte sentit, aut iniqtate delectatur. Impietas (inquit Hiero. aduersus Pelagium. li. 1. to. 3.) ad eos pertinet, qui uel noticiam dei non habent, uel cognitam, transgreßione mutarũt. Cum impijs igitur abire noli. In impiorum quidem consilium abire, non aliud est, q̃ ad impios accedere, adesse eorum cõsilijs, eorũ doctrinis aurem adhibere, moribus delectari, á rebus q̃libet turpibus apud eos assuetis, non abhorrere, probos & sanctos uiros deserere, eorum conuictum, & consuetudinem fugere. Qui uult ergo beatus esse, abstineat prorsus ab hoc malorum cõmercio, ne diaboli astuta calliditas, tam impij consilij, tam impiæ sodalitatis, fœdum aliquod uestigium christiano pectori inserat. Sic plané cũ primis pium uirum docet propheta, & cito impiorũ sodalitatem deserere, & longe a malis occasionibus fugere, vt facilius, et tutius beatus euadat. Qui etenim cum impijs uersatur, e milibus uix unus euadit, qui non eorũ impietate corrumpitur. Picem namq; tangens, haud non coinquinabitur ab ea. Qui enim cõmunicauerit superbo, induet superbiam. Non igitur modo abstinendum est a malo, sed ab omni eius specie, ab omni medio, quod illicere, aut inescare posset. Hinc admonet Sap. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorũ. Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum uia, fuge ab ea, nec transeas per eam, declina, & desere eam. Hactenus ille. Frequens etenim malorum commercium, & peruersorum sodalitas, omnem bonam indolem inuertit. Cum sancto enim sanctus eris, cum peruerso peruerteris. In hanc sententiã ait Chrisosto. Bonus malo, si connectitur, aut pares redduntur, aut cito ab inuicem separantur. Aut enim parem querit, aut parem facit sodalitas. Nam herebit (inquit Seneca) tibi auaritia, q̃diu auaro conuixeris, & incendũt libidines, adulterorum sodalitia. Nolite ergo esse participes eorum, inquit apost. Rerum quidem natura sic est, (vt ait Chrisost.) quoties bonus malo coniungitur, vt non malo per bonum tam facile medeatur, q̃

Impius qs. Hierony.

In impiorum consiliũ abire.

Occasio fugiẽda.

Ecclesi.13.

Prouer.1.

Periculosa impiorũ sodalitas.

Psal.17.

Ephes.5.

per malum contaminatur bonus. Est enim corrupta nostra natura, pronior in malum. Solicitat itaq; multos societas nephanda, cũ in omnibus peccatis, tum in libidinis peccato maxime. Hinc admonet apostolus. Fugite fornicationem. De qua re pluribus tractat. D. Aug. in opere de honestate mulierũ, to. 9 Adde si lubeat, quae praeterea dicemus, in psalmo. 17. Beatus igitur uir, qui non sic abijt in consilio impiorum.

1. Cori 6.

August.

Psal 17.

Et in uia peccatorum non stetit.

Nõ demoratus est. Quod ait in uia peccatorũ. &c. idẽ est, quod in consilio, in conuersatione, in uestigijs peccatorũ. Quãdiu uersamur in hoc sęculo, in uia sumus uere pegrini, in labore, in militia, uincendi cura soliciti, si p gratiã, spũ uiuere cupiamus. Huius ergo uiae duae sunt species, Altera, quae ad uitã ducit, & illa quidem angusta, & carni aspera uia est, Altera peccatorũ uia, quae ducit ad mortem, nimis lata, carniq; suauis, delectationis amplissimos habẽs campos, uoluptatisq; infinitas semitas, quae ducunt in mortis praecipitium. Hanc duplicem uiam indicat propheta, in psal. 138. Sed cum sit tam dura, & tam angusta illa uitae uia, cur ait Christus, iugum suum suaue esse, & onus suum leue? Aspera (inquit Christus. in. 3. contione de Lazaro) censetur, propter acerbas afflictiones, quas iusti patiantur necesse est, qui pie in Christo uiuere uolunt, ut ait apost. Pijs tamen ipsis, qui spiritu ambulant, gaudentes pro Christi nomine contumelias & afflictiones, omnes, patiuntur, lucrumq; uidetur, & illis suaue. Lege. D. August. in suo sermone. 9. sup his uerbis. Venite ad me omnes. &c. Asperam uero hanc uiam indicat caro, postq̃, quae huius mundi suauiora uidentur, deserere oportet animi affectu, neq; per huius saeculi latos illos uoluptatis campos, ambulare quouis modo licet. Hinc monet Christus. Si quis uult uenire post me, abneget semetipsum & tollat crucem suam, & sequatur me cotidie, hoc est, uoluntatem suam abijciat, suam carnem non sequatur, ueterem hominem exuat, nouum induat, carnis concupiscentiã fugiat, desinat esse quod prius erat, incipiat esse quod prius non erat se totũ deniq; deo committat. Qui hoc modo se deo cõmittunt, inuenient requiem animabus suis, inquit Math. De spiritu metentes, uitam aeternam, inquit apost. Beatus igitur, qui in illa lata uia non abijt, & si aliquando abierit, non tamen stetit, non diu in ea manserit. Hoc est, in ea uia stare, non solum a bonis iam declinare, eorum cõmercium fugere, impiorum sodalitate delectari, sed etiam cum illis demorari longius, sodalitatem inire, uersari plurimum, id quod pernitiosum est. Nam sectatio malorum preparat mortem, inquit Sap. Est itaq; beatus, qui non stetit in uia peccatorum.

Duplex uiuẽdi via. Math. 11.

Psal. 138.

Vitae via quãdo aspera, qñ leuis.

2 Timo. 3. ad Phil. 1.

Luc 9. Abnegare se semet ipsum.

Math. 11. ad Gal. 6.

Prouer. 11

Et in cathedra pestilentię nõ sedit.

Hoc enim tertiũ est, quod prorsus in impietatem praecipitat. Magis quidem est sedere cum impijs, q̃ stare. Qui enim cum illis sedet iam plane moribus eorum capi, et socius effici uidetur, cum illisq; in eadem impietatis sede collocari. Hinc pestilentiae cathedram uocat, quod totum hominẽ inficiat. Vix enim ut in pestis morbo euadit unus, ex millibus, qui malignorum consuetudine non corrumpitur. Sedet quoq; in pestilentiae cathedra, qui male preest, qui impie docet, qui iniuste iudicat. Non locus est pestilens sed pestilentem efficit qui preest. Inficit enim christianum animũ mala doctrina, nõ minus q̃ pestilentiae morbus humanum corpus, serpitq; a uiro in uirum, duce diabolo humani generis inimico. Hinc pestilentiae cathedram uocat. Neq; non uehementer inficiunt mali mores, pernitiosa exẽpla eius potissimũ qui preest. Quicunq; etenim praeest, ut lumen super candelabrũ, ut ciuitas in monte posita constitutus, omnibus quibus preest, uere scopus, uere exemplar est. Qualis ergo rex, talis populus, qualis pastor, talis grex, & qualis rector ciuitatis, tales inhabitantes in ea. Regem intelligo, quisquis preest, qui populi cus-

Sedere cum impijs.

Qui sedent dicuntur in pestilentię cathedra.

Serpit mala doctrina.

Magistratus, subditorum exemplar. Math. 5. Eccles. 10.

Rex.

tam

tam habet in quouis magistratu, cuiuscunq; cõditionis, aut status est, qui sibi subditos ita regere tenetur, ut eos tum doctrina, tum exemplo, salubriter pascat. Cũ ad omnes (inq̃) magistratus hoc pertineat, tum ad Episcopos, & uerbi ministros potissimũ, quos decet, & cum primis expedit, & probitate, & innocentia, & doctrina præditos esse. Sed digressus cathedrę pestilentię causa, ad prophetã redeo. Prętérito tẽpore usus est propheta, illum beatũ uirũ esse docens, qui non abijt, qui non stetit, non sedit cum impijs, ut doceat eum tunc esse beatũ uirum, cui functa huius uitæ peregrinatione imputari non potest, quod abierit, & steterit, aut sederit, hoc est, permanserit, cũ impijs, & peccatoribus. Prius enim tuta, & certa non est beatitudo, q̃ ad uitæ finẽ peruenitur. Sui namq; incertus est omnis homo, q̃diu hanc fragilem carnem incolit anima. Certa namq; uictori laus neutiq̃ est, nisi de uictoria triumphum agẽti. Orat itaq; in alio psal. ne in finem usq; differatur resipiscendi gratia, ne exaltetur inimicus. Declina igitur a malo, & ab omni specie mali, & fac bonum. Dic ex animo, Odiui ecclesiam malignantium, & cum impijs non sedebo. Non se delectet impiorum sodalitate, qui beatitudinem optat.

Beatitudo post exitũ uitę certa.

Psal. 12.

Sed in lege domini uoluntas eius.

sup. uersabitur, & delectabit se, quæ docet a prioribus cauere abhorrereq;. Docet enĩ lex domini fidẽ, innocentiã, &c. docet ĩtelligere sup senes, & super oẽs docẽtes, uere lucerna pedibus. In lege itaq; domini uersari, summũ est, & unicum homini christiano beatæ uitæ præsidiũ. Docet enim quę optanda, quę imitanda, quęq; fugienda sunt. Docet fidem, & spem in deo habenda, & charitatem erga proximũ solicite exercendam. Docet, ne uiribus nostris fidamus, ut omnia tribuamus deo, ut ab ipso, & petamus, & expectemus omnia. Habeamus ergo uoluntatem in lege dei, ut discamus quæ sit uolũtas dei. Lex humana ad uoluntatẽ non attingit. Hinc docet, cogitationis pœnam neminẽ mereri. Sic externa docet, ut non alia q̃ externa iudicet. Internam uoluntatem nescit. Lex dei, quæ spiritualis est, spiritum perscrutatur, uoluntatem affectum, fidem exigit. Sicut concupiscentiam, prauumq; affectum punit, sic et synceram uoluntatem beneficio afficit deus. Externa quoq; opera, docet & postulat, ne ociosa sit bona uoluntas. Peccatum docet, & prohibet, ut quæ mala sunt fugiamus. Nullus ergo christiano nomine dignus, non solicitus erit, ut legem dei discat, uel assidua lectione, uel diligenti auditu, uel utroq;. Aequum itaq; esse puto, neminem a legis diuinæ lectione (cũ ad omnes et singulos pertineat eius doctrina) prohiberi. Sed ab eo qui legit, hæc duo exigit deus, humilitatem, & fidem scilicet. Verbũ dei legere ad contentionem impiũ est, ad ædificationem pijssimum. Qui uero cupit esse beatus, illi erit assidua uoluntas in lege domini.

Psal. 118.

Verbi dei doctrina.

Int. huma næ et diuinæ legẽ.

Legis diuinę summa.

A lectione uerbi dei; nemo prohibendus.

Et in lege eius meditabitur die ac nocte.

Illud namq; est, quod in legem dei uoluntatem adauget, perficitq; per gratiam, continue in ea scilicet uersari, & meditari, eam solicite legere, audire, de ea sic cogitare, ut quicquid agimus, illud in dei nomine agamus, neue quicq̃ agamus, quod lex dei prohibet. Ea etenim docet lex dei, quæ beatum efficiunt, ea prohibet, quæ beatitudinem impediunt. Sit igitur nostra meditatio die ac nocte, continue, in lege dei. Id quod facile fiet, si obsequiosam uoluntatem, & debitum amorẽ erga deum habuerimus. Tum enim studiosi erimus, ut eius uoluntatem et discamus, & faciamus. Nostra quidem sponte, & sine fastidio, in eam partem currimus, & in ea re assidue uersamur, quæ nos ualde delectat. Qui ergo deum diligit, meditabitur in lege eius assidue, continuaq; animi cogitatione, siue loquatur, siue agat quicq̃, ut deo placere discat. Hominẽ plane retinet per gratiã lex dei, in recta uia ueritatis, neq; animũ

Vtilis meditatio in lege dei.

finit alio trahi uel si trahatur, ut cito resipiscat, consulit, urget stimulat, efficitq; uerbum dei. Est enim scutũ inexpugnabile, inqt Sap. Qui hoc modo solicite meditatur, deum orat sine intermissione, ut hortatur apostol. Qui enim orat, cũ deo loquitur. Cũ deo loquitur maxime, qui p internũ animi cõtemplationẽ, de deo, præceptis, et uoluntate eius cogitãs, suaui, obsequiosoq;, quantũ potest desiderio, ad eũ fide, & uitæ innocentia proxime accedit, perpetua uolũtatis eius meditatione. Hoc est simul etiam cũ deo uiuere, et in cœlo conuersationẽ habere, ut idẽ ait. Sine hac quidẽ meditatione, & sana uoluntate, nocet uerbi scientia, & inanis doctrinæ psuasio, inflatq; potius (id quod uereor nimiũ multis euenire) deteriorẽq; possessorẽ efficit, nisi uoluntatẽ (inquam) habuerit, in ea bene meditandi, ut custodiat, & faciat, quæ in ea scripta sunt, ut ait Iosue. Et beatus quidem, qui sic scrutatur testimonia domini, et credit uerbo eius. Est plane sanioris uitæ anchora, huĩ meditatio, et certũ est illi iudiciũ amoris dei erga se, cui per gratiam, datur uoluntas sic meditandi. Hinc in alio psal. Adiuua me et saluus ero, et meditabor (inquit) in iustificationibus tuis semper. Hanc assiduam meditatiõnem, docet egregie Moses. Diliges (inquit) dominũ deũ tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, et cet. Erunt uerba hęc, in corde (inquit) tuo, et narrabis ea filijs tuis, et meditaberis sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiens, atq; consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manu tua, eruntq;, et mouebuntur inter oculos tuos. Scribes ea in limine, et hostijs domus tuæ. Hactenus Moses. Cogitatum ergo tuum habe in pręceptis dei (inquit Ecclesiasticus) & in mandatis eius maxime assiduus esto, & ipse dabit tibi cor, et cõcupiscentia sapientiæ dabitur tibi. Neq; alienũ esse uidetur, ut hanc, die, ac nocte meditationem, de prosperis et aduersis rebus interpretemur, ut dies, et grata et prospera, nox, et peccati tenebras, et quæq; alia huius sæculi aduersa significet. Siue igitur in prosperis, siue in aduersis, ut prospera non extollant, aduersa non deprimant, in lege domini sic meditabitur, quisquis uult esse beatus, ut per eius disciplinam et doceatur uti prosperis, et ferre aduersa. Est quoq; et mala meditatio, quoties solicite uersatur animus, ut malum perpetret. Sic in psalmo proximo sequenti, Meditati sunt populi inania, qui aduersus Iesum, falsum testimoniũ quærebant, ut eum morti traderẽt, ut ait euang. dic ibi. Cæterum qui bene meditatur, beatus quidem efficietur. Nam et

Verbi dei uirtus. Sap. 5. — 1. Cori. 10. — Cum deo loqui. — Sciẽtia nocet, nisi bene in ea quis mediteur. — Iosue. 1. — Psal. 118. — Iudiciũ amoris dei et pręsentaneę gratiæ. — Deuter. 6. — Solicite meditandũ in uerbo dei. — Ecclesi. 6. — Diei ac noctis, significatio — Meditatio in malam partem.

Erit tanq̃ lignum plantatũ est, secus decursus aquarum.

Crescit enim de uirtute in uirtutem, sicut arbor plantata, apud decurrentem fluuium. Lignũ ait pro arbore, hebraico tropo, id quod passim in ueteri testamẽto reperitur. Sic enĩ ait Moses, deum, omne lignũ de humo produxisse, pulchrum uisu, et cet. Lignum itaq; fructiferum, ait in alio psal. Frequens est hęc parabola de arboribus, tam in ueteri, q̃ in nouo testamento, qua, et boni, et mali significantur. Bona quidem, bonos fructus facit, inquit Euangel. mala autem, malos. Ariditate steriles fiunt arbores, sano quidem humore, ubęres. Sic erit lignum beati uiri.

Lignũ pro arbore, ponitur. Genesi 1. — Psal. 148. — Math. 7.

Quod fructum suum dabit in tempore suo.

Plantatus etenim a cœlesti agricola, et irrigatus fluuio diuini sermonis, fructum suum, fructum beati uiri, fructum (inq̃) sanum, integrum, et maturũ orthodoxæ fidei, et omnium bonorũ operum erga omnes, dabit suo tempore, fructum duodecim mensium, ut ait Io. in apoc. Nullam enim occasionẽ omittet benefaciendi. Hinc Sap. Da sapienti (inquit) occasionem, et addetur ei sapientia. Et iustus quidẽ ille, ut palma florebit. Hoc enim symbolũ est, quo probatur christianus homo, quo perspicitur et cognoscitur si fidẽ habeat per priorẽ legis meditationẽ. Arbor (inqt Luc) de fru-

Iusti uiri fructus. — Apoc. 22. — Prouer. 9. — Psal. 19. — Signum christiani hominis. — Luc. 8.

de fructibus cognoscitur. Et fides ex operibus ostenditur, ut ait. D. Iacobus. Hoc est lignũ pomiferum (inquit Ezechiel.) in ripis super torrentẽ, cui non defluit folium, et non deficiet fructus eius. et cet. Hinc ait

Iaco.2. Ezech. 47.

Et folium eius non defluet.

Erit enim semper uirẽs, et aspectu, et cõuersatiõe delectabilis, quia solicitus erit, ut bene apud oẽs operetur, oibus, quibuscum conuiuet, pulcherrimo erit exemplo, et cet. Decorabitur placẽtibus deo actionibus, ut ait Damascenus li. 4. orthodoxæ fidei. Non marcescet aliquando, semper habebit cor unũ, et spiritũ nouũ, ut timeat deũ uniuersis diebus, ut ait Hiere. Verba illi non defluent alia (quę folijs nõ incõmode similia uidentur) quã quę honesta, deo grata, & proximo utilia sint. Vix enim aliquando, uel ociosum uerbum ab ore eius defluet, obscœnũ uero, aut perniciosum, aut fratri noxiũ, nunq̃. Nã os iusti meditabitur sapientiã, &c. Abhorreat igitur, qui quouismodo beatus, qui pbus esse optat (qs nõ deploratißimus nõ optat!) a sermonis, a uerborũ iniuria, & fœditate, a scurrilitate, ut ait apost, & die noctuq; meditef, in lege domini, ut tã uerbis, et sermone, q̃ solicita operatione, suũ fructũ, beato uiro dignũ, proferat. De lingua dic in psal. 11. et. 14. Qui hoc modo bene meditatur in lege dei, illi non defluet folium, non frustra cadet sermo eius. Verbũ enim domini, tam efficax est, tamq; penetrabit, ut ubicũq; iactum, aut sparsum fuerit, potißimũ ex ore iusti, & pij uiri, non potest non uehementer in bonũ operari. Suum itaq; bonum fructum dabit in tempore.

Damasce. Hiere.32. Folijs verba comparantur. Psal.33. Lingua moderanda. Ephe.5. Psal.

Et oĩa quęcũq; faciet, pſperabũtur

Tam erga se, q̃ erga alios, quos suis moribus suo exẽplo, sua doctrina, iuuabit, diriget, atq; moderabif. Mirificam huius meditatiõis uim docet ppheta. Haud mirũ est, si quęcũq; fecerit pſperabuntur, quẽ dirigit deus, quemq; tuetur, in oĩbus uijs suis. In omnibus uijs tuis (inqt Sap.) cogita illũ, & ipse diriget gressus tuos. Qui enim tam solicite in lege dei meditatur, foliũ eius erit uiride (inqt Hiere.) et in tempore siccitatis, non erit solicitũ, nec aliquando desinet facere fructũ. Prosperabuntur itaq; quęcũq; faciet, sed in domino, in uera ad ęternã uitã fœlicitate, in uera fide, in solicita charitate, in certa spe, in oĩm bonarũ rerũ ubertate. Et hęc est unica, & uera beati uiri fœlicitas, quę sic per gratiã pſperatur.

Meditationis in lege dei fructus.

Non sic impii non sic.

Non enim dabunt aliquẽ fructũ bonum, nec erunt erga deũ, nec erga homines, prospera, quę agunt. Geminat nostra ædítio, ut uehemẽtius admoneat improbosq; magis terreat docẽs, longe (inq̃) aliter futurũ ĩpsis, q̃ prius docuit de beatis, cũ sint aridę arbores, diuino humore uacantes, malos non bonos fructus producẽtes. Foliũ itaq; eorũ prorsus defluet. Non sic meditãtur in lege domini, et ideo nõ sic prosperabuntur, quia nolũt intelligere ut bene agant, quando uoluntatẽ nõ habent, ut beatus ille de quo iam diximus. Non igitur fructũ bonũ profert arbor tam mala, sed (ut ait Sap.) cõmedunt fructus vitæ suæ, suisq; consilijs saturabuntur. Non sic igitur. &c. Prouer.1.

Sed tanq̃ puluis quẽ proiicit uentus a facie terræ.

Sic et illi omni diuino humore uacãtes, alieni a gratia, prorsus inutiles serui erũt, pijciendi tandẽ in tenebras exteriores, a facie dei, ut sterilis, & uilißimus puluis, a facie terræ uẽto proijcitur, nulli rei utilis, sed per omnia nocens. Neq; ipsis, aut de illis alia spes est. Spes enĩ impij, tanq̃ lanugo quę a uento tollitur, & tanq̃ spuma gracilis, quæ a procella dispergitur, & tanq̃ fumus, qui a uẽto diffusus est, inquit Sapientia. Quantũuis uidetur sibi magnus, qui impius est, uere tamen puluis est, spuma &c. Impiorũ nimis multi sunt, solo noĩe christiani, q legẽ dei cõtemnere plane uidentur, ut nihil addã de iudęis, aut turcis & id genus alijs. Contemnũt oẽs qui uerbo dei fidẽ non habent, longe deteriores q̃ ethnici. Quorũ, uidere nõnullos certa uelut con iectura licet, qui bene admonentẽ, odio quoq; prose-

Impiorũ infœlicitas. Sap.5. Contemnere legẽ dei.

prosequantur. Eosq; oẽs contemnere censeo,
qui nullo pudore, palam, uelut in malicia glo=
Apoc.22. riantes, ut impudici canes, inquit Ioan. omnẽ
uitæ fœditatem & perpetrãt, & de ea se ia=
ctant, neq; deum neq; hominem reuerentes.
Quare contempsisti uerbũ domini, inqt Na=
2.Reg 12. than ad Dauid. Sunt præterea, qui legem dei
ualde negligũt, qui non modo ut eam discãt,
Negligẽre legem dei. non sunt soliciti, sed etiam adeo pigri nimis,
ut nihil minus uelint, q̃ locũ adire, in quo uer=
bum dei annunciatur, & docetur, prophanis
rebus, parũ necessarijs operã dãtes, uel quod
turpißimũ est, fœdis nõnunq̃ concupiscentijs
inseruientes potius. Hi oẽs tanq̃ puluis &c.
indigni piorũ hominũ cõuersatione, uiuentiũ
terram non attingent. Comparationẽ uelim
Impii ad puluerem cõparatio expendas. Impij (inquit) tanq̃ puluis, &c.
Puluere quidẽ, quid leuius, qui minimo flatu
a loco deijcitur? quid contemptius? quid ab-
Eccles.2. iectius? quid sterilius? Sic erit impius (inquit)
& peccator in conspectu dei. Nã altißimus,
odio habet hos peccatores quibus execratio
Eccles.1. est omnis diuina sapiẽtia, ut ait Eccles. Recte
ergo pulueri cõparantur impij, qui sua steri-
litate & maxime sibijpsis & alijs nocent.
Incõstantes quoq; sunt, omni tentatiõnis, &
doctrinę uento & minimo flatu fluctuantes
Ephe.4. ut ait apost. quia legẽ dei negligunt, seu con-
temnunt potius, in qua sola uera & omnis
utilis doctrina est, quæ pium animũ solidaret.
De impiorũ infœlicitate, et misera tandẽ ca=
Iob.15. & 18. lamitate, lege cap. 15. & 18. apud Iob. &
Psal.36. psal.36. Proijcientur ergo a facie terræ, a
facie dei, a cœtu piorum.

Ideo nõ resurgũt impii in iudicio.

Postremo, & generali in claritate, cum san=
ctis dei sed in sua iniquitate resurgẽt dæmo=
num socij faciem benigni dei nunq̃ uidentes.
Non igitur erit cum impijs, quemadmodum
cum illis prioribus beatis. Resurgunt quidem
Varia resurrectio piorũ & impiorũ. beati, ut perpetua lætitia fruantur. Impij ue=
ro ut statim deijciantur in pœnã perpetuam.
Sunt quidem qui hunc locum de postremo iu=
dicio non intelligi putant, sed de huius uitæ
iudicio, & discretione, & resipiscentia pio-
rũ, qui per gratiam a peccato abhorrentes,
uitæ integritati student, et a casu peccati re=
surgunt, cum quibus, a fœditate non resur-
gunt impij. Respuunt enim & contemnunt
eorum consilium. Cum illis igitur in iudicio, Piorũ consilii ferre non possunt impii.
& recte uiuendi sententia in hoc sæculo non
conueniunt, cum illis itaq; a malignitate non
resurgent, nec erunt in eorum consilio, ut se-
quitur, quia ferre eorum consilium non pos-
sunt, nolentes intelligere ut bene agãt prio-
rem meditationem in lege dei contemnẽtes.
Iustorum itaq; consilio aduersabuntur. Sed
priorem sensum libentius tractabo, ut hunc
locũ de postremo iudicio intelligamus. Quæ
nam hic Hillarius de mortuorũ resurrectiõe
sentit cuiuis liberum est, apud eum ut legat,
qui de illo postremo iudicio, hunc locum in-
telligere uisus est. Quod autem hic ait, Non
resurgunt impij in iudicio, Resurgent quidem Oẽs resurgemus.
omnes, sint uel boni uel mali, tam ut immor=
tali animæ adiungatur simile corpus, q̃ ut
postremã iudicis sententiam accipiant uel in Math.2.
beatorum gaudium, uel in impiorum suppli-
cium. Alij enim a dextris, alij a sinistris con=
stituti sententiam accipient. Resurgent itaq;
omnes. Non resurgunt impij, ut cum deo ui-
uant, nam a bonis separabuntur, ut cum dia-
bolo perpetuo cadant, & moriantur. Non
enim surgent in gloria, ut ait apost. Eorum 1 Cor.15.
itaq; resurrectio, non in uitam, sed in mor- Impiorũ resurrectio mors ipsa.
tem erit. Recte igitur ait hic propheta, quod
non resurgẽt impij. Non enim resurgere ui-
dentur, qui eo uestigio morituri sunt perpetuo.
Erit tamen omnium & piorum, & impiorũ,
et mors & resurrectio. Nam qui residui tum
uiui reperie[illegible] morientur omnes nulli du-
bium esse debet, inquit August. in suo enchi-
ridio, quis aliter dicant alij ut idẽ ait in libro
de dogmatibus ecclesiastic. to.3. pag.139.
Resurgentes immutabimur, inquit apostol. a
corruptibili corpore, in incorruptionẽ, a ter-
restri in spirituale. Spirituale inq̃ & incor-
ruptũ erit tum corpus, quia perpetuũ erit de=
inceps,

inceps, & nullo uicio deformatū, sine omni corruptione, aut onere. Non enim amplius in cinerem redibit. aut conficietur senio, sed erit corporis resurrectio ꝑpetua, uel in gaudium, uel in pœnam. Morientur itaq; omnes. Quomodo resurgēt si nō prius morte cadāt! quia solus Christus, hoc habet priuilegiū (inquit August. in priore loco,) cuius caro non uidit corruptionē. Quod eni ait apost. simul rapiemur &c. in ipso raptu, & mors, & resurrectio erit, inqt glos. Christus uere quoq; mortuus est, quāuis caro eius nō corrumpebatur. nostræ resurrectionis unica spes, præmonstrator, & primitiæ, ut ait apost. in priore loco. Christi igitur exemplo moriamur necesse est. Quomodo erit resurrectio, nisi mors præcurrat? Et sicut mors per hominē, ita & resurrectio mortuorum, inquit apost. Nam sicut in Adam &c. quæ ibi sequuntur. Nec enim aut causa, aut ratio, aut sacræ scripturæ usquam locus esse uidetur, qui residuos prerogatiua immortalitatis donatos doceat. Nascimur ut moriamur. Nec uiuificatur, nisi prius moriatur, ut ait apost. August. sic uisus est suā sententiā firmare, in li. 2. retraction. cap. 33. ab illa quā prius posuerat, in libro. 3. cap. 31. De peccatorū meritis, to. 7. Eundem lege de Ciuitate dei, lib. 20. cap. 20. & in tertia questione ad Dultitium, to. 4. pag. 473. Ad Miner. & Alexand. Hierony. legito, in Epistola quæ incipit. In ipso perfectionis articulo. to. 4. fo. 86. De illa uero omniū post resurrectionem immutatione, lege August. in libr. de agone christiano, to. 3. pag. 543. Ad explanationem redeo, Non resurgent impij in iudicio, ut optata resurrectione fruantur.

De resurrectione. Psal. 15. 1. Tessa. 4. 1. Cori. 15.

Neq; peccatores i cōsilio iustorū.

Consilium iustorum, est ille beatorum conuentus, societas & congregatio. (ut ex hebraica litera uertitur) in æterna gloria, quo peccatores non peruenient, neq; erūt in sancto eorum consilio uere a deo excōmunicati. Nam separabuntur mali de medio iustorum. Separabit (inquit) eos ab inuicē, sicut pastor segregat oues ab hædis, & statuet oues a dextris, et hædos a sinistris, hos in suppliciū, illas in uitam æternam. Multi (inquit Daniel) de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt, alij in uitam æternam, alij &c. Illis nāq; impijs, & peccatoribus dicetur, Discedite a me maledicti &c. Iustorum consilium appositissime uocat, qui in die iudicij hunc mundum iudicabunt, ut ait apost. Nam iudicabunt nationes, inquit Sap. Quamuis enim erit iudex omnium, qui iudicabit orbē terræ Christus deus, impij tamen, sanctorū fidem, integritatem, & puritatē perspicientes, qui fulgebunt sicut sol, ut ait Euangel. condemnabuntur apud se, eosq; sua conscientia damnabit, intelligentes se dignos æterna morte, sibimet imputantes, quod quemadmodum illi beati, nec crediderunt, nec similem uitæ integritatem, eorum exemplo, & doctrina, in hac uita seruare soliciti fuerunt, quam a sanctis & iustis accipere potuissent. Videntes quoq; turbabunt timore horribili, inquit Sap. dicentes intra se &c. Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum &c. Nos insensati, uitam illorū estimabamus insaniam &c. Quomodo computati sunt! &c. Erunt ergo impiorum iudices. Sic enim iudicabunt apostoli duodecim tribus israel, quia noluerunt credere, ut illi crediderūt, inquit Hiero. Hinc ait apostol. Iudicabitur in uobis mundus, non a uobis. Iustorum uia, cum impiorum uijs, conuenire nō potest, ut supra diximus. Non igitur resurgent impij in consilio iustorum.

Consilium iustorum. Math. 13. Danie. 16. Math. 25. Corin. 6. Sap. 5. Math. 13. Impiorū iudices, pii uiri. Sap. 5. Math. 19. 1. Cori. 6.

Quoniam nouit dns uiā iustorū.

A uijs peccatorum, & impiorum. Non igitur uult, neq; iustū est, ut cum iustis sint impij, & peccatores, quoniam separabuntur de medio iustorum, in consummatione sæculi, & mittentur in caminū ignis. Nouit enim dominus, qui sunt sui, ut ait apostolus. Nihil est quod dominus ignorat, sed illos noscere solum dicitur, qui per fidem, & uitæ integritatem, sunt se digni, & quorum uitam probat.

Math. 13. 2. Timo. 4.

Math.4. probat. Alijs autem dicit, Non noui uos, discedite a me qui operamini iniquitatem. Luc.13. Nescio uos unde sitis, ut ait Luc. Vias uero Prouer.4. quæ a dextris sunt (inquit Sap.) nouit deus. Prouer.3. In hac uia ambulabit homo fiducialiter, & pedem suum non impingit. Peccatores autẽ nescire dicitur deus per peccati odium. Hinc post patratum peccatum, Adamum interrogauit deus, ubi es? Genes.3. Non quod ignoraret, sed quod iam pro suo, per peccati detestationem eum non agnosceret. Iustos uero semper agnoscit, quorum uias prosperabit.

Et iter impiorum peribit.

Ab omni fœlicitate, & cœlestis regni gaudio. Viam enim, & rectã, & iustã respuunt. Vere igitur tandem peribunt, peribitq; iter eorum, hoc est, totius huius uitæ peregrinatio, erit inutilis, erit damnosa, illis erit in mortem, in interitum. Perire dicimus animalia, quãdo moriuntur, perire quoq; uel peste hominem, uel quouis alio morbo. Sed eos uere, penitusq; perire certissimum est, qui æterna morte afficiuntur. Est quidem stupa collecta, Ecclesi.21. synagoga peccantium, inquit Ecclesiast. & consummatio eorum flamma ignis. Inutilem Math.25. seruum eijcite (inquit Christus) in tenebras exteriores, ubi erat fletus, & stridor dentiũ. Vt suam itaq; gratiam nobis conferat benignus deus, assidue non aliter meditãdi in lege domini, q̃ docet in hoc psal. in locisq; alijs plærisq; noster diuinus propheta, supplices precemur. De Christo solet quoq; interpretari hic psalmus, qui uere omnium solus, & bonus, & beatus fuit, utpote, qui peccatũ nõ Esai.63. fecit. &c. ut ait Esai. Est enim arbor unde oĩs bonus fructus, omnis beatitudo pficiscitur, neq; prosperũ est quicq̃, quod ab ea nõ datur. Neq; beatus potest esse mortalis quisq̃, qui ab eo non accipit beatitudinem.

Psalmus secundus.

Priori, & huic psalmo, titulus non apponitur, cum sint primi, & totius uelut psalterij prohemium.

In summa.

Et gentium, & iudæorũ, regũ, & principum, contra Christum futuram insaniam prædicit propheta. De corũ cõfusione, & Christi potestate, illi a patre tradẽda, uaticinatur. Admonet tandẽ, et docet huius seculi principes, ut legẽ dei discant, minaturq;, nisi diuinæ admonitioni audientes fuerint. Quamuis hunc præsentẽ, & similes quidẽ psalmos de Christo, & eius in hac carne, quas nostra causa passus est, uarijs molestijs, interpretaturi sumus, non tamen alienũ est, ut de illis Christi seruis, et bonis membris, intelligantur nonnulli psalmi, qui in hac uita Christi amore, odia, persecutiones, deniq; & mortem passi sunt. Hinc in sanctorũ martyrũ, & beatorũ uirorum festis, & ueneratione, cani solẽt, ut nobis sint exemplo. Hoc, in operis principio admonuisse, sat est.

Explanatio.



Vare fremuerunt gentes? Contra Christum? Prophetis id quidẽ solemne est, doctis a spũ sancto, ut quod futurum est, uaticinio prædicant, cum sit eis uelut præsens, uel præteritum. (Futura vt præterita eloquũtur prophetæ.) Nam sicut in dei conspectu, quæ futura sunt omnia, iam uelut præterita, & præcognita, et præsentissima sunt, ita prophetæ, quos docet idem spiritus, futura, uelut præterita, uel præsentia denunciant. Non enim uoluntate humana allata est aliquando prophetia (inquit. D. Petr.) sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti dei homines. 2.Petr.1. Hoc unum, & primum genus est prophetandi. (Prophetandi uaria genera.) Aliud uero est, scripturas interpretandi, denunciandi, prædicandi, uel explanandi, de quo frequenter apud Paulum potissimum in cap. quartodecimo. primo Corinth. Esse quoq; & tercium prophetandi genus uidetur, magno quodam spiritus feruore, deum scilicet magni-

magnificare. Sic prophetabant, post lapsum spiritussancti, apostoli loquentes linguis, & magnificantes deū. Id quod non aliud tamen est, q̄ dei uerbū denuntiare eius laudes praedicare, sed ab eo, cuius mentem uehementer excitat spūssanctus. Est & prophetare, uerbum dei denuntiantem audire. Sic erit mulier orans, & prophetans, uelato capite. Sed redeamus ad nostrū prophetā. Hic interrogat uelut indignabundus cur gentes idolatrae, et milites illi Rho. qui Pilato praesidi Rho audientes erant Christū comprehenderūt, simul & ceteri, qui postea Christo aduersabantur (ut docēt apostolorum acta) cur (inq̄) qua causa, quo ue suo cōmodo, uel qua potius insania fremuerūt, et tumultuati sunt cōtra Christū? Recte ait fremuerūt gentes inhumano murmure, & strepitu, quae absq; lege agitabantur, & mansuetissimū Christum, turpissimis probris afficiebāt, sputis, alapis, irrisionibus corona spinea, flagris, & in crucē seuissime tandem tollebant. &c. Sed cur ita fremuerunt, inquit propheta?

Act.19. & .10.

1.Cori.11.

Act.4.

Et populi meditati sunt inania?

Populos iudęos ītelligit, maiore uindicta dignos, q̄ gentes, cum legē dei haberent, quae Christi mysteriū doceret eos. In Christū tamē meditati sunt inania. mera mēdacia, falsis testibus eū accusantes, ut morti traderent. Id quod praedixerat quoq; Oseas. Ego redemi eos, et ipsi (inqt) loquuti sunt cōtra me mendacia. Gentes uero nō habentes legem, quae eos de mysterijs doceret, accusationē contra Christū non sunt meditatę, sed strepentes et fremētes, beluino tumultu, uel potius, ut maris undae in littora seuiunt, nullo ordine, nullaue ratione, irruerūt, tumultuatę sunt, et fremuerūt, ut hic ait Vim intulerūt corpori gentes, quia comprehēderūt. &c. consilijs pessimis qdē irruerūt. Iudaei, qui cū eruditi essent, dolose meditati sunt inania. De uerbo meditati, diximus in psal.1. Neq; ij solum, & fremuerunt, & inania meditati sunt. Sed et.

Ose.7.

Psal.1.

Astiterunt reges terre.

Qui etiam in Christū & eius discipulos sęuientes, Herodes scilicet, atq; Pilatus, astiterunt, auxiliū, & potestatē pręstiterūt, nā & conspirauerunt (ut ab alio uertitur) & suas improbas uires addiderunt, quibus & comprehensus est, et sentētia cōdemnatus Christus. Sententiā tulit Pilatus (inquit Euang.) uolens satisfacere populo &c. Reges (inqt) terrae fuerūt, quia terrena tantū respiciebāt, eum cōtemnentes, et reijcientes, qui coelestia attulerat, solicita doctrina. Cum his uero. Math.15.

Et principes conuenerūt in vnū.

Principes (inquit) sacerdotum, qui consilium inierunt, (ut ait euang.) in unū, in unā sentētiā, in unā cōspirationē cōsenserūt ut Christū delerent. Sic enim & cōuenerūt, plęrisq; annis postea Imperatores, Reges, principes, & huius saeculi potestate praediti.

Aduersus dominum, & aduersus Christum eius.

Tam enim aduersus dominū patrē cōspirauerūt oēs, q̄ aduersus Christum eius filiū, iudęi potissimū, qui filiū a patre missum, tam certo, totiesq; in sacris eorū literis pręnunciatū, respuebāt, & odio prosequebantur. Vere (inqt Luc.) cōuenerunt aduersus sanctū puerū tuū Iesum, quē unxisti, Pilatus, Herodes, cū gentibus etc. Qui uero cōuenerūt aduersus filiū, pariter & aduersus patrē conuenerūt. Pater enim, ita diligit filiū, ut qui filiū non honorificat, neq; patrem honorificat, & qui spernit filium, spernit & patrē. Pater (inqt) et ego unū sumus. In unū itaq; conuenerūt, conspirauerūt, concitati sunt, strepitu, tumultu, atq; insania contra Christū, uelut phrenetici medicum depellentes, uinculis alligatū iri se putātes, si Christi legē euāgelicā, iugūq; suaue reciperent, et spretis uoluptatibus, ad sancte uiuēdi angustiores semitas adigerētur. Hinc aiunt, & insane clamant Act.4.

Dirumpamus uincula eorum.

Vincula enim putabāt, prioris uitę licentiam deserere, et bonū Christi odorem ad meliorē uitam sequi. Nolumus, (aiunt) hunc regnare Luc.19.

super

Iob.21. super nos. Recede a nobis (itidem clamant) scientiam uiarum tuarum nolumus &c. Ad
Hiere.2. hos uidetur Hieremias loqui. Arguet te (inquit) malicia tua, & euersio tua increpabit te. A sæculo cõfregisti iugum meum, rupisti uincula mea, & dixisti, non seruiam. Fremebant itaq; his consilijs, his uerbis conspirantes iudæi. Dirumpamus uincula eorum omnium, qui nobis sua doctrina aduersantur.
Sap.2. Sic enim apud Sapientiam, loquuti sunt iudæi, de Christo. Opprimamus eum, quia contrarius est nobis, & tanq̃ nugantes estimati sumus ab eo Videamus ergo, si sermones illius ueri sunt. &c. Eos uero admonuit Christus, Tollite iugum meum super uos. Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue. Nihilo tamẽ secius furentes uociferati sunt, Dirumpamus &c.

Et proiciamus a nobis iugũ ipsorũ.

Act.15. Christi, apostolorum, & discipulorum eius. Hoc (inq̃) fremuerunt, cæci, tardi, & obdurati illi iudæi, non sentientes sũmet iugum intollerabile, quod nec ipsi, nec patres eorũ
Galath.5. seruare potuerunt. Galath. igitur apostolus admonet. State, et nolite iterum (inquit) iugo seruitutis contineri. In hos quidem a se
Hiere.23. proijcientes iugũ domini, sic ait Hiere. Quia dixistis sermonem istum, onus domini, misi ad uos dicens. Nolite dicere onus domini. Ecce ego propterea tollam uos, & derelinquam, et dabo uos in opprobrium sempiternũ. O cæci, potißimũ iudæi, item & alij oẽs (inquit ꝓpheta) qui Christo aduersantur. Nã

Qui habitat in cœlis irridebit eos.

Sic stolide frementes, & iugum Christi, hoc est, sanã doctrinã contemptim, tantaq; insania proijciẽtes, irridebit deus. Humano more loquitur propheta, quod ij solent irrideri, qui per inimicitiam non aliud, q̃ suum interitum acquirũt. Quid nõ res quę rideatur dignißima est, homontionum insania, qua conantur contra Christũ! Minas ridere solemus, quas paruifacimus, cum sit uanißima sine uiribus ira. Eos itaq; sic conspirantes, irridebit, nihilifaciet, conatum eorum facile prostrabit altißimus deus, qui habitat in cœlis, cum homo stercus, & uermis in suum deum, & rerum omnium creatorem, qui nutu omnia gubernat, se contendat erigere. Iustißime igitur, & deus irridebit eos.

Irrisione digni qui cõtra deũ conãtur.

Et dominus subsannabit eos.

Idem repetit, ut uehementius admoneat oẽs, certoq; certius persuadeat. Quod enim repetitur, magis magisq; adseritur, ut indubitatæ sit fidei. Hæc est repetitionis uirtus. Non enim est battologia hoc est, uerbosa, inanis, & stulta repetitio. Alij tribuunt irridere patri subsannare Christo. Subsannare, quod cum oris, & nasi contractione contemptim ridere significat plusquam irridere uidetur, ut crescat orationis uis. Simile est. quod ait Sapiẽ. Quia uocaui (inquit) & renuistis, despexistis omne consilium meum, et increpationes meas neglexistis. Ego quoq; in interitu uestro ride[illegible], & subsannabo. Quamuis deum subsann[illegible]e doceat, quasi os, nasum, & alia corporis membra haberet, deus tamen, (ut semel te admoneam) incorporeus est, nullũ humanũ affectum habens, qui a carne proficiscitur. Nam omnia iuste disponit (inquit Sap.) & iudicat cum tranquillitate. Sed de more quidem id est sacræ scripturæ, ut per uisibilia, & ea quæ uidemus cernimus, et intelligimus doceamur facilius, ad erigendũ animi intellectũ, ad ea quę sunt inuisibilia. Eo pacto ridere subsannare, irasci, furere, amare, Zelotipus esse dicit deus, nõ quod humanos habeat illos (ut dixi) affectus, sed, quantũ liceat p humanos, quos sentimus, & cognoscimus affectus, ut exprimatur dei uoluntas, & iudiciũ, tam in bonos, et iustos, q̃ in impios, et miseros peccatores id quod, nisi humanis uerbis fieri non potest. Et tum quidẽ irasci dicitur deus, quoties nobis pro peccatis, rerũ specie terribiliũ, uel iustis pœnis nos afficit. Ira etenĩ dei, (inquit August.) nõ perturbatio eius animi est, sed iudiciũ, quo irrogatur pœna pctõ. Irã uero dei

Repetitio in sacris literis.

Subsannare.

Prouerb.

Deus incorporeũ.

Sap.12.

Scriptura nos vt humanitus docet.

Ira dei.

ro dei indicant pœnæ et afflictiones. Ignis, grando, fames, mors. &c. ad uindictã creata sunt, inquit Ecclesiast. Et quo nam pacto humani affectus, humanaq; membra, in deo intelligenda sint, lege Eucheriũ Episc. Lugdunensem in ligro formularũ spiritualiũ. ca. 1. Irridere, subsannare, tum plane sentitur deus, quoties eorum uires tollit, qui sic stolide conantur, ne, quod cupiunt, efficiant, suaq; sublata gratia, suis affectibus eos relinquit, quo sese præcipitent, quæ omniũ acerbißima afflictio est. Docemur in ca. 1. ad Rho, Neq; aliter subsannat quotidie, ecclesiæ suæ, piorũ scilicet uirorũ psequutores, quos in cœcitate patitur, ut cadãt, deficiantq; prorsus ipsi, sua uero ecclesia, eorũ improbitate, & tandẽ interitu, magis ac magis crescant. Id quod iudæis uere contigit, in quos, qui eos deuastarẽt, atq; prorsus eliminarẽt, romanos misit ira dei. Prędixit hoc Christus, flens sup ciuitatẽ. Iosephũ lege de bello Iudaico. Dei igitur subsannationem uere senserũt iudæi, quia deleti sunt. Verbũ quidẽ dei fortiter crescebat, et multiplicabatur numerus discipulorũ, inquit Luc. Sic euanuit Synagoga, Christi uero ecclesia creuit. Subsannabit hos ergo suos inimicos deus, inquit propheta. Et

Eccle. 39.

Quando sentiatur deus irridere.

Oĩm acerbissima afflictio.

Ecclesiæ psequutores subsãnat deus.

Luc. 19.

Act. 6. & 19.

Tunc loquetur ad eos in ira sua.

Loquitur deus in ira, non uerborũ sono, sed minis, afflictionibus uarijs, quibus admonet, ut uel errantem populum reducat, uel auersantẽ a benigna uocatione, digna pœna tandem afficiat. Sic homini loquitur iratus, quẽ bello, seditionibus, peste, morborum incognita uarietate, rerum penuria, & fame, negotiorum nonnunq̃ inexplicabilibus molestijs, & id genus alijs afficit, quæ ad uindictam creata sunt, inquit Ecclesiasticus. Quæ omnia si ab errore non reuocauerint, crescit nonnunq̃ ultio dei, uel in totius gentis internitionem. Sic diluuio humanum genus prope deletum est. Sic absorptæ sunt ciuitates illæ Sodoma, & Gomorrha, tota cum uicinia. Sic perijt iudęica tota resp. Ita minatur deus apud Hieremiam. Sicut submersa est Sodoma & Gomorrha, & uicinia eius, non habitabit uir ibi, & non incolet eam filius hominis. &c. Sic regnum a gente in gentem transfertur, ut ait Ecclesiasticus. Hæc est ira dei, quę de cœlo, super impietatem reuelatur, ut ait apost. Nam iniqui, (inquit Oseas) deũ ad amaritudinem cõcitant. Si nolueritis (inquit Esai.) & me ad amaritudinem prouocaueritis, gladius deuorabit uos. Ecce furor domini concitatur in populũ (inquit Moses) percußitq; plaga magna nimis. Sic minatur Moses Deutero. 11. Sic loquetur deus in ira ad eius inimicos

Deus homini quãdo loquitur in ira.

Ecc'e. 39.

crescit

Vltio diuina in impios.

Gene. 2.

Gene. 14.

Hiere. 49.

Eccles. 10.

Ose.

Esai.

Nume. 11.

Deute. 11.

Et in furore suo conturbabit eos.

Illos priores omnes qui fremuerunt, & meditati sunt inania, turbabit Christus et si qui futuri sunt impij homines. Vere turbauit iudæos, quos prope deleuit deus in hoc seculo, ut supra diximus, ut nihil addam de exterminatione in die iudicij, de quo tempore, hunc locum quidam interpretantur, cum sit futurus iræ & indignationis dies, ut in psal. 6. Gentes uero turbauit, superbos ecclesiæ suæ persequutores, quos non semel irrisit, afflictionibus affecit, deleuit. Vere turbati erunt omnes inimici Christi, qui eum, hoc est, suos, suaq; pia membra delere cupient, quia frustrabuntur, & quod grauius est, in eos retorquebitur odiosissimus conatus eorum, quia peribunt illi, ut in psal. superiore, beati uero prosperabuntur. Quod autem ait, in ira loquetur, & in furore conturbabit eos, idem quasi repetit, De ira & furore, dic in psal. 6. Quicquid tamen est iræ uel furoris dei, id totum, nisi auersantibus se, et salus et medela est. Omnes etenim saluos uult esse deus, pro sua bonitate. Affligit itaq; ut corripiat. Hinc Esai uoce dei. Cum extenderitis manus uestras (inquit) auertam oculos meos a uobis, et cum multiplicaueritis orationem, non exaudiam uos. Graues minæ quidem, et ingenti conturbatione plenæ. At quo tendant, legat peccator quod sequitur.

Psal. 6.

Psal. 6.

Vtilis ira dei.

quod possit ira dei recte intelligi etiam ipsa mentis obscuratio, quæ consequitur eos, qui legem dei transgrediuntur ... augustinus

sequitur. Lauamini (inquit) mundi estote, auferte malum cogitationum uestrarum, ab oculis meis &c. et uenite, & arguite me, dicit dominus, & cetera, quæ sequuntur. Et paulopost. Si uolueritis et audieritis me, bona terre cōmedetis &c. Quod si nolueritis, gladius deuorabit uos. Minatur, ut terreat, ut terrore saltem resipiscāt homines. Diuina bonitas, non ob aliam causam, in hoc sæculo irascitur, & pro misericordia, temporalē seueritatem exercet, q̄ ut eternam non inferat ultionem. Nisi facies suas (ut ait Hiere.) supra petrā indurauerint. & noluerint reuerti. Tremenda itaq; cōminatur, premia pollicetur, ut uel benignitate, uel timore, in gratiam reuocet. Hęc est ira dei benignißima, quę nō uult mortē peccatoris. Benignitas dei (inqt apost.) ad pœnitentiā adducit. Id quod certißimū est, si dei beniguitatem non spreueritis. Auertēs se ab omnibus iniqtatibus suis, uita uiuet, inquit Ezechiel, et non morietur. Benignißima itaq; est ira dei, quæ docet reuertimini & uiuite. Id quod manifestū est ex eo quod nunc sequitur, quantumuis in ira loquatur. Inimicos etenim docet, cupiens ut docti resipiscant. Ait itaq;, O cœci & stulti, qui contra me contenditis, tumultuamini, & excitati estis.

Benigna dei ira in hoc sc̄lo.

Hiere. 5.

Dei benignitas, nūc minis, nūc p̄miis nos allicit.

Rho. 2.

Ezech. 18.

Ego autem cōstitutus sum rex ab eo, super syon montē sanctū eius.

Christum loquentem efficit propheta, ut uehemētius doceat, admoneatq;, quem constituit deus pater, heredem uniuersorum, ut ait apost. Constitutus sum rex (inqt) ab eo, patre meo, qui uos irridet, qui mihi omnem potestatem dedit, super syon montem sanctum eius super ecclesiam eius, super omnē fidelē populum, super omnia sacra, super omnē potestatem, quæ in cœlo, quæq; in terra extat. Nisi me dominū igitur, & regem cōstitutū, cui oĩa subiecit pater, & agnouerit, & mihi seu in me credidederit, quisquis mortaliū est, post hāc potißimū admonitionem, eum non excusabit ignorantia. Hāc doctrinā habebāt iudęi. Priora tamē inania contra Christum, meditati sunt, digni quos subsannaret, & qbus in ira loqueretur deus. Iste est rex syō, de quo in Eūgelio Syon ideo montē sanctū appellāt sacræ literæ, quia hinc data est lex, ut ait Esai. dictaq; est ciuitas Dauid, in qua, & sacra cōstituit, & in ea regni sedem elegit. Vel pro cœlesti patria, uel p Christi hic ecclesia, ipsius cœlestis patriæ imitatrice, & hic, & in alijs scripturę locis accipitur. In hoc inferiore monte syon, qui speculatio interpretatur, in hac Christi ecclesia, certa est doctrina, & clara, quæ credētes in cœlestem Hierusalem, quæ pacis uisionem significat, deducit. Mons dicitur hęc ecclesia, a fidei soliditate, sanctus uere dicitur mons, a puritate, & innocentia sine macula, aut ruga. Hic uero, speculatio est, illic res. Videmus nunc per speculum in enigmate, tunc autem facie ad faciem. Docet se constitutum regē Christus, super uniuersum montem syon, qui uere rex est omnis terrę deus. Ille (inquit apost.) solus princeps, rex regū, & dominus dominantium. Iste est magnus dominus in ciuitate dei, in monte sancto eius. Hæc doctrina uere inimicos conturbauit. Quem enim non conturbaret tanti principis ira, tantęq; maiestatis doctrina! Rex itaq; omnium, constitutus sum a patrę, cū absoluta (inquit) potestate.

ad Heb. 1.

Mons syō

Math. 2.

Esai. 2.

Syon cur mons sanctus appellatur.

Syon.

Hierusalem.

1. Cor. 13.

Psal. 48.

Timo. 6.

Psal. 47.

Prædicans præceptum eius.

Patris mei, doctrinam, & uoluntatem eius omnibus manifestans, docens & omnes admonens, ut eā discāt, et faciant. Nam ad hoc uenit Christus in hunc mundum. Non quæro (inquit) uoluntatem meā, sed uoluntatē eius qui misit me. Et sicut docuit (inquit) me pater, sic loquor. Et quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Id quod uere faciebat Christus per castella prædicans, & euangelizās regnum dei, inquit Luc. Ipsum igitur audite. Et quo magis fidem (inquit) mihi certā habeatis, nolo uos ignorare, quod

Ioan. 4. & 7.

Luc. 8.

Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te.

Dicere. Deus pater (inquit Christus) dixit ad me, filius etc. Dicere, in deo, est facere, adimplere, perficere. Nam dicit, & facta sunt. Docet itaq; Euangelium, sic adimpleta esse omnia. Luc.3. Et uox facta est de cœlis (inqt Marcus) Tu es filius meus dilectus &c. Idem quod Lucas quoq; testatur. Nam & idẽ spũs est in nostro propheta, qui erat illis in Euãgelio. Vtriusq; enĩ testamẽti, unius ueritatis deus est. Quod ait. Hodie genui te. Hodie, in deo, non aliud q̃ æternitatem significat. Nam apud deum, qui est ante tempora, quiq; nullo tẽpore præscribitur, & præteritum, & futurũ adeo semper præsentia sunt, ut sit hodie semper, hoc est, præsentaneum tempus. Nam mille anni ante oculos eius, tanq̃ dies hesterna. Sic ait, Hodie genui te, hoc est, a sempiterno. Hic ait apost. Iesus Christus, heri, & hodie, ipse & in secula. Ante tẽpora, diuina quidẽ generatione Christus a patre genitus est, æqualis patri, et æternitate, & potestate. Ante luciferũ genui te, inquit idẽ propheta. Alia uero est Christi generatio secundũ carnẽ, qua uere factus est homo, minor patre, secundũ hominẽ factus. Et secundũ hunc hominẽ, certa quędam tempora significat uerbũ, hodie, etiã in Christo. Nam genuit deus pater Christũ filiũ, nobis hodie, quando datus est nobis, & natus homo, quia paruulus nobis natus est, & filius datus est nobis ut ait Esai. Tum enim primũ genitus est nobis, et constitutus rex uniuersorum, q̃uis decretum erat ab æterno. Sic hodie passus est, nõ sibi sed nobis. Nostra enim causa mortuus est. Sic & hodie baptizatus est, in regenerationis nostrę salutẽ. Sic hodie resuscitatus est, ut docet Luc. Hi sunt dies, hæc sunt certa tempora salutis nostræ, quæ semper præsentia habemus, quibus natus est, factus homo, baptizatus est, regenerationẽ nostram constituens, mortuus est oĩm causa, ut omnes a morte liberaret, resuscitatus est, in omnẽ omnium gloriosam resurrectionem uere credentium, usq; ad consummationẽ seculi, sine personarũ acceptione, aut temporis

Idem spũs utriusq; testamenti.

Hodie qd.

Hebr.13.

Psal.109.

Duplex Christi generatio.

Esai.9.

Luc.11.

Certa tẽpora in Christo.

prerogatiua. Hoc uerbum, hodie, uisus est diuus Ambros. in lib.3. de sacramentis sic explanare. Ego (inquit) hodie genui te, hoc est, quando redemisti populũ, quando ad cœli regnũ uocasti, quando implesti uoluntatẽ meã, probasti meum te esse filium, quia fecisti, quę ego pręcepi, facto, & uerbo, prędicans pręceptum meum, ut supra dixi. Postq̃ itaq; dominus pater (inquit Christus) priora uerba mihi dixerit, quibus omnes uere credẽtes, me filium suum docuit esse, simul et iure hęc adiecit uerba. Cũ ergo sis mihi (inquit) filius, & quidem dilectus, quia præceptum meum obseruasti, & implesti.

Postula a me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionẽ tuam terminos terræ.

Quibus uerbis, et patris erga filium eximiũ amorem, & humilẽ humanitatẽ filij demonstrat, quia dicit patrem, se esse maiorem, & a patre omnia accepisse. Arrogantiã ubiq; detestandã docet. Non enim rapina arbitratus est se esse æqualẽ deo, sed semetipsum (inquit apost.) exinaniuit formulam serui accipiẽs. Superbis itaq; resistit, humilibus autem dat gratiam deus. Docet hic se dei patris filium esse, docet, ut filio hæreditario iure, omnem potestatem apud homines, & creaturas oẽs a patre sibi traditã. Id quod in Euangelio fatetur. Tui (inquit) erant, & eos mihi dedisti, Et iterũ. Oĩa mihi tradita sunt a patre meo. Postula igitur (inquit) a me, & quicquid petieris, impetraueris. Hic est filius dilectus dei patris, qui non modo absolutam omniũ rerũ potestatẽ accepit a deo patre, sed etiam passionis merito, humani generis reconciliationem, & omniũ criminũ remissionẽ impetrauit. O beatissimã postulationẽ, et benignissimam patris erga filium liberalitatem, oĩbus uere credentibus. Vere hãc amplissimã hęreditatẽ gentium, postulauit Christus a patre, quando pro earum redemptione pati uoluit. Possessionẽ (inquit) tibi dabo, hoc est plenã domi-

Arrogantiã detestatur christus.

Philip.2.

Iaco.4.

Math.11.

dominiū, absolutam potestatē in omnes gentes. More etenim humano loquit', rei scilicet donatæ, plenū dominium, possessionis traditione transferri. Neq; terræ partem (inquit) tibi dabo, ut sim notus in iudęa solū, sed terram uniuersam, & mundi terminos omnes, a solis ortu, & occasu, ab aquilone, & mare.

Psal. 46.

Quoniā dominus excelsus, & terribilis est, Rex magnus super omnē terrā. Deus enim pater, constituit eum hęredē uniuersorū (inquit apost.)

Hebre. 1.

per quē fecit & sęcula, omnesq; credētes in eum, filios dei fieri fecit, cohęredesq; suos. Christū igitur mūdi redemptorē, dei patris filium, deum patri ęqualem, nostra causa missum, cuius aduentu recōciliamur, & peccatorū remißionē per eum consequimur, uerū deum, & hominē, uere mortuum, & resuscitatū, ut mūdi peccata tolleret, & gloriæ portas aperiret, regenerati, credētes, et agnoscētes, proq; data gratia quę pręcipit seruare soliciti, quamcūq; mūdi plagam incolāt, uere christiani sunt.

Christianus.

Postq̃ huic suo filio, hāc potestatem dedit deus pater, nunc filiū docet regendi normam.

Reges eos in uirga ferrea.

Priores illos, qui me, & leges meas, & te proijciunt. A meipso (inquit Christus) facio nihil, sed sicut docuit me pater, sic facio. Ait itaq; deus pater. Reges (inqt) hoc est, pasces, ut ab alijs uertitur. Vnū est uerbū hebreicum quod regere, & pascere significat. Aliud est enim regere, & pascere, hoc est subditos in iusticia, & æquitate tractare, ut illis prosit, patriæ patrē agere, aliud, ui, & uolūtate uelut fortitudinē, legem iniusticiæ facere, ut ait Sap.

Regere subditos.

Sapien 2.

Ait itaq; propheta, Reges, pasces, non crudeliter, sed amāter, ut solet bonus pastor, iuste, ut bonus iudex, non humano affectu, non seueritate nimia. Esto igitur illis, ut pastor, illi ut oues tibi, tu ut pater, illi ut filij. At ubi opus est, quoties ita, hoc est, correctione sunt digni, uirga corrige. Nam, qui sic corripit, diligit, quia nō hominis, sed peccati odio, pœnam infligit.

Pc̄tm̄ non homo p̄sequendus est.

Reges itaq;, ut conuertātur, et uiuant, ut corripiantur, & resipiscant. Sic enim in benigna ira corripit deus, ut paulo ante diximus. Minister dei est, qui pręest puniat igitur ut corripiat, Christi exēplo. Ideo enim inferuntur supplicia, ut uicia corrigantur. Virga atq; correctio, tribuit sapientiam, inquit Sap.

Puer. 29.

Virga, correctionem, disciplinā, significat.

Virga correctionē significat.

Non est (inquit Iob) uirga dei sup illos.

Iob. 21.

Et noster propheta. Visitabo in uirga iniquitates eorum, &c.

Psal. 88.

Nec alio animo infligendę sunt pœnę, q̃ ut corripiatur peccator. Virga (inquit) ferrea, si res exigat, rege, ut peccatorem tantisper uirga correctionis feriat, etiam durißimis plagis, dum adeo corrigatur, ut sit calamitas remedium, et uulnus medela. Et ille quidem beatus est, qui huius tandem uirgę fructum adsequitur.

Correctionis finis.

Ideo uirgam ferreā appellat, uel, quia solida, et recta est, quæ sceleratos, in rectam uiam reuocet, nec fortioris personam accipiens, nec infirmioris contemnens, uel negligens, uel, quia fortis est, nec fragilis, nec uincibilis, quando dei correctioni resistere nemo potest.

Virga ferrea.

Quando enim uult, omnia donat, omnia pro sua uolūtate disponit. Sic enim et qui in corpus potestatem habet a deo, duro, hoc est, ultimo supplicio afficit, ut alijs, & terrori, et exemplo sit, unius, uel paucorum afflictio. Cuiuis uiro bono, cui in hoc sęculo pręfectura contingit, qui in homines absolutam suam potestatem a deo accepit, perutilis doctrina est, ut Christi exemplo, tali ferrea uirga suos pascat.

Discant pręfecti.

Nulli enim, in hoc sæculo, datur a deo potestas, nisi ut pascat, hoc est, pœnis, et supplicijs admoneat, ut praua recta faciat, destruat mala, & ædificet bona. Virga igitur ferrea uirga recta sit, quæ uel fauore, uel odio, uel spe lucri, flecti nesciat. Est quoq; uirga, euangelica doctrina, qua admonentur peccatores, oportune, & importune, ut ait apost.

2. Tim. 4.

quæ alijs, est odor mortis in mortem, alijs odor uitæ in uitam.

2. Cor. 2.

Quæ certa, uera, iusta, inuicta, cuiuis probo, suauis, contra uero, improbis, amarißima est. Hæc est uir-

ga.

Esai. ga, de qua Esai. Percutiet terram uirga oris sui. Hæc est uirga directionis, uirga regni,
Psal.44. ut in alio psal. cui resisti non potest. Inde uirgam uirtutis appellat idẽ, quam emittit dominus ex syon. Nũc uero ex syon, hanc uirgam misit deus pater cum hoc rege, quem super syon constituit, ut paulo ante in hoc psalmo. Hac (inquit) uirga ferrea, reges eos, pasces, corripies.

Et tanq̃ uas figuli confringes eos.

Si enim obdurati nulla correptionis mitiore uirga sanari possint, confringes, atq; ad nihilum eos rediges, ut uas figuli, in minutissimas partes facile confringitur, ab eo figulo, qui fecit. Docet quanta est hominis dementia, Christo, in cuius potestate sumus, aduersari, per quem omnia facta sunt. Hoc idem
Apoca.19 est, quod minatur in apoca. Ioan. De ore eius (inquit) procedit gladius, in utraq; parte acutus, ut in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eos in uirga ferrea. Gladius (inquit) in utraq; parte acutus, quia sceleratorũ, et corpus, & animam scindit deus, utrũq; interficiens. Alio modo confractus est. D. Paulus, qui cæcitate percussus, de uase mortis, uas electionis factus est. Sũt qui hęc uerba tantum in Iudæos intelligãt, quos paulopost expletam eorum maliciam in Christũ, mire ad internitionẽ confregit deus, qui prorsus deleti, & exules, per omnem terram dispersi sunt, ut præter id, quod omnibus manifestum est, abunde etiam narrat Iosephus, de bello Iudaico, in. 6. potissimum, & 7. libr. Illisq;
Luc.19. futurum prædixit Christus, cum super Hierusalem fleret. Regibus, & magistratibus doctrina est, ut confringantur impiorũ corpora, hoc est, morte afficiantur, si alio medio sanari nequeant. Hanc ut superius dixi, potestatem accipiunt a deo. Hinc uere dei
1.Petr.2. ministri gladium portant, ut docet. D. Petr. Postq̃ itaq; deum patrem suum filium, et uniuersorũ regem constituisse, & regendi modum illi tradidisse, docuit propheta, ut Christi nomine reges, & alios omnes, qui potestatem a deo in homines acceperunt, doceat, nunc se uertit ad eos, hac admonitione. Vos (inquit) reges, qui præfecti estis populo dei, quibusq; in homines dedit potestatem deus, q̃uis antea neglexistis, nunc populum bene pascite.

Et nũc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram.

Vos reges, & terræ principes, quo magis intelligatis, & scientiam habeatis, homines iudicaturi, eruditionem sapientiæ perquiratis, et memoria retinete, ut ad exemplũ prioris doctrinæ dei, uobis subditos, iuste & iudicare, & regere possitis, ne subditorũ sanguinem, de manu uestra requirat tandẽ deus. Admonitio ad oẽs magistratus.
Nolite amplius contra Christum conuenire, et inuicem conspirare, ut in psalmi principio, sed doctrinam Christi accipite, & illius iugo uos subijcite. Et nunc potissimum, postq̃ ita erudimini, & docti estis, ut supra docuimus, intelligite, ut sic eruditi, et Christum, et eius doctrinam agnoscatis, & populũ, cuius cura uobis cõmittitur, solicite pascatis. Est enim Regis officium.
boni regis, probiq; magistratus, fideliter pascere, consulere, prodesse, prospicere, iuuare bonos, & morigeros honorare, non solum ab omni iniuria tueri, malos autem coercere. Meminerit se regem constitutum (ut ait. D. Petr.) ad laudem bonorũ, & ma- 1.Petr.2.
lefactorum uindictam. Reges, & magistratus magna præditos potestate, ut erudiantur admonet propheta, metuens, ne per insolentiam, saniorem doctrinam, non ferant. Præsens igitur locus, ab alio sic uertitur. Magistratus terræ admoneri uos sustinete. Hinc admonet Moses, ut Deuteronomium legãt, Deut.17.
ut discant timere deum. Si enim nõ ægre sanos admonitores audire uelint, ampla, iucundaq; spes est, uel de retinenda sapientia, qua prius præditi fuerunt, uel de recipienda sanitate, a prioribus morbis. Audiens nempe sapiens, sapientior erit. Non diuitias non Prouer.1.
gloriam, non uires a deo petijt Salomon, sed 2.Paral.1.
tantum quibus cõmissum sibi populũ, probe

iudicare posset, sapientiam, & intelligentiã. Nunc eiusdem itaq; sapientis, uel potius per sapientẽ, seueram ad omnes magistratus dei admonitionem audiamus, qua hortatur, admonet, minatur deniq; magna uerborũ grauitate, nisi sapientiam discant reges. Diligite (inquit) iusticiam, qui iudicatis terram. Ad uos (inquit) reges terræ sunt hi sermones mei. Discatis sapientiam. Nam qui didicerunt iusta, inuenient quod respondeant. Si ergo delectamini sedibus, ac sceptris o reges, diligite sapientiam, diligite lumen sapientiæ, oẽs qui præestis populo. Rex enim sapiens populi stabilimentum est. Melior est sapientia q̃ uires. Audite ergo reges & intelligite iudices finium terræ. Præbete aures qui continetis multitudinem, & placetis uobis in turbis nationũ quoniam data est potestas a domino uobis, et uirtus ab altißimo, qui interrogabit opera uestra & cogitationes scrutabitur. Quoniam cũ essetis ministri regni illius, nec recte iudicastis, nec custodistis legem iusticiæ, neq; secundũ uoluntatem dei ambulastis. Horrende, & cito apparebit uobis, quoniam iudicium durißimũ in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem, potenter tormenta patientur. Nõ enim reuerebitur deus magnitudinem cuiusquam, quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter est illi cura de omnibus. Fortioribus autẽ fortior instat curatio. Ad uos reges sunt hi sermones mei, ut discatis sapientiam, & non excidatis. Hactenus aurea sapientis uerba, quæ libentius idcirco adieci, tam quod illius, seu uerius per eum dei uerba sunt, q̃ quod tam perite, tamq; grauiter, abundeq; admonent hæc uerba ut amplius uerbo non sit opus. De pastoribus uero, & uerbi dei ministris, quibus animarũ cura datur, quiq; de illis reddituri sunt rationem, nemo nescit, q̃ necessarium est, ut uerbo eruditi sint, quámq; hoc officio indigni sunt, nisi uerbi scientiam teneant, cum sint labia sacerdotum, qui custodiant scientiam, & ueritas requiratur ex ore eorum ut ait Malachias. quia angelus, hoc est nuntius dei exercituum est sacerdos. Inter alia quidem cum primis hoc exigit apostol. Ad Titum cap. 1. ut sit potens exhortari sana doctrina. Quin ad explanationem redeo. Dictio, nunc magnam hic emphasim habet, nos ualde docens, ut postq̃ Christus carnem sumpserit, & euangelij doctrinam attulerit, q̃uis aliquando uersati sumus in desiderijs carnis nostræ mortui, et alieni a spiritus fructibus, nunc tamen uere, ut in Christo regenerati, ab eoq;, qui omnia perfecte docet, eruditi, abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis, exuamus ueterem hominem, & nouum induamus. Reges potißimum in hoc loco, & primores uiros admonet. Erudimini (inquit) & uerbo dei obedite, et

Ad reges seuera admonitio.

Sap. 6.

Pastorum scientia.

Malach. cap. 2.

Seruite ei cum timore, & exultate ei cum tremore.

Virtutũ omniũ caput est recte timere deum, hoc est eius maiestatem agnoscere potestatem timere, bonitatẽ amare, illiusq; memoriam habere semper, & pro amore reuereri, ut eum offendere timeamus, quem tantopere diligere tenemur, id quod perfectus dei cultus est qui non ex seruili metu, sed uera dilectione proficiscitur. Sic timere deum, est initium sapientię. Qui uere timet deum, odit malũ, & nihil negligit, inquit sapiẽtia ca. 18. Non seruitutis spiritum accepistis iterum in timore (inquit apost.) sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater. Septuaginta igitur interpretes, pro timore uenerationem, seu cultum dei, in Genes. 20. uerterunt. Discant ergo reges, & præsides, quibus in hoc sæculo in alios data est potestas, ut ei a quo potestatem ipsi habent, cũ timore seruiant, ne sibi nimium arrogent, cum timore, et humilitate concessam potestatem exercentes, ut sint, & cauti & solliciti semper, ne quod ad eorũ officiũ pertinet, negligant, aliquando de subditorũ sanguine

Timere deũ, olm virtutum caput.

Sapien.

Rhom. 8.

Genes. 20

guine rationē reddituri. Hunc itaq; locū sic quidam uertit. Præ studio inseruiendi, trepidantes gaudete. Ait quoq; nostra litera. Et exultate ei cum tremore, non aliud docens q̃ quod læti, & deum amantes, ne seruilem timorem habeant, exultent, & gaudētes, cum hilaritate seruiant, non grauato animo. Voluntarium enim ministrum diligit deus. Læti (inquit) exultate, sed cū tremore, uestris uiribus non fidentes nimiū, ut corā deo (iuxta apostolos) ampliorē gratiam inueniatis, & dei agriculturā inter subditos, utilius faciatis secundū gratiam quę uobis data est. Seruiamus (inquit apostol.) deo placentes, cum metu & reuerentia. Nam finis modestię timor domini, inquit Sap. Et si non in timore domini tenueris te instanter, (inquit Eccles.) cito subuertetur domus tua. Quod autem cū timore gaudium conueniat docet euang. Et exierunt (inquit) de monumēto, cum timore & gaudio magno. Hinc ait in alio psal. Lætetur cor meum, ut timeat nomen tuum, hoc est, ut reuerenter amet nomen tuum, ut non sit immemor uoluntatis tuæ, gaudeatq; adimplere uoluntatem tuam, uerūq; gaudeat, eam accepisse gratiam, timeatq; tuam uolūtatem negligere, & late, sponteq; tibi seruiat. In omni dato hilarem fac uultum tuum, (inquit Ecclesiastic.) & in exultatione &c. De timore, pluribus in psal. 5. & 18. Sic (inquit) seruite, uos potissimū qui reges estis, id quod, ut melius sanctiusq; faciatis.

1.Cori.9.
Hebr.12.
Prouer.22.
Eccles.27
Timor cū gaudio cōuenit.
Math.28.
Psal.85.
Eccles.35.

Apprehendite disciplinam.

Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes, quæ sit uoluntas dei, inquit apostо. Sapientiam, atq; doctrinam, stulti (inquit Sapiē.) despiciunt. Hinc a quodam Ethnico, religiosissime, & quidem persancte scriptum est. Ex intellectu (inquit) religionis diuinæ, qua constituta sunt omnia, contemptus, medelaq; nascitur uitiorum totius mundi. Perseuerante autem imperitia, uicia omnia conualescunt et uulnerant animam ex ignorantia insanabilem. Horum igitur disciplina (inquit) & intellectus, summa curatio est. Hactenus ille. Cogitate ergo de illa, quia sensus est consummatus, inquit Sap. Et initium sapientiæ, est disciplinæ concupiscētia. Lege illic cætera. Hanc itaq; primam, uel principis, uel christiani hominis esse partem, certum est, dei scientiam nō ignorare, sed scire. Scientiam dei scire, non aliud est q̃ eius uoluntatem ex uerbo intelligere, fide apprehendere, uita sequi. Vt omnes igitur legem dei, uel audiendo, uel legendo, uel utroq; modo sciant, optarem maxime. Vulgum itaq; cum uacat, ad eandem lectionem hortarer, cum ad neminem christianum, non pertineat hæc scientia. Sed memores, uelim sint illius prouerbij. Sutor, ne ultra crepidam. Doctrinæ quæ ad eos maxime pertinent, faciles, & apertæ sunt, obscuriora loca non iudicent. Ea peritis relinquant, & ab illis consilium accipiant. Hunc locū uertit Hiero. Adorate pure. Id quod non aliud esse uidetur, q̃ credite, & facite uoluntatem dei pro uiribus. Qui enim hoc facit, bene apprehendit disciplinā, ut hic ait, et pure adorat deum, quia facit uoluntatem eius, credit in eum, & uerbo eius credit. Osculamini filium, uertit Felix, hoc est, pro amore, & eo, quo supradiximus timore, filium Christum deum adorate, summa cum reuerentia, & humilitate eum suscipite, & colite, qui constitutus est rex, &c. Osculamini (inquit) filium, hoc est, colite, adorate, amate super omnia. Nā hoc significat osculari iudæis quod latine, adorare dicimus. Dic in psal. quint. Varia sunt oscula, Osculamur manum, pedes, uestigia, honoris, reuerentiæq; causa, oculos uero aut faciem, amoris, charitatisq; gratia. Sic suos discipulos reuertentes, excipere, solitus est Christus, id quod docet Iudæ osculum, qui in sui damnationem, pacis, & charitatis symbolum inuertebat, perditionisq; signum effecit. Sic solent pseudoapostoli, & operarij subdoli se transfigurare in angelum lucis, ut ait aposto. Qui uere osculatur, uere diligit.

Ephe.5.
Prouer.1.
Sap.5.
Scire legem dei.
A sacrarū literarum lectione, prohibendus est nemo.
Osculari quid.
2.Cori.11.

Id quod facere nemo potest, nisi cum omnibus charitatem, et in animo, uerũ pacis osculum habuerit. Vt huius uero charitatis osculi, quotidie magis meminerint homines christiani, dum aguntur sacra, ut mutuum pacis osculũ detur omnibus, saltem ut omnes eandem rem osculentur, tanq̃ se mutuo osculantes, ab ecclesia receptũ est, & quidem probe. Orat uero prius sacerdos, totius plebis nomine, ut pacem det nobis agnus dei, qui tollit peccata mundi. Inde osculum illico plebi per nuntium distribuit, tacite admonens, ut si Christi esse uelint, perfecta inuicem charitate socientur. Est enim, & certum, & uerum symbolum, quo Christi discipulus ab alio cognoscitur, inqt Ioan. Huius itaq; symboli, ut meminerit, assidue admonendus est populus, qui sacris adest, ne saluti rem tam utilem, sacerdotũ ignauia, ignoret. Si enim hanc charitatem cum omnibus non habeat, quisquis osculum, uel recipit, uel offert, non Christi discipuli, sed Iudæ proditoris osculum erit, abstineatq; potius consulerem (si absq; scandalo possit) quemadmodũ ab ipso Christi corpore, ne simulatione peccatũ augeat, donec fratri reconcilietur, id quod facere studeat q̃ celerrime. Interim quidem deo gratum agere nihil potest, ut docet euang. Alius uero hũc locum sic uertit. Dedite uos filio. Quid absolutius q̃ dedere? Hunc igitur filium (quem regem constitutum supra docuit noster propheta,) qui cupitis esse beati, osculamini, adorate, & uos, ipsi dedite, id quod recte facitis, si eius sanam reprehensionem, benignam disciplinam, certissimãq; sapientiam apprehenderitis, & obedienter susceperitis, quando uel uerbo dei admoniti & instructi estis, uel aduersis rebus edocti, ut per eius admonitionis, doctrinę, uel reprehensionis memoriam correpti, q̃uis reges, et populo prępositi estis, deum timeatis tamen resipiscentes, et uos deo subditos cumprimis agnoscentes, ut bonũ faciatis, et a malo declinetis ipsi, qui positi estis in sublimi, ut alijs bonę conuersationis lumen sitis. Exultantes igitur apprehendite, rebelles non resistite. Verbo dei credite. Secundũ eius mandata uiuere, soliciti estote, ne eadem agas, quę iudicas, ut ait apost. Mire, ut dei disciplinam, & benignam eius correptionẽ, ęquo, uel potius hilari animo sustineamus, docet apost. ad hebr. 12. Hanc igitur eruditionẽ, hanc disciplinam, hanc dei uirgã, de quibus iam diximus, apprehendãt potissimũ reges, & obedienter suscipiant.

Osculum quod in sacris propinatur.

Ioan. 13.

Vtilia assidue populo denuntianda.

Ne fictũ sit osculũ.

Math. 5.

correptio humiliter admittenda.

Disciplinę dei utilitas.

Rhom. 2.

Hebr. 12.

Nequando irascatur dominus.

Ne tandem loquatur in ira. ut supradiximus in hoc psal. & uindictam sumat. Deus quidẽ benignus, et longanimus est, & multũ misericors. Cauendũ est igitur diligẽter, ne eius longanimitatẽ cõtemnamus, ut monet apost. Cauete igitur principes, et iudices terrę, nequando tam ingrati erga deum sitis, qui uos in hoc seculo alijs prępostuit, magno eius beneficio, ut uere irascatur deus.

Psal. 102.
Rhom. 2.

Ne pereatis de uia iusta.

De uia Christi, de uia uitæ, alienati a uia dei, ut ait apost. id quod confringit, et corpus, et animã. Felix itaq; uertit. Ne amittatis uitã. Vere etenim uitã amittit, ęternã scilicet, qui sic deũ negligit, ut uiam eius nolit sequi. Illud uere perire est. Nam & uir qui errauerit a uia doctrinæ, in cœtu gigantũ cõmorabitur, inquit Sap. Qui uero disciplinã, & scientiã dei apprehendit, q̃uis turbari, deijci, & torqueri uideatur, nõ tamen perit, inquit apost. Visi sunt oculis insipientiũ mori, illi autẽ sunt in pace. Apprehendite igitur disciplinam, ne pereatis de uia iusta, ne uos relinquat bonitas, & gratia dei, sine quibus, iustã uiam retinere nemo potest, sed in uiam inquitatis cadat, necesse est, unde præcipitabuntur, & corpus & anima in gehennam ignis. Quid formidabilius addi potest, q̃ sic perire, de uia iusta? Fœlices igitur, qui resipiscũt, priusq̃ uere irascatur deus. Hinc ait.

Via iusta quid.
Ephe. 4.

Prouer. 21.

2. Cor. 4.
Sap. 3.

Cũ exarserit in breui ira eius, beati omnes

ti omnes qui confidunt in eo.

De postremo, et ultimo iudicio, hāc irā nonnulli intelligunt, quando uere, peccatoribus omnibus, irascetur dominus, nulla tunc mīa, hanc sententiā ferens. Discedite a me, &c. Ite maledicti, &c. Hāc iram breuē appellat, uel quia cito erit, uel celeriter. In momento quidē, & in ictu oculi resurgēt, et iudiciū accipient, & cito erit, ut supradixit Salomon. Breuis quoq; dicit, quia repentina, & subita mors est, et incertū tēpus. Sunt etenī breues dies hominis. Attēdite (inquit Christus) ne grauentur corda uestra, curis huius uitæ, & supueniat in uos repentina dies illa. Nā sicut fur in nocte ueniet. Si enim permanserit ira dei in illū usq; diem, & non antea restituātur gratię, uere tum peribūt de uia iusta pctōres oēs. In illo quidē die, iustus iudex reddet unicuiq; secundū opa sua, multa seueritate, malis (inquā) pœnam ęternā. Is est dies, pctōribus (de quo Esai.) crudelis, et indignationis plenus, irę, furorisq;. Exardebit itaq; deus in illo die, qa in ira, et furore puniet. Dic in psal. 6. Sed tum quidē uere beati oēs illi, ut hic ait, qui cōfisi sunt in eo, quiq; ei in timore, et tremore exultantes seruierunt, & secundū eius disciplinā in hoc sæculo, suos mores composuerūt, quia merces eorū copiosa erit in cœlis, ut ait euāg. De ira uero dei pręsentanea, quę sępe in hac uita sceleratos quoq; afficit, in ueteri testamēto passim occurrūt exēpla. Sed unum, aut alterū locum in pręsentia pro omnibus adferam. Quę nam ingens ira fuit in Core, Dathan, & Abyron, cum diceret Moses? Consueta hominū morte non interibunt (inquit) &c. Iam egressa est ira a deo, & plaga desæuit in eos, quos aperiens os suum, deuorabat terra, descenderuntq; uiui in infernum, humo (inquit) operti. Nonne percussit deus uniuersum populū, Dauid regis causa? Nonne contra, Mosen nobilem illum ducem, & pium alias, & sanctum uirum, populi magis causa mulctauit? Sic iram dei precatur. D. Petr. in Ananiam, & Saphiram, alijs, ut eorum pœna, terrori & exemplo esset. Et factus est timor magnus (inquit) &c. De hac igitur præsentanea, & temporali ira, hunc locum ut intelligamus, non alienum uidetur, quæ non semel in populū emittitur, uel pro ipsius populi, uel solius principis uitæ turpitudine.

1.Cor.15. Luc.21. Ad Tessalo.5. Esai.13. Vere beati. Math 5. Ira dei ingens, vel in hac uita in sceleratos. Nume.16. 2.Regum 24. Act.5. 2.Reg.12.

Beati igitur qui confidunt in domino, et non sunt criminis participes, quo deus ad iram prouocatur. Reges, & huius sęculi præsides maxime admonet, quando admonitione maxime indigeant, qui alijs absoluta potestate præsunt, ut dei quoq;, a quo potestatem suam habent, recte meminerint ipsi, magis ac magis.

Principē, & populi causa punit deus, & cōtra.

Psalmus Dauid. 3.

Titulus.

Dauid cum fugeret a facie Absolon filij sui.

Huius rei historia incipit. 2. Reg. 15. Nomen Dauid quod in psalmorum capite apponitur, non genitiui, sed datiui casus est. Non enim est ipsius Dauid, uel cuiusuis hominis, qui psalmi author uidetur, quod docet, quod admonet, quod uaticinatur, sed ipsi per spiritum sanctum reuelatum est. Dauid itaq; reuelatum est a spiritu sancto, ut hunc psalmū (ut in plærisq; alijs) de Christo prædiceret. De Christi etenim Iesu morte, resurrectione et ascensione, non obscure uaticinatur in hoc psal. Visum est, hunc igitur sensum in huius psalmi interpretatione sequi, ut cæteris pręstantiorem, ut iudæi, uel iudæis deteriores hæretici, turci, & id genus hominum, toties repetito prophetico testimonio, & Christum discant, & erroris sui celerius pœniteant. Hunc psal. interpretari quoq; licet, de quouis fideli uiro, dei auxilium petente, contra persequutores, & irresistibilem inimicorum sæuitiam, potissimum, si membra, qui uelut filij sunt, caput persequantur, regem subditi. Episcopum, & pastorem, filij

spiri-

spirituales, & oues. Sic patrē Dauid persequutus est Absolon filius. Dormire, et soporatus esse uidetur sæpenumero, quem crudeliter inimici persequūtur, tanq̄ attonitus, præ timore inimicorū, sed per dei gratiā exurgit, nec amplius (modo certā fiduciā in deo constituat.) inimicorū milia se circūdantium reformidat, non nesciens fieri omnia uoluntate dei, neq; longius persequutionē manere, q̄ patiatur uolūtas dei. Se igitur deo totū cōmittat, siue in uitam, siue in mortē, ut ait apost. Neq; non cōuenit huius psalmi oratio, cuiuis peccatori, qui spiritualiū inimicorū et tentationū multitudine, uelut obruitur, qbus tanq̄ syrenū cantu illectus est, et usq; adeo illaqueatus, ut sui, suiq; salutis quasi oblitus uideat, qui pro auxilio deū sic inuocat. Domine, quid multiplicati sunt &c. Nos priorem sensum de Christo persequimur, de alijs admonuisse sufficit. Dauid, Christi typus est, qui dilectus, seu fortis interpretatur.

Philip.1.

Dauid.

Hunc Dauid nostrū Christū, persequebantur filij, Iudæi scilicet, qui populus electus erat. Ab illis itaq; fugiebat Christus, hoc est, reliquit eos, & elegit sibi gentes, ut in psal. 17 et. 21. Hinc in eos exclamat homo Christus ad deum patrem, auxilij causa, in hoc psal. Domine quid multiplicati sunt &c.

In summa.

Aduersantiū multitudinē Christo eius mortem, et resurrectionē, persequutorū pœnam, et a quo solo speranda sit salus, indicat, & docet propheta in hoc psalmo.

Explanatio.



Omine quid multiplicati sūt, qui tribulāt me? multi insurgunt aduersum me.

Qua (inquit) causa, multiplicati sunt, cur tam multi in unum conuenerunt? uelut coniurati, qui tribulant me? Deum patrē humiliter interrogat Christus, cur patiatur illos sic multiplicari, sic insurgere? Christus homo loquitur. Vere multiplicati fuerunt, qui seruatorem, ut antea sæpe, ita et potissimū passionis tempore, tribulabant, & infestabant milites Rhomani, populus iudæicus, Hærodes, Pilatus, templi sacerdotes, et cet. ut in psal. proximo superiore. Ii (inquit) multi insurgunt aduersum me, quē inopem, quod ad hoc sæculū attinet, solū, & omnibus rebus egentem uident. Summi sacerdotes, & totū concilium, quærebāt aduersus Iesum testimoniū, ut eum morti traderent, inquit Math. Principes sacerdotum (inquit Luc.) Magistratus templi & seniores, Iudas cum turba qui uenerant ad eum quibus dixit. Quasi ad latronem exijstis cum gladijs & fust. &c. Multiq; falsi accusatores introducti erant contra Christum &c. Et inter alias quidem multas blasphemias, quibus me conantur (inquit) diuexare, & tribulare.

Math.23.
Luc.22.

Multi dicunt animę meę, non est salus ipsi in deo eius.

Sępe repetit multitudinem, ut doceat exiguū adeo numerū Christo Iesu adhęrentē, ut etiā ex paucis discipulis proditor unus nō defuerit Iudas filius perditionis (ut ait Ioan.) qui uere Christum dominū, & magistrum suum persequebatur, sicut filius Absolomus, persequutus est Dauid patrē. Hi (inquit) multi, qui mihi aduersantur, dicunt, & sic uociferantur, animæ meæ, hoc est, uitæ meæ, contra uitam meam. Crucifigatur, tradatur, q; morti. Morte turpissima condemnemus eum, quia non erit salus ipsi a deo, quem sibi patrem esse dicit. Alios seruauit, seipsum seruare non potest. Confidit in deo, liberet eum nunc si uult. Hæc atq; id genus alia multa, aduersus me fremebant. Hęc est, uox impiorum. Sed quām falsi, quāq; frustrati (inquit) sunt, manifeste res indicat. Nam in manus tuas domine pater, (inquit Christus) commendo spiritum meum.

Ioan.17.

Illusiones in christū. Math.15. Math.17.

Luc.23.

Tu

Tu autem domine susceptor meus es, gloria mea & exaltans caput meum.

Quicquid illi blasphemantes dicant, domine pater, tu es mihi saluti, et plane eris. Nam tu es uere susceptor meus, defensor meus. Hinc ab alijs sic uertitur. Tu es clipeus meus, uel scutũ meum, uel præsidium meum. Susceptor is quidẽ dicitur, qui alium, uelut manibus iuuat, uel a periculo recipit. Hinc in alio psal. Impulsus, euersus sum ut caderem, & dominus suscepit me. Inde susceptorem, qui puerũ baptizatũ e sacro fonte recipit, appellant latini, manibus e fonte eleuantẽ & iam a diaboli uinculis eripientem, & ad Christi suaue iugum introducentem. Vel potius, ideo susceptor dictus est, quod in se curam suscipit, (ut ait Dionisius Ariopagita, de ecclesiastica hierarchia, cap. ultimo.) cum primum per ætatem liceat, infantem se doctură solicite, ut quæ eius nomine promiserit, discat. Hos uulgo compatres uocant. Erasmus uero, Catechistas in annotationibus apud Luc. cap 1. De susceptore, dic in psal. 45. Tu es (inquit) susceptor meus, et gloria mea deus pater, quia suscepisti me in gratiam auxilij tui, meq; uictorem effecisti, quicquid illi dicant. Deum patrẽ suam itaq; gloriã uocat Christus, qui eum sic a morte suscitauit, omniũq; inimicorũ uictorem fecit, gloriosa uictoria. Omnia mihi tradita sunt (inqt) a patre meo. Iure igitur patrem, suam gloriam esse dicit. Inde petit se a patre glorificari. Clarifica (inquit) filium tuum. Et glorificauit filium pater, glorioso illo testimonio, hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite. Deditq; illi nomẽ, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu, omne genu flectatur, etc. Tu es igitur gloria mea, q̃uis me hic mũdus despiciat, tu tamen suscipies me, & afficies (inquit) me gloriosa uictoria, magno decore, super omnes inimicos meos, exaltans caput meum in redemptionem omnium gentium, & populorum, qui in me credituri sunt, et inimicorũ perditionem, qui credere nolunt. Qui crediderit (inquit) & baptizatus fuerit, saluus erit. Qui autem non crediderit, condemnabitur. Vere Christi filij caput exaltauit deus pater, quem sedere fecit (ut ait apost.) ad dexteram in cælestibus, super omnem principatum, & potestatem, & dominationẽ, & omne nomen quod nominatur, non solũ in hoc sæculo, sed etiam in futuro, & ipsum dedit caput super omnia. Sic enim oportuit exaltari filium hominis, inquit Ioan. Pater itaq; filio in aduersis, & tribulationibus, susceptor est, gloria in resurrectione, exaltans caput eius per ascensionem. Et ideo, dominus (inquit) pater, sic suscepit, & glorificauit me. sic exaltauit caput meum, quoniam

Susceptor quis.

Psal.117.

Dionisius

Psal.45.

Pater est gloria filii.

Math.11.

Ioan.17.

Philip.17

Ioan.1.

Christus a patre exaltatus.

Ephe.1.

Ioan 12.

Voce mea ad dominum clamaui, & exaudiuit me de monte sancto suo.

Vere Christus Iesus ut homo, clamauit ad patrem. Cum enim ad patrẽ sæpe clamaret, & preces effunderet assidue, nobis exemplũ prebens, ut solicite tam in aduersis, q̃ in prosperis, oremus deum, & de omnibus illi gratias agamus, tum maxime appropinquante passione. Pater (inquit) uenit hora, clarifica filium tuum & cetera quę in toto illo capite sequuntur. Item pater (inquit) in manus tuas cõmendo spiritum meum. Vt homo Christus orabat prolixe, & factus est in agonia (ut ait Luc.) & factus est sudor eius, & cet. Ad dominum (inquit) clamaui, deus meus respice in me, & cet. non ab alio quouis auxilium petij. Nobis quidem doctrina est, tam ut uoce clamemus ad dominum, petamus, & pulsemus, ut ait euang. q̃ ut auxilium ab alio nullo, q̃ ab ipso deo petamus, aut speremus. Voce clamaui (inquit) & exaudiuit me, de ipso monte sancto suo, hoc est, de suprema sede maiestatis suæ, de summo cælo, quantumuis dixerint iudæi, deum patrem non affore mihi saluti. Quod addit uocem, & clamorem, spiritus feruorem indicat,

Ioan.17.

Luc.22.

Psal.21.

Clamandũ ad dominum.

Mons in sacra scriptura multa significat.

dicat, & mentis solicitam eleuationẽ ad deũ. Mons in sacra scriptura, tam in bonam q̃ in malam partem uarios habet sensus. Diuinam mansionem, & sedem illam cœlestem, ut hic, dei scilicet præsentiam, & conspectũ, Christi ecclesiam, sanctos uiros, prophetas, apostolos, prædicatores, huius sæculi potentes, diuites, superbos, sublimes tyrannos, quicquid in hoc mundo altum, & elatum nimis est, ipsum deniq; diabolum significat. Sela.

Sela.

Hoc uerbũ apponi solet apud hunc prophetam in nonnullis locis. Cuius uerbi geminus sensus, omnibus adhuc incertus esse uidetur. Augustinus, pausam, alij semper, aut uere, aut ita est, seu ita res habet, quoties apponitur, significare putant. Alij notam esse putant nouæ rei, nouæ sententiæ, ut Hillarius. Qui semper, aut uere, significare putant, quorum unus, est Hieronymus, qui pro uerbo, Sela, uertit, Semper, aiunt hoc uerbum Sela maiestatis notam esse illius loci, qui sequitur, qua persuasum habeamus, illud, quicquid ibi docetur, & uerum, & insigne, hoc est, memoria cum primis dignum, & æternũ quoq; esse. Qui uero pausam cum Augustino significare arbitrantur, silentij signum esse aiunt, ut suaui quadam taciturnitate secum meditentur cantores, de uerborum, uel quæ præcedunt uerbum Sela, uel sequuntur, diuina uirtute, reiq; magno mysterio, et maiestate, ut sic plurimum affecti diuini sermonis suauitate, & interna animi meditatione, animos magis, magisq; erigãt, & excitent, iterum cantaturi. Vbicunq; hoc uerbum, Sela, apponitur, illic uere insignem aliquam diuinam sententiam, ueram, & certam reperies, perpetua memoria dignißimam. Quidam putant hoc uerbum, optatiuam uim habere, ut uerbum, Amen, hoc est, fiat, optare scilicet, ut eueniat, ut perficiatur, ut perpetuo fiat, quod prædicatur, docetur, aut promittitur, in illo loco. De uerbo, Amen, dic in psal. 40. Qui cupit hãc rem pluribus disputatam uidere, Hiero. ad Marcellam legat, in

Psal. 40.

Epistola quæ incipit. Quæ acceperis, to. 4. Videamus modo quæ sequuntur, quámq; insignia sint, ut hic locus uerbo Sela sit dignus. Clamaui (inquit Christus) ad dominũ, & exaudiuit me. Nam

Hiero. ad Marcellã to. 4.

Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia dñs suscepit me.

Sela.

Secura spes in deo.

Quicunq; certam suam fiduciam habet in deo, secure dormit, & suauiter quiescit, quia neminem (ut sequitur) timet, nullos hostes, nullas uires, cum habeat deum susceptorem, & defensorem. Hac spe fretus, non timebat noster propheta, secundum historiam, inimicorũ multitudinem. Sed redeamus ad Christum. Ego (inquit Christus) dormiui, crucifixus, & morti traditus, & soporatus sum alta quadam dormitione, sed quieta, & tuta, in sepulchrum positus. Dormiui (inquit) non perij, ut falso putabant aduersarij, quia non reliquit in inferno animã meam deus pater, nec dedit sanctum suum uidere corruptionem, ut in alio psal. quia exurrexi post triduũ. Dormiuit Christus morte, & per hanc mortem destruxit eum, qui habebat mortis imperium, hoc est, diabolum, ut ait apostol. Quid dignius uerbo, Sela, q̃ præsens locus, qui Christi mortem, & resurrectionem tam perspicue docet. Dormire in sacris literis dicuntur, qui, moriuntur omnes, propterea quod olim excitandum corpus est, & resurget, interim uero dormire dicitur. Hinc somnium appellat. D. Iob, mortem illã. Sic enim dormiuit Abraham cum patribus suis. Sic sancti prophetæ, sic patriarchæ, sic ueteris, et noui testamẽti beati omnes. Nolite igitur (ait apost.) contristari de dormientibus &c. Dormiunt quidem secure, qui in Christo moriuntur. In Christo dormiunt, qui iusta fide, & persuasa spe dormiunt. Quibus dicere secure licet, Dormiam, & requiescam. Est etiam dormire, negligere, sicut uigilare solicitum esse significat. Dormire uero, coire, in ueteri testamento frequens est. Sed ad Christum redeo, qui ut homo loquitur. Natura

Psal. 18.

Hebr. 2.

Iob. 14.
Dormire, mori significat.

Vigilare.

Deut. 17.

tura etenim humana exurgere non poterat, nisi diuina potentia illam suscepisset, suscitassetq;. Nã deus pater (inquit apost.) suscitauit eum a mortuis. Ait igitur se surrexisse, quia dominus suscepit eũ. Vt tamẽ patri deus æqualis, potestatẽ (inqt) habeo iterũ sumẽdi corpus meum. Nam ego et pater unũ sumus. Per totum hunc psalmum, patrem alloquitur ut homo. Clamauit ut homo. Se dicit exaudiri, et egere auxilio, ut homo, morte dormiuit ut homo, in sepulchro soporatus ut homo. Exurrexit, sed glorificato corpore, mortalitate deuicta, deus & homo, nec mors illi ultra dominabitur, quia dominus suscepit eũ, de sepulchro per resurrectionem, qui ad patrẽ ascendẽs dextera sedet, in æterna gloria sua, futurus index orbis terræ. Vere igitur dormiuit, soporatus est, exurrexit, et a patre susceptus est. Postq̃ igitur dominus (inqt) ita suscepit me, sic factus est susceptor meus.

Galato.1. Ioan.10. Rhom.6. Christi regnum.

Non timebo milia populi circũdantis me.

Non timebo multitudinẽ illam, quæ insurgit aduersum me, de quibus in huius psalmi principio, etiã si milia populi sint circũdantis me, et cupientis tam uitã meam tollere, q̃ nomẽ, memoriam, & resurrectionis meæ uirtutem delere. Nam dominus suscepit me. Inde absorpta est nunc post resurrectionẽ (inquit apostol.) mors in uictoriam. Quia mors ultra non dominabitur. Milia ponit pro numerosa multitudine hostium. Magnã uim docet certę fiducię in deo, ut uel spiritualẽ, uel corporalẽ inimicum, neminem formidemus. Hinc ait in alio psal. Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Nã dominus (inquit) factus est mihi in salutẽ. Nobis uero semper, dei auxilium est inuocandũ, quia semper qui insultẽt, parati sunt multi inimici. Christi igitur exemplo solicite oremus.

1.Cori.15 Securus est quem deus protegit. Psal.117.

Exurge domine, saluum me fac deus meus.

Quemadmodũ nunc abunde fecisti, sic & ut semper facias, supplex oro, ut tuã potentiam inimici perspicue sentiant, & in te solo, tutũ esse cuiuis auxilium, non ignorent. Quod ait exurge, more humano loquitur ppheta. Nã qui in tempore cũ possit, auxilium non fert, aut dormire, aut ualde suos negligere uidetur. Exurgit deus, quãdo cõsolatur, auxiliũq; præstat. Sic et iacere dicitur deus, uel dormire potius, q̃diu sceleratos multos sinit, eosq; diuturnius patitur. Frequens est in ueteri testamento orandi tropus, ut exurgat deus, & benigne suum auxiliũ excitet. Christus uero non tam sua, q̃ suorum causa sic orat. Exurge &c. Nam conantur (inquit) memoriam meam delere, apostolos, discipulos, & in me credentes omnes persequendo. Et ideo (inquit) exurge, et saluum me fac deus meus, in illis ministris meis, ne pereant illi. Id quod docuit se impetrasse Christus, apud Matheũ. Et quemadmodum pro suis orauit Christus, Ioan. lege ca.17. O benignissimũ saluatorẽ, qui secum suos ęquat, quiq; hãc fiduciam suis reliquit, ut si in eo manserint, perq; fidem, & dilectionẽ, sermonẽ suum seruauerint, quodcũq; petierint impetrauerint, non modo gratis salui facti fuerint. Nam uos (inquit ad omnes in eum credentes) amici mei estis, si feceritis, quæ præcipio uobis, & ego in uobis maneo, & uos in me manetis. Quantũuis itaq; dixerint (inquit Christus) non esse mihi salutẽ in te domine pater, certo certius, nunc tamen perspicere possunt, ualidissimum auxilium tuum erga me.

Exurgit deus. Dormit deus. Math.10. Ioan.17. Benignitas Christi. Ioan.15.

Quoniam percussisti omnes aduersantes mihi sine causa.

Iudam, Pilatũ, Herodẽ, sacerdotũ principes, ne dum illud sacerdotiũ, iudęicam deniq; totã remp. percussisti, quia mihi sine causa aduersabantur, et impugnabãt me gratis, ut in alio psal. Eos omnes (inquit) percussisti, deiecisti et profligasti. Vere sine causa (inquit) aduersabatur mihi populus indisciplinatus, ut ait Esdras. Nam ego apud eos docens in templo, quotidie bonos mores, uitam æternam euange-

Psal.118. &.119. Esdr.1.

euangelizans, claudis gressum dabam, cœcis uisum, & id genus alia. Odij nullam igitur causam habuerunt. Ad eosq; potißimum me
Math.15. misisti deus (inquit) pater, quo sanam doctri
Psal 2. nam acciperēt. Quam cum abijcerent uelut
Luc.13. dolens ad eos dixi, Quoties uolui congregare filios, &c. Posuerunt nihilominus aduersum me mala (inquit) pro bonis, & odiū pro dilectione, adserētes bonum malū, tenebras lucem dulce amarū, innocentiam scelus esse. Quod autem ad Christi innocentiā attinet, ait Pilatus. Quid enim mali fecit? Atq; iterum. Nullam causam inuenio in homine isto. &c. Multo magis tamen uociferabant. Tolle, crucifige. &c. Quamobrem, & eos (inquit) percußisti.

Et dentes eorum contriuisti.

Dentes uerborū mordacitatem, calumnias, blasphemias impiorū, & inimicorū sceleratos conatus, & obstinatas uires significāt, canum, leonum, luporum, ursorum, & huiusmodi bestiarum instar. Hos dentes contriuit deus, quia eos percußit, qui mordere, uel potius deuorare innocentiā studebant. Hi sunt,
Psal.58. quibus in ore gladius est, ut in alio psal. De
Psal.57. his quoq; ait alibi. Deus conteret dentes eorum, in ore ipsorum moles leonū confringet dominus. Digni sunt qui confringantur, qui tam benignū deum agnoscere noluerūt, neq; credere deum patrem quem solū inuocabat, auxilio sibi adfore. Non enim ignorare debuissent, quod solius.

Domini est salus.

Omnium sperantiū in eo. In sola eius manu tota salus pendet. Hoc oībus persuasum sit, ab omnibus quicquid dicatur. Ab eo dandum est nobis igitur auxiliū, in tribulatione. Salus enim iustorū a domino. Ait itaq; confidenter
Psal.107. in alio psal. In deo faciemus uirtutē, & ipse ad nihilū deducet inimicos nostros, quia uana salus hominis. In te igitur, qui uere (inquit ad deum patrem) sunt tui, omnem spem suam constituent. Eorum enim semper recordatis. Nam

Et super populum tuum benedictio tua.

Sela.

Populum dei appellat, qui certa fide, uerum deum tam agnoscit, q̃ uere cū dilectione adorat, ab eo expectat omnia studiose ut eius faciat uoluntatem conatur. Super hunc populū erit dei benedictio, gratia & benigna beneficentia. Benedictio enim domini super caput iusti inquit Sap. Sicut maledictio in gētibus, sic saluabo uos (inqt Zach.) & eritis benedictio, eritis fœlices, & beati. Nam sicut cogitaui, ut affligerem uos, etc. Sic conuersus cogitaui &c. Nolite ergo timere, inquit Zachar. Cum ergo audieris dei benedictionem, non uerba somnias, sed beneficiū agnoscas. Dei etenim benedictio est, beneficij exhibitio. Sic benedixit dominus domui Aegipti, propter Ioseph, et multiplicauit &c. Sic benedixit quinq; illis panibus, et duobus piscibus apud Lucam. Sic benedicit quotidie suis omnibus quos auxilio gratiæ suæ munit, iuuat, protegit. Deniq; sola dei benedictione, sola eius gratia habemus, quicquid p̃sperū, lętū, aut salubre habemus. Hæc est dei benedictio, erga hominē. Deum quoq; benedicunt homines, hoc est, illi gratias agunt, eum laudant, eius bonitatem, & doctrinā denuntiant apud alios, ut illi quoq; dei nomē sanctificēt, magnifaciant, laudibus extollant. Frequens est in sacris literis hominis erga deum hmōi benedictio. Quod autē eundem habeat sensum benedictio quem diximus, docet abunde satis unicus ille psal. Benedicam (inquit) dominum in omni tempore, semper laus eius in ore meo, & quæ ibi sequūtur. Neq; aliud docet toties repetitū uerbū benedicite, in trium puerorum cantione, q̃ ut non ignoretur, nihil esse creatū quod creatorem non laudet, non illi agat gratias, nō fateatur quicquid habet, ab eo accepisse. Docet pspicue de utraq; benedictione, et dei, et hominis, psal. 130. Neq; aliud est optare benedictum deum, q̃ optare, ut in illū credentes, eum agnoscant, illū solū adorent oēs, plenis laudibus celebrent, illi se totū

Populus quis dei.
Prouerb.10. Zachar.8.
Benedictio dei quid. Genes.39.
Luc.9.
Benedicere deū.
Psal.33.
Psal.130.

se totū cōmittant, in eo deniq;, & eius gratia
Luc.1. fidant penitus, Sic ait Zachar. Benedictus
Hominis erga hominē benedictio. dominus deus israel. Est etiā hominis homini
benedictio, quæ nō aliud est q̄ bona precatio.
Sic abeuntibus a nobis benedicimus. Venięti
etiam ad nos, bene uidē imprecamur, quādo
benedicimus. Omnes deniq; salutationes, &
mutuę consalutationes nostrę, nō aliud q̄ benedictiones
sunt, hoc est, bonæ precationes
Exod.12. inuicē. Sic abeuntē petebat Pharao, ut benedicerét
illi israelis populus. Et laudare, et gratias
agere homini, hominis quoq; benedictio
nōnunq̄ significat. Sic benedixit Iacob Pharaonē,
hoc est, gratias bona precatione retulit,
quando Ioseph filius eius, eum ad Pharaonē
introduxit. Et patriarcharū, & patrū,
& pphetarū benedictiones, in sacrę scripturę
plærisq; locis, uidere licet, ut discamus nō
cōtemnendam esse hominis benedictionem.
Hinc optime receptum est a christianis (id
quod pijs omnibus persuasum uelim) ut filij
petant supplices a parentibus benedictionē.
Hæc est prerogatiua data parētibus, (inquit
D. Ambros.) ut filiorū pietas prouocet erga
parētes. Sic enim pius filius propter gratiā,
ingratus filius propter timorē parentē honorat.
Ambros. de benedictionibus patriarcharū. Nam sicut utilitatē benedictio, sic &
sterilitatem rerū bonarū adfert parētis maledictio.
Hactenus ille. Episcopi benedictionem,
hoc est, bonam pro nobis precationem
qui totius orbis, hoc est suæ dioces. cōmunis
pater est (inqt Theophilact. post Chrisost.)
& rationē redditurus deo pro cōmisso grege,
& legatione dei fungitur (ut ait apost.)
non paruifaciamus. Spiritualis (inq̄) parentis,
hoc est, Episcopi benedictionem & humiles,
& gaudentes accipiamus. Pro filijs
etenim orat. Quid aliud quæso aut agit, aut
optare uidetur, his, & similibus uerbis, quibus
populo benedicit. Benedictio (inquit) dei
patris omnipotentis, descendat super nos, et
maneat semper. Suos discipulos sic docuit
Math.10. Christus benedicere dignos q; benedictione,
beneficium accipere, ab indignis uero ad benedicentem
reuerti. Non hominis igitur indignitatem
sed dei donum respiciens, nescis
haud dubie benedictionis quē fructū acquisieris,
modo supplex & humilis benedictionē
suscipias. Quicquid dei nomine offertur,
gaudens suscipe. Non enī frustraberis animi
tui promptitudine. Sua uirtute non confert
benedictionis uirtutē, sed ad hominis preces
deus præstat. Ora igitur, cum orante, ut dei
beneficiū accipias. Esto et gaudēs, & paratus,
ut dei beneficiū, undecunq; prodeat, obuijs
ut aiunt manibus excipias. Eorū preces,
qui præsunt, facile pro populo exaudiri, docent
multa sacræ scripturæ loca. Hanc benedictionem
ab Episcopo, initium ab apostolis
accepisse certum est. Manifestissimū est Au- Aug. de ciuitate dei. li.21. ca.8.
gust. ætate, benedictionē ab Episcopo magni
fieri. Surreximus (inquit idē) & ab Episcopo
accepta benedictione, discessimus. Benedicere
in sacris quoq; literis nōnunq̄ pro maledicere
poni solet. Sic filij Belial cōtra Na- 3.Reg.21.
both dixerunt. Naboth deum & regē benedixit.
Iob.1. Sic ait Iob. Ne forte peccauerint filij
mei, & benedixerint deo.

Psalmus Dauid. 4.

Titulus.

In finem in carminibus.

Varia titulorum est inscriptio, in uarijs psal.
non sine mysterio apposita. Neq; tam uarij
sunt q̄ sæpius intellectu obscuri, usq; adeo, ut
interpretū doctissimi, in eorū certo sensu hallucinari
se fateantur, uel potius ignorare prorsus
nonnunq̄, uere quid sentiant. Ne miseris
igitur candide lector, si nos aliquādo, in earū
explicatione non parū laborare prospexeris,
quando singulos titulos in suis locis pro
data gratia explanare conabimur.
Quod in huius psal. titulo ait, In finem, fre- Explicatio tituli In finem.
quens est uerbū in plerisq; psal. qui non eandem
rem tractant, aut docent. At hoc unum
persuasissimū habeas, apud hūc uere regium
prophetam, alia non doceri (id quod certissimū est,

mũ est, per oẽs quoq; sacras literas) q̃ quę ad ueram & æternã uitam conducũt, quod est uerũ omniũ optimus finis. Ait itaq; apostolus. Qui serui facti estis deo, habetis fructũ uestrũ sanctificationẽ, finẽ uero, uitã ęternã. In finem, itaq; posuit in hoc titulo. Cur autẽ omnibus psalmis non inscribitur, inuestiget cui reuelatũ est. At ex uarijs trãslationibus hoc obseruo, id uerti ab alijs, ad uictoriã uel uictori quod In finẽ ponit nostra æditio, uelut titulũ in finem explicantibus. Quæ nam alia tam insignis est uictoria, q̃ calcatis huius mundi inimicis omnibus, æternam uitam tandẽ adsequi? Cui alij uictori, res alia tam læta euenire potest? Hinc uisus est in huius psalmi titulo addere, In carminibus. Alij in organis uertunt. Vtrũq; læticiam significat, quã de spe tantę uictorię adipiscendę concepit beatus uir, quem in primo psal. docuimus. Quid aliud quoq; est, quod ait in hoc psal. beatus ille uir? Dedisti (inquit) læticiam in corde meo. Cantatur itaq; in carminibus, in lęticia in gaudio. Hilarẽ datorẽ diligit deus. Sic sunt carmina deo cantãda ut in alio psal. Neq; aliud est in hoc loco carmen q̃ cantus. Carmine quidẽ scripti sunt psal. quibus læte canitur deo, & aguntur gratiæ, uel petuntur quæ cupimus, uel docentur quæ conducunt. Nullus hunc psalmũ non difficilẽ iudicat. De solis gẽtibus & idololatris quos ad ueri dei agnitionem uocare studiose conabatur pius propheta, interpretantur quidã. Alij de assiduis et obstinatis pctõribus. Alij de Christo intelligũt qui loquitur ad impios, qui est optimus finis, uel potius principiũ, & finis, qui incredulos increpat et docet ĩ hoc psal. Nos uero tam de idololatris q̃ de fœdis, & induratis peccatoribus, ethnicis deterioribus, explanare conabimur auxilio dei.

Summa uictoria.

In summa.

Et facilem, & mirificam dei bonitatem erga suos indicat propheta. Alienos quidẽ a deo, nunc increpat, nũc docet. Omnes denique pios spera futura admonet, si in solo deo omnem spem & fiduciam constituamus. Hunc psal. de semetipso interpretatur. D. August. in libro confessionum. 9. cap. 4.

Explanatio.



CVm inuocarẽ exaudiuit me deus iusticię meę.

Prophetę, seu pij christiani uiri sunt hæc uerba, qui certa fide orat. Idololatras, & assiduos obstinatos, impiosq; peccatores, qui in malicia gloriantur, docet hic propheta, q̃ facile, quámq; benigne, credẽtes et sperãtes in eo, exaudit deus, ut relicta impietate credant illi, & suo exemplo, dei bonitatẽ experiri citius uelint & optent. Inde ait. Cũ inuocarem hoc est quoties, uel simulatq; inuocarem, exaudiuit me deus iusticiæ meę exaudiuit preces meas quia in tempore auxiliũ tulit. Deum ideo iusticię suę, hoc est, innocentię uel fidei suę appellat, quod palã, et certo certius est, neminem quicq̃ boni, aut iusticiæ aut uirtutis habere, neq; in eo aut iusticię aut innocentiæ quicq̃ idesse, nisi gratia & beneficio benigni dei. Idololatrę quidem ipsi auxiliũ non minus a dijs suis in necessitate petunt, q̃ qui uerũ deum, & norunt, & inuocant. Quantũuis scelerati quoq; sint homines, aut magno dolore, aut præsentaneo periculo, aut acerba anxietate pressi, ad dei inuocationem haud dubie confugiunt. At frustra idololatræ inuocant. Verum etenim deũ non agnoscentes, opem ab idolis petunt, quæ sine anima sunt, pro sanitate, infirmum deprecantes, pro uita, mortuum &c. ut docet sap. Scelerati uero et assidui peccatores, quamuis deũ cognoscant, plane non agnoscunt. Ob indignationem igitur non exaudiuntur. Peccatores odio deus habet. Tu ergo (inquit Hiere.) noli orare, quia non exaudiam te. Si ergo uis audiri (inquit prophe-

Cur iusticię deus.

Nullus ad deum nõ inuocat.

Sap. 14. et. 15.

Eccles. 12.

Hiere. 7.

Rectus corde.

ta) fac, ut uerus deus, sit deus iusticiæ tuæ, ut eum agnoscas, ut in eum credas, ut ei te totū cōmittas, ut ei seruias, hoc est, eius mandata seruare studeas, eum super omnia reuerenter timeas, & unice diligas, ut te exaudiat, quēadmodū me (inquit) exaudiuit, cū inuocarē. Quo uero pacto illum efficies deum iusticiæ tuæ, et paucis iam dixi, et probe in hoc psalmo doceberis. Nūc ad deum sermonē uertit, beneficium agnoscēs, id quod gratū est deo. Vere (inquit) exaudisti me. Nam

In tribulatione dilatasti mihi.

Sentio (inquit) benigne deus cum inuocarē, quod me exaudiuisti. Nam cum tribularer, cum in periculis urgerer, magnaq; tentatione stimularer, tu pro bonitate adfuisti mihi, & dilatasti me, ab angustia, ab inimico, me liberasti, mihi liberum, latumq; campum inimicos omnes fugiendi, per gratiam dedisti. Ait itaq; in alio psal. Non conclusisti me in manibus inimicorū, sed statuisti in loco spatioso pedes meos. Sic ab angustijs Aegiptiorū, in spatiosam terram filios israel eduxit deus. Sic peccatorum multitudine obsessos, liberat, auxilij sui gratia iuuat, ut resipiscāt, & spiritus libertate fruantur. Quod ait editio nostra, dilatasti mihi, latine magis ab alijs uertitur, dilatasti me, nisi uelimus aliud plus subintelligere, ut dilatasti mihi uiā, qua ab inimicorū insidijs euaderem. Semper igitur te inuoco, semper (inquit) ad te oro.

Psal. 30.

Auxilium dei.

Exod. 3.

Miserere mei, & exaudi orationē meam.

Sicut hactenus misertus es, & exaudisti, quoties te inuocaui. Docet hoc, semper orandum. Semper enim egemus auxilio, et gratia dei, & nunq̄ non præstat, quod utilissimū est. Nūc uero alienos a uero, & optimo deo, sint uel idololatræ, uel impij peccatores, increpat, & crassam eorum, uel ignorantiam, uel obliuionem, uel maliciam reprehendit. Eorum itaq; uices dolens sermonem ad eos sic uertit.

Semper egemus auxilio dei.

Filii hoīm usq;quo graui corde.

Filios hominum, huiusmodi genus malorum hominū appellat, hoc est, terrenos, carnales, quiq; cœlestia nunq̄ suspiciunt. filij hominū, filij peccatorum primi parentis Adam contumaciam, & peccatum non deserentes, in quibus caro uincit, non fragilitate, sed malicia, filijs dei aduersarij. Se uero filium hominis appellat Christus, non semel in Euangel. longe in alio sensu, non quod carnis opera faciat, (non enim fecit peccatū) sed ut se hominem doceat, nostram fragilem carnem gestantem, e peccatoribus, sed sine peccati semine in mundum uenisse, ut saluum faciat ueterem hominem. Quoties filios hominū uersum uidemus, in Hebr. (inquit Hiero.) filios Adam habemus. Hinc scriptū est. Ista est lex Adam domine deus, hoc est lex hominum. Hos filios Adam terrenos, & filios hominū, sic admonet, sic obiurgat propheta. Vsquequo, quamdiu eritis, tam graui, pigro, & tardo corde, ad credendum, ad agnoscendum uerum deum? &c. pronisq; ad inseruiendū carni, uere hominum, & peccatorum filij, proni ad terram peccatorum onere depressi, diligentes iniquitatem? &c. Quam uero graui sunt corde peccatores, docet psalmus. 37. Quamdiu eritis igitur, uestræ salutis (inquit) tam immemores, ueri dei gloriā, quam de uobis habere cupit, in ignominiam, uestris sceleratis moribus inuertentes! Hinc uos (inquit) rogo.

Filii hominum.

Cur filius hominis Christus dictus.

2. Reg. 7.

Peccatores graui sunt corde.

Psal. 37.

Vt quid diligitis uanitatē, & queritis mendacium?

Quid enim uanius, quid inutilius, quid magis ab humana ratione, alienū, q̄ uiuere sine deo, ut ait apost. q̄ idolis seruire, et illis habere fidem, qui uere sunt mortuæ imagines & demonum domicilia, uel speluncæ potius, unde hominibus insidiātur? Nam omnes dij gentiū demonia. Si igitur audieritis me (inquit idē) non erit in te deus recens, neq; adorabis deū alienū. Nā in his uanitatibus, irritauerūt me, inquit deus apud Mosen. Simul & carni seruire, hoc est, uitæ turpitudine, falsisq; erroribus

Ephe. 2.

Idola quid.

Psal. 92.

Deut. 32.

 bus

Ad impios peccatores admonitio.

Idolatria execrandū mendacium.

Gloria dei ab hominibus.

Peccatores maxime mendaces.

bus delectari, quid uanius, quod & deū negligere, uel spernere potius, & seipsum decipere est. Et hęc (inquit) non inuiti facitis, non coacti, sed uestra sponte, quęritis huiusmodi mendaciū. Volentes uosmetipsos præcipitatis, quia diligitis iniquitatē potius q̄ æquitatē, & ea quę diligitis, quęritis, et sectamini, uos ultro offerentes ad ea, quę prorsus (inquit) mendacia sunt. Quid nō est, & maximū et omniū quidē cum primis execrandū mendaciū, uerū deū, qui ueritas est, & ueritatem docet, negare, nihilipendere, blasphemare! Contra uero ligneū, aut marmoreum idolum, rem uere mortuam deum asserere, et adorare! Hoc est mendaciū, quod ex diametro ueritati aduersatur. Ii sunt qui gloriā dei in ignominiam uertunt. Felix itaq; hunc locū uertit. Vsquequo gloria mea opprobrio! Est enim gloria dei, ab hominibus agnosci, adorari, diligi. Contra uero, qui deū creatorē nō agnoscit, non diligit, quantū potest, deū opprobrio afficit. Quod autē ad sceleratos, & peccatores attinet, oēs uere mendaces sunt, qui postq̄ nomina Christo dederūt, uolūtatē dei ex eius uerbo non nescientes, retro tamē ceciderūt, dei pręcepta cōtemnūt, iniquitatē diligūt, diaboliq; doctrinā, qui est omnis mendacij & turpitudinis pater, male sibi deligūt. Hæc uobiscū reputate (inquit propheta) uos filij hominum, & nolite esse tam graui corde, sed expergiscimini aliquando.

Sela.

Et scitote, quoniā mirificauit dominus sanctum suum.

Si abhorrere nolueritis ab huiusmodi fœditate, admonitionibus meis, scitote, & cognoscite dei bonitatē in tribulatione, et eius erga suos in omni tēpore mirifica beneficia, ut sic benignitatis eius exēplo prouocati, resipiscatis, & uos alienos a tam benefico deo, doleatis. Hic est enim deus, qui suū sanctū mirificat, miris beneficijs afficit, conseruat, defendit, sanat, suos saluos facit. Sanctū suum non aliū intelligit, q̄ qui per fidē p dilectione dei, et proximi, purā uitā, et deo placentē, ut ait apost. obseruare studet, in eoq; solo fidit, ei se totū cōmittit. Sanctū uocat iustū, & piū uirum, et recte credentē. Hunc sanctū uirum mirificat, miris beneficijs afficit, petentem exaudit deus, quem ab inimicis tutatur, cui uirtutē quoq; præstat, dęmonia eius nominē ejciendi, nouis linguis loquendi, serpentes tollendi, super ægros ut sanitati restituātur, manus imponēdi. Vertit itaq; ex hebręo Hiero. Mirabilem reddidit dominus sanctū suū. Dęmonia uere ejcit hic sanctus a semetipso, qui per gratiā a se peccati oblectamenta, & diaboli insidias depellit, a falsis erroribus abhorret, uerā doctrinā amplectitur, &c. Neq; non miraculum esse uidetur, hominem in hoc fragili corpusculo, carnis desideria uincere, fidei constantiam retinere, adhęrere deo, & mundū ita deserere, ut de mundo esse non uideatur, sed suam in cœlis cōuersationem habere. Ab alijs quoq; dęmonia ejcit, atq; serpentes tollit, super ægros manus imponit, quando proximos, uel doctrina, uel uitę exemplo, uel utroq; ita docet, ut a priore mala uita abhorreant, uel inceptam bonā uitā constantius obseruent, uel nutantes sustineant, eosdēq; efficit nouis linguis loqui, ueros adoratores dei, & sermone, & opere scilicet esse, qui prius erant blasphemi, aures eorum uerbo dei aperit. Hic fratrem lucratur suo magno cōmodo, & illi ueram sanitatem adfert, non corporis modo, sed animæ, longe maiore miraculo, quo corpore preciosior est anima. Sic enim sancti, serpentes, hoc est, diaboli uires infringunt, & eius caput conterūt. Hęc (inquām) fiunt a sanctis dei, uere magna miracula, quos in omnibus uijs eorū prosperat deus. Mirificat quoq; dominus usqueadeo sanctum suum, hoc est, eius preces, eiusq; iustas petitiones adeo benigne audit, paruet, & in rerū discrimine auxilium fert, ut non semel admirati sint homines pręter omnem humanam spem, aut expectationem opem sic pręstitā, deiq; seruum, uelut e faucibus hostium ereptum, et liberatum, id quod nulli

Sanctus.

Suos mirificat de⁹

Marc.16.

De locis. Demonia eiiciūt &c.

Miraculū, in humano corpore carnem uincere.

Psal.4.

nulli magis cōtigit unq̃ q̃ nostro Dauidi, qui toties, & Saulis, & Absolonis, et aliorũ inimicorũ internitiosos conatus, miraculo uelut euasit, ut abũde docet Reg. liber, ut nullus nō prospiceret, diuinitus præstitũ auxiliũ. Orat itaq; in alio psal. Adiuua me dom̃e deus meus, saluũ me fac propter m̃iam tuã, & sciant quia manus tua hæc. Sic & Mosen seruũ suũ mirificauit deus (inqt Eccles.) in timore inimicorum, et eum glorificauit &c. Hos igitur suos uere mirificat, atq; (ut alius uertit) hunc suũ sanctũ sibi segregat ab alijs, sibi eligit, et sua gratia munit deus. Vtitur tertia persona, cum tamen de se loqueretur Dauid, ne arrogãter seipsum sanctũ prędicaret, ut nos, humilitatis eundẽ sermonẽ, cũ de nobismet loquamur, doceat, Dominus (inquit) exaudiuit me, mirãda auxilia prestitit, mirificauitq; sanctum suum, in conspectu inimicorum.

Psal.108.
Eccles.45
Humilitatis sermo.

Et dominus exaudiet me, cũ clamauero ad eum.

Disce christiane lector, nostri Dauid exẽplo, si per gratiã certã fidem habueris sancte & innocẽter uixeris, in deo spem oẽm cōstitueris, quã certã spem habere poteris in dei benignitate, ut in tpe opem certo certius expectare ualeas. Nunqd nō idem pollicet Christus? Oĩa quęcũq; orantes petitis (inqt) credite, quia accipietis, et fiẽt uobis. Id quod hic ait. Dominus (inquit) exaudiuit me, & idem dominus exaudiet me, cum, hoc est, quoties, uel quãdocũq; clamauero ad eũ. Vos igit prióres (inqt) filij hoĩm hortor atq; admoneo.

Mar.11.

Irascimini & nolite peccare.

Irascimini uobismetipsis, de priore uitę fœditate, et ãplius nolite peccare. Agnoscite uerũ deũ etc. Hęc est persancta ira, pc̃tis irasci, et ab illis abhorrere. Alia est ira, qua in aliũ animo cōmouemur. Nō fert fragilitas humana, ut nō aliquãdo cōmoueatur, et irascatur, et excandescat homo. Ita tamẽ irascere (inquit apost.) ut nolis peccare. Per iracundiã non peccare, est iracundiæ cito pœnitere, illam ab animo, a mente, a uoluntate statim deijcere, ne consensum in proximi malũ pariat. Sol (inquit) nō occidat super iracundiã uestram. Nolite locum dare diabolo, ne inuicem uos mordeatis, & cōmedatis, ne ab inuicem consumamini. Homo homini seruat iram, & a deo quęrit medelam? inquit Ecclesiast. Qui enim irascitur fratri, reus est iudicio. Dimittas, si uelis dimitti, oportet. Esto facilis ad ignoscendum, si uelis tibi ignosci. Qui uero peccatis irascitur, haud dubie, uel grauiter non peccabit, uel peccati cito pœnitebit. Priores itaq; uanitati studẽtes, sic admonet. Irascimini, & nolite peccare, hoc est, irascimini peccatis, nolite cum illis inire gratiam, dolete quod peccastis, et nolite amplius peccare. Pœnitentiam agite &c. Alij hunc locũ uertunt. Expauescite, uel, contremiscite, hoc est, timorẽ dei habete, & nolite peccare. Vtrũq; igitur salubriter docet hic locus, tam ut non irascamur proximo, malumue inferamus, uel inferre ex animo conemur, aut uelimus, q̃ ut sic moderetur hominis uita, ut peccatis non se delectet, ab illis abhorreat, illis irascatur, inimicitiã cum illis contrahat. Alia quidẽ ira est perutilis, & irascenti, et proximo, qua fratrem, iusta causa cōmoti peccati odio, corripimus. Lege Chrisost. in Math. cap. 5. homilia. 11. in 2. commentario. Sed ad priores filios hominũ ait. Nolite (inquit propheta) esse graui corde, nolite uanitatẽ diligere, nolite quęrere mẽdaciũ, in peccatũ usq; nolite irasci, sed peccato irascimini. Fugate ab animo, a corde, fœdas cogitationes, peccatorum semina illa. Et

Ira persancta.
Iræ cito pœnitẽdũ
Galat. 5.
Eccles. 28.
Math. 5.
Irasci peccato salubris ira.
Ira sana.

Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris, cōpungimini.

Ea uero dicimus in corde, quæ secreto apud nos intus cogitamus in animo. Est enĩ corde loqui, ut ait alibi. Cum apostolo conueniunt hęc uerba, quãdo præcipit, ne sol occidat super iracundiam nostrã. Si male (inquit propheta) prius cogitastis, & nunc idem adhuc dicitis, & tractatis in cordibus, & animis uestris, et in cubilibus uestris eadem cogi a-

Loqui corde.
Psal. 14.
Ephe. 4.

tis, priusquã dormire incipiatis, compungimini, pœniteat uos, illius malæ cogitationis, estote compuncti corde, et contriti, Depone omnẽ iram, & indignationẽ, ut idẽ ait apost. In cubilibus uidemur esse, quando soli, & seorsum ab omnibus, loco aliquo secreto non minus, q̃ si in cubili essemus, abutimur. Illic enim per solitudinis occasionẽ ociosi, & cogitamus quæ lubet, & nõnunq̃ conamur facere, (utinã non faceremus) quæ non licent, non satis memores fieri in dei cõspectu oĩa. Dicere ergo in cubilibus non aliud est, q̃ dicere in cordibus, in secreta cogitatione. Sic oramus in cubilibus. Sic intramus in cubiculum cum oramus, ut monet Euangel. Sic & male cogitamus in cubili, ut ait Ezech. Vidisti (inquit) filij hominũ &c. quæ faciunt in tenebris, unusquisq; in abscondito cubilis sui, dicunt enim, non uidet dominus, &c. Sunt enim innocẽtiæ inimicissimi hostes, tenebræ, solitudo, ociũ, modo addatur occasio. Docet itaq; filios hominũ noster propheta, ut a primis illis cogitationibus, quibus mouentur, et intus cogitantes stimulantur, uel ut malum uelint proximo, uel ut turpiter peccent, magnopere caueant. Ad eos uero qui aliter dicunt in cubilibus, & cogitationis non pœnitet, loquitur Micheas. Ve (inquit) qui cogitatis inutile, & operamini malũ in cubilibus uestris. Hi sunt, qui iniquitatem meditantur in cubili suo, ut in alio psal. Irascimini igitur (inquit) etc. Et ea quę sic dicitis in corde etc. et in cubilibus etc. tacete, uertit Hiero. ne longius progrediantur, sed inimicam cogitationẽ, in primo limine extinguite. His itaq; admonemur, quantumlibet secreto fieri possit, uel cogitatione, uel opere, nihil turpiter quod deo sit ingratum, uel ut faciamus, uel diuturniore cogitatione uelimus, cum sit ille cordiũ scrutator, neq; ab eo quicq̃ abscondi potest. Tantũ igitur abest, ut peccemus in luce matutina (ut ait Mich. in loco priore) ut etiam in occultissimis aut locis, aut temporibus, ab omni turpitudine, seu fœda cogitatione, abhorreamus, memores omnia fieri in conspectu dei, qui nihil non uidet. Qui hoc docet, nõne primos peccati stimulos moderari docet? Nõne turpitudinis radices, qui sic animũ moderatur, euellit? qui cordis primos illos stimulos, saniore cogitatione protrudit? Cur autẽ uersum est in hac nostra æditione, compungimini, parũ latina oratione, neminẽ uideo qui probe explicat, nisi cõpungimini (ut aiunt) passiua uoce ponatur pro actiua, compungite, & affligite animos uestros, dolete de illis, quę sic male cogitatis &c. Sed & litera nostra, uidetur hoc modo non esse a latino sermone aliena. Quę dicitis (inquit) in cordibus &c. quibus compungimini, hoc est, ad peccatũ stimulati estis, his cogitationibus irascimini &c. Irascimini igitur, & nolite peccare, uel occasione uel stimulo, earũ rerũ turpium, quæ dicitis &c. et quibus in cubilibus compungimini, sed de illis dolete, et nũc resipiscentes.

Colloss.3.

Dicere in cubilibus.

Luc.12. Math.6.

Ezech.8.

Tenebre, solitudo, ociũ, innocentię hostes.

Mich.2.

Psal.35.

Primi motus iugulandi.

Ne in abscondito peccem⁹.

Sacrificate sacrificium iusticie. Sela.

Sacrificium salutare est (inquit Ecclesiastic.) accedere mandatis, et discedere ab omni iniquitate. In sacris enim literis, hominis iusticia, est eius innocẽtia. Innocentiã agere est, uitam componere pro uoluntate dei, diligere deum, et proximũ. Sacrificiũ nostrũ erga deũ est, quicquid in eius gloriam, & honorem facimus. Sacrificium uerũ est, certam in deum fidem habere, in eius misericordia sperare, in eo omnem spem nostram constituere, pro dilectione illi in omnibus obedire, fugere a peccati turpitudine, & quæ sibi grata sunt pro uiribus facere. Deũ uero diligimus, propter seipsum, quia creator est, quia dominus est, quia bonus, & benignus deus est, omnibus innocẽtibus eum in ueritate, quia redemptor est, quia susceptor, & defensor, quia solus est qui iuuat, & iuuare potest, a quo solo habemus omnia, & expectamus omnia. Diligamus ergo deum propter seipsum, & ipse retribuet in tempore. Non enim est bona dilectio, nostra causa diligere deum, ut per dilectionẽ

Eccles.35.

Innocentiã agere.

Sacrificiũ gratissimũ deo.

Cur diligendus deus.

Neutiquã sperandũ in innocẽtia nostra.

lectionẽ de eo tantopere mereri putemus, ut iure, & nostro merito, tandem debeatur nobis, cœlestis gloriæ retributio. Hoc enĩ esset cum deo mercari, et operam mercedis gratia locare, non autẽ sperare in misericordia eius. Nostris meritis de deo mereri nunq̃ possumus ut iure petamus ęternã gloriã. Semper enim inutiles serui sumus. Mortalis etenim nullus est, qui deum quantũ tenetur, satis diligere potest. Tantũ enim diligit nullus, nisi qui mandata seruat. Mandata seruare nullus potest, quia omnis homo mendax, peccamus omnes et egemus gratia. Diligere quidẽ deũ est, eum uere agnoscere, in eum credere, eius uerbo, & promissioni certam fidem habere, eius uoluntatem adimplere. Quis hoc ausus est arrogare sibi, ut hęc integre seruauerit? Volũtas tamẽ meditandi in lege domini, grata est admodum deo, et abunde remunerabit bonã uoluntatem, ut psal. 1. Spem ergo in dei misericordia cõstituamus omnes, necesse est, non in uirtutibus nostris. Huius spei fiduciã contulit nobis Christi passio, qua reconciliamur deo patri, & in gratiam recipimur, cum antea essemus inimici, irę filij, et hostes, idololatrę etc. Deũ ergo diligite, Diliges quoq; & proximũ necesse est, non tantũ, quia cognatus, affinis, beneficus, amicitia coniũctus, aut alia quauis ratione, quæ causam a carne trahit, sed propter amorẽ quem habes erga deũ, ut eius uolũtati obedias, qui sic iubet sic uult. Sicut enim diliges deũ propter seipsum, ita propter deum dilige proximũ, quia dei est imago, quia frater est, cum unum patrẽ deum habeatis, unam fidem, uno lauachro renati estis. Diligamus alterutrum, sicut dedit nobis mandatum, inquit Ioan. Diligere proximũ, etiam inimicum, sicut teipsum, est proximo bene uelle, bene optare, eum iuuare, non pati ut malum ferat, illi, quoties cõmode poteris, non minus benefacere, q̃ uelis tibi fieri, malum in bono uincere, ut ait apost. Sic enim diligere deum, ex toto corde, ex toto intellectu, ex tota anima, ex tota fortitudine, &

Dilectio dei.

Psal. 1.

Dilectio proximi.

1. Ioan. 4. Diligere proximũ sicut teipsum.

Rhom. 12.

diligere proximũ tanq̃ teipsum, maius est olbus holocaustomatibus, & sacrificijs, inquit Euang. De multimodis christianorũ sacrificijs, Chrisost. lege, in homilia super psal. 97. nuper ab Erasmo uersa. Ad psalmũ redeo. Sacrificate hoc mõ (inqt) sacrificiũ iusticię.

Mat. 12.

Et sperate in domino.

Et quidẽ firmiter, quia iustus est dominus, et secundũ iusticiã, hoc est, misericordiam in eo sperãti unicuiq; retribuet, & in tempore erit respectus eius super te. Magnã docet fiduciã quã sanctus, de quo supradictũ est, certo certius in domino habere potest. Hinc ait noster propheta in huius psal. fine, eius nomine, qui sacrificat sacrificium iusticię. In pace imdipsum &c. Vbiq; docet potentiã dei, misericordiam, gratiam, & bonitatẽ eius, noster propheta, ut homines ad certã fiduciam erigat, atq; persuasos efficiat. Hanc uero fiduciam non habent omnes. Nam

Firmiter deo fidendum.

Multi dicunt quis ostendit nobis bona.

Hi multi, sunt priores illi filij hoĩm, quorũ est ingens multitudo. Nã plures sunt mali. Et ex multis qui uocant, pauci sunt electi, inqt Christus. Hi multi deũ uere nõ agnoscentes, fidẽ aut nullã, aut prope nullã habẽtes, uerbo dei non credentes, uere carnales, aliud uerũ nihil existimãtes, q̃ quod uident, aut sentiũt, dicũt, quẽadmodũ supradixerunt in cordibus, et in cubilibus, et male deũ blasphemãtes, delirant his uerbis. Quis ostẽdit nobis bona, quæ iactantur, et a sanctis tantopere prædicantur? Hoc aiũt, nõ quęrentes ut discãt, sed stolidissime, quę docẽtur in sacris literis, aut pmissiones, aut pręcepta, aut terrores, aut minæ, pẽpendũt, illis nullã fidẽ habẽtes. Et ideo sic dicũt Quis ostẽdit nobis bona. Nõ putamus nõ credim᷒ uera esse quę dicunt. In hoc ferme errore uersabat Philippus, q nolnit credere, nisi uideret. Sic dicũt insipientes nõ esse deũ, psal. 13. Sed his incredulis respõdet ppheta, omniũ piorũ, & uere credentiũ nomine. Vos

Plures sunt mali.

Ioan. 20.

Psal. 13.

filij

filij hoīm, insipiẽter, & stulte hęc dicitis, hęc in aīo cogitatis. Nos uere credimus (inquiũt pij oẽs) in bonitate & mīa tua deus, quia

Signatũ est super nos lumen uultus tui domine.

Non me prætererit hũc locũ a quibusdã sic interpretari, ut de lumine naturalis sensus intelligatur: quo cognosci potest deus, ex his quę condidit (ut ait apost.) &c. cum cœli enarrẽt gloriã eius. Hoc lumen naturalis rationis, accipit homo a uultu dei, sic enim factus est ad imaginẽ dei, & cæteris animãtibus pręstat. Sic gentes quę legẽ non habẽt, naturaliter, quę legis sunt, faciunt &c. Hoc lumen secundũ hũc sensum, usq; adeo signatũ est (inquit propheta) super nos oẽs, qui rationẽ, & intellectũ habemus, ut si deũ ignoremus, inexcusabiles simus. ut ait apost. Sed multo fœlicius per fidẽ, signatũ est sup nos, qui Christum agnoscimus, lumen uultus dei. Hanc plane fidẽ habentes, cognoscimus bonitatẽ dei, & scimus ex uerbo eius, quod est lucerna pedibus nostris, et lumen semitis (ut idem ait) quæ illi grata sunt, queq; ingrata, omnẽ deniq; uoluntatem eius cognoscimus. Nonne uultũ domini uidere uidetur, qui hæc fide certa perspicit? Videt (inq̃) lumẽ, et claritatem uultus domini sed per gratiã dei. Est enim dei donũ hæc fides. Tu es igitur qui illuminas lucernã meam, inquit idem. Non expectat qui uere credit, ut corporali specie deũ uideat, quẽadmodũ illi alij, qui dicunt. Quis ostendit &c. Verbo dei credit, in quo per fidem deũ uidet. Hoc itaq; lumẽ uultus domini signauit Christus super omnes credẽtes, hoc pignus dedit in cordibus eorũ, ut ait apost. et signati sunt spiritu promißionis sancto, illuminatos oculos cordis habentes. Hoc lumen (inquiunt illi, qui sacrificãt sacrificiũ iusticię) signatũ est super nos, hoc muniti sumus, insculptũ est animis nostris, & tam altis radicibus in nobis fixum est, ut deo gratias agentes hilariter canemus.

Rhom.1.

Rhom.2.

Lumẽ uultus dei.

Fides oĩa docet.

Psal.118.

Fides dei donum.

Ephe.2.

Fide videre deũ.

Corin.1.

Ephe.1.

Dedisti lęticiam in corde meo.

Quia cognoui, & agnoui te, dilexi, ueritus sum, mandata tua perscrutatus sum, legẽ & uoluntatem tuam intellexi, omnẽ spem in te constitui, &c. Hinc me lęticia in corde affecisti, quia per spem gratię tuę pacatam, & quietam conscientiam dedisti. Dedisti igitur magnã læticiã in corde meo. Alij uero, hanc læticiã nõ habent, quia te nõ satis agnoscentes, spem suam in te non posuerunt. Sed

Læticia christiani uiri.

A fructu frumenti, uini, et olei sui, multiplicati sunt.

Quod ait de frumento, uino, & oleo, huius seculi omnes diuitias, omniũq; diuitiarũ abundantiã, significare uoluit. Det tibi deus (inquit Isaac ad Esau) frumẽti, uini, & olei. etc. Oleũ adiecit græcus interpres. In huiusmodi rebus, omnem suam lęticiam habent priores filij hominũ, nõ in sacrificio iusticię. A fructu itaq; et ubertate, rerũ huius, multiplicati sũt, diuites facti sunt, hac incerta spe creuerunt, ab ætate in ætatẽ, quia nõ in deo, cuius bona ideo agnoscere noluerũt, quia eius uerbo nõ crediderũt, spem suam posuerũt, sed in huius seculi diuitijs & honoribus, crassi terrenią; hoĩes, qui dicũt. Quis ostendit nobis bona? Vereor, nimis ne multi sint, qui exiguam admodũ fidem habẽt, aut uerbis, aut rebus alijs quibuscunq;, nisi corporalia sint, & sensibus obuia & manifesta. Hos itaq; superius graues corde, recto appellauit, sine fide, neutiq̃ sublimia, aut cœlestia suspicientes. Sed noster propheta, qui spem suam omnem constituit in solo deo, non modo in uita se tutum, & securum arbitratur, sed etiam moriens absq; ullo timore audacter ait.

Gene.27.

Fiducia huius seculi hominum.

Graues corde.

In pace inidipsum, dormiam & requiescam.

Dormire, quid sit in sacris literis, diximus in psal. priore. Neq; ĩ presenti loco aliud est, dormire ĩ pace, q̃ mori ĩ Christo, in certa fide, et spe. Requiescere uero est, uel mori pacata cõsciẽtia, uel frui ęterna, quieta, et secura gloria. Qui igit̃ spem suã omnẽ habet in deo, q̃ illi se totũ cõmittit, qui sacrificat sacrificiũ iusticię, ut iam

Psal.3.

ut iam diximus, in pace, hoc est, in quieta, pacata, & secura cõscientia dormiet, morietur, haud dubie, simul & requiescet æterna gloria. Quod autẽ uertitur hic inidipsum, alij, simul, uertũt. Id quod obserues uelim in hac nostra æditione, in qua inidipsum, pro eo quod est simul, uersum reperies. Hinc ait, Dormiam in pace, simul et requiescã in pace. Hanc igitur certam fidem (inquit) habeo, quod in pace dormiam, & cet.

Inidipsum quid.

Quoniam tu domine singulariter in spe, constituisti me.

Nam pro tua bonitate, specialiter, & singulariter me elegisti, ut essem de eodẽ numero, qui te agnoscerent, qui in te crederẽt (est enĩ donũ dei) qui in te omnẽ spem ponerent, qui deniq; sacrificiũ iusticiæ iustificarent. Sic me (ut supra in hoc psal.) mirificasti, & dedisti leticiã in corde meo. Et ideo cõstituisti me in hac certa, & firma spe, singulariter, hoc est, tu solus, quia me p gratiã fecisti ex electorũ tuorũ numero, et me uiã docuisti, tecũ requiescendi in pace. Firmiter etenim credo, quod saluos facis sperantes in te. Qui enim credit in me (inquit Christus) nõ morietur in æternum. Dormient, sed non morientur in æternũ sperãtes in domino. Erũt cohæredes Christi, Illis enim dat potestatẽ filios dei fieri. Hanc itaq; doctrinam discat a nostro propheta, qui cupit esse beatus, ut studiose sacrificet sacrificium iusticiæ, nihil suis uiribus tribuens, sed bonitati dei, & certo certius speret in misericordia dei, qua dormiat, simul et requiescat in pace perpetua.

Deus specialiter eligit.

Psalmus Dauid.5.

Titulus.

In finem, pro ea, quæ hæreditatẽ cõsequitur. Beati & pij uiri tandem hæredites in cœlis, æterna cœlestis gloria est. Hanc gloriam haberet nullus, nisi per Christũ, qui nobis primi parẽtis peccato perditam hæreditatẽ, restituit, ut in alio psal. Ipse etenim deglutiuit mortem (ait Petrus) ut nos æternæ uitæ hæredes efficiamur, cum sit ipse hæres uniuersorũ. Cuius etiam benignitate, facti sumus illius cohæredes. Hanc hæreditatẽ adsequuntur omnes, qui uere sunt de ecclesia Christi, pij scilicet christiani omnes. In hoc itaq; psal. pro ea ecclesia Christi futura, quam ipse in spiritu uidit, proq; pijs eius membris, ut hãc hæreditatem adsequantur, orat propheta, ut nos inuicem orare doceat.

Psal.15.
1.Pet.5.
Hebr.1.

Hæc est oratio pro ea supradicta ecclesia in finem optimum, ut hæreditatem consequatur, ut ait titulus.

In summa.

Petit se exaudiri Christi ecclesia, certo sperat per certã fidem, et se exaudiri, et se gratã effici deo, quã auxilio iuuit deus. Iniquorũ nequitiam, abiectionẽ, & pœnam, proborũ, piorũq; præmiũ, & æternã leticiam docet.

Explanatio.



Verba mea auribus percipe domine.

Aures attribuit deo sacra scriptura, atq; hominis alia membra, quis sit ipse incorporeus, inuisibilis, incompræhensibilis, immortalis, solus potẽs, ubiq; præsens, ubiq; totus, et immensus, qui nusquam non est, nihil non uidet, nihil non audit. Sed id facit sacra scriptura, ut iram, furorem, & alios humanos affectus, ut diximus in psal. 2. Non itaq; petit, ut auribus deus audiat, diffidens quouispacto, de dei absoluta potentia, quę nusquã abest, nihil ignorat, nihil nõ uidet. Nihil (inquam) non audit, qui in alio loco docet, omnia deum cognoscere, nouissima, & antiqua, & cet. Item, Si ascendero (inquit) in cœlum, tu illic es, si descendero in infernũ ades, & cetera quæ sequuntur. Quod autem addit, auribus percipe, utitur communi illo tropo, & sacræ scripturæ, & latinæ orationis, quo ardentiorem

Quomodo mẽbrã deo tribuant sacræ literæ.
Deus.
Psal.2.
Potentia dei.
Psal.138.

Pleonasmos figura.

tiorē orationē efficiat. Pleonasmon, hanc figurā greci uocāt, quando addimus, quod superfluum uidetur. Quis enim audit, nisi auribus, quis uidet nisi oculis. Similia sunt, uoce clamare, lingua loqui, etc. Solicite orandū nobis est, ut exaudiamur. Neq; tamē exaudimur orantes nostris meritis, iure nostro, sed pro misericordia dei. Vult tamen deus, ut solicite ab eo petamus. Petere nō possumus, nisi humanis uerbis. Petētes uero ut auribus exaudiat nos deus, uel aures nobis inclinet, eius misericordiā petimus, & audiendi benignitatē. Aures etenī dei, non aliud in sacris literis significant, q̄ eius ad exaudiendū benignā gratiā. Sic ait idē. Inclina aurē tuā et exaudi me. Hic uero, Verba mea auribus percipe, et

Aures dei

Psal. 85.

Intellige clamorem meum.

Orandum præparato animo.

Qui sic clamat, orat haud dubie præparato animo, & subleuata mente (quoad potest humana imbecillitas) ad dei conspectū, & presentiā. Frustra etenim aut uerbis, aut uociferatione honorat deus, sine corde, & interno affectu, testante euangelio. Ait itaq; in alio psal. Clamaui in toto corde meo &c. Intellige (inquit) hoc est, benigne accipe clamorē, ardentem petitionem meam, et

Math. 7.

Intende uoci orationis meę.

Intendere orationi quid.

Instat, repetit, inculcat, pro ardētissimo cordis affectu, ut exaudiatur. Intendere, non solum est audire, & preces intelligere, sed per attentionē benigne, beneuoleq; audire. Orat itaq; ecclesia, orat pius christianus, non tam ut audiatur, q̄ ut benigne exaudiatur. Idē est in alio psal. quod ait. Fiant aures tuæ intendentes, in uocem deprecationis meæ. Quia uerbis, & uoce orare solet, ideo addit uoci orationis meę. Est tamen efficax opud deū, interior sola, & tacita cordis oratio, Annę exemplo, quæ in corde loquebatur. Corde tamen, si addideris labia, si uocem, feruet magis oratio. Orationis uerba, nos docuerunt, et prophetæ, & Christus, ut orationis formam discamus. Inepte igitur, uel potius impie reprehenditur a sciolis quibusdam, uocalis oratio. Orat noster propheta. Intellige, intende, & cet.

Psal. 129.

Oratio vocalis.

1. Reg. 1.

Rex meus & deus meus.

Iustissimi dei tituli sunt, ut rex & deus appelletur. Regem appellat, ut eum humiliter orantem, respiciat, et tueatur, quia regit oīa, in manu eius sunt omnia. Qui regē appellat, dominū fatetur, a quo regitur, suisq; nutui se subiecit. Quid non rex noster ipse est, qui creauit nos, quiq; (ut in alio psal.) fecit nos, non ipsi nos. Est igitur æquum ut regat nos, & dominetur nobis, non ipsi nos regamus, aut dominemur. Deū uero appellat, quia solus est, qui potest, & pro bonitate uult. Dei etenim nomen, non personę, sed ineffabilis maiestatis, totius magnificentię, bonitatis, et potestatis nomē est. Varijs quidē nominibus appellatur deus, iuxta operationem, & eius uariam uirtutem. Varia eius itaq; nomina in sacris literis reperiūtur. Dic in psal. 8. Aliud nullū tamen est nomen propriū dei, quo possit appellari, q̄ deus, qui pro incōprehensibilitate non recipit nomen. Multis uerbis & identidē repetitis, ut solent grauiter affecti, suam orationē exaudiri cupit, et petit, in hoc loco ꝓpheta. Sic nobis orādi solicite, exēplū relinquit, sic precipit Christus, ut oremus, et pulsemus etc. Ait itaq; Intēde rex meus etc.

Psal. 14.
Psal. 54.

Deus.

Multis nominibus appellat deus.

Psal. 8.

Nullo proprio noīe appellari pōt deus.

Quoniā ad te orabo domine.

Ad diuum uero neminē, ut succurras. Orare docet Paulus sine intermissione. Orat uero sine intermissione, qui dei, & bonitatis eius, solicite recordatur, quiq; sic in lege domini meditatur, ut quicquid est, quod uelit, a solo deo petat, solicitus pro uiribus, ut oīa quæ faciat deo grata sint. Orat, qui petit, qui gratias agit, qui dei uoluntatē memoria tenet, et eam adimplere studet, quiq; rem deo gratam facit. Siue igitur interna sola cogitatiōe, siue uerbo, siue honesta actione ī dei nomine rem gratā deo feceris, id totū est christiani hominis ad deū, qua placatur, utilis quędā oratio. Rem quidē gratā deo non facis, nisi eius memineris, ipsiusq; noīe facias. Quicq; enī po-

1. Tess. 5.

Oratio.

tum

rum dederit, calicem aquę frigidę in nomine Christi, bene orat. Si mille aureos in usus pauperum elargiaris, nulla dei recordatione, bonum est quod facis, sed tibi non satis utile, quia dei nomine non fecisti. Est enim aliud bonũ facere, & bene id facere. Semper itaq; dei recordemur, non aliter, quàm qui constitutus est in carcere, uel imminente maximo discrimine, qui sine ulla intermißione, edens, bibens, uel quicquid aliud agat, de acquirenda libertate, uel euitando periculo, cogitat semper. Non enim melior, aut tutior est uita nostra, q̃diu anima in corporis carcere detinetur. Monet itaq; apost. ut siue edamus, siue bibamus &c. omnia in dei nomine faciamus. Lege Erasmũ de modo orandi. Ad te igitur (inquit) orabo, quia magna quidem, & certa spe persuasum habeo, quod

1. Cori. 10.

Mane exaudies uocem meam.

Hoc est, tempestiue, & in tempore, uocem, et orationẽ meam exaudies. Ita orat Esai. Esto brachium nostrũ in mane. Quid enim magis mane, q̃ in tempore exaudire, & succurrere? Hoc ait magna, & certa fiducia, quam habet fidelis populus in dei benignitate, & mia, ea impetrandi quę petit, quia mandat, ut eũ oremus, simul & ꝓmittit dare quod petitur, hoc est, quod nobis utilißimũ erit. Nõ peteremus nisi nobis utile, & illi gratum arbitraremur quod petimus. Si uero erret in petitione humana ignorantia, deus pro sua bonitate, qui quod nobis utilißimũ est cognoscit, de utilissimis nobis ꝓspicit. Scit enĩ pater noster cœlestis &c. Ad te igit orabo (inqt) domine, et

Esa. 33.

Mane quid.

Orandum certa spe.

Math. 6.

Mane astabo tibi, & uidebo.

Hoc est, celeriter, & solicite præparabo tibi orationẽ meã, ut ab alio uertitur. Præparato animo te precabor, et sic mẽte, & animi contemplatione astabo tibi, ero iuxta te, mente, et animo accedã ad te, supplex orans, ut me benigne exaudias. Hoc etenĩ est astare deo, animo contemplari deũ, hoc est cõuersationẽ habere in cœlis, internaq; mente apud deum esse. Sic orandũ est animo preparato, hoc est orare deũ spiritu. Quod ait, Mane astabo tibi, quidã uolũt matutinũ tempus intelligere, maxime ad preces congruum, id quod nullus non sentit bene institutus, longe etenim aptiores, tum animi, et (ut ita dicam) perspicatiores multo, ad meditandũ & erigendũ spiritũ ad deũ, & cœlestia sunt, ut spiritu, uelut cum presente deo, qui orant loquantur. Post noctis quietẽ (inquit Hiero.) uiribus corporis instauratis, anima uegetior fit, uoluptatibusq; non occupata, cibiq; desiderio. Duo tamẽ orationi aptißima tẽpora docuit Moses, mane & uesperi. Vespere quoq; & meridie, & mane, & media nocte, se oraturũ, ait noster propheta, id quod aßiduã, & sine intermißione cõtinuam orationẽ indicare sentio, ut pauloante diximus. Qui præterea monet, ut mane, et uespere precemur, ut tam in prosperis, q̃ aduersis deũ precemur plane admonet. Mane prospera, uesperũ aduersa significant. Mane quoq; orare, est oportune orare, ut pauloante. Deũ uero precamur oportune, quoties egenus eius gratia. Eius plane gratia, nunq̃ nõ egenus. Pręcandũ est itaq; semp et sine intermißione, ut ait apost. Sic enĩ dei memores simus oportet semp, siue edamus, siue bibamus, siue quicqd aliud agamus. Omnium tamen horarũ matutinæ horæ, orationi, precationiq; maxime congruunt. Hinc illum usum catholica ecclesia sumpsisse uidetur, ut mane, non modo sacratiora fiant, sed & quę pręcedant, alię quoq; atq; alię matutinę longiores preces. Quem diuinum usum, nostri temporis, ut alia pleraq; optima, deprauare student multi nimis improbi uiri, nimisq; seditiosi. Quantũ uero conuenit, ut in statas et certas preces, diuisæ sint horæ, lege Hiero. ad Eustoch. De custodia uirgĩtatis, to. 4. Idem uidere licet a Chrisosto. to. 2. sermone. 20. Matutinarum precium, & quandam horarum normam instituisse apostolos asserũt nõnulli interpretes, apud Timoth. Mane igitur astabo (inquit) tibi, animo, et mẽte tecũ ero, et uidebo te spiritu, & persuasum habebo,

Orandum aio pręparato.

Astare deo.

Orãdi cõgrua maxime tpa.

Hiero. in Hiere.

Nume. 15.

Psal. 54.

Mane vesperũ.

Oportune orare.

1. Cor. 10.

Hiero.

Chrisost.

Timo. 2.

bebo, id quod ex uerbo tuo didici, cui fidem habeo, quod preces meas exaudies, & mihi contra sceleratos inimicos opem prestabis.

Quoniam non deus uolens iniquitatem tu es.

Sed innocentiam, fidem, spem, charitatē & pacem cū his qui inuocant te, de corde puro, ut ait apost. Quid enī minus uult deus, q̄ iniquitatem? Diligit quidē iusticiam, et odit iniquitatem. Deo est omnis iniquitas execrabilis, inquit Ecclesiast. Me igitur auxilio gratiæ tuæ componam (inquit) ut tuæ uoluntati inseruiam ut a uitæ fœditate abhorreā ut possim astare tibi, & me exaudias contra uiros sanguinū. Mihi quidem, contra iniquos, qui pacem & æquitatē cupio, auxiliū feres, aliū uero repelles. Non enim me latet, quod qui iniquus est, neq; astare tibi potest.

2. Tim. 2.
Psal. 44.
Eccles. 10.

Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.

Malignus

Malignus est, qui nō imbecillitate, uel ignorantia, sed malicia, sua studia, sua somnia, suas inuētiones sectatur, quiq; impietatē pro ueritate docet, qui odio innocentiā prosequit, qui diligit iniquitatis opera. Hi sunt uere iniusti insipientes, iniqui, ut uertit Hiero. qui sunt indigni deo. Non ideo permanebūt (inquit) ante oculos tuos, apud te astare non possunt, indigni sunt præsentia tua. Astare igitur tibi non possunt, nec preces eorū exaudies. Nam certo certius.

Odisti omnes qui operantur iniquitatem.

Ideo non eos exaudies, non iuuabis, non illis tuam gratiam impertieris, locum apud te habere non possunt, fœdi iniquitatis, & prauitatis operatores, qui adeo dediti sunt prauitati, & ea uita delectentur, ut nihil uelint, nihil optent, quod non sceleratū non iniquum sit, quæ bona sunt, & oēs bonos odio habēt aut certe contemnūt, & nihili faciūt. Quod ergo ait, qui operantur iniquitatē nō hoc intelligit de quouis peccatore, qui per humanę naturę imbecillitatē labitur, quē cito peccati pœnitet & peccasse dolet sed de his qui iniquitatē diligunt, eaq; se delectant, sine pœnitentia. Hos inquit odisti, & propterea

Maligni, & iustos & iusticiā odio habent.

Peccator quis?

Perdes oēs qui loquūtur mēdaciū.

Id quod illi iniquitatē operantes faciant necesse est, mentientes deo, quē spernūt prauis moribus, innocentibus inimici, ut nihil addā de hereticis, quorū est, prorsus ueritatem inuertere. Qui mēdacio quoq; proximū lędūt, cum primis iniquitatis operarij sunt. Quid enim iniquius? Hi sunt uere mēdaces, de quibus Ioan. qui non modo fratrē non diligunt, sed etiam odio prosequūtur, uere deo aduersarij. Nam si quis dixerit, diligo deū, & fratrem oderit, mendax est, inquit Ioan. Omnis mendax aduersatur deo. Veritatē etenim diligit deus, mēdaciū detestatur. Nā deus ipse, ueritas est. Magis igitur deo aduersat nihil, q̄ mendaciū. Non suscipies uocem mendacij, inqt Moses. Orat ergo Sap. Verba mendacij longe fac a me. Fraudulēti (inqt Esai.) uasa pessima sunt, ipsi enī cogitationes concinnāt ad perdēdos mites in sermone mēdacij. Orat igitur in alio psal. Non auferas de ore meo uerbū ueritatis usq; quaq;. Mendaciorū sunt multa genera, de quibus preter cæteros oēs tractat D. August. in opere de mendacio, & in alio item opere contra mendaciū, ad Consentiū in quibus quę ad hunc locū pertinent, eximie uisus est tractare omnia. Neq; (mea sententia) desiderabis quicq̄, quod ad mendaciorum genera attinet, si probe perlegeris. Omniū longe grauissimū ab hereticis dolosum est mendaciū, qui mendacijs, et falsa doctrina, non solum sibi nocent, sed una secum multas animas, ab ecclesia dei in barathrum trahūt. Digni sunt igitur multa perditione, qui tā multis exitij causa sunt. Est igitur mendaciorū omnium pessimū genus. Seuerus in mendacio censet August. qui nullum prorsus non detestat. Et uix quidē ullum reperiri potest, non magnopere euitandū, cum de qui-

Ioan. 4.
Mēdacium detestatur deus.
Exod. 23.
Esai. 32.
Psal. 118.
Hereticorū mendacia.

nis ocioso uerbo, ratione nos reddituros admoneat Euang. Neq; tamen quisquã est, qui non mentitur, cum sit omnis homo mendax, quia non est qui nõ peccet, qui non obsequiũ quod deo debetur, negligit, uiolat. Sed pœnitentia facile purgantur hęc mẽdacia. Quędã uidentur mendacia, non modo non euitanda, sed etiam probanda uehementer. Quid enim probri habet, quando nemini nocet, neq; turpitudinis habet quicq̃, & alteri plurimũ prodest? Exemplũ de innocẽtis uita, qui dißimulata ueritate, uel uerborũ quodã fuco, a truculentis psequutoribus, liberari potest? Eodẽ pacto, de uirginis pudicitia sentiendum arbitror. Probabãt sancti patres uel potius probauit deus. Iudith ipsius persanctæ fœminæ mendaciũ, & dolus bonus existimabatur in Holofernẽ Ethnicũ, & tyrannũ. Non imputabatur Abrahã, quod suapte uxorisq; causa, apud Pharaonem mentiebatur. Neq; Dauid quod insaniam apud Achis regem Geth, simulabat. Sed ideo nõ imputabatur, quia honestę causę gratia, non animi malicia fiebat. Sed alia sunt improborũ mẽdacia. Quid attinet de pniciosis adulatoribus loqui, qui sibiipsis tantũ loquuntur, quibus mentiri necesse est, quippe, qui syncere loquuntur nihil. Sibiipsis (inq̃) loquuntur, ut sibi prospiciãt, aliũ blandicijs decipiant. Hi enim sunt, qui peccatorẽ laudant in desiderijs suis. Ingens quidẽ hominibus pestis est adulator, diuitibus maxime, & principibus, qui ueritatis monitore præ cæteris egẽt. Hi sunt (inquit propheta) qui populũ beatificant seducentes, ut sic beatificatos precipitẽt. Hi sunt (inq̃) qui deo nõ seruiũt, ut ait apost. sed suo uentri, et per dulces sermones seducũt corda innocentiũ. Sed de his forte alias pluribus. Neq; mentiri (inquit Aug.) licet, uel religionis causa, ut enim in uerbo dei denũciando, animo forte pio, ut auditores, et præsentẽ populũ ad pietatẽ moueat, aliud a concionatore, q̃ uerum fingitur. Non enim potest nõ improbũ esse. Deus (inquit Iob) nostro mendacio non indiget. Cur enim fingeretur quicq̃, ubi abundat ueritas cuius authoritas fictione nõ augetur, sed diminuitur? Neq; aliud boni adfert, q̃ ut ei qui finxit difficilius credatur, alias ueritatẽ adferenti. Occultare (ait Aug.) pro tẽpore licet, mentiri in his nunq̃. Quędã etenim pro tempore, et loco, concionatoris iudicio, nonnunq̃ tacenda potius q̃ proferenda sunt, quæ pronũciata, nocerẽt, q̃ iuuarent uerisimilius, etiam, et certißima, et uerißima. Hãc doctrinam nostri temporis nõnulli, utinã maiore, q̃ nũc fit iudicio, seruare discant. Lege Erasmũ in lib. 1. hyperaspistę art. 36. 37. et. 50. Cętera, quę ad mendaciũ attinẽt, pete ab Aug. in prioribus locis. Nõ igit mendaces qui, nocere studẽt, permanebũt ante oculos domini, quia maligni, & iniusti sunt. Eos igit omnes perdet dominus in finẽ, quoniã odit etc. Nã

Virũ sanguinũ & dolosum, abominabitur dominus.

Viri sanguinũ recte appellantur hi homines, qui uel sibiipsis mortis causa sunt, uel alijs. Iuxta uero historiã, de suis persequutoribus, et eorum crudelitate, prophetam intellexisse certum est, quos uiros sanguinũ, hoc est, sanguinarios secundũ hebraicũ tropũ, crudeles, cruentos, & dolosos appellat, quando nulla iusta causa eũ persequebãtur, & ut interficerẽt quouispacto cupientes, omni fraude, oiq; dolo, mortis machinas in eum struebãt. Sed historiam relinquimus. Hunc uirũ sanguinũ, hoc est, uel hęreticũ, uel ecclesię, aut proximi hostem, et persequutorem intelligit, quẽ ideo dolosum appellat, quia mendacijs, dolis, & fraudibus, suas iniqtates fabricant. Ab hmõi dolosis se petit liberari, in psal. 50. Nullus est tam impudẽs nisi qui deploratißimus est, qui palam se iniquum fatebitur. Rem igitur dolo tractat malignus. Simulatas quãtuuis falsas causas suæ impietatis diuulgabit, ut fucũ faciat simplici populo tyrannis. Sed deum fallere non potest. Omnis aßiduus peccator, est etiã dolosus, quia mendax est, ueritatẽ dißimulat, quã ignorare non potest, non uult intelli-

Margin notes (left): Math. 12. — Mendaciũ quale probandum. — Iudith. — Genes. 12. — 1. Reg. 21. — Adulatores mendaces. — Psal. 9. — Esai. 9. — Rho. vlt. — Mentiens concionator. — Iob. 13.

Margin notes (right): Cõcionatoris, prudens iudicium. — Lege Erasmum. (handwritten) — Viri sanguinum. — Psal. 50. — Dolosa tyrannis. — Dolosus ois peccator.

telligere ut bene agat. Hi ſunt uiri quoq; ſanguinũ, fœdi peccatores, qui ſanguine, et crudelitate delectantur, alieni ab oĩ charitate, et proximi dilectione, cũ ſeipſos non diligant, ſed mortem ſibi aſciſcũt æternã. De illis intelligo, qui iniquitatem diligunt, qui uitę turpitudine delectantur, qui peccaſſe dolere nolunt. Hi ſunt mendaces filij hominũ, qui deũ non ſatis agnoſcunt, neq; in eo ſperare poſſunt, innocentiũ hoſtes, dei aduerſarij, uerbũ dei, plane contẽnentes. Hos itaq; oẽs abominatur dominus, & perdet. Suos autẽ iuuabit et defendet, ab his uiris ſanguinũ. Suos enim diligit. Eſt mira dei bonitas erga hoĩem, qua delectat nos eſſe bonos, ut ait Hillarius in pſal. 52. Eſt igitur facilis ad agnoſcendũ, his potiſſimũ, q malignitate nõ peccãt. Sed q̃qd moliant (inqt pp̃heta) priores illi maligni.

Hilla. in pſal. 52.

Ego autẽ in multitudine mĩę tuę, introibo in domum tuam.

Recte magnã dei mĩam ſeu mĩę multitudinẽ appellat, quia mĩa domini plena eſt terra. Niſi multiplicauerit miſericordias, non uiuificabitur ſæculũ, inquit Eſdras. Apud deum quidẽ, & aliũ neminẽ mĩa eſt, & copioſa redemptio. Et oĩa diſponit in mĩa, ait Sap. hoc eſt, non ſecundũ merita, & delicta noſtra ſi ad eũ ſupplices acceſſerimus, ſed in benigna gratia, qua facilis eſt ad ignoſcendũ In hac (inquit) multitudine mĩæ tuæ, hoc eſt, certa fiducia illius, introibo in domũ tuam, ſupplex oratione ad te accedã mane aſtabo apud te, ut pauloante. Toties enim ingredimur domũ dei, quoties ipſius memores, ad eum humili oratione, & animi interna contemplatione accedimus, ab eoq; ſolo, certa ſpe impetrãdi, uel auxiliũ petimus, uel pro beneficio gratias agimus, eiuſq; miſericordię et gratię. & oĩa tribuimus, et nos, noſtraq; quęcunq; ſunt, illi ſubijcimus. Et ſic ingreſſus (inquit) in domum tuam.

4. Eſdr. 7.
Pſal. 129.
Sap. 15.

Miſericordia dei.

Domũ dei ingredi quid.

Adorabo ad templũ ſanctũ tuum.

Cõtra priores uiros ſanguinũ, ſtans in tẽplo tuo, auxilium a te petam, oĩa a te expectabo. Templũ in ſacris literis, uarie ſumit. Iudæis unicum templũ erat, præcipuus orandi locus Hieroſolimis. In hoc templũ aſcendebãt petrus et Ioannes, ad horam orationis nonam. Domũ dei uocat Chriſtus, et orationis locũ. De quo Hiere. in cap. 7. In ætate Dauid nondum erat conſtructũ templũ, fœderis tamen tabernaculum, inſtar templi adeo habebatur, ut ubicũq; erat archa, illic eſſet oratiõis pręcipuus locus, illic erat templum. Dauidi, non itaq; deerat templum, q̃uis magnificum illud opus filij ſui, poſt eius ætatem ædificabatur. Chriſtianis uero, hmõi templa multa ſunt, ut neminem lateat, non modo in iudęa, ſed ubiq; gentium atq; locorũ, nũc adorandũ eſſe uerũ deum ab oĩbus. Non uerentur tamẽ improbi uiri multi nimis, hunc orationis cõmunẽ locũ improbare, hac noſtra dolenda ętate, qua oĩbus oĩa licere uidẽtur, ſola principum, et magiſtratuum culpa, qui nimiam hãc populi inſolentiã negligunt, exactam aliquãdo reddituri rationẽ. Cohiberent malignas linguas, ne in tantã, ut fit, & inſolentiã, & blaſphemias inſaniant. Quod autẽ ait, Adorabo ad templũ ſanctum tuũ, iudæorũ morem exprimere uidetur, qui abſentes quantũuis a tabernaculo, ſeu templo, ubi ſacra deponebantur, cũ tamen orarent, uultũ ad templũ uertebãt. Sic Daniel apertis feneſtris cõtra Hieruſalẽ flectebat genua. Sic admonuit Salomon, ut contra uiam ciuitatis, & contra uiam terræ ſuæ abſentes orarent. Non tamen ignorabãt deum in cœlis eſſe, uel potius ubiq; neq; non contineri deũ intra parietes neſciebãt. Eſt ne putandum (inquit Salomon) quod uere deus habitet ſuper terram. Si enim cœlum, & cœli cælorum capere non poſſunt, quanto minus hæc domus quã ædificaui. Templũ autẽ uere ſanctũ, & ſpiritale, eſt illa cœleſtis domus, hoc eſt, deus ipſe, qui loco non comprehenditur, ad quem dirigenda eſt oratio. Ad hoc templum adorare, eſt in ſpiritu, per contemplationem adorare, ipſum (inquã) dominum.

Templum orandi locus.

Cur ubiq; locorum tẽpla christianis.

Iudæorum mos orandi.
Daniel. 6.
3. Reg. 8.

2. Paral.

Adorare ad tẽplũ.

Pſal. 137.

in atrio

1.Cor.3. Diui venerandi.

in atrio sanctæ eius. Et sicut re adoramus ad templum domini, sic proxime accedimus ad deum. Templũ quoq; domini, est cor hominis in quo habitat uera fides, sancta cõuersatio, omniũq; uirtutũ chorus, inquit Hiero. Adorandus est deus in illo templo corde, et certa scilicet fide. Uenerandos esse diuos, eorũq; memorias esse frequentandas in dei gloriam, fidei, & innocentis uitæ imitationem, nemo sane mentis negat. Illos inuocare docuit ecclesiæ uniuersus consensus, non sine priscorũ patrũ exemplo, non ut auxiliũ ab illis expectemus, sed ut ꝑ nobis orẽt, & eorũ comprecibus per Christũ, gratiã auxiliũ, & salutem impetremus. Hinc est quod finiuntur nostrę oratiões, Per Christũ dominũ nostrũ. Et in letania nõ aliud petimus, q̃ ut orẽt pro nobis. Diuæ uirginis suffragia apostolorum intercessionẽ, martyrũ preces et confessorũ orationes, petijt. D. Ambros. in 2. precatione ad missę preparationẽ. Reperiuntur et prolixæ similes orationes, apud. D. August. Sed redeo ad literã. Adorabo (inquit) &c.

Adorare.

Adorare, hebraice incuruare, reuerentiam exhibere uel genuũ flexu, uel capitis, et corporis inclinatione, uel manũ osculari sonat, quando adorantes manum osculari solebant ueteris testamenti patres. Sic manũ suam se non osculatum esse cum solem, lunam, et cæteras creaturas uideret, ait. D. Iob. Est (inquit) iniquitas maxima contra deum altissimum. Derelinquã michi in israel septem milia uirorum (inquit deus) quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os, quod nõ adorauit eum, osculans manũ. Hinc sumptum illum morem existimo regum, & principũ osculandi manus, quo honore afficiuntur, ut Iones, & dij terrestres. Sum etenim sacræ scripturæ appellatione dij, dic in psal. 28. Eos itaq; & honorare, & illis, modo nihil iubeant quod fidei, & dei uoluntati aduersetur, per omnia obedire tenemur, quia sic mandat deus. Qui igitur dei uoluntatẽ seruare cõstituit, regibus, et magistratibus obedire necesse est. Qui hoc seruare detractat, alienus est a Christo, quia eius doctrinã contemnit. De osculo iam diximus in psal. 2.

Iob.31. 3.Reg.19. Manum osculari. Psal.28. Rhom.13. Obedire magistratibus.

Psal.2. Adorare.

Est quoq; adorare more iudeorũ, prostrato corpore uenerari id quod seruatur ab orientalibus. De iudeis uero, sacrę scripturę multa loca sunt. Surrexit Dauid de loco (inquit) et cadens pronus in terram, adorauit tercio. Sic procidit super terram Christus, & orabat (inquit Marcus) nobis relinquens exemplum feruenti spiritu orantes, ut non rideamus eos, qui externo gestu, internam animi uehementem contemplationem, nonnunq̃ indicant. Venite adoremus igitur, & procidamus, & ploremus (inquit) in alio psal. Qui spiritu deũ adorat seipsum in maiestatis eius præsentia constituit. Et quomodo corã tanta maiestate procidere in terram non potest? Est etiam adorare, gratias agere. Sic adorabat Abraham populum terræ Chanaan. In hoc quidem loco, adorare nõ aliud est q̃ humillime deo se subijcere, ab eo solo auxilum pro eius bonitate petere, & expectare, illi gratias agere, certam fidem in eius gratia constituere hoc est uerum cultum præstare, uerum obsequium deo. Sic adorandus est solus deus, in spiritu. Sic (inquit) adorabo ad templum sanctum tuum

1.Reg.20. Marc.14. Externi gestus nõ ridendi. Psal.95. Genes.23. Ioan.4.

In timore tuo.

Humili reuerentia, maiestatem tuam adibo, te prostrato animo contemplabor, ad te pronus accedam. Sic enim alloquendus est, sic ab homine adeundus, adorandus deus. Hac humilitate, hac timida, trepidaq; reuerentia, deum adorabant patres in toto ueteri testamento, non tam timoris, q̃ maiestatis causa. Sic in terram pronus adorabat Abraham. Sic cecidit Iosue pronus in terram. Sic corruit totus populus pronus in terram super pauimentum. Quis terrenũ principem, non timore, non reuerẽtia alloquitur? Hunc itaq; locum sic alius perspicue uertit. Adorabo in templo sancto tuo, cui ueneratione pauidus. Alius uero paraphrastes. Orabo (inqt) conuersus

Humiliter adorandus deus. Genes.19. &.17. Iosue 5. 2.Paral.7.

 uersus

uersus ad templum sanctitatis tuæ, maiestatis tuæ reuerenter rationem habens. Hæc est adoratio, quæ congruit deo. Ait itaq; propheta. Adorabo te in timore tuo. Alius est enim seruilis timor, dæmonum, et sceleratorum. Timor, reuerentiam non semel in sacris literis significat. Sic timorem interpretatur Erasmus 1. Petr. 2. Hunc timorem, alij interpretantur obedientiam, ex amore, et ex animo. Id quod huic loco pulchre conuenit. Sic est initium sapientiæ dei timor. Ex hoc timore crescit in dilectionem. Magis enim est diligere, q̃ timere. Qui uero diligit, uoluntatem dei facere studet, non coactus, non timore pœnę, nec mercedis aut præmij gratia, sed amore iusticiæ, amore creatoris, & maiestatis, & bonitas dei, id quod libenter facit, pius quisquis est, quia deum qui sic mandat, ex toto corde diligit. Qui uero aliter timet, q̃uis nulla sit dignus gratia, hanc tamen utilitatẽ, ab illo nonnunq̃ timore capere potest, ut a perpetrandis malis abstineat. Sic timẽt mali, et scelerati uiri, magistratus gladium. De huius timoris utilitate, lege Chrisost. 2. ad Thessa. cap. 1. Qui sola tamẽ formidine peccare fugit, tantisper non peccat, dum celare peccatum non posse putat. Illo metu sublato, oẽs habenas soluit. Qui enim timore (inquit. D. August.) non malefacit, malefaceret, si liceret. Non dum (inquit) amas iusticiam, adhuc seruus es. Est etiam timere deum, eius causa, alium neminẽ timere præter eum. Sic monet Christus, ut eum timeamus, qui habet potestatẽ mittere in gehennam. Hic timor, ex uera fide proficiscitur. Certa fides, animum deo sic alligat, ut nusquam non adesse putet, quem tantopere diligit. Idem ergo est, & absens, & præsens. Bonus igitur timor, & suam, imbecillitatem agnoscit, & se totum deo cõmittit, quem ex toto corde diligit, cui per omnia placere studet, atq; in eius misericordia, firmã spem habet. Nam qui iuste timent, sperant in deo, ut in alio psal. Hinc ait egregie Aug. Deus sic timendus est, ut ab ipso ad ipsum cõfugiatur. Sic enim probus filius patrem timet, ut cũ in patrẽ peccauerit, ab eodẽ tamen ignoscentiã quærit, ut de filio prodigo docet Euangel. Est huiusmodi sanctus, purus, & castus timor, de quo in psal. 3. et. 18. Sic timentibus non erit inopia, inq̃t in alio psal. De hoc timore admonet egregie Eccles. Qui timetis deũ (inquit) credite illi, & nõ euacuabitur merces uestra. Qui timetis dominũ sperate in illũ, & in oblectatione ueniet uobis misericordia. Qui timetis dominũ, diligite illum, & illuminabuntur corda uestra, &c. Qui hoc modo timet deum, confidenter adorat, ad templũ sanctũ domini, & certa spe sic orat.

Timor dei.

Erasmus.

Filialis timor.

Timoris utilitas. 2. Thessa. 1

Seruilis timor.

Psal. 113.

Luc. 15.

Psal. 3. & 18.

Psal. 33.

Eccle. 2.

Domine deduc me in iusticia tua.

Deduc me (inquit) in iusticia tua, in bonitate tua, in mĩa tua, de inimicorum periculo. Nam mihi opus est tua ope, tua mĩa, tua gratia, ut inimicos fugiã, & te pure adorẽ. Tu enim es qui operaris & uelle & perficere, pro bona uoluntate, ut ait apost. Quãdiu in huius seculi fluctibus uersatur homo, orandũ est assidue, Domine deduc me de uia præcipitationis, ut hic ueniã in iusticia tua, certa fide, legibus, et doctrinis tuis obtemperãs. In hac spe bonitatis dei, pendeat uita, & salus nostra oportet. Nisi enim spes huiusmodi esset, desperaret totus mũdus, quando pernoscit æternas pœnas, quas pro pc̃tis minatur deus, se nõ posse suis uiribus, suis uirtutibus euadere. Quis enim se nescit inutilẽ esse seruum? Spes igitur gratiæ dei, ex certa fide, desperationis omnẽ timorẽ excutit, certãq; fiduciã præstat in misericordia dei. Quãm utilis tamẽ sit metus aliquãdo seruilis, ut mali coerceant, lege Aug. in Epist. 48. et. 50. Sed cuius timor ex amore proficiscitur, orat certa fiducia impetrandi, deduc me domine in iusticia tua, pro mĩa tua.

Spei utilitas.

Propter inimicos tuos.

Paganos, hereticos, mundũ, carnem, & diabolum, persequutores et inimicos omnes, qui in hac uita, nos admodũ urgent, & nobis fraudulẽter nimis insidiantur. Nisi igitur in ueritate

manu deduxeris me, & auxilium præstiteris, timeo mihi de illis tot undiq; inimicis, ne me uincant, ne me ducant in præcipitationis uiã. Quid uero sit deducere, seipsum explanat.

Dirige in conspectu tuo uiã meã.

Dirige uiam meam, huius sæculi meam peregrinationẽ in conspectu tuo, ut quæcunq; fecerim, te domine & tuo cõspectu sint digna, ne ab illo conspectu tuo cadam, per inimicorum fraudes & dolos, & a uia recta detrudar. Hoc est dirigi in conspectu dei, & a periculis inimicorũ deduci. Vide igitur (inquit in alio psal.) si uia iniquitatis in me est, & deduc me in uia æterna. Qui petit deduci, & dirigi a deo, omnẽ spem ponit ĩ bonitate dei, oĩaq; ab eo expectat, suã imbecillitatẽ agnoscens. Dirige ergo me, ab illorũ hæreticorũ, & inimicorum (inquit) malignitate.

Dirigi in cõspectu dei.

Qm̃ non est in ore eorũ ueritas.

Sed dolis, fraudibus, & mẽdacijs, pleni sunt. Viros itaq; dolosos, prius appellauit. Hi sunt qui corde, & corde loquuntur. Hæretici quidem deprauare quod rectum est enituntur, et uerum loqui nesciunt. Inimici, hostes, persequutores, nobis imposturis insidiantur oẽs. Syncere nihil loquuntur, deo aduersarij, uere mendaces.

Nam cor eorum uanum est.

Iusta, & perspicua ratio. Cogitationes eorũ uanitates, mẽdacia, & falsitates meditantur. Cor in sacris literis, pro animi cogitationibus ponitur, siue bonis, siue malis. Corde creditur ad iusticiã, inquit apost. De corde exeunt cogitationes malę. Adde quę diximus in psal. 4. Cor (inquit) eorũ uanum est, sceleratum est, dolis, & mendacijs plenũ est. De illo corrupto corde, per fauces, in proximi perniciem exeunt pessimę illę cogitationes, quia non est in ore eorũ ueritas. Hinc ait.

Sepulchrũ patens est guttur eorũ.

Guttur eorũ, patens, et apertum sepulchrum appellat. Illi priori peccatori, sepulchrũ uere patens est guttur, qui nulla uerecundia, palam, & uerbo, & facto, turpiter uitam agit. Quemadmodum enim sepulchrum, non aliud q̃ mortuum cadauer, & fœtidum contineat, neq; non probe munitum, et clausum, sed patens (ut hic ait) pertranseuntes oẽs fœtore inficiat, ita & maligni hominis guttur, hoc est, cogitationes, & uerba, aliud in promptu non habent, q̃ fœdas uoluptates, aut calumnias, falsaq; mendacia, dolos, & fraudes, quę in omnes probos euomat, quærens occasionem, qua possit eos, aut suis moribus inficere, aut falsis mendacijs non modo traducere, sed etiam interimere. Sic enim corpus maligni hominis, fœdum est animæ sepulchrum. In cuius ore gladius est. Ait igitur, Sepulchrum patens est, hoc est apertum, & paratum semper, nequitia, & malignitate ut noceat, tam uerbo, q̃ facto. Nam, et

Guttur, maligni hominis.

Linguis suis dolose agebant.

Nunc enim blandicijs, nunc minis, & terroribus, bonos, & fideles dolose solicitant maligni. Quorum nonnulli sepulchra sunt foris dealbata, ut ait Euangel. Hinc ait. Dolose agebant. Neq; non hic uidetur explicare, quod antea dixit de sepulchro. Lingua nãq; gutturi, & faucibus hæret, unde uerba sonant, et prodeunt, uelut e tuba. Illi ergo, quibus est tam patens guttur, pestiferi erroris sepulchrum, & pernitiosi animi domicilium, suis linguis dolose agebãt, & semper agunt. Nam ex illo fœdissimo tugurio, uel falsę potius doctrinæ spelunca, bonis, et fidelibus insidiantur suis falsis dogmatibus hęretici, quę prius in uano, & insidioso corde pararunt. Et simplices nihil minus suspicantes, dolis, & imposturis, subito, clam, & occulte corrũpunt, non aliter, q̃ in sepulchro non clauso, posita cadauera, pestifero fœtore, ptranseuntem, ex subito olfactu, inficiũt. Habent enim priores illi dolosi, ex ore aperto, & in blasphemiam parato, sua uerba, quibus non tam corpora, q̃ animas corrumpãt, et corporũ & animarũ deuoratores. Linguis itaq; dolose agunt, ut a ueritatis uia, simplices auertant.

Math. 23.

Hæreticorum malignitas.

Contra hos dolosos auxiliū petit. Ait enim.

Iudica illos deus.

Libera me tuo iudicio ab illorum dolis, fac pro tua bonitate, ut illorū dolus manifestetur, ut ab illis caueāt qui pij sunt. Condemna eos, esto iudex (inquit ecclesia) inter me & illos, ut eā ipsissimā esse ueritatē intelligat, et persuasum habeat tuus populus, quam ego illis trado ex uerbo tuo. Contra uero, quæ docent illi, dolos, & imposturas esse, non nesciant pij uiri. Me ergo deduc in tua iusticia, illos iudica, & dignis pœnis affice. Prædicit hoc futurū, q̄uis optare uideatur. Iudica (inquit) eos, ut per tuum iudicium.

Decidant a cogitationibus suis.

Cadant et uincantur, ne in suis cogitationibus preualeāt. Cadant a consilijs suis, uertit felix. Id quod non aliud est, q̄ ut retectis eorum dolis, & prauis cogitationibus, qui populū seducere student, ab eorū doctrinis abhorreant christiani uiri. Non carent magna suspitione, multæ nouæ cogitationes, & doctrinæ. Indigni uidentur piorū cōuersatione, qui probas, honestas, utiles, necessarias, & ipsas quidem uetustissimas, receptissimasq; consuetudines, traducunt & apud populum deprauant. Suam quidē gloriam quærere uidentur, ut nouarum rerum auctores sint, sese alijs plus longe, uel preteritis, uel presentibus scire ostentantes. Alios, & ueteres, & nouos, qui cū illis non sentiunt, reijciant necesse est, nouosq; rerum ordines inferant, si ueteres tollant, cum sine ritibus, & cęremonijs, quieti, & tranquille uiuere nequeat populi congregatio. Nimium sibi arrogant, qui ueteres eruditissimos illos patres reijciunt, paruiq; faciunt. Quid de illis potest aliud suspicari, q̄ quod sibi timeant, nisi priscorū patrum existimationē, aut penitus sustulerint, aut pro magna parte deleuerint, ne sua queant inferre dogmata? Verius aut certius aliud nihil est. Non enim cum illis conueniunt sancti patres, qui ad tranquillitatē receptos probos ordines deprauāt. Ab his uarijs doctrinis cauere, admonet apost. Magnę iactantiæ perspicuum est indiciū, nouo uelut spiritu sancto afflatos, uerum uerbi dei sensum, post mille, & aliquot annos, se tanq̄ postliminio nūc reuocasse, prius nō intellectā sacrā scripturā polliceri, et asserere. Et plane pijs auribus indignū, ut ne grauius addā. Nā si hoc uerū esset, quod a ueritate longissime abest, in inferno sepultos esse priores oēs necesse est. Ignorātia quidē excusare neutiq̄ potuit. Et Mosen, et pphetas, et ipsum quidē Christum, & completam eius doctrinā habuerūt. Sed quicquid palam dicāt, si probitatis quicq̄ habeant, eos intus non potest non admonere animus, ut patrū consensum, una cū ecclesiæ receptissimo usu, magnifaciant. Magnā uim habet consuetudo. Si legē (inquit Tertullianus) expostules scripturarū, nulla legis traditio tibi prætenditur. Auctrix consuetudo, confirmatrix, & fidei conseruatrix. Rationē (inquit) traditionis et cōsuetudinis fidei patrocinaturā, aut ipse perspexeris, aut ab alio, qui perspexerit disces. Hęc ille. Contra contentiosos consuetudinē obijcit apost. De illa consuetudine sentiamus oportet, quæ rectæ rationi consona est, & ad pietatem, & tranquillitatem, & rerum, & personarum ordinē conducit. Dic in psal. 12. Qui hanc talē consuetudinem reijceret, illum et quietis, & pacis hostem, hoc est et deo et reip. arbitrarer. Quid enim magis gratū deo, q̄ pax, & concordia? Quid reip. tam utile aliud, q̄ tranquillitas, & rerum ordo! Qui uero abusus, & nimios errores qui irrepserunt depellere, et purum cultū dei restituere conatur, piam habet cogitationē, cui nemo non impius, omnē opem feret. Vt ordines uero conseruentur, ad diū neminē tam admonere pertinet, q̄ ad uerbi ministrū qui fidem, charitatem, patientiam, proximi dilectionem, pacem, quietem, cum primis docere debet. Mansueta, pacataq; sunt uerba dei, omni mansuetudine tractanda, quæ pacem & tranquillitatem super omnia

Non sunt deprauādi veteres probi ordines.

Hæ... taris ... cū est, ... rū noua... tari ... dere.

Consue... dinis ... ...

De ... na mili... christi... 2. Cor. ...

Error... euelle...

2. Cor. ...

1. Thes...

omnia docent. Non ergo irritandus est populus, nō ut iudicet prouocandus, non ut contēdat, traducat, despiciat, excitandus est crabro ille, ad iram, et contentionem, sua natura nimiū facilis, & pronus. Quam spem habere licet, ut populum obsequentem, pacatum & quietū aliquando habeamus, si seditiosos habeant ministros, et duces! Auertat benignus deus haec mala, a populo suo. Alienum nihil magis est, a christiano populo, q̄ ut sint in religione diuersae partes, ut alius Pauli, alius Apollo sit. Pios omnes monet Paulus, ut idipsum dicant, et nulla sint scismata. Quid seditiosius inter pios esse potest, q̄ quod alter ueteris doctrinae, nouae recentisq; alter se dicat, cum unius esse deberent omnes Christi! Veteres patres, & doctores uocamus, Hiero. August. Ambros. Chrisost. Cyprianum, Hillarium, & id genus alios. Si ergo de hominis ueteri sana doctrina ex uerbo dei loquamur, quos alios magis ueteres reperire potest quisquam! Hi sunt omnium sententia et doctissimi, & sanctissimi, & ab uniuersa ecclesia receptissimi, qui suam doctrinā, & a uerbo dei, & ab apostolorū discipulis, quibus erant uicini, accipiebant, quis eos nonnunq̄ homines fuisse quoq; constet, errore deceptos. Ab eorū tamen consensu dissentire, sine aperto, et expresso uerbo dei, aut temerariū, aut non parū arrogantiae existimari potest. Illos itaq; non modo non contemnendos, sed etiam, et laudandos, & colendos censeo. Simus eorum exemplo inuicem diligentes, in domo domini unanimes. Et quo magis haec unanimitas seruetur, qui pacem, & tranquillitatem cupiunt, honestos probosq;, et receptissimos ordines, et ritus, et ceremonias, sine quibus tranquillitas fieri nequit, nō modo nō reprehendent, non deprauent, sed etiam laudent plurimū. Omnia fieri debere ordine docet apost. Traditiones quoq; suas, quas ab eo siue per sermonē, siue per epistolam accipiebant, Thessalonicēses tenere admonet. Qui uero aliter sentiunt decidāt a cogitationibus suis, ut hic orat propheta in malignos. Iudica illos (inquit) benigne deus, ut meriti sunt, & ne pacificis tuis, cum suis cogitationibus noceant, maligni quiq; sunt.

Secundum multitudinē impietatum eorum expelle eos.

Multas (ut supradixit) sceleratas cogitationes habēt. Orat ideo pphet a. Secundū multitudinē, &c. Hoc est, pro uaria multitudine suarū adinuentionū, & fraudū, quę uere sunt impietates, quibus & pios uiros diuexant, et alios ad impietatē seducere conantur, quę admodū meriti sunt expelle eos, fuga deijce a iustorū consortio. Alius perspicue uertit. Ob tam multa eorū scelera praecipita eos. Digni sunt enī qui expellantur, et pręcipitentur.

Quoniā irritauerunt te domine.

Nō sua igitur, sed dei causa in hos malignos orat propheta. Irritauerunt (inquit) te domine in adinuētionibus suis, propterea multiplicata sit in eis ruina, ut in alio psal. Irritatur, et prouocatur deus, nostris turpissimis peccatis, haeresi cum primis, emulatione, inimicitia, cōtentione, rixis, dissentionibus, etc. quę numerat apost. ad Gala. 5. Irritatur inq̄, sed resipiscenti facile ignoscit. Nolo (inquit) mortem peccatoris, sed conuertatur, & uiuat. Populū itaq; peccatorē amantissime sic admonet. Conuertimini (inquit) filij reuertentes, & sanabo auersiones uestras. Quod si non cōuertatur peccator, pereat, et expellatur necesse est, uel in hoc sęculo mitius, uel in futuro terribilius, ut ne addā quod metuendissimū est, de utroq; interitu. Si uocē domini dei uestri nō audieritis, auferā (inquit) a uobis, uocē iocunditatis, et uocem gladij. Haec ergo poena est, quae manet impijs, et peccatoribus. Illos igitur iudica, et pereant illi, ne contra tuos praeualeant. et

Laetentur omnes qui sperant in te.

Qui se totos tibi committunt, per certam spem auxilij, & consolationis tuae, semper laetentur

Psal. 109.

Ezech. 18.

Hiere. 3.

1. Cor. 4.

1. Thess. 2.

Lete feren da aduersa.

letentur in te, tam in aduersis, q̃ in prosperis. Hoc est beneficiū certę fiducię in auxilio dei, ut non modo ferat inimicorū sęuitiam æquo animo, sed læte, & gaudenter ferat, ut de

Act.5.

apostol. scriptum est. Huius spei utilitatem

Sap.ca.3.

docet Sapientia. Et si coram hominibus tormenta paßi sunt, spes illorum (inquit) immortalitate plena est. Letentur itaq; omnes, qui sperant (inquit) in te, nam læticiæ maximam causam habent, quia

Inæternum exultabunt.

Tam in hoc sæculo plena, & certa spe roborari, quam in cœlestem æternam tandem gloriam suscepti. Nam

Et habitabis in eis.

Ne succūbant in hac uita. Tu autē (inquit a-

Psal.21.

libi) in sancto habitas. Templū enī dei, iustus

1.Cori.3.

est. Nescitis (inquit apost.) quia templū dei estis? Et spūs dei habitat in uobis? Spem enī omnē ponētes in deo, & eum uere diligētes,

Ioan.15.

in eo manemus, & ipse in nobis, ut ait Ioan. In suis fidelibus, et in eum sperantibus habitat deus per gratiā, quia semper præsens est, ut laborantibus in tempore succurrat, eosq;

1.Cori.3.

consoletur. Hic est spiritus dei, qui habitat in nobis, ut ait apost. Exultabunt itaq; inæternum, & habitabis in eis.

Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum.

Nomē dei diligere quid.

Nomen dei diligere, est ipsum deum diligere. Modus est loquendi in sacris literis. Nam qui deū diligit, delectat se memoria noīs eius, illius recordat, ut eius uoluntati obēdiat, oīaq; faciat in gloriā eius. Hic est, qui gloriabitur in deo, quia de oībus, siue prosperis, siue aduersis, illi gratias aget, ut siue uiuat, siue mo-

Philip.1.

riatur, dei sit. Magnificatur enim Christus,

Digni qui glorietur in deo.

siue per uitam, siue per mortē. Qui uero sic diligit, certam haud dubie spem habet in solo deo, deiq; uoluntatē per omnia solicitus est perimplere, ferreq; aduersa oīa, obsequiosus deo. Deū diligit homo, huius dilectionis uere

1.Ioan.4.

debitor. Diligamus (inqt Ioan.) deū, quoniā deus prior dilexit nos. Neq; diligimus, nisi uoluntatem eius adimplere studeamus. Si di-

Ioan.

ligitis me (inqt Ioan.) mandata mea seruate. Hi sunt qui gloriabūtur in te domine, tu eris eorum sola gloria, qui aliam spem, aut aliam gloriam non optant, q̃ in te, ut tibi placeant, qui diligūt nomen tuū, hoc est, teipsum. Certo itaq; certius gloriabuntur.

Quoniam tu benedices iusto.

Psal.

Quem uocat iustū, dic in psal.10. & proximo superiore. Huic iusto, sic speranti in te, et diligenti te, benedices, bene facies, auxilium oportunū præstabis, ab inimicis eripies, sanū conseruabis, & tandem æterna gloria afficies. Sic benigne facies iusto, ut uertit Felinus. Hęc est dei erga iustos benignißima be-

[illegible]dictio dei in iustos.

nedictio. Dei quidē benedictio, est ipsa gratuita gratia, qua nos iuuat, atq; dirigit in uiā salutis. Non enim sufficit, quod nos reuer-

[illegible] sine dei gratia possumus. Ad Philip.

tamur ex nobis, nisi per suam gratiam, & nostram uoluntatē, & uires, adaugeat benignus deus. Inutilis est noster conatus absq; gratia. Nec utilis est nobis gratia, nisi nostrā illi uoluntatē addiderimus. Cōuertamur igitur ad dominū, & conuertet se ad nos. Oremus ut cōuertamur, et augeatur nobis fides, ut dei benedictionē adsequamur. Certa quidē fiducia, omnes in deo sperantes aiunt.

Domine ut scuto bonę uoluntatis tuæ coronasti nos.

Non enim nostris uiribus coronamur, et inimicos uincimus, et sani conseruamur, sed pro singulari (inquit) bonitate, amore, & beneuolentia, quam habes erga fideles, & te diligētes, tuos coronasti uictoria, ab inimicis, illo sctō scuto, illo benigno auxilio, tuæ beneuolæ uolūtatis. Multos hoc pacto coronauit benignus deus, coronat cotidie, et coronabit

Coronare quid.

semp. Est quidē coronare, circūuallare, circūmunire, ne ut cupiunt, noceant inimici. Suos quidem sic deus coronat, sic defendit. Scutum, seu clipeum, & protectionē, & defen-

Deum D[illegible]

sionē significat. Est enim deus (inquit Moses) scutum auxilij nostri. Hoc est, scutum bonæ uoluntatis, & bonitatis dei, in omnes

credentes

credentes in eum, quia gratuitū est. In malā quoq; partem, maleuoli animi scutum esse dicitur, quando peccatū falso cōmento defenditur. Id quod scutum cordis, sed mali, appellat Hiere. Sed hoc nostrum, bonę uoluntatis dei, erga nos, inuictissimū quidem scutum est, quo uincitur, & repellitur omnis inimicus. Deus enī coronat nos in misericordia, propter nimiam charitatē suam, qua diligit nos. Omnium itaq; aduersariorum, illos uictores efficit, quos suo scuto defēdit, atq; super inimicos coronat. Neq; uincit, quem non coronat, quem non cingit, non uelut clipeo defendit, dei benignitas. Corona, nisi uictori dari non solet. Suos in hac uita uictores efficit deus, ut tandem in ęterna gloria, certam coronam accipiāt, qua gloriabuntur perpetuo. Scutum uere nobis, Christi crux est, et fides. Nam hęc est uictoria quę uincit mundum, queq; iusticiæ coronam tribuit. Oremus igitur supplices, & solicite, quod in hoc psalmo docemur, ut cum apostolo sperare nobis liceat, per spem certam, æternę glorię coronā consequi, per eundē dominū nostrum Iesum Christum, cui omnis honor, a quo solo omnis uera gloria, & uictorię certa corona.

Thre.3.
Christo ... deo
1.Iom.5.
2.Tim.4.

Psalmus Dauid. 6.

Titulus.

In finem, in carminibus pro octaua.

In finem optimū docet nos propheta, ut eum fœliciter attingamus, deum solicite orantes, et ei psallētes supplices, in carminibus, (carmine quidē scripsit noster uates) in hymnis, et canticis spiritualibus, ut ait apostol. ab eo solo, auxilium, et mīam petentes, pro octaua, pro fœlici beatitudine, in postremo iudicio. Sic admonet in alio loco, ut exultemus I carminibus. Sic stabāt Leuitę in organis carminū domini, quę fecit Dauid rex, hymnos Dauid canentes, &c. Sic omnium, cantu, & cythara prestantissimi Mathathias et cęteri, pro octaua canebāt epinitium, hoc est, uictoriæ premium, & pro habenda, aut iam parta uictoria, celebritatem. In hoc psal. uehementer orat, ne differatur peccati correctio, seu peccati remissio uerius, in illū usq; diem postremi iudicij. Interim igitur pro illa octaua orat, ut ignoscat deus in hac uita. Non tamē ex annorum certo numero, (ut nōnulli scioli imprudenter adserunt) post sex, aut septem scilicet annorum milia, postremū futurum iudicium uiuorum, & mortuorum iudicium, putemus, q̄uis hic dicat pro octaua, cum hoc tempus sit soli deo cognitum. De die autem illa (inquit Christus) nemo scit, neq; angeli cœlorum. Dies enim illa domini, sicut fur in nocte ueniet. Et discipulis respondens Christus, iam cum ascenderet, id idem scire cupientibus, nō est uestrū (inquit) scire tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate. Creaturarū nemini, hoc futuri iudicij tempus reuelare aliquādo uoluit deus. Non igitur supputabimus futurum dei iudicium, & secundū atq; postremum Christi aduentum, ex annorum numero, more illorū astrologorum, qui occulta dei iudicia, stulte prædicere conātur. Augustinus Stenchus. qui nuper suam recognitionem in quinq; libros Mosi ædidit, in libro numer. cap. 24. hebraicam supputationem de sex annorum milibus uidetur adserere, quibus tantū duraret mundus. De quo tempore in hac nostra nouissima ætate, supersunt sua sententia, tantū septingenti circiter anni. Sed cum alijs ipsum errare sinamus. Præteritum etenim nihil plane certius est, quam quod futurum sit illud iudicium, incertius uero nihil, quam quo tempore futurum sit. Est enim de occultis dei. Hunc uero psalmum canemus pro octaua, pro illo postremo die, ut uictores per dei benignam gratiam in hac uita sic efficiamur, ut simus lucis filij, cohæredes autem Christi, in futura uita. Beatus Ignatius, discipulus Ioannis Euangelistæ, in secunda sua epistola ad Magnesianos, adserit hunc locum prædictum a propheta, ut futurū diem dominicum signifi-

Ad Col. ...3.
2.Paral.7
Parali.15. et.16.

Futuri iudicii tempus ineptis colligūt nonnulli.
Math.24.
ad Thessa.5.
Act.1.
Ignatius.

significaret, in quo nos, qui christiani sumus in Christi resurrectionis honorē, sabbatizamus, hoc est a turbulentis seculi negotijs, ut deo liberi seruiamus, requiescimus. Non erit itaq; mea sententia alienū, si hanc octauam intelligamus de postrema illa dominica die, quando oēs resurgemus, mali, in certā æternam pœnam, boni, in perpetuā requiē. Quem sabbatū, quā requiē, ut sibi impetret solicitus est in hoc psal. propheta. In octaua ætate (inquit Petr. Lumbardus) erit resurrectio cōmunis, qua omnis abscindetur corruptio ab electis, per Petrā Christū. Dicit Isichius in Leuitic. ca. 12. quod dies octauus, quoniā septimæ diei, quæ imago est præsentis uitæ, succedit, figurā futuri seculi gerit, in quo, ex corruptibilibus, ut angeli incorrupti, et puri erimus. Lege. D. Grego. in hunc psal. qui septē psal. pœnitentiales explanat. Antiqtus octonariū quoq; numerū, iusticiæ & plenitudinis numerū uocabant. Erat sic apud iudæos, circūcisionis & fœderis, dies octauus, cū præceptum esset octauo die, in fœderis signū, ut circūciderentur. Erat q; purificationis tēpus. Et salutis, itē et conseruationis numerus est, cū tot animæ ab aquarū diluuio (unde omnis posteritas) in archa Noe cōseruarentur. Pro illa igitur octaua, quæ certā uictoriā perpetuum sabbatū, uerāq;, et æternā incorruptionem, omnē deniq; beatitudinis plenitudinem fidelibus præstat, hunc titulum intelligamus. Deū, qui cotidie peccamus, huius itaq; psalmi oratione deprecemur, ut pro hac octaua, uictoriam exoremus.

Petr. Lumbard. libr. 4. dist. 1.

Isichus.

Octonarius numerus.

Genes. 17.

Luc. 1.
Leuitic 12. & 15

Genes. 7.

In summa.

Sibi timens homo peccator, humillime, pariter, & studiosissime orat, ne differatur in extremum usq; iudicium sua correctio, peccatorumq; remissio. Peccatum fassus, luctu, & lachrimis dolens, dei misericordiam, ut remittatur appellat. Sentit certa fide se exaudiri. Integritatis inimicos a se fugat, & pro illis deniq; orat.

Explanatio.



Domine ne in furore tuo arguas me.

Recordatus delictorum suorū peccator simul & amaritudinis, uel potius inflexibilis seueritatis, illius diei postremi iudicij, orat supplex, ne in illius furoris tēpore, arguat eū deus. Sentit enim se dignū ira dei, indignum uero cui ignoscatur nisi per miam. Arguere (inquit Christoph.) nihil aliud est, q̄ priora peccata ad memoriā reducere, et illis debitas pœnas deputare, id quod maxime huic loco cōuenit. Est etiam arguere, admonere. Noli arguere derisorē (inquit sap.) ne oderit te. Argue sapientē, & diliget te. Arguetur in postremo iudicio peccator, hoc est palā obijcient illi sua pctā, non uerbis quidē, sed ipsa peccatorū recordatione. Vnius enim cuiusq; conscientia peccatoris, ob oculos anteactæ suæ uitæ fœditatem constituet, qua se condemnabit. Erunt etenim cuiq; percognita, præsentaneaq; sua impurgata priora scelera. Hanc peccatorum redargutionem perspicue docet Euangel. Esuriui (inquit) &c. Item & in psal. Tu (inquit) odisti disciplinam &c. Item uocaui (inquit sapi.) & renuistis etc. Sequitur sententia. Discedite igitur (inquiet) maledicti, &c. Orat itaq; peccator ut nunc arguatur in hac uita, nunc affligatur, ut resipiscentiæ gratiā accipiat, ne in ultionis tēpore arguatur. Nūc ergo cōuertimini ad me (inquit Ioel in persona dei) oēs, in toto corde uestro, &c. Et q̄uis in deū nullus aliquando reperit humanus affectus, hæc tamen fieri dicunt ab eo, uelut furore cōmoto, postq̄ in illū usq; diē, spreta omni interim oblata gratia, pœnitentiā distulerit peccator. Dies etenim ultionis est, inquit Esai. Tēpus erit, nō pœnitentiæ, sed pœnarū, nō misericordiæ, sed iudicij. Ecce dies domini uenit, crudelis, (inquit idē Esai.) et indignatione plenus, et iræ furorisq;. Magnus (inqt Ioel) est dies domini,

Arguere quid.

Sap. 9.

Accusatio … extremi iudicio

Matth. 25.

Ioel. 2.

Iudicii dies & seuera.

Ioel. 2.

domini, et terribilis ualde, & quis sustinebit? Is dies est, de quo Ioan. in Apocal. quando reges terræ, principes, tribuni, diuites, fortes, & omnis seruus, & liber, abscondent se in speluncis, et montibus dicent, cadite super nos. O iudiciorũ, omnium amarissimũ iudiciũ his, qui in furore arguuntur. Conuertimini ergo (inqt Ioel in priore loco) ad dominũ deũ uestrũ, quia benignus, et misericors est, &c. Gratis enĩ remittit pœnitenti, & certa fide remissionẽ petenti. O fœlicem pctõri consolationẽ. Qui ergo tã solicitus est, ut hic docet propheta, haud dubie, si certã (ut æquum est) fidẽ dei promissis habeat, benignũ deum sentiet. Iterũ igitur, atq; iterũ solicitus ait.

Apoca. 6.

Ioel. 2.

Neq; in ira tua corripias me.

Differẽtia inter furorẽ & irã.

Sũt, qui furorem, & iram in hoc differre putant, ut furor sit primus ille, at uehemens in ultionem stimulus, ira uero, illius cõmotionis iudicium, hoc est, deliberata, decretaq; sententia, pro criminis atrocitate, se uindicandi. Mitior itaq; furor, secundũ hanc differentiã, q̃ ira uidet. Furori igit̃ arguere apposuit, id quod mitius est q̃ corripere. Arguere etenim est, uerbis reprehẽdere. Corripere, prius reprehensum, dignis plagis afficere. Non me præterit aliter sentire D. Gregorium in hoc psal. De ira dei, diximus in psal. 2. Vides utrũq; apponi, & furorem & iram, & hic, & apud Esai. ut tam crudele iudicium audientes, furoris, & iræ, hoc est, inflexibilis iustitiæ plenũ, si nõ amore, terrore saltem a peccatis deterreantur iniqui, ne in huius iræ, & crudelitatis diem pœnitentiã differant. Orat itaq; in alio psal. Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Idem repetit uehementiæ causa, (ut alij sentiunt) ita ut solet in arduis, ut non sit hic differentia inter furorem, et iram, tantum ut repetitionis uirtutẽ habeat. Suã itaq; indignitatẽ agnoscẽs, ad deiq; miam confugiens, supplex orat

Arguere & corripere differunt.

Psal. 118.

Miserere mei deus.

Vt in hac uita me corripias, non in furore, et ira futuri postremi iudicij, ut hic resipiscã, & tu mihi ignoscas. Sic enĩ corripit iustos dominus in misericordia. Nobis uero irascitur deus in hoc sęculo, pro bonitate, id quod ostẽdit, per multipliciũ rerum aduersitatem, corporis morbum, parentũ, amicorũ amissionẽ, perq; grauiores alias afflictiones, ut sic admoniti, et compũcti, resipiscamus, ne arguamur in postremo die. Hæc est (inquam) benigna ira dei, quę admonet, quę corripit, quæ in hac uita, (nisi gratię resistamus) misericodiã offert. Nunc enim est tẽpus miserendi, et ideo miserere mei deus, inquit propheta. Nã agnosco imbecillitatem, agnosco peccatũ.

Psal. 140.

Cur deus in hoc sęculo irascitur.

Quoniam infirmus sum.

Nõ me latet q̃ exigue, quãq; nullę sunt uires (inquit) meę ex me. Sum enĩ fragilis, et pronus in peccatũ, naturę infirmitate. Fatetur se debilẽ, fatetur infirmũ, fatetur peccatũ, quæ sanitatis primę partes sunt. Dic tu iniqtates tuas primus (inqt Esai. secũdũ. 70.) ut iustificeris. Item sap. Iustus accusator sui est, in principio sermonis, uel iustus prior est accusator sui. Hinc. D. Ioan. nos admonet. Si confiteamur (inqt) pctã nostra, fidelis est, et iustus, ut remittat nobis pctã nostra, et emũdet nos ab oĩ iniqtate. De cognoscendo pctõ, dic in psal. 31. et. 50. Meã igitur infirmitatẽ (inquit) agnosco. Ab hac igitur infirmitate

Infirmitatẽ nostrã agnoscere debemus.

Esai 43.

Prouer. 18.

1. Ioan. 1.

Psal. 31. & 50.

Sana me domine.

Medicũ agnoscit, q sanitatẽ postulat. Morbũ fatet̃, & sanitatẽ orat. Morbus peccatũ est, salubris potio pœnitẽtia, qua, cũ benigna dei gratia, peccatum remittitur. Dic in psal. 31. Clamemus igitur oportet, ad perfectũ illum medicum. Sana nos domine ab hac infirmitate, ut iustificati, (ut ait apost.) nos peccatores, gratia tua, hęredes simus uitę ęternæ. Alias quidẽ longe sumus indigni, quibus detur sanitas, nisi tu pro mia sanaueris. Miserere igitur, quia ualde doleo me peccasse.

Morbus peccatũ, bonũ pharmacũ pœnitẽtia, ipsa sanitas dei mia.

ad Titũ. 3.

Qm cõturbata sunt oĩa ossa mea.

Timore illius terribilis, & postremi iudicij, quoties meipsum respicio, & indigna merita mea, et ingratitudinem meam erga te. Miserere

rere igitur mei domine, & in hoc mũdo sana me, quoniã conturbata &c. quia non est pax ossibus meis, a facie peccatorũ meorũ. Ossa

Psal.37.

quis corporis robora sunt, magno tamen aut timore, aut animi anxietate, commouentur. Magnũ itaq; terrorẽ hic indicat. Sic terreri decet piũ uirũ, quoties in graue peccatũ incidit. Sunt item et animi uelut ossa. Nam sicut corpus, suam habet compaginẽ, suas uenas, neruos, ossa, & id genus alia, quæ carnali compositioni necessaria sunt, ita et pius animus, suas habet spirituales, intellectualesq; uirtutes, prudentiam, modestiam, patientiã, fortitudinem, iusticiam, scientiam, intellectũ, fidem, charitatẽ, spem, & id genus alia, quæ oßibus, & neruis in sacra scriptura, probe comparantur. Quæ omnia conturbantur, et contristantur, irę dei formidine. Hęc est bona, & salubris tristicia, secundũ deum, ut ait apost. quę ad anteactę malę uitę pœnitentiã, admonet, stimulat, et per gratiã uelut, cogit. Aliam consolationẽ nõ habet homo sua uirtute, q̃ ut stupescat, prorsusq; diffidat, nisi per spem misericordię dei. Prius itaq; orauit propheta, Miserere, &c. quẽadmodũ postea itidẽ orat, Saluũ me fac, &c. ut suo exemplo nos doceat. Nõ ergo de corporis hic infirmitate queritur tantopere, q̃uis conturbato animo, corpus non potest non pati, sed de animi potißimũ conturbatione. Corporis enim infirmitas, animæ nonnunq̃ est medicina. Et quo magis affligitur, corpus morbo, eo (ut plurimũ) maiorẽ animus sanitatẽ sentit. Et unius imbecillitas, alterius uirtutẽ auget, & perficit. Sic perficit uirtutem deus, in infirmitate. Cõturbata sunt igiť oĩa (inquit) ossa mea.

Compaginis animi & corporis cõparatio.

Vtilis tristitia.

Peccatorũ cõsolatio.

Infirmitas corporis, alię medicina.

Et anima mea turbata est ualde.

Quę inter carnẽ, et spiritũ media constituitur, adeoq; distrahitur, nũc a carne, ut se uoluptate delectet, utq; desperet, nũc a spiritu, ut a peccatis abhorreat, ut fidẽ & spem apprehendat, in misericordia dei. Totus igitur homo & corpus, & anima, & utriusq; uirtutes oẽs, tam internę q̃ externę, turbantur, tremunt, et cõmouentur uehementer, ad stuporem usq;, peccati terrore. Timoris iustißimam causam habet, miser homo, peccati fœditate deo creatori factus rebellis, cui, et pro bonitate in oĩ corde seruire, et quem in omni anima diligere tenetur (ut ait Iosue) et in oĩbus uijs eius ambulare. Vere tremit uehemẽter, qui peccatũ suum recte cognoscit, illorũ uerborũ recordatione, Ite maledicti &c. Sed statim consolať certa fide in misericordia dei patris, qua remittitur peccatũ propter Christũ, si peccati pœniteat, et ad eius misericordiã confugiat. Dic in psal. 24. et. 31. Quare post terrorẽ, euestigio fugiens ad misericordiã orat. Miserere mei, &c. Ad hũc quidẽ sic turbatũ, sic compunctum, sic humiliter sanitatem petentem, respicit benignus deus. Ad quem respiciã, nisi ad pauperculũ, hoc est, humilẽ & contritũ spiritu, & trementẽ sermones meos, inquit Esai. Scindite igiť (ait Ioel) corda uestra, &c. Sentiẽs itaq; imbecillitatẽ suam, & indignitatem, ut a deo solo medico, peccatorũ sanitatem citius accipiat, cupiens liberari de corpore mortis, orat solicite.

Anima distrahitur.

Iusta timoris cau[sa].

Iosue.22.

Psal.

Esai.

Ioel.2.

Sed tu domine usq; quo?

Quamdiu hanc (inquit) tuam sanitatem, tu benigne domine, mihi præstare differs, qui soles esse propitius, et benigne exaudire humiliter inuocantes te, & non uis mortẽ peccatoris, &c. Optat animi sanitatem, indiciũ ueretur, nisi hic deus, et citius quidem corripiat, & carnis imbecillitatem senet. Cupit a deo corripi. Quos enim deus amat, corripit, inquit sap. Timet se non amari, nisi corripiatur. Ego (inquit deus in Apocal.) quos amo arguo, & castigo. Timenda est igitur huius seculi nimia ualde fœlicitas, ne q illa fruitur, responsum tandem accipiat. Recordare, quia recepisti bona in uita tua. Non tamen existimet peccator se illico derelictum a deo, neq; eius salutem illi curæ nõ esse, quod nõ statim affligitur, quod non corripiť, quod nõ euestigio sentiat auxilium, et consolationem. Diuo Paulo quidem, non statim subueniebatur. At respon-

Luc.1[?].

Prouer.

Psal.

Fœlicitas huius [seculi] timenda.

Luc.16.

2.Cor.

responsum accepit, Sufficit tibi gratia mea. Sanitatẽ sentit, qui per pœnitentiã a peccato abhorret. Petat igitur peccator, et instanter quidẽ petat, atq; pulset, ut auxiliũ, ut gratiã, et remißionem, mereatur. Neq; non interim pendeat totus, integra fiducia sub spe gratiæ dei, qui est indulgentißimus pater familias. Qui uero ad hunc modũ turbatur, (ut diximus) magna dei gratia turbatur. Neq; sic turbari potest, nisi per gratiã. Peccati etenim intellectũ, hoc est, sui cognitionẽ, sola gratia præstat. Grauißima, huius turbationis, illi causa est, qui aßiduitate magni alicuius peccati, grauatur, neq; tamẽ aliquãdo sic animo turbatur, ut eum pœniteat, & resipiscere uelit. Qui uero ad huius psal. modum turbatur et orat, spiritũ sentire uidetur pugnantẽ cum carne, simul et animi conatus omnes paratos esse per gratiam, ut carnis opera mortificẽt, quia certa fide in misericordia dei consolatur animus. Instat igitur, ut exoret.

Sanitatis iudiciũ.

Nosmetipsos nisi per gratiã non nosci mus.

Flagrum grauißimũ, flagrũ non sentire.

Conuertere domine, & eripe animam meam.

Luc.15.

Ad hunc modum uisus est filius prodigus ad patrẽ reuerti. Ait itaq; peccator. Cõuertere domine, & reuertere, (ut uertit Hiero.) & supplicẽ tuum noli despicere, noli tuã gratiã amplius differre, sed pro tua misericordia respice in me et miserere mei, et eripe animam meam sic consternatam, et absq; auxilio tuo periclitantẽ, a laqueis uenantiũ eam, ut dum tempus est miserẽdi, mihi displiceat præterita uita, et eius pœniteat, ut cũ nostro propheta mihi canere liceat. Cõuertisti planctũ meum in gaudiũ. Se quidẽ, nisi per magnã dei miam non nescit peccator indignũ, cui remittatur peccatũ. Fide tamen erectus, orat.

Psal.29.

Saluũ me fac, propter miam tuã.

Huc confugiendum est, sed certa fide impetrandi. Cor enim contritũ non despicit deus. Hæc est fiducia bene credentis uiri, post contritionẽ, et ingentẽ terrorẽ de pœna peccati. Tu igitur saluũ (inquit) me fac, non secundũ merita mea, neq; ex opibus quæ facimus nos, quando nihil dignũ ex nobis, uelut ex nobis, (ut ait apost.) in conspectu tuo agimus. Saluum me fac igitur, propter misericordiam tuam, non propter uirtutes meas, ut in tempore resipiscam, ut tecum uiuam.

Psal.50.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui.

In hac igitur uita, saluum me fac. Nam apud inferos (inquit Eccles.) nec opus, nec ratio, nec sapiẽtia, nec scientia erũt. Si igitur mortuus (inquit) fuero, anteq̃ me sanes, non ero aut tui, aut misericordiæ tuæ memor, ut mihi poßit ꝓdesse, sed iusto tuo iudicio, perpetuis pœnis destinabor, nisi prius misericordia tua præueniat me. Hic igitur propter tuã misericordiam, miserere mei. Hunc locũ intelligere quoq; licet, nõ solũ de eo qui uita functus est, sed etiã de illo, qui in hac uita, spũ uere mortuus est, id quod iure dicitur de omni aßiduo peccatore, qui iniquitatẽ diligit, quiq; uiuens mortuus est, ut ait apost. et perseuerat in peccatis, cui cũ primis metuendũ est, ne tam longo usu obduretur, ut non poßit flecti. Nam impius, cum in profundũ uenerit peccatorũ, (inquit sap.) contemnit. Huic maxime (inq̃) orandũ est, ab hoc morbo, ut sanitatẽ impetret, ne in hac morte dei semꝑ immemor, longius demoretur. Nam in hac morte existẽs, neutiq̃ est memor dei, aut legis, aut bonitatis eius. Obliti sunt deũ, qui sanauit eos, inquit in alio psal. Illumina igit oculos (inquit) meos, ne unq̃ obdormiã in morte. Est quoq; in morte, qui inter mortis asperimas angustias cruciatur, quando aut dei, aut hominis, sanã uix ullam memoriã habere poßit. Prius itaq; solicite orat, ut corripiatur, ut per correptionẽ saluus fieri poßit. Timendũ est enim, ne non satis tum pœnitere poßit. Solent enim multa tunc urgere, præter id, quod sera nimis uidetur pœnitudo, nisi per magnam dei misericordiam. Sed primus (mea sententia) germanior est intellectus, & cum eo quod sequitur magis conuenit. Non est (inquit) in morte, &c.

Eccles.9.

Mortuus spiritu.

1.Timo.5.

Prouer.18.

Ois pctõr oblitus est dei, & spũ mortuꝰ est

Psal.105.

Psal.12.

In inferno autem, quis confitebitur tibi?

Infernus — Infernū usurpant sacrę literę, pro gehenna. Ideo dictus infernus est, quod infra nos esse putatur, sicut cœlum in supernis est. Psal.138. Si ascēdero in cœlum, tu illic es, si descendero (inquit) ad infernū, ades. Gehenna. Gehēna uero, proxime Hierusalem locus est, in ualle, quo ciuitatis, et cadauera, et sordes deportantur. Inde per translationem, ad locum, æternis supplicijs prępаratū, nō absurde usurpatur, quod ij, qui sic ęternis pœnis deputantur, uelut mūdi sordes, & excremēta sunt, quibus in ciuitate sancta Hierusalem, locus esse non potest, sed proijciendi sunt in tenebras exteriores, loca (inq̄) illa, huiusmodi sordibus digna, ubi (ut Esai.3. ait Esai.) pro suaui odore, fœtor erit. Cyprian' De gehenna, lege. D. Cyprianum, in libro de laude martirij, ad Mosen, & Maximū. Ait noster propheta. In inferno quis confitebitur tibi, ut sibi prosit? Non sibi misericordiam in inferno positus postulabat diues ille, nō ignorans misericordiæ tempus pręteritū, sed illis qui adhuc uiuebāt. Infernus, sepulchrū dicitur. Qui etiam sepulchro cōmittitur, iam ad inferos, hoc est, infra nos, in terræ sinum, et inferna loca demittitur, quia tegitur terra, ut sepulchrum recte infernus dici poßit. Gene.37. In hunc infernum, dixit Iacob se descensurum, ut lugeret filium suum Ioseph, hoc est, præ dolore se moriturū, & positum iri in sepulchrum. Aiunt etiam hebraice periti, ubicunq; Hiero. aut alij infernum interpretati sunt, a uerbo hebraico, sheol, hoc est fossa, siue sepulchrum, acceperunt. Postq̄ ad hunc infernū descenderimus, nec confessio, nec fides, nec charitas, nec labor, nec pœnitentia, nec spiritus futura nostra opera prodesse possunt. Functa hac vita de pręteritis tantū reddēda ratio. Erit tantum de pręteritis questio. Referet enim unusquisq;, secundum ea, quæ corpore gesSit, siue bonum, siue malum, 2.Cori.5. ut ait apost. Ait itaq; Iob. Iob.10. Dimitte ergo me, ut plangam paululum dolorem meum, anteq̄ uadam, &c. Nam in inferno (inquit) nulla est redemptio. Post hāc uitam, quis tibi confitebitur, cuius confeßionem, & pœnitentiā recipies? Nullius plane. Quis enim tum poßit agnoscere peccata sua, ut resipiscat, quis canet laudes tuas inter homines? Hinc alius uertit. Quis celebrabit te? Psal.113. Non enim mortui laudabunt te domine, sed nos qui uiuimus &c. Psal.87. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam? inquit idem. Ego igitur in hac (inquit) uita

Laboraui in gemitu meo.

Quia peccatorum pœnituit ualde, ut saluum me facias, merens, dolens, et gemēs, de peccatis meis contristatus sum. Nec me tamen latet, me non meruisse, ut sanes, nisi per magnam misericordiā tuam. Non enim ex operibus quæ facimus nos, sed secundum suam misericordiam, saluos nos facit deus. Niti, et laborare tamen oportet. Pœnitē[tia] opus est. Hoc enim exigit deus, ut peccati nos pœniteat, hoc est, ut displiceant præterita mala, & conuertamur ad saniorem uitam, seu conuerti nitamur. Hinc apud Ezechielem ait dominus ad peccatores omnes. Ezech.18. Conuertimini, & agite pœnitentiā, ab omnibus iniquitatibus uestris, & non erit uobis in ruinam iniquitas. Alias enim non prodest ingredi in limen domus dei, erecta ceruice, & non solū cor, sed & manus habere pollutas, furto, adulterio, ira, inuidia &c. Cor igitur contritū sit oportet. Et quis ullo dolore satisfacere non poßumus, nullus gemitus, nullæ lachrimæ, nulla merita nostra sufficiunt, dißimulat tamen peccata nostra deus, propter pœnitentiam, inquit Sap. Sap.12. hoc est, non uult agnoscere, ignoscit pro sua magna misericordia, non imputat nobis, ut in psal.31. Psal.31. si ad misericordiam eius certa fide cōfugiamus pœnitentes. Sit nobis itaq; exemplo noster propheta, ut laboremus in gemitu, ut non sit nobis ludus peccati memoria, sed serio (ut docet. D. Iacobus) Iacob.4. lugeamus peccatores, & ploremus, et solicite petamus, Saluum me fac, propter misericordiam tuam. Et dolentes dicamus cum nostro propheta,

Laudo

Lauabo per singulas noctes lectũ meum.

Futuram æternã pœnam nisi resipiscat, animo presentiens ob fœdam suam ingratitudinem erga deum optimũ, sic dolet, ut deleat peccata, sic lauat, ut maculas tergat, sic flet, ut aliquando rideat, sic gemit, ut misericors deus misereatur, et ignoscat. Qui animi terror, est illa contritio, hoc est, de peccato ingens dolor, tam p eo maxime, quod benignũ deum, quẽ ex tota mente diligere, & illi soli seruire, perfecto corde, atq; uerissimo (ut ait Iosue) tenetur, quẽ sui peccati uel magnitudine, uel assuetudine irritauit, q̃ quod pro merito, nisi hic sanauerit dei misericordia, futurã sibi perpetuã mortẽ reformidet. Hoc timore configi carnes suas petit in psal. 118. Neq; lachrimarũ pauculas igitur stillulas fundã (inquit) sed tanta erit copia, ut lectum uelut lotum humectem, & madefaciam per singulas noctes, hoc est, continue. Hic est luctus euangelicus. Non erit alienũ, ut lectum, interiorẽ hominem, hoc est, animũ, nulli non occultum, nisi soli deo, intelligamus, qui dolore et contritione affligitur per singulas noctes, hoc est, per singula peccata quæ tenebrosa sunt, et nocti comparanda, quia ueram lucem auferũt. Vel per singulas noctes, hoc est, perpetuo, & continue q̃diu delectant nos peccata & opera tenebrarum. Qui uero sic lauat suorum peccatorũ ariditatem, & a diuini humoris gratia sterilitatem per pœnitentiã, et internas lachrimas, et ad deum certa fide, remissionẽ pro misericordia petiturus accedit, neq; aut meritis suis, aut gemitibus, aut laboribus, aut suis lachrimis fidit, sed in sola dei misericordia, condonationem haud dubie impetrauerit. Pœnitentiam, et suam solicitudinem adhibeat, necesse est. Hi sunt beati (de quibus in Euang.) qui sic lugent. Benignus etenim deus, hanc pœnitentiam proculdubio tandem exaudiet, quæ a terrore fugit ad misericordiam. Sic enim promisit. Pœnitemini (inquit Christus) & credite Euangelio, hoc est, misericordiæ dei. Id quod D Petr. in apostolorũ actis, explicat paulo pluribus. Pœnitemini (inquit) & conuertimini, ut deleantur peccata uestra. Hinc admonet Ioel propheta. Nũc ergo cõuertimini &c. Tria igitur necessaria sunt, ut pœniteat, ut remissionem pro misericordia petat, & a priore uita conuersionem faciat. Alias quidem manifestum est eum nõ pœnituisse. Discamus pœnitentiæ modũ, ab hoc nostro pp̃heta. Lauabo per singulas (inquit) noctes, lectũ meum.

Solicitudo resipiscẽdi.

Iosue.14.

Psal.118.

Pctõrũ & uera et certa medicina.

Math.5.

Iusta pœnitentia.

Marc.1.

Actor.3.

Resipiscẽti, tria necessaria.

Lachrimis meis stratũ meum rigabo.

Ampliorẽ lachrimarũ copiam forte significare uoluit, qui rigabo uertebat, cũ sit rigare, ubertim madefacere, seu ad radices usq; humorẽ demittere. Vel idẽ repetit uehementiæ causa, ut solet. Non aliud significat stratũ, q̃ lectus, secessum scilicet a sc̃li strepitu, uel internã dolẽtiã, ut doceat quod supradiximus, dolere scilicet ex aĩo. Hiperbolice admodum dicta sunt, quod lachrimis & lectũ & stratũ lauaret, atq; rigaret. Sed ingentem de graui pctõ dolorẽ exprimere uoluit, quibusq; uerbis posset explicare, ut cuiuis pctõri, et dolendi exemplũ, et doloris uehementiorẽ stimulũ reliqueret. Nõ tamẽ uerbis adsequi potest, ut quantũ cupiat, tantũ admoneat. Et tum quidẽ (inq̃t Fabius) amplius per hiperbolen dicere cõcedit, quãdo animi uehemẽtiã ĩ re quã tractat, non satis exprimere uerba possunt, meliusq; ultra, q̃ citra stat oratio. Significanter apposuit, meis, docẽs non alieno gemitu, non fletu non lachrimis, nulla indulgentia deleri pctã nostra, nisi nos ipsi doleamus. Iuuant alienę preces, ut citiorem gratiã adsequamur. De aliorũ orationibus, quis ambigit? Multũ ualet (inq̃t. D. Iacobus) deprecatio iusti assidua. Iuuãt alienę preces haud dubie sed non tollũtur nostra pctã sine nobis. Hoc igit̃ gemitu, hoc (inq̃t) fletu, his lachrimis meis, stratũ, et lectũ, hoc est, interiores appetitus, a cõcupiscẽtię ariditate, et ardore rigabo, quibus per gratiã, et tollet ariditatis sterilitas, et cõ

Cõtritiõe opus est.

Nostris lachrimis delenda pctã nostra.

Preces alienæ iuuant.

Iaco.5.

cupiscētię quicquid est ardoris, extinguetur. Ad hunc modū, Christi pedes rigabat mulier

Luc. 7.

illa peccatrix. Cui uero nō datur gratia, (quę paucis dat) sic dolēdi, oret necesse est, ut augeatur illi fides, ut addat gratia, doleat, quod

Dolendū de pctis.

dolere nequeat. Doleat quātū potest, hoc exigit deus. Pœnitentiā (inqt) agite. Dolore tamen nō remittit peccatū. Noli igit in doloris magnitudine spem tuā ponere, sed in dei mia.

orē nō remittit

Neq; tamen non est necesse, ut doleas. Dic in psal. 24. et. 31. Lauat uere cōcupiscētias, & peccati fœditatē terget, q ad huius doctrinæ modū, et de pręteritis dolet, et de pctis cōdonationē, & miam certa impetrādi fiducia, humiliter petit. Sic enī cū dolore, sed certa spe tandē erectus, precatur in hoc psal. Miserere mei de°, sana aīam meā, saluū me fac, etc. Nā

Psal. 24. &. 31.
Lauare peccata.

Turbatus est a furore oculus me°

Sicut prius turbata, et diuexata erāt oīa ossa & ipsa aīa. Vertit ex hebręo. Caligauit prę amaritudine oculus meus. Id quod usu sæpe euenit, lōgioris doloris amaritudine, ut oculi offendant. Facies mea (inqt Iob) intumuit a fletu. et palpebræ meæ caligauerūt. Oculum quidē hic intellige, utrūq;, et corporis, et mētis. Nā & exterior homo, simul & interior ingenti conscientię terrore turbātur, & stupescūt, ut diximus. Post graue aliqd peccatū, hūc psal. prophetā scripsisse cōstat. Peccauit (inqt. D. Ambros.) qd solēt reges, sed pœnitentiā gessit, fleuit, ingemuit, quod nō solent reges. O durū sermonē regibus, cū suæ imbecillitatis, et maiestatis dei, nō satis aliquādo meminerit. Reges intelligo, q pręsunt oēs, et sup alios in ecclesia dei, ministeriū habēt, qui alijs bono essent exemplo. Discamus et nos, de pctis & dolere, et ut remittātur ad miam dei confugere, ne senescamus in peccatis nostris, et tandē in illis moriamur. Id quod ego (inquit propheta) Valde timui. Nam

Iob. 16.

Ambros. in apolo. Dauid.

Inueteraui inter oēs inimicos meos

Assuefeci me peccatis, et cū pctōribus sodalibus meis, uere inimicis meis, et steti, et sedi, ut ait ī psal. 1. Sed tandē gratia dei preuenit, quę me prioris uitę fœditatē, et animę ingēs periculū, cognoscere docuit. Gratia quidē est nō oībus data, ut se & peccatū suū, sic agnoscāt, sic doleāt, sic terrore afficiantur, ut tum solicite miam requirāt. Non ignorauit propheta, uel inueteratis, uel grauibus morbis, opus esse, uehementioribus remedijs, ut ubi abundauit delictū, abundet tristicia p delicto. Affectus est itaq; magno terrore conscietię, usq; adeoq; doluit, ut prę longa tristicia inueterauerit, senio confectus sit, cadauerosa facta sit facies, et caligauerint oculi. Hinc ait, Inueteraui &c. Magna hic utitur hiperboli, ut nos doceat si aliquādo in graue peccatum inciderimus, quanto cū dolore pœnitendū sit, quoad spūs consolationē sentiamus. Spiritus uero cōsolationē sentire nemo potest, nisi per certā fidē, quā habet in benigna mia dei, modo uere displiceant priora pctā. Neq; non est manifestū indiciū pio uiro, oblatę & pręstitę gratię, quādo a priore uitæ fœditate, abhorrere incipit per gratiam. Hanc consolationē uisus est habere propheta. In spiritu etenim roboratus, cum a prioribus adhuc inimicis solicitaretur, non modo illis non acquieuit, sed etiam fortiter eos abijciens, sic ait.

Psal. 1.

Gratia d[illegible] tur pecc[illegible] ti cogn[illegible] tio.

Pro magno peccato, multum dolendū.

Indiciū gratiæ pręstitę.

Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē.

Vos inimici mei, aīę et corporis hostes, abite, fugite, discedite a me, āplius uobiscū uersari nolo, me āplius nolite uel blāditijs uel exēplis illicere. Simile est quod ait ī alio psal. Declinate (inquit) a me maligni, et scrutabor legē dei mei. Discedite igitur.

Psal. 118.

Qm̄ exaudiuit dn̄s vocem fletus mei.

Me saluū fecit, & resistendi uires, abhorrendiq; a uestra cōuersatione, gratiam pręstitit. Sūt enī beatæ hmōi lachrymę iuxta euāg. Beati q nūc fletis, quia ridebitis. Nā in gaudio haud dubie metēt, qui sic in lachrimis semināt. Docet ppheta, nō segniter, nō oscitāter, nō leuiter de pctis pœnitēdū esse et dei gratiam petendā, sed magno gemitu, magno fletu, multis lachrimis, infatigabiliq; desiderio, quoad se exaudiri sentiat internus spūs.

Pecca[illegible]

Luc. 6.

Serio pœnitendū.

Sentiat(inq̃)gratię fomentũ,quo cõtra inimicos,cõtra spũales oẽs hostes, pręstatur auxiliũ. Quis nõ sentit spũs auxiliũ,cui sic spirat? Luctus itaq; in gaudiũ uertitur,ut ubi abundauerit dolor,superabũdet gaudium, per dei benignam gratiam. Ait igitur.

Exaudiuit dominus deprecationẽ meã,dñs orationẽ meã suscepit.

Mirifice affectus gaudio, idẽ repetit, iterat, inculcat. Nõ solũ exaudiuit,sed etiã orationẽ (inq̃t) meã suscepit,atq; ãplexatus ẽ,id quod abũdãter,magna dei bonitate,exauditã orationẽ indicat. Inimicis itaq; audatius nũc exprobat,eosq; prorsus cõtemnit dicẽs. Discedite a me etc. Deũ tamẽ precat,ut eius,auxilio fugentur ab eo inimici,& expellant confusi, et prostrati. Erubescãt (inquit) domine, et per tuã gratiã cõturbentur,ne iterũ accedere ad me ualeant. Hunc sensum non alienũ existimo, q̃uis aliter sentiant multi interpretes,ut oret potius per nimiã charitatẽ pphetæ,ut pctõrũ erubescentes,resipiscãt inimici, et eius exẽplo intus cõturbentur. Ait itaq;.

Erubescãt & conturbentur vehementer omnes inimici mei.

Postq̃ sibiipsi sanitatẽ adeptus est,nunc orat pro inimicis, ut ipsi quoq; de pctĩs,& maleacta uita,erubescant, et uehementer (inquit) cõturbẽtur, hoc est,doleãt, eo pacto quo dixi me cõturbatũ. Orat pro inimicis pro charitate,postq̃ ipse sanę mẽti restitutus est,diligit enĩ proximũ sicut seipsum. Orat itaq; ut de priore uita erubescãt. Nascitur pctĩ erubescẽtia,ex agnitione fœditatis pctĩ. Ea erubescẽtia affectus est Adamus. Hinc dei conspectũ fugiebat. Agnitione pctĩ se nudos cognouerũt primi parentes. Neq; pœnitet quisquam, nisi qui prius uere se pctõrẽ agnoscit, et pctĩ pudet. Qui uere se peccatorem agnoscit, sibi ipsi non potest non ualde irasci,ut in psal. 4. diximus. Hinc oritur conturbatio, & terror et pœnitentia, iræ dei recordatione pro peccato. Iterum pro inimicis orat.

Peccati erubescẽtia

Cõuertantur & erubescant valde velociter. Vehemẽter p inimicis (inq̃) orat, ut a prauis moribus, ad dei disciplinã cõuertantur, et de pctĩs nõ solũ erubescant, sed in hac uita, ualde uelociter, nulla mora, huius uitę incerti, cõuertantur, & resipiscant. Non tardes (inquit Eccles.) conuerti ad dominũ, et ne differas de die in diẽ, subito enim uenit ira illius, et in tempore uindictę disperdet te. Bis repetit erubescant, ut doceat nihil magis ad delenda pctã cõducere, q̃ de pctĩ fœditate ualde erubescere. Admonet itaq; Ezechiel. Erubescite (inquit) sup uijs uestris. Neq; tam pestilens aliud esse malũ, q̃ perfrictæ frontis audacia, pspicuũ est. Hi sunt, de qbus ait Pet. Audaces, sibi placentes. Oremus igit uehementer, ut a malis, a uitæ turpitudine, ab huius sæculi rerũ nimio amore, huius prophetæ consilio, pariter, & exemplo, et cõuertamur, et de peccatis erubescamus, et quidẽ q̃ possumus uelocissime, ut nobis quoq; dicere liceat inimicis oĩbus. Discedite a nobis, quoniã exaudiuit dominus uocẽ fletus mei. Hoc est correptionis fructũ accipere, ut in psal. pricipio.

Non differenda pœnitẽtia. Eccles. 5.
Erubescẽtia perutilis.
Ezech. 36.
Audacia pniciosa.
1. Petr. 2.

Psalmus Dauid. 7.

Titulus.

Psalmus Dauid, quem cantauit domino, pro uerbis Chusi, filij Iemini.

Quod attributum est Hiero. super psal, non sentit cũ aliquot alijs, recte quidem, mea sententia, quod ad huius psalmi historiam attinet. Mouebatur (inquit) noster propheta, ad hanc orationem, pro uerbotũ illa calumnia, quæ loquebatur contra Dauid, ei maledicẽs, et in eum, eiusq; populũ lapides iaciẽs, Semei filius Get, de domo Saul, filius Iemini, de quo Lyranus pluribus. Hunc postea interfici iussit Salomon. Hic tamen de Semeo nulla mentio est, sed eius loco appellatur Chus. Chus, Ethiopem significat, aut nigrum, lege Ioseph. de antiquitat. lib. 1. ca. 12. Nomẽ erat filio Cham, a quo ethiopes dicti chusęi. Chu-

2. Reg. 16.
3. Reg. 2.
Chus.

Genes.10. sum ideo appellauit propheta, hoc est, æthiopem, ut eius nigredinem, eius malignitatem, ex nomine indicaret. Sicut enim candor hominis synceritatem, ita nigredo, maliciam, et improbitatẽ significanter indicat. Vel potius illũ, Chusum pro indurata malicia, appellare uoluit. Sicut enim ethiopis cutis colorẽ mutare nequeat, ita hominis illius obduratã maliciã, immutabilẽ indicat. Chusum, Nemroth illius gigantis, et magni tyranni patrem appellari quoq; legimus. David tam cõtra hanc Semei calumniam, q̃ alios eius calũniatores, hanc orationem ad deum habuit. De quouis itaq;, qui calumniose, et falso accusatur, ut ad huius psalmi modũ auxilium a deo petat, atq; in eo solo spem suã omnẽ collocet, hunc psal. interpratabimur, q̃uis de Christo perspicua litera sit. Sunt qui hũc psal. cõtra ipsum Saulem, a propheta scriptum sentiunt, eumq; potius Chusum, q̃ suo nomine Saulẽ appellasse, propter regiæ dignitatis reuerentiam, cuius fuit semper admodum obseruans. In regem uero, & eius iniquos mores, sub alieno nomine scribere, haud alienũ est a bono quouis uiro, qui a malis moribus abhorret. Quod autem de Saule senserit, non obscure indicat, cum illũ, filium Iemini appellarit. Filios tamẽ Iemini, omnes appellat Saul ipse, uel qui sunt de eius familia, uel qui eius partibus fauent.

Nigrũ aut candidũ.

1.Parali.1. Ioseph.libr.1.antiquitat.

Regis uitia sub alieno noĩe taxare, nõ alienum a bono uiro

1.Reg.22.

In summa.

Orat, per calumniam accusatus, aut male, & iniuste uexatus ab impijs hominibus, ut eum deus a falso persequentibus liberet.

Explanatio.

Domine deus meus in te speraui.

Non in fortitudine, & uiribus meis, nõ in principibus, & mundana iusticia, quæ fallit, & fallitur, & in quibus non est salus. Reperit, domine deus meus ardẽti affectu. Quod addit, In te speraui, docet quem affectum quoties oramus, habeamus necesse est, ut certa fide precemur, omnem spem in solo deo constituentes. Alias quidem frustra oras. Postq̃ igitur, in te (inquit) speraui.

Orãtis affectus.

Saluũ me fac a persequẽtibus me.

Falsis & calũniosis accusatiõibus, nõ aliter q̃ accusata fuit Susanna, a pfidis illis seniorib⁹. Daniel.13

Et libera me

Innocentem a falso delato crimine.

Nequãdo rapiat ut leo aĩam meã.

Qui per falsam accusationem proximũ delere, & interficere cupit, illum leoni truculentissimę belluę comparat propheta, tam alienus est ab humanitate, ut ne addam præterea, q̃ longissime discedat a christiana charitate. Animã rapere, est uitam rapere. Anima enim, est corporis uita. Quærit itaq; latentem animã in corpore, ut eam a corpore tollat, qui uitam quærit tollere. Frequens in ueteri testamento phrasis est, ut anima pro uita ponatur. Dixerunt uiri Holofernes ad Iudith. Seruasti animã tuã. Tu (inqt David ad Saul) insidiaris animę meę, ut auferas eã. Est enim anima corporis uita, quia per eã ad uiuendũ, et uiuificandũ animatur, ut ait Aug. de ecclesiastic. dogmatibus, to.3. pag.140. Comparatur, & quidẽ recte, calũniosus accusator, leoni rapacissimę bellug. Nihil enim hominis habere uidetur, sed illius catulus esse potius, qui ut leo rugiẽs, quærit quẽ deuoret, ut ait. D. Petr. Patri enim similis est, qui ut christianas aĩas deuoret, sic furit, sic insanit. Libera me igit deus meus, ne quãdo, hoc est, ne tandẽ, ne aliquãdo per calũniã uincat inimicus (inquit) accusator, & innocentis uitã rapiat. Ad te oro (inqt) domine deus meus.

Anima pro uita ponitur.

Iudith.10.

Dum nõ est qui redimat, neq; qui saluum faciat.

Nisi tu domine libraraueris, et saluũ me feceris. Alius nullus est, qui potens est, ut redimat, & liberet, neq; qui saluũ faciat. Me igitur saluũ fac domine, qui uere sum innocens ab hoc delato crimine. Nam

Domie

Domine deus meus.
Qui scrutator es cordium.
Si feci istud. *De quo falso criminantur, si non sum innocens, si quod mihi falso impingunt, commiserim.*
Si est iniquitas in manibus meis.
In factis, in operibus, quod ad hoc crimē attinet. Animaduerte (inqt David ad Saul) quoniā nō est in manu mea malū, neq; iniquitas, neq; peccaui i te. Saulis quoq; testimonio, innocens declarabatur David. Tu (inqt Saul) tribuisti mihi bona, q̄uis ego reddidi tibi mala. Ait itaq;, si feci istud, si est iniqtas etc. et 1.Reg.24
Si reddidi retribuētibus mihi mala. *Perstat in sui purgatione, nō quod deū ignorare putet, sed nos ut de integritate admoneat, simul ut doceat, qua solicitudine petamus, qua spe, quaq; fiducia possit a deo auxiliū postulare, q innocens est. Si malū (inqt) ei reddidi, qui retribuit mihi, hoc est, qui me bono affecit, uel si malū malo reddidi, uel si illis, qui mihi p beneficijs malū retribuerūt, malū itidē reddiderim. De his tribus intelligi litera nostra potest, q̄uis ex hebręo uertit Felix in primū sensum. Si reddidi habenti (inqt) pacē mecū malū. Discat David exēplo christianus uir nō reddere malū pro malo. Discat (inqt) et nostri quoq; David, hoc est, Christi, et doctrina, & exemplo, inimicū diligere, & p malis bona reddere, ut in bono uincat malū, ut ait apost. Si de Christo hūc psal. igitur interpretari uelis, qui uere innocēs fuit, perspicuus erit sensus. Sed nostrū intellectū psequimur, de eo, qui aduersariorū calūnia, falso deprimit, nec superest humanū aliquod auxiliū. Sibi malū imprecatur, nisi de obiecto crimine innocens fuerit. Nam si feci istud, si est iniquitas in manibus (inquit) meis, si reddidi retribuentibus mihi mala, si quicq̄ deniq; horum fecerim.* Malū non reddendū pro malo. Rhom.12.
Decidam merito ab inimicis meis inanis. *Inanis, et frustratus omni spe, et auxilio tuo, domīe deus meus, merito, et iustę decidā, ab inimicis meis, hoc est, per inimicos meos ualde cadā, sine quouis tuo auxilio, ut illi cupiūt, liceat illis aīam meā rapere, ab auxilio tuo desertā. Nam ille decidit inanis ab inimicis (inqt Basilius magnus in hoc psal.) q ex gratię dei plenitudine excidit. Sic et Iob sibijpsi precatur. Si leuaui super pupillū manū meā (inquit) &c. humerus meus a iunctura sua cadat. etc. Quo nā modo, ab inimicis sibi precatur ut decidat, nūc explicat inquiens.* Basilius. Iob.ca.31.
Persequatur inimicus animā meā, & comprehendat.
Non modo, et me, et uitā meā quęrat, et psequatur inimicus, ut pdat, sed etiā uere cōprehēdat, et sese, ut est huius rei auidus, de me uindicet, eius i me improbū conatū nō deprecor.
Et conculcet in terra uitā meam.
Ardentē orantis animū contra calumniatorē indicat, uel potius pro innocentia ut auxiliū impetret, qui tot uerbis, & innocentiā suā repetit, et sibi, nisi innocens fuerit, malū precatur. Calcare inimici uitam in terra, est inimicum prostratū tenere, & uel calcibus, uel pedibus contemptissime, per furentem iram interficere. Vere decidit ab inimicis, uiribus inimicorum ualde cadit, qui sic omni ope destitus, eorum relinquitur sęuitię, & crudeli uoluntati. Pluribus se purgat, se innocentem docet, ut cuiuis manifestior sit, inimici improbus conatus. Conculcet (inquit) in terra uitam meam.
Et gloriā meā in puluerē deducat.
Quāuis, (si de David sentiamus) perspicue de eius regni gloria, secundū historiā intelligere hunc locū liceat, nos tamen, ut constituimus, de cuiusuis innocentis gloria sic interpretemur. Modo (inquit) uiuo, non sine gloria, nullo huius criminis probro aspersus, aut hoc detestabili uicio cōtaminatus. Quis enim de innocentia, ut æquum est, non gloriatur? modo caueat, ne ut gloriosus traso se iactet, neue in alio glorietur q̄ in domino, hoc est, sibi, aut suis uiribus non attribuat, sed dei prorsus bonitati? Quod ad hoc crimen Innocētiæ gloria.

men igitur attinet, integritatis gloriam (inquit) habere mihi, certo scio. Si igitur in hoc iam delato crimine, iniquitas, iniuria, maleficium, uel crudelitas (inquit) in manibus, in gestis, in factis meis reperiatur, omnē illam gloriam, quæ per innocentiam uiuit, in mortis puluerē deducat aduersarius, hoc est, extinguatur, tollaturq; eius memoria, & uertatur in probrum, in ignominiam meam. Hoc est enim in puluerem gloriā deducere. Felix itaq; sic uertit. In puluere habitare faciat. Hiero. In puluerem collocet. Alius, Gloriā meam sepeliat. Similis est. D. Iob imprecatio, ut iā dixi. Postea igitur, q̄ innocens (inquit) accusor tam falso.

Iob.31.

Sela.

Exurge domine in ira tua.

Magno gaudio, spe, & fiducia erectus, (id quod uerbum, Sela, indicat) Exurge (inquit) &c. Non optat ut de inimico poßit se uindicare, sed deo defert, memor illius Deuteronomij. Mea est ultio (inquit dominus) et ego retribuam eis in tempore, ut labatur pes eorū. Nisi dominus percusserit, aut dies eius uenerit ut moriatur, aut descendens in prelium perierit, sit mihi dominus propitius (inquit Dauid de Saule) ne extendam manum &c. Orat igitur. Exurge domine in ira tua, excandesce tuo magnifico more, in ueritatē opprimentes. Vindica sanguinē iustū. In ira, tum exurgit deus, quando delinquentes corrigit, & suos tuetur, uel suorum persequutionem uindicat. De ira dei in psal. 2. diximus. Exurge inquit.

Deute.32. Vindicta deferenda deo.

1.Reg.26. Exurgere in ira.

Psal.2.

Et exaltare in finibus inimicorū tuorū.

Ostende inter illos tuā potentiā. Ostende in finibus superborū inimicorū, hoc est, inter illos sceleratos, qui innocentes persequuntur, q̄ excelsum sit brachiū tuū, q̄q; sis excelsus, præ regibus terrę. Orat propheta ut exaltetur deus, in finibus, in terris, in dominijs inimicorū, aduersariorū, & suos pauperes persequētiū, ut per diuinā correptionē et deū uniuersæ terræ, gentiū, & rerū omniū dominatorem, cui oīs potestas est in cœlo, et in terra agnoscāt, & suos sibi curę esse, quos ab inimicis uindicat, atq; illos ulciscitur, non ignorēt inimici, ut uel resipiscāt ipsi, et pœniteāt, uel (quemadmodū digni sunt) tollantur e medio iustorū, et glorificet deus, qui saluos facit sperātes in se. Hi falsi calūniatores, dei inimici sunt, sicut oēs qui proximo insidiant. Iustam itaq; uindictam petit. Hinc ait. Exaltare in finibus inimicorū tuorū. Alij uertunt meorū. Parum refert. Qui enim innocentiæ insidiatur, non potest esse non deo inimicus. Quod ait, Exurge domie, et exaltare, phrasis est in ueteri testamento, cum ualde urgeat neceßitas, sic alloquendi deū. Hinc ait in alio psal. Exurge domine, & exaltetur manus tua. Iterum repetit.

Psal.9.

Exurge domie deus meus in pręcepto quod mandasti.

Orat uehementer, ut contra malignos, & calumniatores deum excitet. Reperit itaq;. Exurge, &c. Docet, ut ab alio nullo auxilium aliquando quęramus, q̄ a solo deo. Docet orandum, petendum, pulsandum &c. uel per importunitatē. More humano loquitur, simul & docet non desperandum, q̄uis non statim succurratur, sed constanti fiducia petendum, & pulsandum esse, quia benignus deus, auxiliū feret in tempore. Valde tamen afflicto, impetrandi desiderium crescit, cui, uel dormienti similis, uel nō cito animaduertenti, uidetur deus, quando improbos diuturnius, in suos sæuire patitur. Ait itaq; in alio psal. Exurge, quare obdormis domine, exurge. Deum aut non dormire, aut non omnia perspicue uel priusquām fiāt animaduertere, non nescit, sed animi ingens affectus, uerborū mensurā nescit. Ait igitur. Domine deus meus, in præcepto, quod mandasti, exurge. Mandasti, quod uerbum ueritatis tuæ apud omnes denunciarem, ne rependerem malum pro malo, sed uincerē in bono malū. Si esurierit (inquit sap.) inimicus tuus, ciba illum, si sitit, potum da illi. Prunas enim congregabis super caput eius, & dominus reddet.

Petendum deo continuo & in licite. Luc.11.

Deū dormire.

prouer.25.

Item,

Item, omnis iniuriæ proximi ne memineris, et nihil agas in operibus iniuriæ, inqt Ecclesiastici.10. Taceo de euangelica perfectione, quæ nulli non manifesta est. Hęc (inquit) domine deus meus, in præcepto quod mandasti mihi, hoc tuum pręceptũ obseruaui, quia malũ pro malo non reddidi, sed iniurias patienter tuli, uel potius bonũ pro malo reddidi. Falso tamen, et calũniose accusant persequutores. Exurge ergo deus meus, & ne sinas me innocentem in manibus inimicorũ cadere. Mãdasti quoq; ut in te solo, cum tribularemur, spem nostrã poneremus. In eodẽ igitur pręcepto, exurge et libera me qui in te solo speraui. Mandasti iusticiam fieri omnibus, & ne innocens iniuria afficeretur. Verboq; tuo, uindictam de inimicis promisisti, præcepistiq;, ne nosipsos uindicaremus. In eodem igitur præcepto, sicut ego in te spero, ita nunc exurge, & saluum me fac.

Et synagoga populorum circundabit te.

Si me humilem, & innocentem defendas, & saluũ feceris, totus populus iudaicus, illiusq; tota congregatio, (nã id significat synagoga) hymnis, & laudibus circumdabunt te, et magnificabunt te in laude, & cum sapiente cantabunt. Iustus de angustia liberatus est. In bonis iustorũ exultabit ciuitas, & in perditione impiorũ erit laudatio. Sic de solis iudæis hunc locũ intelligunt nõnulli interpretes. Sed cum sit deus deorũ, & totius orbis terrarũ, haud congruum est, ut intra iudææ aut palestinę fines, eius uirtutẽ, et maiestatẽ abbreuiemus. De omniũ itaq; populorũ conuentu, et congregatione, hunc locum intelligamus. Si igitur sic exurgas (inquit) domine, simul & potentiam tuam exaltaueris, in finibus, in regionibus, & conspectu tuorum inimicorũ, ut non ignorent tuos innocentes, et in te solo sperantes, tua ope liberatos, tum quidẽ synagoga, & populorũ omnium congregatio, tam iudeorũ, q̃ gentium qui te agnoscunt, laudibus circũdabũt te, te extollent, te magnificabũt, te solũ adorabunt, qui tuorũ misereris, & eos in tẽpore respicis. Sic enim beatos uiros, & martyres, & confessores, ab inimicorũ sæuitia liberatos, usq; ad tẽpus a deo pręfinitum, multa circũstantium admiratione, nõnunq̃ legimus. Quod ait circumdabit te. Circũdare deum, non aliud esse uidetur, q̃ eum animo semper, & mente contẽplari, illi adesse, illiq; soli adhęrere, ab eo dari utilia omnia intelligere, eum pro amore, uelut corona cingere, eius memoria præ oĩbus delectari, illum solum uenerari, omniq; laude afficere, ab eo solo pendere, illi de oĩbus habere gratiã. Sic ait in psal.25. Circũdare altare dei. Exurge ergo &c. Et synagoga populorum, &c.

Ecclesiastici.10.

Synagoga.

Prouer.11

Subuenit deus in tẽpore.

Circũdare deum.

Psal.25.

Et propter hãc in altũ regredere.

Visum est nõnullis, quod hic in spiritu, præuiderit Christi tam ascensionẽ ad patris dexteram, q̃ secundum aduentum in postremo iudicio. Inde est, quod ait, regredere, qui aliquando fuisti nobiscum in primo aduentu, & hinc ascẽdisti, regredere ab illo supremo tuo loco, ad iudiciũ, ubi erimus obuij in altis nubibus cœli, ut ait apost. ut de inimicis nostris iudices, in furore tuo, ut eos dignis pœnis afficias. Vehementer hoc optat calumniatorum causa. Et tum quidem regredi recte dicetur Christus, quando ante illũ diẽ a passionis tẽpore non uisus est, nisi a paucis, nec (ut ipse testatur) uidebitur, in illum usq; diem. Tunc enim uidebitur, uelut regressus ad hominũ conspectum, sanctorũ ingenti gaudio, sceleratorũ ineffabili terrore. Mea quidẽ sententia germanior sensus est, ut psalmi sensum non interrũpamus, et hunc locũ sic interpretemur. In altum regredere, hoc est, ineffabilẽ tuã potentiã iterum, atq; iterum ostende, hoc est iterum atq; iterũ exurge, & respice tuos sperantes in te, qui abfuisse uisus es, tam diu inimicorum malignitatem tulisti, ut tuam benignam potentiã cernere possit oĩm populorũ synagoga, & congregatio, tuosq; innocẽtes defende, ut te nõ abesse, sed in tẽpore, ut so-

Christi regressus.

Ad Tessalo.4.

Math.26.

Psal. 143. ut soles, uelut rediisse ad tuos perspiciāt inimici. Regredere igitur, in altū, (inquit) unde soles manū, & opem tuam emittere, & tuos ab inimicis eripere, et sublimen tuā potentiā in aduersarios ostende, ut exalteris in finibus eorū ut supradixit. Tunc enī exaltatur in finibus inimicorū, quādo eos deprimit, et suos liberat, cum admiratione tam inimicorū, qui uicti sunt, q̄ fidelium, quos uindicat. Et recte quidē orat secūdū apost. ut in altū regrediat, propter hmōi sceleratos, ut eos iuste iudicet, et dignis pœnis afficiat. Nam in tales (ait a-

Rhom. 1. postol.) de cœlo reuelatur ira dei. Dominus itaq; inuocandus est. Nam ipse solus

Dominus iudicat populos.

Mutat personā, & synagogā docet, cur tantopere a domīo auxiliū efflagitauit, quia ille solus est, qui uere iudicat, & contra humanā potentiā succurrere potest. Vt igit memores sint, oēs admonet, omniū esse iudicē dominū, et magnorū, et paruorū, et bonorū, et malorū, bonis prēmiū, malis iuste pœnā tribuens. Dominus itaq; iudicat. Nullū enim iudicium est, quod nō sit a domino. Nam omne iudiciū a potestate proficiscitur, oīs uero potestas a

Cur mala potestas. deo. Si male iudicat potestas, talē patit deus, ut malos coerceat. Talē legislatorē consti-

Psal. 9. tuit super malignū populū, in psal. 9. Sed hoc extra causam nostram pręsentem Basilius in hoc psal. (cum dicat propheta dominū iudi-

Populorū varietas. care populos) populorum uarietatem docet. Alij (inquit) deū non agnoscunt, male a parentibus educati, inter malos uitā agunt etc. Alij deum non ignorantes, pro malignitate non obediunt eius doctrinæ. Alij deum agnoscūt, optimis doctrinis imbuuntur, parentum, item & aliorum bono exemplo educantur, neq; tamē a uitijs abhorrēt. Hos omnes, quemadmodum uarij, & diuersi sunt, ita & dominus, eos, ut æquum est, pro diuersitate iudicat, et seuerus damnat. Et malum quemadmodum iuste damnat, ita, & bonū liberat. Sic itaq; precatur innocens.

Iudica me domine secundum iustíciam meam.

Cum solus ipse sis, qui secundum ueritatem iudicas. Iudicat innocentem secundum iusticiam suam, quando inimicum digne afficit, et suum innocentem liberat, ut statim ibi sequitur. Consumetur nequitia, &c. Mortalium omnium præter Christum, quis id ausus est dicere, aut petere iudicari secundū innocentiam suam, cum sit potius orandum, domine secundum actum meum noli me iudicare, nihil dignum in conspectu tuo egi. Et quis est, qui scit an sit odio dignus, an amore, cum omnia (inquit) in futurū seruantur incerta. Eccle. 9. Nihil mihi conscius sum (inquit apost.) sed in 1. Corin. hoc non iustificatus sum. Pharisaica iactatio uidetur, ut petat fieri sibi iudicium, secundum iusticiam, & innocentiā suam. Si de Christo tamen hūc psal. interpreteris, & perspicuus, et certus est intellectus, qui peccatū non fecit, etc. Si de alio quouis mortali, de uno quodam delato crimine, sed falso, sed calūniose, ut antea diximus, hūc locū intelligas necesse est. Petit ergo sibi iudiciū reddi, secūdū insticiā suā, hoc est, secundū innocentiā suā, quod ad hoc crimen attinet. Addit itaq;.

Quis recte pot iudicari secundū innocentiam.

Secundū innocentiam meam super me.

Fiat, sup. iudicium. Hoc uelut prioris sententiæ interpres est. Nam huius uiri iusticia, qui falso accusatur, est eius innocentia. At innocentem, iustus iudex absoluit. Auxilium itaq; petit a domino, ut secundum innocentiam iudicium sibi fiat, hoc est, de hoc crimine ut absoluatur, & ab inimicis ut defendatur. Nam deus facit iudicium iniuriam Psal. 10. patientibus. Quod autem ait de innocentia, Basilius de ignorantia intelligere uidetur, hunc sensum inferens. Cum prius se- Basilius. cundum suam insticiam iudicium petierit, nimium ne sibi arrogauerit timens, quis (inquit) omnino iustus nō fuerim super me fiat iudicium tamen pro misericordia, secundum simplicitatem meam, quia putaui me non errasse. Hunc sensum ab hebraica ueritate,

Basiliū

Basiliū accepisse uidetur. Sic enim uertitur. Secundū simplicitatem meam super me. Sed nostrum sensum, eo modo quo diximus prosequemur. Alius uero sic uertit in hunc sensum. Secundū integritatem, quam penes me deprehendis, sup. indica me. Et tum quidē.

Consumetur nequitia peccatorū, & diriges iustum.

Nam absolutus ero a delato crimine, et consumetur, & prorsus delebitur per iustā sententiam tuam, peccatorum, & accusatorum falsa nequitia, malignitas, & calūniosa accusatio. Quod enim conati sunt, ut me per falsam accusationē, e medio tollerent, non adsequentur. Eorū igitur nequitia consumetur, quia nullas uires habebit, & diriges iustum, quia innocentē defendes, ne ab inimicis opprimatur. Id quod alius nullus potest, nisi tu solus deus. Nam falsi calūniatores, hominis iudiciū decipient. Ab illis itaq; occultata erit innocentię ueritas. Opus est ergo in his occultis, ut tu sis iudex.

In occultis, opus est iudicio dei.

Scrutans corda & renes deus.

Non enim te latet quicq̄ ut iuste iudices, tam de peccatore, q̄ de iusto. Homo enim uidet ea quę apparent (inquit) dominus autē intuetur cor. Scrutatur enim corda, & renes, hoc est, cogitationes oēs, et quicquid in altißimo recessu tegi potest, sibi apertū, & praecognitū est. Scrutatur (inq̄) deus, qui finxit singulatim corda eorum, ut ait in alio psal. et qui intelligit omnia opera futura priusquām fiant. Cor, sublimioris, occultiorisq; mētis iudiciū, opinionem studia quaeq;, atq; consilia, secretiores quasq; cogitationes, uel in bonum, uel malum significat. Renes uero, humanum inferiorem affectum, humanasq; concupiscentias, ut plurimū in malam partem, significāt. Cor, inquit Basilius, pro mente, renes uero, pro parte animi concupiscibili, accipere solet sacra scriptura. Utrumq; ita scrutatur deus, ita inuestigat, ut nihil prorsus ignoret. Est enim scrutari, omnibus modis, & argumentis, omnes occultae rei latebras, perquirere,

Occulta deo manifesta.

2.Reg 16.

Psal.32.

Cordis significatio

Renū significatio.

Quid est, quod deo non manifestißimū est? Simile apud Hiere. legitur. Prauum (inquit) cor omnium. Sed ego dominus scrutans cor, et probans renes, qui do unicuiq; iuxta uias suas. Iuste igitur de occultis iudicare nemo potest, pręter deū. Hinc ait beatus Iob. Scio (inquit) quia omnia potes, & nulla te latet cogitatio. Ait itaq; noster accusatus. Ideo precor, ut iudicet dominus, qui scrutatur corda & renes, quia

Hiere.17.

Iob.42.

Iustum adiutorium meum a dn̄o, qui saluos facit rectos corde.

Cum ipse solus sit iustus, & a quo non aliud expectatur, q̄ quod iustū est, ideo innocētes, et rectos corde saluos facit, ab urgentibus aduersariorū calūnijs. Quod ait, saluos facit rectos corde, indicat deum solum archanarū rerum iudicem esse. Rectus corde is dicitur, qui animū ita institutum habet, ut per internum amorē erga deum, in quem credit, auxiliante gratia dei, nec ad dexteram, nec ad sinistrā declinare uelit, quiq; innocentiam per omnia, tam animo, q̄ opere, pro uiribus seruat, nec aliud facere cupiat, quantumuis per occasionē occulte poßit, quām quod deceat, quodq; sibi fieri uelit. Cum cęciderit, per gratiam cito resipiscit, odit iniquitatē, totus ex deo solo pendēs, uir dignus, quicum in tenebris mices, ut ait Prouerbiū. In hoc tamē loco, rectū corde appellat, qui a delato pręsentaneo crimine, innocens est. Quod enim ad hoc crimen attinet, rectus corde est, quia innocens est. Iustum est igitur adiutorium, & auxilium meū a domino (inquit) quia rectus sum corde & c. Nō ergo secundū hominē iudicat deus, sed secundū ueritatē. Est etenim

Rectus corde.

Deus iustus iudex.

Etiam in occultißimis. Sceleratos ergo punit, & rectos corde saluos facit, & iudicium facit iniuriam patientibus. Scimus (inquit apost.) quoniā iudiciū dei est secūdū ueritatē. Neq; secundū auditum aurium, sed in iusticia et aequitate, pro mansuetis terrae arguet, inquit Esai. Est itaq; & iustus, et

Rhom.2.

Iudicium dei iustū.

Esai.11.

fortis

Fortis. *Nam omnia potest. Et ideo eius potentiam declinare potest nullus. Deus est, cuius potentiæ nemo resistere potest. Quis ei dicere potest (inquit Iob) cur ita facis? Si destruxerit, nemo est (inquit) qui edificet. Si incluserit hominẽ, nullus est, qui aperiat. Non minus igitur punit ubi iustum est, quàm saluos facit, ubi uult, & æquum est. Neq; solum iustus, & fortis est, sed etiam*

Iob.9.12.

Et patiens. *Non enim pro bonitate euestigio punit, non in iracundiç calore, non animo commoto in sceleratos animaduertit. Nam deus est iustus iudex, & fortis, & diu sępe patitur, & ineffabili sapiẽtia moderatur oĩa. Patiens est et multę misericordię deus, et suffert, ut resipiscat peccator, quia nõ uult mortẽ peccatoris. An ignoras (inqt apost.) quod benignitas dei ad pœnitẽtiã te adducit? An diuitias bonitatis, et patientię, et longanimitatis contemnis? Sed caue tibi quia quo magis differt, eo magis tandẽ affligit. Lege quę scribit eximie, Chrisostomus, in. 2. contione de Lazaro, to. 1. Magna est dei patientia, ut malos ferat, hęreticos, ecclesię inimicos, et hmõi suorũ persequutores, uel ut tempus resipiscendi habeãt, uel ut suorũ electorũ fidem, & innocentiam, per illorum peruersitatem exercendo firmiorem, atq; stabiliorẽ efficiat. Nam tribulatio (inquit apost.) patientiam operatur, patientia probationẽ etc. Non potest tamẽ quantũuis patiens est, peccatis non irasci. Inde ait propheta.*

Patientia dei.

Psal.89.

Rhom.2.

Chrisost.

Cur malos patitur deus.

Rhom.5.

Nũquid irascitur p singulos dies.

Vere quidẽ irascitur peccatoribus, nõ tamen euestigio dignã peccato pœnam infligit, quia patiens est. Interim tamen irascitur, hoc est, optimo deo ingratũ est nostrũ peccatũ. Nullum enim est peccatũ non ingratũ deo. Nõ in pctõres respicit ira illius, inquit Eccles. Plane his calumniatoribus irascitur deus, per singulos dies, hoc est, q̃diu eorũ malicia durat, neq; eos pœnitet, uel quoties hęc mala perpetrãt. Hoc ait ꝓpheta, ut nos admoneat, quod q̃uis deus patiens, benignus, et plenus mĩa est, miũ tamen patientię, et misericordię ne fidamus, hoc est ne audatiores, aut promptiores simus in peccata, temere nobis impunitatem promittẽtes. Nam hoc aduersatur et timori, et amori dei. Ne dicas (inquit Eccles.) miseratio dei magna est etc. Pro benigna tamen patiẽtia, lente primũ in peccatores irascitur, quos aduersis rebus admonet, ut corripiat, corripit, ut resipiscant. Hunc locum sic itaq; uertit Hiero. Deus iudex iustus, et fortis, cõminãs tota die. Cõminatur, quia pctĩs irascitur paruis afflictionibus admonens, patiens est quia cõminatur, non statim animaduertit digna pœna hoc est morte non afficit. Nemini qdẽ nõ utilis est dei benigna correptio, nisi in quibus tanta est animi duritia, ut nec admonitionibus, nec pœnis quãlibet grauissimis flectanť, nec ingentibus beneficijs ingratissimi, et qui cadãt dignissimi, capiãtur, Pharaonis exemplo, & similium. Fiunt enim obstinatiores illi, dum benignus est, & patitur deus. Et patientia dei male abutendo, non molliuntur, sed durescunt corda eorum. Quibus hoc modo minatur propheta.

Irascitur deus.

Eccles.5.

Ne fi... audacio- res spe... sericor...

Ecclesi.

Nisi conuersi fueritis.

Docet atq; admonet, nisi patientiã dei recepérimus, et a pctĩs ad eum cõuersi fuerimus, amplius non erit deus patiens, sed reuelabitur ira tandẽ, ut ait apost. Nam et.

Gladium suum uibrabit.

Futuram animaduersionẽ acerbissimã minatur propheta, ijs qui non resipiscunt. Hiero. item et alij, sic uertunt. Non cõuertenti, gladiũ suũ acuet. Minas indicat utraq; litera, sed hęc nostra translatio magis. Qui enim acuit gladiũ, præparare uidetur, ut scindat, si opus fuerit. At qui uibrat, iam euaginatum habet, minatur, ut iamiam percutiat. Vibrare enim gladiũ est, ui magna mouere, & manu uelut extẽta gladiũ agitare. Quũ uero sic uibrat deus, uehementer minatur, ęternũ scilicet interitũ, nisi conuersi fuerimus. Flãmineũ gladiũ collocauit deus, post eiectũ Adamũ ante paradisum, quo peccatores ab introitu arcerentur

Gladi' ... in peccatores.

retur penitus. Hic est uindictę gladius in Adami, hoc est, ueteris hominis filios, qui nolũt renouari in Christo. Et flãmeus quidem est, quia minatur ignem inextinguibilem. Fugite ergo a facie gladij (inquit Iob) quia ultor iniquitatis est gladius, et scito esse iudiciũ. Fœlix ille quidẽ, qui per gratiã hunc iudicij, hoc est, damnationis gladiũ euitare potest, Fœlix qui per minas, & asperã animaduersionẽ, se uoluntati dei subijcit, & in hoc sęculo corripitur. Omnẽ quoq; hostilem potentiã significat gladius. Gladius deuorabit uos, inquit Esai. Gladij partem acutã, os gladij appellat Moses. Hũc priorẽ gladiũ suũ uibrabit deus, hoc est, iudiciũ erit paratũ in sceleratos, quia Iob.19. Esa.1. Exod.17.

Arcũ suũ tetendit, & parauit illũ.

Arcum utriusq; testamenti sacram scripturã intelligere licet, quibus interim uelut eminus minatur quoq; deus. Qui peccatores etenim increpat, scripturarum potestate, a pctĩs nisi desistant, futurã ęternã damnationẽ denuntiat. Hoc est uerbũ domini, omni gladio ancipiti penetrabilius. Sic interim minatur, quia non uult mortẽ pctoris &c. sed uelut emissa sagitta, ni resipiscat peccator, lętale uulnus infert hic arcus, quo perpetuo moritur peccator. Sicut enim in salutẽ flectitur deus mĩa si resipiscat peccator, ita, & in interitũ suam iram uelut ab arcu sagittã, in pctõres flectit, prouocatus. Hunc arcũ iam tetendit, iam explicauit deus, quia parauit illũ, instructũ omni necessaria doctrina, qua docet, & impijs minatur, ut sint inexcusabiles. Sed mali (inquit sap.) non cogitant iudicium. Qui autem requirũt dominũ, animaduertent omnia. Recte igitur admonet Eccles. Ne tardes cõuerti ad dominũ. Subito enim uenit ira illius, etc. Per gladiũ, & arcum, omnẽ iram dei excitatã, & paratã docet, contra hos impios, innocentiũ persequutores, ut eos ab impietate terreat. In psalmi principio orauit contra eos, ut pios omnes doceat orandũ, & orandi modũ. Nũc spiritu dei edoctus, certiores nos de potestate, & uoluntate dei, uindicandi impios facit, Arcus. Hebre.4. Prouer.9. Eccles.5.

ut pios consoletur, ne impiorũ potentiam, & sęuitiam timeant. Est itaq; arcus dei, iudiciũ eius, & uindicta in impios. Est quoq; peccatorũ arcus. Peccatores intenderũt arcũ, inqt in psal.10. Eorũ quidẽ arcus est, dolosa calliditas, qua fiunt insidiæ quaq; simplices decipere conantur scelerati, hereticiq; oẽs. Hinc ait Hiere. Extenderũt linguã suã, quasi arcũ mendacij. Ex illo arcu emittitur eorũ dolosa sagitta, quæ bonos, & fideles, uelut eminus incautos uulneret. Dic in psal.10. Potentiã quoq;, & uires significat humanas. In arcu meo (inquit) non sperabo. Apprehensi sunt fortes eius (inquit Hiere.) elanguit eorũ arcus, hoc est, malę uires humanę. Quem arcũ conteret, & confringet deus. Additur nonnunq̃, et apponitur epitheton, ut arcus ęreus, dicat inuincibilis potentia dei, uel fortitudo, quã pręstat deus, & quã suis dare solet. Posuisti (inquit) ut arcum ęreum brachia mea. Sed ad sensum redeo. Arcũ (inquit) parauit. Arcus dei Psal.10. Hiere.9. Psal.10. Psal.43. Hiere.51. Psal.17.

Et in eo parauit vasa mortis.

Nam apostolos, & apostolicos doctores, in omnẽ terrã cõmonefaciẽtes, misit Christus, sicut antea prophetę mittebãtur. Malis uero et sceleratis, uasa mortis sunt. Christus (inqt apost.) odorẽ suę noticię manifestat, per nos in oĩ loco. Alijs quidẽ odor mortis in mortẽ, alijs odor uitæ in uitam. De his uasis mortis docere uidetur Ezechiel, cap.9. Apostolos et concionatores, ideo uasa appellat, cum illi sint instrumenta quibus operatur deus. Eius enim organa sunt. Quęcũq; enĩ instrumẽta sunt, cuiuscũq; artis aut rei, hebraico generali uocabulo, appellant uasa. Sũt quoq; mortis uasa hęretici cũ primis, qui ex sacra scriptura perniciosum sensum, in multorũ interitũ, e suis fœtidis uasis, effundunt, quorũ guttur sepulchrũ est. Hunc sensum scripturas inuertendi, a diabolo (inqt Tertullianus) accipiũt. Sed priora uasa mortis, hoc est aplos parauit deus, qui sunt sagittæ dei in sceleratos, quas eiaculãtur, ex priore arcu, e uerbo dei. Hinc ait. Parauit uasa mortis, quia Sceleratis vasa mortis, verbi dei denũtiatores. 1.Cori.2. Ezech.9. Quęcũq; instrumenta, vasa noiantur hebraice. Vasa mortis hęretici.

Sagittas suas ardentibus effecit.

Perstat in eadem metaphora, nunc docens in quos emittantur sagittę & uasa mortis quae in illo priore arcu parauit deus, ardentibus scilicet, hoc est, in homines qui ardent, nõ ut pręcepta dei seruẽt, sed in huius sęculi ambitiosis honoribus, & cõcupiscentijs, quiq; ardent furore, & ira persequẽdi proximũ, falsa potißimũ calũnia. Nam sacrarũ literarũ denunciatores, ipsi sunt sagittę illis sic ardentibus, quae emittuntur in malos mores et detestanda huiusmodi peccata. Illi enim hortant, admonent, minantur, nisi uerbũ dei receperimus. Instant, urgẽt oportune, et importune. Acutißimę sunt huiusmodi sagittę. Quicũq; (inquit Christus) non receperint uos, neq; audierint sermones uestros, tolerabilius erit terrę Sodomorũ, & Gomorrhae, in die iudicij, q̃ ciuitati illi. O q̃ acerba mortis uasa, acutęq; sagittę. Vere eteni sagittę sunt, ad comburendũ eos in gehennã ignis, qui uerbo dei non credũt, et qui per eius doctrinã non corripiuntur. Hę sunt sagittę quę factę sunt plagę eorũ, ut in alio psal. Basilius uero, hũc locum sic intelligere, uidetur. Effecit deus sagittas (inquit) suas ardentibus, hoc est, illis, et contra illos, qui digni sunt, ut in gehenna ignis ardeant. Nã illis uere sunt sagittae, quę uulnerãt ad ęternã mortẽ, & corpus, et animam penetrantes. Alijs uero pijs oĩbus sunt consolationes doctrinae dei. Alius hũc locum sic uertit. Sagittas suas in peccatores fabricauit, eodẽ sensu quo iam diximus. Nũc uero huius nostri calũniatoris induratã maliciam demonstrat, & uelut digito indicat, qui admonitiones, & minas oẽs paruifacit. Nã deploratus ille, suam (inquit) malignitatem explere cõstituit prorsus. Nulla doctrina flecti potest, nullis sagittis terreri.

Sagittae dei, verbi dei denũciatores.

Math. 10.

Psal. 63.

Sagittę in pctores.

Ecce parturit iniusticiam, cõcepit dolorem, & peperit iniquitatem.

Metaphoram deducit a muliere grauida & tandẽ parturiente. Parturire, est labor ille ad pariendũ, q̃diu dolore torquetur, priusq̃ enititur. Concipere, notũ est initium esse futuri partus, ex recepto in matricẽ semine. Parere, est eniti, & fœtum emittere. Non seruat ordinẽ, nam incepisset a cõceptione. Sed hoc significare uoluit forte propheta, sceleratum uirum, sui prorsus oblitum pro animi effrena cõmotione, proq; insigni temeritate, ordinẽ non seruare. Solẽt enĩ, uel ingenti lęticia, uel magno dolore, uel furioso odio affecti, omnia confundere. De tã immani quoq; bellua narraturus, prae animi ardore, non seruat ordinẽ propheta. Vt oẽs uero ad intelligendũ facinus tam execrandũ, excitet, sic narrationem orditur propheta. Ecce (inquit) uos qui admoneri uultis, animaduertite, ad insanã huius hominis nequitiã. Et q̃uis propheta incipiat a parturiente, nos tamen ut per ordinẽ hunc obscurum locum explicemus, a conceptione aggrediemur. Concepit (inquit) dolorẽ, hoc est, animi inuidiam, & furorem in proximũ. Primo quidẽ momento, altas radices nõ agit proximi odium. Paulatim etenim crescit improbus ardor. Ante sanguinẽ (inquit Ecclesiastic.) maledicta, & contumeliae, & minae, tum demum exerit se inuidia, quae est alienae fœlicitatis dolor, & ira, nocendiq; cupiditas. Neq; inuidũ illũ, cum primis nõ mordet concepta malignitas. Iniqui nempe hominis & inuidi, cupientis alteri malefacere, est ipsiusmet dolor, & intra se mordax animi anxietas, quae per iram, ex inimicitia conceptã, in animũ demittit, qua seipsum lędit. Lege Chrisost. in ho. 76. to. 4. Nã gladius eorũ intrat in corda ipsorũ. Lege. D. Cyprianũ, in Ep̃la de Zelo, & liuore. Sic itaq; dolorẽ concipit, quem dolorẽ, postq̃ cõcepit, iniusticiam illico parturit, pleno consensu persuasus, conceptã maliciã perpetrare. Quid enĩ magis iniustũ, q̃ alium per inuidiam, et conceptã iram, nulla causa, ad interficiendũ p̃sequi? Parturit (inq̃) iniusticiam. Nam inuidię stimulus aßidue intus laborat, et indies crescit solicitudo iniquitatis, quibus potißimũ machinis, quẽ persequitur

Odiũ paulatim crescit.

Ecclesiast.

Odiũ possessorem mordet.

Chrisost.

Cyprian.

Parturire iniusticiam.

Psal.

Iniq. parc.

Iacob.

Iob. 15.

Psal.

quitur delere posit, et interim quidē interno dolore, maleuolus nōnunquā torquetur. Sic enī in aīo gestat, nō sine graui, mordaciq; anxietate malignitatis dolorē. Nam qui inuidet, nō alium, prius q̄ seipsum occidit, inquit. D. Ambros. in secunda precatione preparationis ad missam. Id quidē est parturire iniusticiā, ītus affici, & torqueri malefaciendi studio, nō aliter q̄ fœmina prius q̄ pariat, frequēti dolore distenditur. Sic dolorem parturiētis appellat in alio psal. Non dū tamē enixa, & producta est in lucem, illa prius concepta iniusticia, uiperea proles, quā nūc parturit, donec iniquitatē pepererit. Hāc uero iniquitatē parit, cū suæ falsitatis retia, & dolosæ criminationis laqueos, per calūniam, & falsam accusationē tandē euomit, agitq; omnibus machinis, ut in proximū pro libidine sæuiat. Primum igitur concipit hoc crimen in animo, per nocendi concupiscentiā, ex odio parturit, postq̄ in aīo prosequi, et explere per consensum cōstituit, in quo nullus est qui male conatur, qui nō laborat, qui nō angit, apud se fluctuans, prius q̄ in facinus ruat. Tandē parat dolosam actionē, aut accusationē, aut pernitiosas insidias, cupiens, quibus machinis posit, maleuolentiā explere. Sic enim consummat, sic pro uiribus enititur uiperinū fœtum. Hos uero treis gradus, docet perspicue Esai. Concepimus (inquit) & quasi parturiuimus, & peperimus spiritum, salutem non fecimus in terra &c. Hos ad peccatum malignos gradus, docet quoq; D. Iacobus. Concupiscentia (inquit) postq̄ concepit, parit peccatum, peccatū uero cum consummatum fuerit, generat mortem. Neq; non apud Iob, similē loquendi modū habemus, illic a cōceptione incipientē. Hic ergo noster calūniator, et concepit, & parturit, et peperit iniquitatem, & contra innocentem.

Psal.47.

Iniquitatē parere.

Esai.26.

Iacob.1.

Iob.15.

Lacum aperuit & effodit eum.

Lacum, & aliam fossam mendacij, per accusationem aperuit, falsoq; falsum crimen detulit in alterius perniciem, quæ altius, altiusq; effodit, cum calūniam improbis omnibus uiribus intē derit, qua deprimeret, deleretq; innocentē. Sed auxiliū innocēti præstitit deus, et calumniosus pœnam non euasit. Nam

Et incidit in foueam quam fecit.

Hoc est, suo gladio perit, & iugulatus est. Deus enim innocentē saluum fecit, prebens ei iustum adiutorium, & cecidit calumniator iusto dei iudicio. Cecidit Saul, & liberatus est David. In eodem ligno appensus est Aman, quod Mardocheo parauerat. Deus enī iustus est, ut supra in hoc psal. Lacus, seu fouea (inquit Basilius) in malam fere partem usurpatur in sacris literis, ut hic. Item, Eduxit me de lacu miseriæ. Profunda quoq; inferni loca, significat. Veruntamen (inquit Esai.) ad infernum detraheris, ad profundā laci. Vel carcerem, uel ergastulum significat lacus, sed proprie subterraneam fossam custodiæ causa paratam. Sic in lacum leonū coniectus est Daniel. De uerbo non contendam cum alij non lacum, sed cisternam uertant, alij puteum. In eodem enim sensu reperiuntur non semel, lacus, puteus, & fouea, Quāmuis puteus, frequentius in bonam quām in malam partem reperiatur. Noster uero calumniator, in eandem foueam, quam alteri parauerat, ipse precipitabatur. Foueam posuit pro dolosis insidijs, & mendacissimis accusationibus, quibus pios apprehendere student impij. Id quod tractum est ab illis qui foueas occulto parant, ut feras decipiant, & apprehendant. Sed in suas (inquit) foueas incidunt. Non igitur, sicut pro malignitate optat, alteri nocere potest malignus. Nam

Reg.vlt. Reg.3. Hester.7.

Lacus.

Psal.39.

Esai.14.

Daniel.14.

Lacus.

Conuertetur dolor eius in caput eius.

Mala quæ intendit, in caput ipsius recident, & iniuria quam inferre conatus est, in uerticem ipsius recumbet. Nam, quod alteri pro uiribus in exitium parabat, in caput suum retorquebitur.

Et in verticem ipsius, iniquitas eius descendet.

Sic descendit iniquitas in caput Absolomi, quando patrem impie persequens, de quercu per cesariem penderet, lanceisq; transfossus est. Vere etenim & in eius caput, & uerticẽ quam in patrem parabat, retorquebat deus iniquitatẽ. Nos uero, idem tyrannis oĩbus, & innocentiũ persequutoribus futurũ, nullo dubio credamus, si parum in hoc sæculo, in futuro longe deterius, quia dominus non derelinquit sperantes in eo, nec pauperũ suorũ obliuiscitur. Vertex, cum sit summa capitis pars, & usurpatur p montis, aut collis summitate, & in malam partem, pro summa iniquitate malignantiũ. Sed cũ ad summũ perduxerit nequitiam, super eundẽ (inquit) descendet a deo iusto iudice, sua nequitia, cuius ira in sceleratos de cœlo (inquit apost.) reuelatur. Hunc uero locum sic egregie explicat Eccles. Qui in altum mittit lapidẽ, super caput eius cadet. Qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequißimum consilium, super ipsum deuoluetur. Et laqueo peribunt, qui oblectantur casu iustorum. Sic confringet deus capita inimicorum suorum, & uerticem capilli perambulantiũ in delictis. ut in alio psal. Est itaq; eadem omnibus doctrina, ut etiam maxima potestate prædiui, hoc certo certius discant, quantumuis in uertice, & sublimitate constituantur, se manus dei effugere non posse. Non respicias altitudinem uultus, aut staturæ eius (inquit deus ad Samuelem) quoniã abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. Ita iudicat magnũ deus ut paruum. Deus itaq; iustum liberabit. Qui uero malignantur, exterminabũtur, innocens uero gaudebit. Agens itaq; gratias a calumnia liberatus, sic ait.

2.Reg.18.

Suo gladio pereunt impij.

Vertex.

Rhom.1.

Eccles.27

Psal.67.

Reg.16.

Magnum, sicut paruum iudicat deus.

Confitebor domino, secundum iusticiam eius,

Qui me innocentẽ iuste liberauit, & ille calumniator, sceleratis suis machinis expugnatus est. Hæc est iusticia dei, & eius uirtus, eius misericordia (inquit) qui me sic liberauit, quomodo nulla humana iusticia liberare potuisset. Et ideo ne ingratus uideatur, et tanto beneficio indignus. Confitebor (inquit) domino, & agnoscam collatum beneficium, secundum hanc iusticiam suam, qua me innocentem iuste tutatus est, & inimicum prostrauit. Itaq; & gratias agam.

Confitebor domino.

Et psallam nomini dñi altissimi.

Non modo apud me cõfitebor, & agnoscam dei beneficium, humilesq; gratias habebo, sed psallam (inquit) apud oẽs, et cantabo illud in laudem, & honorem nominis domini altißimi, qui me ab aduersarij fraudibus, et calumnijs liberauit, & inimicum suis armis deleuit. Sunt qui hunc psal. uaticinatum, de iudæorum falsis criminationibus, & immanitate contra Christum arbitrantur, quem intellectum facile sequitur litera. Arnobium qui uelit, legat.

Quomodo agẽdę gratię deo.

Psalmus Dauid. 8.

Titulus.

In finem, pro torcularibus.

Torcular, est illa machina, qua uinum ex uua præmitur. In illo quidem torquentur uuę, & exprimitur uinum quod custoditur. Vinacea uero proijciuntur. Varium est illius mysteriũ. Significat enim in sacris literis paßionẽ. Id quidẽ est, quod de se apud Esai. ait Christus. Torcular calcaui solus. Neq; alienum est ab hoc psal. ut cantetur pro torcularibus in hoc sensu, qui dei magnificentiam qua deprimuntur inimici per Christi potißimũ paßionem prædicat. Neq; una erat Christi paßio, sed multæ preßiones eius, persequutionum multimoda genera. Christi quoq; ecclesia, cuius caput Christus est, torcular est, & prælum. Nam & bonos, et malos in hoc seculo, quos in ecclesia simul esse necesse est, simul præmit, per Christi doctrinam, quam extruxit in ea, ut ait Esai. quæ docet, hortatur, admonet, minatur deniq; nisi pœnitentiam fecerimus, & ueterem hominẽ exuerimus. Et alijs quidem est bonus odor in uitam, qui ut uini secon-

Torcular uarie significat.

Esai.63.

Esai.5.

2.Cor.2.

recondantur in lacum, aut cellam uinariam, hoc est, post huius uitæ prælum, in perpetua gloria. Alijs uero, hoc est, Christi inimicis, (ut in hoc psal.) est odor mortis in mortem, qui ut uinacea proijciuntur a futura illa gloria in tenebras exteriores. Illi priores uinũ sunt, quos bibit, hoc est, recipit deus cũ gaudio, uenite (inquiẽs) benedicti patris mei etc. Hi uero posteriores, uuarum uinacea (ut ait Osea.) dilexerunt. Vt steriles igitur, & ab omni bono humore aridi, non aliter q̃ uinacea, proijciuntur in sterquilinia, & in tenebras illas horrendas. Treis tantum psalmi sunt, quibus apponitur hic titulus, præsens scilicet, & octogesimus, et octogesimus tertius. Torcularia persequutores quoq; iustorum significant, ut ait Beda in primũ lib. Samuel. cap. 7. Hunc itaq; psalmũ cecinit propheta pro illis torcularibus, ut bene premantur uuæ, & destruantur uinacea. Hinc ait in psal. Ex ore infantium, & lactantium, perfecisti laudem propter inimicos tuos, ut destruas, &c. Est enim magnificentia dei, hoc est, filius, per passionem, qui hos iustorum, et ecclesię persequutores, destruit. Recte ergo cecinit, In finem pro torcularibus. Est enim optatus finis, ut deijciantur persequutores, iusti uero exaltemur, id quod in hoc psalmo docet. Lege Hiero. de torculari, in lamentationes Hiere. cap. primo.

Osee.3.

In summa.

Summi dei gloriam, tam super cœlos, quàm in uniuersa terra, ex ore infantium, & innocentiũ, manifestatam docet, et indicat omnibus, tam amicis, quàm inimicis. Inimicis in exitium, amicis in gloriam. Hominẽ quantumuis ingratum, omnium tamen operũ suorum dominum, deum docet constituisse, nisi de Christo illum locum uelis intelligere, cui omnem potestatem in cœlo, & in terra dedit pater, omniaq; ei subiecit. Dicimus in psal.

Explanatio.



DOmine dñs noster Deum alloquitur propheta Christi ecclesię, hoc est, omnium fideliũ loco, & nomine. Maxime conuenit, ut deum dominum nostrũ appellemus, qui fecit, & creauit nos. Nam domini est terra, & uniuersi qui habitant in ea. In manu etenim eius sunt omnes fines terre. Qui igitur se subditum non fatetur huic domino, dignus est, qui ut uinacea proijciatur. Ille ergo dominus, & nos serui. At illa quidem seruitus, regnum est. Suos itaq; amicos, fratres, hæredes, cohæredes appellat Christus. Sic ait apost. nos conregnaturos cũ Christo, si sustineamus. Dicamus igitur, & salutemus hũc dominũ, una cũ propheta. Domine deus noster.

Dominus

Seruitus dei regnũ est.

2.Timo.2

Quàm admirabile est nomen tuũ in vniuersa terra.

Quàm admirabile, q̃ magnificũ, q̃ potens sup omnia, oĩpotens, et ideo admiratione dignũ, omnẽ humanũ sensum superãs nomẽ! Admiratiua ĩterrogatio est, honoris ampliãdi gratia. Nomen uero domini, est ipse deus, eius potentia, maiestas, et quicquid dei est. Quod igitur ait, q̃ admirabile etc. hoc est, q̃ admirandus es tu! Sic dicimus ĩuocare nomẽ domini, et confiteri nomini domini, hoc est, eum inuocare, illi ipsi deo gratias agere. Ante Christi aduentum, nomen quo deus uocabatur, erat priscis omnibus iudęis & terribile, & admirabile, & ineffabile, propterea quod eius potentia, illis adhuc erat incognita. Nam illis sub umbra, & obscura figura fiebant omnia. Nec huius nominis uirtutem, uel ipsis patriarchis reuelauit deus. Iacob enim interrogante, quo nomine appellaretur, cur (inquit) quæris nomen meum, quod est mirabile. Item in alio loco. Ego dominus (inquit) apparui Abrahã, Isaac, & Iacob, in deo omnipotente, & nomen Adonai, non indicaui eis.

Nomẽ dei in sacris literis.

Dei nomẽ priscis patrib⁹ ignotum.

Genes.32.

Exod.6.

Adonai. Deus.

Adonai uerbum hebraicum, idem sonat latine, quod dominus. Deus uero, non est propriũ dei nomen, qui pro ineffabili maiestate, et absoluta uirtute, non recipit nomen. Cum ergo deum nominamus, non personã intelligimus, aut rem aliam, quæ cadit sub nomine aut humano sensu, sed diuinã illã maiestatẽ, quæ pro magnificentia, proq; summa, & absoluta potestate, incogitabilis, incomprehensibilis est. Hinc incõmunicabile nomen appellat sapientia. Forma (inqt Iosephus lib. 2. contra Appionem) & magnitudine, nobis inenarrabilis deus. Et qui deum sensu apprehendere studet, suam umbram persequitur, & abyssum (inquit Athanas. in suis questionibus, ad Anthioc.) pugno suo mensare conatur. Apud hebræos erat dei nomen, et. 4. et 12. et. 40. literarum, de quibus, et. 72. alijs dei nominibus, consule Galatinum in. 2 libr. de archanis catholicę ueritatis. Scripsit item Dionisius Ariopagita, de diuinis nominibus. Varijs enim nõminibus appellarunt deum et sacra scriptura, et sancti patres, non quod sit alius præter unum deum, sed ex operum effectu, & potentiarũ uarietate, quas docente spiritu sancto intellexerunt. Deus uero ipse, sicuti est incomprehensibilis, ita & nomen eius est ineffabile. Optabant igitur magnopere ipsi prophetæ, huius nominis manifestationem. Vtinam (inquit Esaias) dirumperes cœlos, & descenderes, & notum fieret nomen tuum inimicis tuis. Videbat enim in spiritu hanc dei summam uirtutem aliquando descensuram in terram, ut manifestum faceret ineffabile illud uerbũ. Iudæi nostræ etiam tempestatis, alium neminem, huius nominis aliquando mysterium explicaturum, præter mesiam adserunt, hoc est, Christum nobis, & seruatorem nostrum, quem illi, falso decepti, non dum uenisse, sed uenturum autumant, id quod Christo respondit Samaritana mulier. Cum uenerit ille (inquit) annunciabit nobis omnia. Interim anathematizãt omnes, qui huius nominis mysterium edissere audebũt. Nam interim est illis adeo terribile, hoc est, pro maiestate uenerandũ hoc nomen, ut præter sacerdotes, & ne illis quidem nisi præscriptis temporibus, illud pronunciare, aut effari audeat nemo. Inde nomen appellant, & terribile, & ineffabile. De huius itaq; nominis appellatione, nõ est mihi fas dicere, inquit Iosephus. Loco tamen illius nominis, quod erat iudæis ineffabile, id quod Ioua seu Ihoua est hebraice, uerbo adonai utuntur, græci uero, tetragrammaton. Sed noster mesias Christus Iesus, nobis qui credimus, explicauit omnia. Id quod idem Esai. antea, perspicue docuit futurum. Quæsierunt me (inquit) qui antea non interrogabant, inuenerunt, qui non quæsierunt me. Dixi, ecce ego ad gentem quę nesciebat me, & quæ non inuocabat nomen meum. Iudæi uero hoc uerbum, & nomen intelligere nequeunt, quod credere nolunt. Dixit igitur, ad eos qui non crediderũt, Christus. Si enim non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato uestro. Si autem manseritis in sermone (inquit ad eos, qui ei crediderunt) cognoscetis ueritatem. Nobis uero detractum est uelum, & reuelatũ est omne mysterium, et huius nominis ueritatẽ edocuit nos Christus. Manifestaui nomen (inquit) tuum hominibus. Philippe, qui uidet me, uidet & patrem (inquit) meum. Hanc ueritatẽ edocuit spiritus sanctus, quẽ ea causa misit deus pater, filij nomine. Hæc loquutus sum (inquit) apud uos manens. Paracletus autẽ spiritus sanctus, quẽ mittit pater in nomine meo, ille uos docebit omnia. Item alibi. Adhuc multa habeo uobis (inquit) dicere, quæ nõ potestis portare modo. Cum autem uenerit ille spiritus ueritatis, docebit uos oẽm ueritatẽ. Sint hæc satis in præsentia, de ineffabili, terribili, & mirabili dei nomine, in ueteri testamento, quo appellandũ Mesiã, hoc est Christũ, prędicit Esai. Et uocabitur (inquit) nomen eius admirabilis consiliarius, Deus fortis, &c. Et q̃ sit hoc nomen adorandum, docet Paulus.

Sap. 14.

Deus neq; forma, neq; potẽtia cognoscibilis.

Galatinus

Dionisius

Deum cur variis nominib' appellamus.

Esai.

Ioan. 4.

Cur dei nomẽ ineffabile.

De antiquitate iud. ca. 12.

Esai. 65.

Ioan. 8.

Ioan. 16

Esai. 9.

ad Phil.

Deus

Deus (inquit) pater, exaltauit illũ Christum Iesum nostrũ, & donauit illi nomẽ, quod est super oẽ nomen, ut in nomine Iesu, oẽ genu flectatur, cœlestium, terrestriũ, et infernorũ. De Christo, eius magnificentia, deitate, quæ sacræ literæ docent, lege Chrisost. in eximia illa contione, quod Christus est deus, to. ult. pag. 361. Nobis itaq; non est ineffabile, ut quibus iã reuelatũ est mysteriũ, id quod abscondit a prudentibus illis, tam græcis philosophis, q̃ iudæis in lege peritis, & reuelauit suis paruulis, hoc est, humilibus, et non de se, aut sua sapientia confidentibus. Neq; hoc nomen inditũ est ab homine, sed a deo. Vocatũ est (inqt euang.) nomen eius Iesus, quod uocatũ est ab angelo, priusq̃ in utero cõciperetur. Huiusq; noĩs summã uirtutẽ, suis quoq; fidelibus reliquit in terris, Christus noster meßias. In nomine (inqt) meo, demonia eijcient, linguis loquentur nouis, serpentes tollent etc. Hinc Petrus. In nomine Iesu Christi nazareni surge (inquit) et ambula. Nec aliud nomen (ait idem Petrus) sub cœlo datum est hominibus, in quo oportet nos saluos fieri. Ait igitur propheta. O domine dominus noster, q̃ admirabile, &c.

Chrisost. Math.11. Luc.2. Marc.vlt.

Quoniam eleuata est magnificentia tua, super cœlos.

Nusq̃ nõ est uirtus tua, nusq̃ non potẽtia, nõ bonitas, siue in cœlo sursum, siue in terra, aut subter terrã deorsum. Es igitur oĩm dignißimus admiratione. Neq; aut mortaliũ, aut immortaliũ quisq̃ est, qui ad sciẽtiã uiarũ tuarũ attingere potest. Es eñi excelsus sup oẽs, & sup cœlos gl̃ia tua. Eleuata est igit̃ magnificentia tua sup cœlos. Excelsior eñi cœlo est, inquit. D. Iob. Est eñi illa tua magnificentia, quę cœlũ, quę terrã, quęq; oĩa quę in eis sunt, et creauit, et perpetuo regit. Hanc dei patris magnificẽtiã (sic doctus ut prędiceret, a spũ) filiũ unigenitũ, & incarnatũ, quẽ hic intelligat propheta, diũ interpretantur, qui nostra causa a patre descendẽs, factus est homo, ut hominẽ redimeret. A morte quidẽ resurgẽs, eleuata est hmõi magnificẽtia, ad patris gloriã ascendẽs sup cœlos, deuicta morte. Quid tam magnificũ aliud dici potest? Quid aliud tã gloriosum? Quod autẽ ait, supra cœlos in plurali numero, moris est sacræ scripturæ, ut cœlũ appellet, cristallinũ illũ locũ, rotundũ firmamentũ, ubi nubes quoq; uolãt. At et aliud est, ubi sol, & luna, & reliqua sydera constituuntur, id quod stellatũ cœlũ uocant tractatores. Supra hmõi uero cœlos, supior ille locus est, dei oĩpotẽtis sedes, quod empyreum cœlũ nominãt. Non quod loco circũscribatur deus, qui nusq̃ non est, sed dei magnificentię, sublimem illũ locũ tribuit humanus affectus, unde oĩa prospicit, oĩa pro uoluntate regit, non absq; sacrarũ literarũ authoritate. Hinc ait Paulus. Erimus obuiã domino in nubibus cœli. Et uidentibus illis eleuatus est (inquit Luc.) &c. Tenemus itaq; homines, qui soli inter cætera animalia, deũ intelligimus, erectos ad cœlũ uultus, ut ait Ethnicus ille poeta. Hinc in alio loco hortatur noster pphẽta. Psallite deo, qui ascendit super cœlũ cœli, ad orientem. Cœlum etenim, & cœlum cœlorũ, uocãt sacrę literę. Cœlum (inquit) cœli domino. De cœlis, lege August. de genesi ad literã, lib. 12. to. 3. Recte ergo docet, huius magnificentię nomẽ, & haberi, & esse admirabile in uniuersa terra, eleuatiq; super cœlos, &c. Hãc magnificentiã nõ docuerũt, aut philosophi, aut Rhetores, aut humana quęuis sapientia. Sed in domine (inquit)

Vir° dei per oĩa. Psal.112. Iob.11. Dei patris magnificentia, filius. Cœli. Tessal.4. Act.1. Psal.67. Psal.113.

Ex ore infantium & lactantiũ perfecisti laudem.

Vel ueteres prophetas, a spũ sancto doctos, qui se infantes profitebantur, (nescio, (inquit Hiere.) loqui, quia puer ego sum) uel Christi apostolos, & discipulos, indoctos, rudes, & ualde simplices, atq; ab oĩ humana eruditione infantes, intellige. Infantes in hoc mũdo uidebantur, qui mũdi sapientiã non loquebant, sed uerbũ Christi, et crucis, pereuntibus (inquit apost.) stulticiam. Erãt quoq; infantes, quia loqui didicerunt, cum de se non loquerentur,

Infantes qui. Hiere.1. 1.Corin.1.

rentur, sub quorũ lingua, aliud non erat q̃ lac & mel, hoc est, uerbum dei, ut ait in Cantic. Suxerunt etenim ubera, hoc est, duo testamenta dei, quæ sunt meliora uino. Ad quos ait Christus. Vos adhuc sine intellectu estis, sed ueniet spiritus ueritatis, & docebit uos omnẽ ueritatẽ. Item in alio loco. Non enim uos estis loquentes, sed spiritus sanctus. &c. Videntes Petri, et Ioannis constantiam, (inquit Luc.) cõperto quod homines essent sine literis, & idiotę, admirabantur principes iudęorũ. Nam quę stulta sunt mũdi, elegit deus (inquit aposto.) ut confundat fortia. Ab his humilibus, et quod ad hũc mundũ attinet contemptis hominibus, deus laudari, et prędicari uoluit. Horũ itaq; doctrina, & ex huiusmodi ore quãlibet infantiũ, suam laudẽ, suã gloriã (inquit propheta) perfecit deus, quia per eos suam priorẽ magnificentiã homines docuit. Hinc igit abiens pręcepit, ut irent illi infantes, et euangeliũ prędicarent omni creaturę, portantes dei patris, et summouerandũ nomen ad omnes gentes, eoq; modo, gloriã dei perfecerunt, domino cooperante, et sermonẽ eorũ confirmante, ut ait euangel. Nam horũ sermone, doctissimos philosophos, disertissimos oratores, ferocissimas gentes, potentissimos reges, & principes, deuicit deus, & ab errore, ad sui agnitionẽ uocauit. Hoc itidem prędixit Esai. Cor (inquit) stultorũ intelliget scientiam, & lingua balborũ, uelociter loquetur, & plane. Simplices enim suos esse uoluit Christus, ad paruulorũ similitudinẽ, hoc est humiles, & a fastu humanę scientię, aut a malicia abhorrentes. De omnibus igitur, qui simplices in deo sunt, et recta corde, quiq; doctrina, & consilio, proximum iuuare studẽt, hunc locum intelligere licet, qui non huius sęculi alta sapiunt, sed in his quę sunt dei, prudẽtes sunt. Ad quos ait Petrus. Quasi modo geniti infantes, lac rationale concupiscite. Quo nam pacto dignam laudem suę maiestatis, aut perficere magis, ut nullus ambigeret, aut demonstrare uerius, ut neminem lateret, potuit deus, q̃ ut tam pauci, & illi quidem indocti, rudes, pauperes, & simplices, omnẽ Christi fidem suo sermone perficerent, et apud omnes ferme stabilirẽt? Aliter ipse Christus in euangelio iudæis hũc locũ obiecerat, cũ sacerdotes, & scribę indignarentur, quod pueri, & infantes, a matrũ uberibus adhuc pendentes, & inexpeditam prorsus linguã habentes, docti a spũ sancto, clamarent, Osanna fili David. Ad eos enim ait Christus. Nunquid legistis, quia ex ore infantiũ, etc. Hi quidẽ, et uere infantes erant ætatę, & de se (ut apostoli) non loquebãtur. Hanc itaq; laudem, sic (inquit) perfecisti.

Canti.14. &.8.

Marc.13. Apli de se idiotę.

Act.4.

1.Cori.1.

Marc.16. Apłorum perfecta doctrina.

Esai.32.

Quales su os uult ee Christus?

1.Petri.2.

Math.21. Alius sensus.

Propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem.

Stupebãt enim crucis Christi inimici omnes, gentiles ipsi doctissimi philosophi, iudæi tam eruditi in sacris literis, qui omnes tum erant Christi inimici, cum tam rudibus, indoctis, & simplicibus, se non posse resistere sentirent. Non item tanta admiratione, & stupore affecti fuissent, si primaria potestate pollentes uiri, si eruditissimi philosophi, eos uicissent. Non enim magnificentiæ dei attribuissent. Nam sapientiæ dei, & spiritui, (non doctrinæ) qui in Stephano loquebatur, non poterant cum eo disputantes resistere. Stupebant item illi ipsi inimici Christi iudęi, simul & interna inuidia mordebantur, cum ætate infantes, Christo laudes canere audirent. Inimicos quoq;, & hæreticos, & ueritati credere nolentes, uocat omnes, quos uere destruxit Christi doctrina. Nam doctrinę huiusmodi infantiũ, de inimicis facti sunt amici, de infidelibus fideles, de idololatris, Christi uere adoratores. Alij uero, qui istis indoctis, & rudibus a Christo missis, & eorum doctrinis non credunt, & sunt, & erunt dei prorsus inimici, uereq; destruentur, quibus dicetur. Ite maledicti &c. Et tollerabilius quidem erit, terræ Sodamorum, & Gomorrheorum, quãm illi populo, aut ciuitati, et ali

Diuinu tus. admiratione digna.

Act.6.

Quomodo destructi sunt inimici.

Math.10.

ut ait Euangel. Destruentur ergo inimici, eleuabũtur amici. Destruentur superbi, exaltabuntur humiles. Laus Christi, inimicos uituperat, maiestatis suę prędicata gloria, illos deprimit, deum exaltat.

Vltor.

Quod autem de ultore loquitur. Vltorem, illum quemcũq; qui ueritati aduersatur, hęreticos potissimũ, qui scripturae ueritatem inuertunt, cuius tamen defensores uideri maxime, uolunt, intelligere licet.

Veritatis [illegible]

Veritatẽ saepe nimis detrudit adulatio, deprimit potentia, impedit philautia, hoc est, suipsius nimius amor, corruptus iam animi affectus in diuersam partem, dei deniq; obliuio. Quod autẽ ad hęreticos attinet, scripturis contendũt, sed quas praua interpretatione inuertunt, talem intellectũ habentes, (inquit Tertullianus) a diabolo, cuius uere sunt partes, ueritatẽ inuertendi.

De praescrip. haereticorũ.

Vltorem, diabolũ quoq; intelligo, qui ut lictor, & carnifex, in damnatos, dei sententiam exequitur, & deũ in sceleratos ulciscitur. Ille quidẽ destruitur ex ore & doctrina huiusmodi infantium, explosa omni idololatria, & caeteris eius deuictis machinis. Admonent nempe, a diabolo, infantes illi, summopere cauendum. Nolite (inquit Paulus) locũ dare diabolo. Resistite diabolo, et fugiet a uobis. Aduersarius uester diabolus (inquit Petr.) tanq̃ leo rugiens, circuit, quęrens quem deuoret, cui resistite fortiter in fide.

Ephe.4.

1.Petri.5.

Vltores deniq; sunt, hoc est, dei aduersarij, & inimici, oẽs illi, qui egre admonentẽ sustinẽt, & pro sua admonitione, male gratiãs rependũt, uel potius pro bono malũ referunt. Suasq; interim spurcicias tueri conantur, tanq̃ non mala essent quę perpetrãt. Sed ore infantiũ destruentur. Et scio (inquit propheta) hoc certo certius futurum.

Quoniam uidebo cœlos tuos opera digitorum tuorum, lunam & stellas quae tu fundasti.

Psal.18.

Dicit in spiritu propheta, se uisurum cœlos, hoc est illos infantes, cœlorum appellatione dignos, ut dicemus in psal.18. qui hos inimicos, & ultores destruent. In spiritu (inquã) uidit, quia corpore lõge ante mortuus est. Sic uident oẽs prophetae. Hinc uidentes appellantur.

1.Reg 9.

Ioan.8.

Sic ait in euang. Christus, Abraham uidisse diem aduentus sui, et gauisus (inquit) est uidisse. Vidit enim per fidẽ, & spem certã, ut noster quoq; propheta ait in alio psal. Haec est dies quã fecit dominus, exultemus, & letemur in ea.

Psal.117.

Sic uiderunt prophetę, patriarchae, & sancti illi patres ueteris testamenti, futurũ redemptorem Christum. Non minus certo per fidem uiderũt, q̃ nos modo, qui rem adimpletam ex uerbo dei scimus, & credimus.

Videntes, cur dicti sunt prophetae.

Nunc praeterito, nũc pręsenti, nũc futuro tẽpore igitur utuntur prophetae. Nec apud eos de tempore refert, cum illis non sit minus notum, quod futurum praedicunt, spiritu reuelante, q̃ quod praeteritum est. Illis quidem praesentia sunt omnia, quae spiritu reuelante praesentiunt.

Prophetis, praesentia sunt futura.

Non enim humana uoluntate allata est prophetia, inquit D.Petr. sed spiritu sancto inspirati, loquuti sunt sancti dei homines.

2.Petr.1.

Et sunt quidem adeo certa quae praedicunt, ut sit tam impossibile, ea non fore, q̃ facta non esse, quae iam facta sunt. Videbo (inquit) cœlos itaq; tuos, hoc est, iam fide illos uideo, qui sunt opera digitorũ tuorum, qui a te uocati, missi, & ante mundi constitutionem ad hoc electi, & prędestinati sunt, ut ait apost.

Ephe.1.

Digitum noli corporeum intelligere, cum sit incorporeus deus, qui diuina sua uirtute, & potentia, facit omnia. Digitũ, uel dei digitos itaq; intelligas oportet, quoties in sacris literis occurrunt, diuinam, & ineffabilem dei uirtutem. Id quidem est, quod ad Pharaonem respondebãt malefici. Digitus (inquiunt) dei hic est.

Digit' dei

Exod.8.

Si in digito dei eijcio demonia &c. inquit Christus apud Luc. Id quod alijs uerbis Matheus exprimit. Si (inquit) in spiritu dei eijcio demones, &c.

Luc.11.

Math.13.

Est ergo digitus dei, spiritus sanctus, per quem operatur. Per eundem quoq; fidem, qua dicit se uisurum cœlos, ait se uisurum itidem lunã, hoc est, Christi ecclesiam, et

Luna.

stellas

Stellæ. stellas in Christi ecclesia, doctores, martyres, uirosq; bonos, quę tu (inquit) modo fundasti. Hanc enim Christi ecclesiam, non fundarunt apostoli, ne cuiq̃ dicere liceat, id quod increpat Paulus. Ego sum Pauli, ego Cephę, etc. sed Christus, qui est caput ecclesię, et qui illos fecit cœlos, lunã quoq;, & cętera omnia quę ad eam pertinent fundauit iam ab initio, et per uerbũ eius, cui fidem habeamus oportet, si uelimus esse dei, solidauit. Huiusmodi cœlos, et stellas reliquit in sua ecclesia Christus, qui uerbo ueritatis, fidei constantia, & uitæ innocẽtia, alijs lucerent, & manifestum iter docerẽt. Sic magnificauit hominẽ deus. At ut hominẽ tam magnifacias bone deus, inquit propheta.

Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis, q̃m visitas eum. *Et per tuam uisitationem.* Minuisti eum paulominus ab angelis, gloria & honore coronasti eum, & cõstituisti eum super opera manuũ tuarũ. Om̃ia subiecisti sub pedibus eius, oues & boues vniuersas, insup & pecora campi. Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.

Germanus, et historicus sensus esse uidetur, ut sonat, deũ scilicet p sua bonitate hominẽ, quẽ ad imaginem suam fecit, æqualem prope angelis condidisse. Tanta gloria, tãtoq; honore hominem coronauit, & rerum omnium regem constituit, ut omnia illi subiecerit. Quod autẽ numerat oues, boues, &c. omnia animalia, uel quæ in terra, uel in mari, uel in aere uiuunt, et nutriũtur, ut homini obedientia sint, docet. Filium uero hominis, filium Adam, filium ueteris hominis ideo uelut contemptim appellat, tam quod mortalis est, atq; ad huius sæculi miserias natus, a primo illo parente Adamo, quàm quod sua natura pronus est ad omne malum, indignus, quem afficiat deus tanto beneficio. Ipsius primi ho- Hominis filius. minis, terreni Adam, hoc est, peccatoris filius, est omnis homo, non autem dei, nisi per gratiam. Nascimur etenim iræ filij ut ait apost. Homo putredo, & filius hominis uermis, inquit historia Iob. Iob.25. Cum sit homo igitur tam uilis, tam alienus a deo, quid est (inquit) homo? hoc est, quę nam res digna inest homini, terræ pulueri, exuli a paradiso, tibi, suo merito, ingrato, uel potius inimico, absq; tua gratia, quod eum participem huius tantę tuæ maiestatis efficis! Aut filius hominis quid est? Quid nam habet, uel quid meritus est, ut eum sic uisites, tantoq; beneficio afficias. Alius sic uertit, sensum clarũ efficiens. Et quid est homo mortalis, quod eius adeo in mentem tibi ueniat? quid ex homine natus, ut tantam eius rationem habeas? Nam pręter id quod illum ad imaginem, & similitudinem tuam effecisti, animam quoq; dedisti immortalem, intellectum, rerumq; omnium memoriam, quibus minuisti eum paulominus ab angelis, potestatem deniq; in terris (inquit) dedisti, super omnia quæ tu creasti. Quib⁹ de tib⁹ orn uit deus hominẽ. Eius etenim potestati subiecisti omnia. Coronasti eum ut regem inter alia animantia, gloria, & honore. Nullius alterius q̃ regis, uel uictoris, corona dicitur, qui præest, & imperat alijs. Et quonam pacto coronauerit deus hominem, iam explicat. Constituisti eum (inquit) super opera manuum tuarum, ut homini seruiant, & sol, & luna, & stellæ, & imbres, & pluuiæ, & calor, & frigus, & terra, & mare, & omnia deniq; hominis causa facta sunt. Hoĩs ca sa oĩa fe cit deus. Visibilia, & inuisibilia, (inquit apost.) hominũ gratia fecit deus. Rhom. Omnia itaq; subiecisti sub pedibus eius, oues, & boues, & cętera quę sequũtur. Galat. Hunc locũ Paulus ad Christũ refert, cui pater subiecit oĩa. Hebr. 1. Cor. Paulum igitur paucis explicabimus.

Quid est homo quod memor es eius, aut filius hominis quoniam visitas eum.

Non enim alienũ est, ut de Christo interrogantem prophetam audiamus, quemadmodũ de alio

de alio quouis mortali interrogat, postq̃ uere hominem futurum, uel potius iam factũ uidit in spiritu, et fragilem nostrã carnẽ gestantẽ. Præuidit quoq; quãta foret uirtute hic filius dei. Deũ itaq; patrẽ præuidit, huius hominis maxime memorẽ esse, suaq; diuina uisitatione, super alios omnes mortales, ineffabilibus beneficijs, eum decorasse. Deũ itaq; patrẽ sic alloquit, uelut admirabundus de hoc homine, qui tam præstat mortalibus omnibus. Quid est homo &c. aut filius hominis, &c. Non hoc ait, mysterium nesciens, sed nos ut certo certius doceat, Christũ uere hominẽ factum, id quod in plerisq; alijs psalmis perspicue docet. Visitasti (inqt) eum, et miris quidẽ beneficijs, quæ humanã oẽm capacitatẽ, longissime superãt affecisti, mortalẽ tamen, & quod ad hoc attinet angelis inferiorem. Hinc ait

Minuisti eum paulominus ab angelis. Qui erat supra angelicas potestates omnes, eum angelis inferiorem, hominis causa, & amore, fecisti filium scilicet tuum, & hominem, & mortalem, ut pro humano genere moreretur, id quod angelis non contingit. Sed eum ita minuisti, ut maiori gloria eleuares. Nam

Gloria & honore coronasti eum.

Deuicta non solum huius sæculi omni fragilitate, cum tamen nostram fragilem carnem gestaret, sed etiam num ipsa morte. Per suam enim mortem (inquit apost.) destruxit eum, qui habebat mortis imperiũ, hoc est diabolũ, et mors illi ultra non dominabit, resurgensq; ineffabili gloria, ad dexterã patris ascendit. Ipsiq; eadem est gloria cum patre in sæcula sæculorum. O mirum hominem, o filium hominis omnium præstantissimum. Cum ergo talem futurũ hominem præuiderit propheta, admirans interrogat. Quis est homo, qualis est hic homo? &c. quem minuisti paulominus ab angelis, et eundẽ gloria et honore, &c.

Galath.1.

Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Nam per eum fecisti oĩa, uel per ipsum facta sunt, & sine ipso factũ est nihil, inquit Ioan. Ioan.1.
Præest itaq; omnibus. Nam in hoc principio creauit deus cœlum & terram, inquit Moses. Genes.1. Quando præparabat cœlos, aderã, cum eo etiam cuncta componens, inquit sapiens. Prouer.8. Constituisti eum igitur super opera (inquit) &c. Et quemadmodum æquum est.

Oĩa subiecisti sub pedibus eius.

Hunc locũ sic explicat apost. Pater (inquit) operatus est in Christo, suscitãs eum a mortuis, & cõstituens ad dexterã suã in cœlestibus supra omnẽ potestatẽ, & uirtutẽ, et dominationẽ, et omne nomen quod nominatur, non solũ in hoc sæculo, sed etiã in futuro. Et oĩa subiecit sub pedibus eius. Omnia subiecta sunt ei sine dubio (inquit idem) preter eum, hoc est, patrem, qui subiecit ei omnia. Hactenus apost. Quis alius interpres explicatius hunc locum explicare potest? Omnia dedit ei pater in manus, inquit Ioan. Subiecisti (inquit) sub pedibus eius omnia.

Ephe.1.

1.Cori.15.

Ioan.3.

Oues & boues vniuersas.

Posteaq̃ altiorem sensum exquirimus, nõ brutorũ aĩaliũ causa, Christum a patre in terras missum intelligamus oportet. Non igitur literã, sed latentẽ diuinũ sensum explicemus. Oues itaq; simplices illos, et humiles, quibus dat gratiã deus, & pauperes spũ, quorum est regnũ cœlorũ, intelligamus. Boues uero, qui una cũ simplicitate, prudentia, fortitudine, et eruditione ornati, in domini uinea solicite laborãt, quiq; in messem mittuntur, ad operandum, agrum domini colentes, Quorum ora triturantium fruges in area non sunt liganda, cum sint dignissimi mercede. Tales boues erant prophetæ, apostoli, & soliciti doctores, uerbũ dei populo triturantes, et explicantes. Hos omnes sub pedibus eius subiecisti, qui ministri eius fuerunt, & eos misit, ut suam uoluntatem, quam ipse docuit, apud omnes denuntiarent.

Oues. Math.5.

Boues quĩ.

1.Cori.9.

Insuper & pecora campi. Subiecisti ei. Secundum historiam, pecora campi feræ bestiæ

Pecora campi.

bestię sunt. Has etenim ut mansuetas subiecit homini deus. Truces enim quantumlibet sunt & cautę, & ab hominibus capiuntur, et hominis utilitati inseruiūt. Sed diuiniorē sensum prosequimur. Malos, sceleratos, uoluptuososq́;, appellat pecora campi, quod uere huius sæculi homines, per illos delectationis amplissimos campos, qui pleni sunt uoluptatis, latāq; uiam habent, quę ad interitū ducit, pecudum, q̄ hominū more potius, incedunt. Et quēadmodū secundū historiā, pecora campi feras esse bestias diximus, ita nō est alienū, ut ferę bestię nocentur, qui creatori facti sunt aduersarij, facti rebelles, truces, et alieni ab oī humanitate, hoc est, a sano ītellectu. Quis enim non hmōi est, qui pro summa bonitate summā ingratitudinē reddit? Nec recordantur hmōi pecora, se deo subiecta esse, eiusq; esse in manu semper, destruendi eos, ut supra dixit. Recte igitur feris bestijs comparantur, quia similes facti sunt illis. Sunt itaq; in Christi ecclesia, et boni et mali. Boni uero illi, ut seruentur e torculari expressi, uinum sunt. Mali uero uinacea sunt, quae in sterquilinium tandē proijciuntur, ut cum psalmo titulū iungamus. Incumbamus igitur, ut simus uinū, ne proijciamus in tenebras exteriores, et pedibus conculcemur ut uinacea. Alij uero Campi pecora, sic interpretantur, ut præter priores illos boues, et oues, promiscuam etiā plebem ideo significent, quod rude, & indoctum uulgus est, inter quos tamen sunt & boni & mali, subiecti omnes Christo. Item

Boni, uinum.

Mali, uinacea.

Volucres cœli. Quos, uel superbos, qui alta nimium sapere uolunt, uel demones, qui intrant in corda hominū, sermonē dei audientium, & cōmedunt iacta bona semina, ut ait Euangel. uel industrios uiros, qui ex Euāgelio, & sacris literis archana, altissimaq; dei magnalia, pro uiribus perscrutantur, ut ea doceant, intelligere licet. Nullus sensus non conuenit. Tam diues est in spiritu intellectus, sacra scriptura.

Volucres cœli.

Math. 13.

Et pisces maris, qui perambulant semitas maris. Quos uel bonos uiros secūdū scientiā, profundissima queq; timantes, abditissimasq; sacræ scripturæ abyssos, intellige, qui semitas maris ideo perambulare dicūtur, quod oēs illos scopulos, et intellectu difficiles scripturarū occultos sensus et locos, inuestigāt. Vel uiros improbos, nimiūq; curiosos, qui inter tumultuosos huius sæculi fluctus, planā & securā uiā cōtemnentes, perambulāt. Semitas uero, in hoc posteriore sensu, huius sæculi uoluptates, delitias, & peregrinas doctrinas callide ab hæreticis inuentas, quibus seducuntur homines a recta uia, intelligere licet. Alias, uere semitæ sunt pfectiores doctrinæ. Alius quoq; est et simplex, & mysticus intellectus omnium prędictorū, ut per oues, simpliciores, promiscuam plebē, et inferiores oēs intelligamus. Boues uero, p magnitudine et robore, Reges, principes, & prępositos. Pecora campi, barbaras nationes, infideles, uerū deū non agnoscētes, ut pecora & bruta animalia, ratione carentia, in huius sæculi campo, suum creatorē non agnoscentes. Volucres cœli, tam angelos dei, q̄ malignos illos spiritus, quos uolucres, a uelocitate interpretari licet. Pisces uero maris, homines, per maris tot insulas, qui ut pisces uitam in mari ducere uidentur, intelligamus licet. Quos omnes subiecit deus pater pedibus Christi. Hunc tandem psalmum eadem interrogatione claudit, qua incepit, idem repetens, ut in hominū animos, huius nominis, hoc est, huius benigni dei admirationē, & firmissimam memoriam altius infundat.

Pisces maris.

Semitæ maris.

Iob.

Oues.

Boues.

Pecora campi.

Mali

Volucres a uelocitate.

Domine dominus noster (inquit) q̄ admirabile est nomen tuū in vniuersa terra?

Cui omnia subiecta sunt, cui oīa curæ sunt, cuiusq; sola uirtute & fiunt, & regūtur oīa, a quo solo, boni quicquid habemus, datur, qui suos tuetur, & inimicos destruit, ut in hoc psal. diximus.

Bonos & ma...

Dei admirabilis in uniuersa terra.

Psalmus

Psalmus Dauid.9.

Titulus.

In finem, pro occultis filij.

Hic psalmus de iudicijs dei tam erga malos q̃ bonos, et in hoc, et in futuro sc̃lo, nõ obscure tractat, quæ uere sunt hoibus occulta. Ideo, Pro occultis, addit in titulo. O altitudo diuitiarũ (inquit apost.) sapientię, & sciẽtię dei, q̃ incõprehensibilia sunt indicia eius! Iudicia enim dei abyssus multa. Iudicium tamen dei, q̃libet nobis occultũ, secundũ ueritatẽ est, ut ait in eodẽ loco apost. Et quod ad hoc sęculũ attinet, uere occultũ est dei iudicium. Malos enĩ uidemus sæpe prosperos, bonos admodũ afflictos. Id quod me afficit (inquit Iob) magno tremore. Lege illic apud eum de malorũ mira fœlicitate in hac uita. Dicemus quoq; in psal. 72. De quibus queritur Hiere. Scio (inquit) te iustum domine, sed quare uia impiorũ prosperatur? & bene est oĩbus qui præuaricantur, & inique agunt! Et domine (inquit) nosti me, uidisti, & probasti, & misere uitam duco. Sed ideo (inquit Aug. in lib. de Ciuitate dei) puniuntur nõnunq̃ qui uidentur boni, non quod malũ agũt, ut mali sed quod tẽporalem uitam nimis nõnunq̃ amant. Vel eueniunt illis aduersa, tam ut mandatorum dei magis memores, & a malo sint cautiores, q̃ ut probentur, & per patientiã exerceantur. Affliguntur ergo sed ab optimo medico, ut sanentur. Sic ualde afflictus est diuus Iob. Mali uero desiderijs cordis eorum, per huius mũdi prospera, sæpe relinquuntur, tantum ut hac tẽporali fœlicitate fruantur. Simulq; nõnunq̃ affliguntur boni, et mali, sed diuersissime. Bonos enim probant, exercent, et purificant aduersa, per patientiã. Malos autẽ damnant et exterminant per cordis duritiã. Nam deũ afflictione detestantur mali, boni uiro, et magis humiliantur, deũ laudãt, & illi gratias agunt, Igte sustinentes manũ dei. Neq; non simul cũ malis pereũt sępe boni. Sed boni hinc abeunt in æternã uitã, ab huius sęculi miseria magno suo cõmodo euecti. Preciosa est enim in cõspectu domini mors sanctorũ eius. Visi sunt oculis insipientiũ mori, illi autem sunt in pace, inquit sap. Sed mors pc̃torum pessima, quę animã simul cũ corpore præcipitat. Filij quoq; addidit in titulo, absolute, nulla adiectione. Pro occultis (inquit) filij. De dei igit filio ĩtellige qui oĩm futurus iudex est, cuius iudiciũ illi soli notũ est, homini occultũ. Primus Christi aduentus in carnẽ nostrã, qui in hoc psal. prænũciatur idcirco fuit hominibus occultus, uel quod sub humanitate occultabatur diuinitas uel quod nõ credentibus, potissimũ iudęis illis, uere occultus erat. Erat (inq̃) estq; in hũc usq; diẽ iudęis occultus. Nõ quod agnoscere non possint, quippe qui huius rei, prophetarum tot habeant testimonia, quiq; Christũ ipsum pręsentẽ, et quotidie operantẽ & docentẽ nõ humana sed diuina uiderẽt et audirent, sed malicia obcęcati, gratię resistebant, quẽadmodũ adhuc resistunt. Ioannis enim testimonio, in propria uenit, & sui (inquit) eum non receperũt. Suos pręter alios, iudæos uocabat Christus, ad quos (inquit) missus sum. Sed incrassatũ est cor huius ppl̃i inqt idẽ, & ideo respuerũt Christi doctrinã, propterea conuertimur ad gentes, inquiunt Paulus et Barnabas. His ergo incognitus est Christi aduentus. Suis tamen electis, et eius uerbũ recipientibus, & percognitus, & manifestus erat ille aduentus. Manifestauit (inquit apost.) temporibus suis uerbũ suum, qui in hunc mundũ uenit, ut iudicet mundũ. Longe uero occultior est secundus eius aduẽtus, quando erimus illi obuiam in nubibus cœli, quem diem nemo scit, neq; angeli in cœlo, ut ait euangel. Hic itaq; psal. in finem canitur, pro occultis huius filij.

Ro.11. Iob.21. Hiere.12. Malorum prosperitas. Bonorum & malorum afflictio di uersa. Psal.116. Ioan.1. Math.15. &.13. Act.13. Ad Tit.1. Math.24.

In summa.

Agit Christi ecclesia, hoc est, fidelis populus, deo gratias, quod diabolũ, & eius membra depellendo, potissim idololatriam prostrauit. Sperat certo idem populus, tutũ suũ

refugiũ, semper apud solũ deũ esse. Precatur idcirco uehemẽter, ut defendat eũ ab impijs. Sentiens longius differri auxilium, & se ab impijs pressum, impios diuitijs, & huius sæculi bonis prosperos, uehementer orat, ut in impios exurgat, & spiritu pauperes liberet. Cum uero in oẽs oret impios, omniũ tamen cum primis impiorũ impijssimũ, antichristum intelligit. Se tandẽ exaudiri sentiens, precatur eadem sibi futura semper auxilia.

Explanatio.



Onfitebor tibi domine in toto corde meo.

Ardens affectus, q certa fide beneficiũ agnoscit, magno gaudio incipit a gratiarũ actione. Cõfitebor, hoc est, gratias tibi agã (inquit ecclesia) & agnoscã domine tua maxima beneficia, ineffabilẽq; benignitatem, quibus, quotidie a malignis, hereticis, persequutoribus, idololatris, adiuta, et seruata sum. Has tuas laudes tibi canam. Id quod agã non segniter, nõ oscitanter, nõ simulate, sed in toto corde meo. Hoc est uere confiteri domino, sic eius beneficia agnoscere, eiusq; laudes, & gloriã predicare. Hinc ait.

Confiteri deo.

Narrabo omnia mirabilia tua.

Mirabilia dei.

Dei mirabilia magna eius auxilia appellat, cum sint præter omnẽ humanam spem, uere nõnunq̃ miracula. Hec (inquit) oĩa narrabo, hoc est, in tuã laudẽ apud omnes denũciabo. Nimiũ polliceri uidetur, ut oĩa dei mirabilia narret. Quis enarrabit (inqt Eccles.) opera illius? aut quis inuestigabit magnalia dei? Sed omnia intelligit mirabilia dei, auxilia, quibus tam sępe iuuabatur, & ab inimicis, & maximis & crudelissimis quidẽ liberabatur, sicut quotidie liberatur Christi ecclesia, et pia eius membra, quæ oĩa nullius alterius q̃ dei opera sunt. Quod itaq; ait se narraturũ omnia mirabilia, hoc est, multa mirabilia dei. Sic ait apost. 1. Corinth. cap. 10. Mei per omnia memores estis, cum tamen de paucis loquatur. Lege Chrisost. ibidem. Neq; sunt ulla mirabilia, siue opera dei, quæ nõ pertinent ad ecclesiam suã, siue de beneficijs loquamur, quibus quotidie suos afficit, cum nihil sit nobis bonũ aut utile, quod ab eo non habemus, & accipimus, siue de malorũ deiectione, & interitu. Iure igitur Christi ecclesia dicere potest, Narrabo omnia mirabilia tua. Hec (inquit) narrabo, et multa quę accepi a deo beneficia narrabo, nos omnes docẽs, beneficia dei ne taceamus, sed in eius gloriã, ut ab alijs quoq; laudetur, & magnificetur, ea solicite apud omnes pro occasione denunciemus. Id quod toto (inquit) faciã corde, magna animi alacritate. Certo enim certius.

Eccles. 18.

Lætabor & exultabo in te.

Duplicat læticię uocabula, ut omnes doceat, quanta cũ alacritate id faciant, cum sit in solo deo exultandum. Exultare etenim in deo, est omnia ab eo sperare, omnia eius causa & amore ferre, & nihili pendere, illum solum amare super omnia, in alijs externis rebus neutiq; sperare, eius laudes & beneficia prędicare, & quicquid facimus in eius gloriam facere. Hoc est gaudere in domino. Sic (inquit) lætabor, et

Exultare in deo.

Psallam nomini tuo altissime.

Altissimum recte appellat, cui quicquid est, siue in cœlo, siue in terra, subijcitur. Sic psallere nomini domini, hoc est, ipsi deo, (sic enim explanat Moses Deutero. 28.) nõ aliud est, q̃ diuina suauitate, & læticia, apud se primum delectari, dei beneficia agnoscere, immensam dei bonitatem docere omnes, omnibusq; eam prædicare, hortari, admonere oẽs, omnia demq;, & uerbis, & factis efficere, quantum in eo est, ut neminem fugiat q̃ potens, quámq; benignus sit deus, ut nomen sanctum eius glorificent, & cognoscant (ut in alio psal.) quia nomen illi dominus altissimus in omnĩ terra. Ardenti spiritu hũc psalmum scripsit propheta. Hinc toties læticiæ uerba accumulat, officiumq; addit psallendi nomini

Psallere deo.

nomini eius. Est (inquit) mihi maxima causa. Nam

In conuertendo inimicum meum retrorsum, infirmabuntur, et peribunt a facie tua.

Hunc uero psalmũ, secundũ hystoriam, scripsisse prophetam nonnulli autumant, post insignem illã uictoriam, de potentissimo hoste Golia. Nos uero mysteriũ quæramus. Vere sunt inimici fideli populo dei, & diabolus, & impij omnes, eius ministri, & filij, ecclesiæ persequutores, hæretici potissimum, & ipse antichristus, de quo secundũ interpretes, nõ nihil in hoc psal. id quod ad eos pertinet, qui antichristianis sunt moribus omnes. Primarium uero inimicum, Goliam illum gygantẽ, a quo omnes alij, hoc est, diabolum, cõuertebat Christus retrorsum, & deiecit per passionem suam, priorẽ potestatẽ sibi adimens, qua populum uniuersum captiuum antea seducebat. Eripuit nos (inquit apost.) de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ. Per mortem (inquit idem) destruxit eum, qui habebat mortis imperium. Lætabor ideo (inquit Christi ecclesia) quod tam benigne mecum egisti domine, in conuertendo, in eo quod conuertisti, & deiecisti inimicum meũ diabolũ, & filios eius retrorsum, quos pro tua misericordia fugasti, et deuicisti. Postq̃ igitur ita fugasti, & deiecisti inimicum illum primariũ, infirmabuntur, debiliores erunt cæteri, deiecto omnium malorum authore diabolo, et peribunt a facie tua, quia eos benigno uultu nõ respicies, a fauore deijcies, eorum desiderijs eos relinques, & sic dabuntur in reprobum sensum, resistere neutiq̃ possunt, sublata gratia. Vel infirmabuntur priores sceleratæ uires, & ex superbis, & gigantibus, efficientur mites, infirmi ad malum, & peribunt a facie tua eorum uidelicet præterita mala, quæ mutabuntur in bona. Neq; idẽ erit peccator qui prius erat. Viuo ego (inquit apost.) iam non ego. Nam perierũt in eo mala, quibus Christi ecclesiam persequi solebat. Prior sensus germanior. Nostra æditio obscura est in hoc loco. Sed Hierony. sic uertit perspicue Canam nomini tuo altissime, cum ceciderint inimici mei retrorsum, & corruerint, & perierint, a facie tua. Hinc bene sequitur. Ideo tibi soli (inqt) canam, & psallam.

Collos.1.

Hebr.7.

Perire a facie dei.

Galath.2.

Quoniam fecisti iudiciũ meum, & causam meam.

Tuo iudicio me dignum fecisti, quem eligeres, & pro quo iudicium contra inimicũ ferres, quo depelleretur, infirmaretur, & periret. Et causam meam contra inimicum suscepisti, quem uicisti, & mea causa deiecisti. Neq; enim est alia, aut aliunde mihi uictoria, q̃ ex te. Iudicium dei, est in hoc loco, benignum auxilium eius, quo neq; meritis, neq; uiribus nostris iuuamur, sed sola eius bonitas est quæ nos iuuat. Recte igitur ait. Tu fecisti iudicium meum, non ut ita iudices meritus sum ego, neq; alius potens est facere, nisi tu. Tu etenim solus.

Iudicium dei.

Sedisti super thronum, qui iudicas iusticiam.

Quemadmodum uerbis humanis loquatur oportet, qui alios doceat, ita & more humano loquitur propheta. Nam sicut in re maxime graui, non solet ferri sententia, nisi prius diligentissime excusso, exploratoq; negotio, sic non solet pronunciari, nisi in loco maxime insigni, ut doceat a deo fieri nihil, nisi absolutissime, et perfectissime. Primum hic docet, quando ait, qui iudicas iusticiam, ueritatem, rectitudinem. Alterum uero in his uerbis. Sedisti super thronũ, hoc est, locum supremum, & sedem potentiæ tuæ. Quamuis locum tribuat deo, nullus tamen est, qui recte sapit, qui nesciat deum incorporeum esse, & ideo, nec loco præscribi posse. Noli opinari (inquit Aug.) quod deus collocet membra sua, ut nos facimus. Sed Thronus, iudicium eius significat. Felix uero sic uertit. Sedisti in sede, iudex iusticiæ. Sedisti in solio, qui

Augus. in sermone de mõte.

lio, qui iudicas iusticiam, inquit alius. Deus, qui nihil ignorat, non sicut homo iudicat, non enim secundum uisionem oculorum (inquit Esai.) sed in iusticia, & æquitate iudicat. Nam omnia iudicia dei ueritas, quia nihil ignorat, & iustus est, & iuste iudicat. Sedisti ergo super thronum &c. et illic pro tua bonitate fecisti iudicium meum, & causam meam, inquit ecclesia Christi. Nam

Esai.11.
Psal.119.

Increpasti gentes & periit impius.

Gentes, quæ sua culpa uerum deum nesciebant, quibus deus per uisibilia se manifestauit (ut ait apostol.) increpasti, & priorem illorum (inquit) uitam redarguisti per apost. & uiros apostolicos. Perijt itaq;, qui prius erat idolis seruiens, & factus est christianus, Christum agnoscens, pauli uelut exemplo. Fidelem (inquit) me existimauit Christus, ponens in ministerio, qui prius blasphemus fui & persequutor. Perijt per hanc increpationem, et diuinam disciplinam impius, & factus est pius. Perijt Christi hostis, & factus est amicus. Vos amici mei estis, si feceritis (inquit) quæ præcipio uobis. Ille facit quæ præcipit deus, qui in eum uere credit, qui eius uerbo certam fidem habet, atq; ut solicite obediat, hoc est, ut ea faciat quæ docet, studiosus est. Sic (inquit) increpasti gentes, quia

Rhom.1.
Increpatio Christi & apostolorũ.
Obedire deo quis dicitur.

Nomen eorũ delesti inæternum, & in seculum seculi.

Non enim erunt amplius impij, non erunt amplius infideles, sed fideles. Et ubi prius idololatræ appellabantur, posthac dicentur christiani inæternum, & in sæculum sæculi. Dispergam (inquit Zachar.) nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra. Quod autem ait inæternum, & in sæculum sæculi, idem repetit, ut magis, magisq; huius uerbi ueritatem, & æternitatem doceat. Sæculum sæculi pro æternitate ponit, tanq̃ si diceret, de ætate in ætatem, de generatione in generationem, uel potius ultra omnes generationes, imperpetuum. Sic ait in alio psal. A sæculo, & in seculum tu es. Seculum quidem apud latinos, quando pro temporis spatio reperitur, centũ annos continet, hoc est, omnẽ unius hominis ætatem. Numerus dierum hominũ (inquit Ecclesi.) ut multum, centum anni. Est & status, uel presens, uel futurus. Sic dicimus, uel in presenti, uel in futuro seculo. Multa uero secula dicimus, multas hominum ætates. Docet hic locus per Christi aduentum, gentes, hoc est, idololatriam deletam perpetuo. Hinc ait

Zach.13.
Inæternũ & in sclm seculi.
Seculum.
Psal.89.
Hoiesch.
Ecclesi.

Inimici defecerunt frameæ in finem.

Nam pessimas inimicorum uires debilitasti, arma eorum sustulisti, quia defecerunt frameæ eorum. Frameæ quidem, & longæ illæ hastæ inimici nostri diaboli, hoc est, fraudes & machinæ, quibus eminus percutere mortaliter solebat, errores, & nimias cæcitates in animos hominum inducere, quibus armati quoq; sunt filij, & ministri eius, iam defecerunt, & debilitata sunt per Christi aduentũ, per priores increpationes, & doctrinas, etiã in finem usq;, hoc est, perpetuo, & inæternum, ut supradixit. Fugit enim reliquus exercitus philisteorum, deiecto, & prostrato Golia. Dæmonum etenim ingens illa potestas, quæ tam diu humanum genus decepit, captiuumq; tenuit, defecit, et debilitata est, quando per mortẽ destruxit eum Christus, qui habebat mortis imperium. Alij frameam a uerbo hebreo gladiũ esse aiunt. Nihil moror. Idem sensus est. Voluit propheta significare inimici ictus et uulnera, seu potius tela, quibus uulnerare solebat, iam debilitari, et deficere. Et una cum eo (ut paulo ante diximus) peribunt etiam ministri eius. Hinc ad deum sermonem uertit. Delesti (inquit) nomen eorum.

Deleti [inimicorum] arma.
Hebr.2.

Et ciuitates eorum destruxisti.

Philisteorum, secundum historiam. De iudeis ecclesiæ Christi acerrimis hostibus, aperte intelligi

intelligi potest hic locus, qui Christo credere nolentes, deleti sunt, et eorũ ciuitates omnes destructæ, ut de bello iudæico copiose narrat Iosephus. Et facti sunt peregrini, & exules perpetuo. Id quod prædixit Christus, quãdo super ciuitatem flebat. Quod ait, Ciuitates destruxisti, ut ad mysteriũ reuertamur, oĩm malignorũ cœtus, & congregationes intellige, quibus præest diabolus, cuius ciuitatis populi, sunt gentes idololatræ cũ primis, neq; non, & qui uitæ turpitudinẽ, & uitia sectantur, turmatim, uelut ciues inuicem coniurati, huius sæculi delitijs dediti, deum obliti. Neq; essent talia (inquit August.) in malis ciuitatibus, nisi prius essent in malis hominibus, qui sunt ciuitatum semina. Non enim domus, & mœnia mala sunt, sed homines qui incolunt. Locum itaq; pro populo ponit. Modus est loquendi frequẽs in sacra scriptura. Vlulauit (inquit) tota ciuitas. Hierusalem ciuitatem refugam, & pessimã appellat Esdras. Principatus, & regna, & dominationem, simul & omnem cõmunionem populorũ, siue bonam, siue malam, itidem significat ciuitas. Sic ait Esai. Ciuitas aduersus ciuitatem pugnabit. Dicta est enim ciuitas, ut ciuis, a coeundo. Hinc ait in alio psal. Nisi dominus custodierit ciuitatem &c. Huic priori malæ ciuitati, detraxit deus malefica arma, et eam destruxit, ut aliam efficeret ciuitatem munitam, ut in alio psal. ut sit quæsita ciuitas, & non derelicta, ut ait Esai. Destruxisti (inquit) occidendo in eis errorem, uiuificando fidem. Destruxisti pessimos eorum conuentus, mortiferasq; conspirationes, fœdam doctrinam, & de iam mortuis (secundũ apost.) uiuentes effecisti. Destructi sunt igitur filij diaboli, & effecti sunt ciues, & filij dei. Dominus sic dissipat consilia gentium, reprobat cogitationes eorũ. Arnobius, has, quas destruxit deus ciuitates, templa gentium in toto orbe intelligere uidetur. Nam sicut ecclesiæ (inquit) per totum orbẽ ciuitates sanctorum sunt, qui eo cõueniunt in laudem dei, sic templa quæ solebant esse, apud gentes, dæmonum ciuitates erant, quas (ut hic ait) destruxit Christi aduentus. Et usq; adeo (inquit) priores illas ciuitates destruxisti, quod

Iosephus. Luc.19. Ciuitas malorũ. Locus p populo. 1.Reg.4. Esdr.2. Psal.136. Psal.59. Esai.61. Rhom.6. Psal.32.

Periit memoria eorum cum sonitu.

Vsus est metaphora de ciuitate, re quidem corporali, quæ sine sonitu non diruitur, non cadit, ut per ea quæ uidemus, ducamur ad spiritualem intellectum. Sicut igitur post diruptam ciuitatem, et euersam, breui eius memoria perit, ita & Christus aduersas diaboli, & malignorum potestates, munitiones, et uires, ita deleuit, prostrauit, & diuina sua potentia deiecit, ut amplius non possit, ut quondam restaurari, sed una cum ruina, & eius sonitu, iam perijt memoria omnis idololatriæ, & deum uerum agnoscunt omnes gentes. Neq; non extat historia, de ciuitate Hierico, cuius muri sonitu corruerant. Sic admiranda potentia, piorum aduersarios deprimit deus. Similis erat sonitus apostolorum, & discipulorum Christi, qui exiuit in omnem terram, quorum uoce, & sonitu, totius gentilitatis, & idololatriæ memoria deleta & destructa est. Quod autem ait, perijt memoria eorum cum sonitu, cõuersionis celeritatem significare uidetur, de idololatria ad Christi fidem. Nam simulatq; deiectus est hostis, & humani generis inimicus, cum prædicto sonitu per Christi aduentum, statim conuersæ sunt gentes, christiani effectæ, & perijt gentilitatis omnis memoria. Hoc esse uidetur quod ait in alio psal. Multiplicatæ sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt. Hiero. felix, item & alij hunc locum sic uertunt. Perijt memoria eorum cum ipsis, hoc est, postq̃ mali prorsus delentur, & boni securius uiuunt, et malorum mores amplius non sunt in memoria, apud bonos. Malos etenim et eorum mores, odio habent, & e suis finibus exterminant boni. Perijt itaq; memoria eorum cum ipsis sceleratis,

Iosue.6. Psal.15.

ueteri homine destructo, noui effecti sunt, qui supersunt, alijs deletis. Pereunt impij, et dei, et piorum hostes.

Et dominus inęternũ permanet.

Semper idem est, qui fuit, semper paratus, ut suis subueniat, eorum uero hostes deijciat. Cuius regni non erit finis. Et manet inuictus rex inæternum, inquit Eccles. Eius ergo certa doctrina, fides, & auxilium in tempore erga suos perpetuo manebunt. Et ideo

Eccles. 18.

Parauit in iuditio thronum suum.

Iudicaturus omnes in omni tempore, tam in ultimo aduentu, q̃ interim, quoties opus fuerit. Ab æterno etenim, parauit huiusmodi thronum suum, in quo semper paratus adest, ut suis subueniat, iudicaturus secundum ueritatem, & iusticiam. Ideo hoc addit propheta, tam ut omnes in præsentia, q̃ ut posthac semper admoneat, potissimũ reges, & principes, & magna potestate præditos, quibus humana potẽtiá licet, quod libet, ut nõ ignorent, aut obliuiscantur, adesse fortiorem aliũ iudicem, omnes homines non per gratiũ, non per metũ, non insano quouis affectu sed nulla personarum acceptione in æquitate, & iusticia iudicaturũ. De hoc dei throno, item et de multis thronis, lege apud Danielẽ. Parauit igitur thronũ, & in eo sedit antiquus dierum, ut ait Daniel.

Meminerint potestate præditi.

Thronus.

Daniel. 7.

Et ipse iudicabit orbem terræ in ęquitate.

Idem ipse Christus est, qui sedet a dextris dei patris in illo throno, quẽ parauit, interim ut succurrat suis, qui tandẽ in nouissimo die, uniuersum orbem iudicabit, unicuiq; secundũ quod gessit in corpore, siue bonum, siue malum, tribuendo, ut ait apost. Illud nãq; Ezechielis magno terrore, malis et impijs dicet. Ite maledicti in ignem æternum. Bonus uero, post huius uitę bonam peregrinationem, citatis eorum meritis et fidei fructibus, Venite (inquiet) benedicti patris mei, &c. Et ita ut æquum erit, separabit iustos ab iniustis, ut pastor bonus segregat oues ab hædis &c. Idem ergo ipse

2. Cor. 5.

Ezech. 7.

Math. 25.

Iudicabit populos in iusticia.

Idem repetit, ut solet in re tam seria ardentiore affectu, quemadmodum in hoc psal. (ut dixi) totus ardet, præ nimia leticia auxilij, contra tam inuictum alias inimicum, pręstiti. Vel priori sententiæ potius per interpretationem addit. Orbem etenim terræ, hoc est, omnes (inquit) populos, bonos & malos, in ęquitate, et iusticia ita iudicabit, ut suo quoq; tempore, neq; desideretur æquitas, hoc est, iusticiæ lenitas, & misericordia, nec summa illa, & uera, & certa iusticia cum sit iudex, cui resistere nullus potest. Iudicabit itaq; in iusticia populos omnes. In eo igitur, & alio nullo, & certam, & omnẽ suam spem constituant pauperes, & humiles spiritu, priores inimicos neutiq̃ timentes. Nam

Et factus est dominus refugium pauperi.

Et hoc est iustissimũ, hoc æquissimum est, ut contra potẽtiores humilibus succurrat. Pauperes intelligit, non opibus, non huius sęculi diuitijs carentes, sed qui sunt in Christo & fide, (ut ait. D. Iaco.) diuites, & spiritu pauperes, hoc est, humiles quos deus elegit i hoc mũdo. Beati sunt illi pauperes spiritu, inquit euangelista. Et hi sunt pauperes, qui moribus, & uita, uerbũ dei euangelizant, in solo deo sperantes, & ab eo solo auxilium expectantes. His quidem refugium est benignus deus, quoties ad eum certa spe confugiunt, quibus uere factus est.

Adiutor in oportunitatibus, in tribulatione.

In oportunitatibus, id quod exponit ꝓpheta, in tribulatione scilicet. Ad hebraicam itaq; ueritatẽ, explicatior est sensus secũdũ Hieronimũ. Erit dominus (inquit) eleuatio oportuna in angustia. Si uero de spũs tribulatione, quando per carnẽ a recta uia solicitaris, hũc locũ intelligere uelis, tunc maxime oportunũ est,

est, ut ad Christū refugias, quoties ualde stimularis, Pauli exemplo, qui tibi paratus erit adiutor, si perseuerās, certa spe oraueris. Petite (inq̄t) et accipietis, pulsate, et aperietur. Et scimus (inquit Ioan.) quia audit nos quicquid petierimus, sed secundū uoluntatē suam quicquid petierimus, dat nobis optima. Si enī quod petimus non impetrauerimus, haud dubie quod nobis erit multo utilius, dabit. Admonet itaq; ꝓpheta, ut nulla titubatione, sed certa fiducia petat pius christianus. Hinc ait. Eris uere adiutor in tribulationibus.

Luc.11. 1.Ioan.5. Vtiliora dat deus, non quæ petimus.

Et sperent in te qui nouerunt nomen tuum.

Quicūq; nomen dei, hoc est, deum ipsum nouerit, qui huic nomini, & eius ueritati crediderit, procul oī dubio, certo sperare potest, paratū sibi auxiliū. Ad deū sermonē uertit, pro animi ardore, ut oēs persuadeat, postq̄ de dei bonitate docuerit pluribus, ut si qui salutē uelint agnoscentes dei bonitatem, in eo solo spem habeant. Spem (inq̄) certam, quia certo certius dabitur auxiliū ab eo, qui paratus est omnibus inuocantibus eū in ueritate, in certa fide. Tam crebro docet alius nullus omnē spem in solo deo ponendā, certa fiducia impetrandi, q̄ hic noster diuinus ꝓpheta. Noscere dei nomen, est eum cum primis in uerbo suo cognoscere, firmam illi uerbo fidem habere, toto animo deum diligere, & pro dilectione, eius præcepta pro uiribus seruare, in eoq; fiduciam omnē habere. Hi igitur omnes, certissime in te (inquit) sperent, qui noscunt te, quia certo certius sperare possunt.

Frequens est ut doceat I solo deo sperandū. Noscere nomen dei.

Quoniam non dereliquisti quęrentes te domine.

Optima ratio, et euangelio consonās. Quærite (inquit Christus) & inuenietis, pulsate et aperietur. Quærere deū oportet, ut auxiliū petētes ne simus pigri, sed soliciti, uel per importunitatē, ut opportunū auxiliū impetremus. Docet nempe Christus, non solū ut petamus, sed etiā pulsemus, & quoad surgat amicus, perseueranter quidē pulsemus. Docet et noster propheta, ut quęramus, id quod solicitudinē indicat. Docet apost. se dominū terrogasse, ut discederet ab eo carnis stimulus. Quærere deū nullus potest, nisi qui uere deū agnoscit, atq; in eo solo omnē fiduciā habet. Talē pro bonitate nō derelinquit. Postq̄ singularē itaq; dei bonitatē, erga suā ecclesiam prędicauerit propheta, simul & eandem benignitatē paratā omnibus quærentibus eum in ueritate docuerit, omnes nūc admonet, ut quemadmodū ipse in huius psalmi principio, ita & illi domino psallant. Hinc ait

Math.7. Luc.11. 1.Cor.12. Quærere deum.

Psallite domino qui habitat in syon.

Vos qui agnoscitis deum, & speratis in eo, & quæritis eum, cantate domino, & psallite eius nomini, hoc est, agite quas poteritis gratias, qui tam benignum, tamq; paratum deum habetis. Psallite (inquit) illi, qui habitat in syon. Deus nusquam non est, sed maxime in syon. Deus per potentiā ubiq; est, non enim a malis & sceleratis abest, ut eos digne iudicet, uel pœnis afficiat, pro tremenda sua iusticia. Sed per benignitatem, nisi in syon, nisi in ecclesia, & pijs uiris credentibus in eum non habitat. Syon, speculatio interpretatur, quæ nostra ecclesia catholica est, ubi semper Christus adest. Ergo (inquit) uobiscum sum omnibus diebus, usq; ad consummationem sæculi. Non est ergo quod hæretici in deo sperent, qui rectum nomen domini qui habitat in syon non agnoscunt. Sunt enim illi extra syon, extra Christi ecclesiam. Et significanter quidem ecclesia. Syon, hoc est, specula dicitur. Nam sicut terrena illa syon, quo archa fœderis & reliqua quondā sacra omnia deposita erant, in editiore loco sita est, ideo syon dicta, sic & Christi ecclesia, in specula, et eminentiore loco posita, oēs prospicit, et speculatur, ab oībus cerni potest, ut accurrant. Non enim ponitur sub modio, sed super candelabrum, ut qui uelint uidere liceat

De⁹ ubiq; Vbinā habitat de⁹. Syon. Math.18. Hęretici I deo sperare non possunt. Ecclesia omnibus exposita.

Speculatores. Math. 5. Ezech. 33.

ceat omnibus. Est enim ciuitas in monte posita etc. Suos etiam speculatores emittit, hoc est, prędicatores, uel prępositos, qui hominũ mores explorantes, quos solicite corrigant, eos doceant uerbo, et exemplo, ut cęcis uiam monstrent et sua sponte non accurrẽtes, inuitent, admoneantq;, & solicite trahant. In hac itaq; syon, habitat deus, & in ea omnia sacra, quæ ad salutem animarum pertinent, reliquit, & deposuit noster David Christus. Neq; est aliud in hoc sęculo, sanctum sanctorum, q̃ Christi ecclesia. Et illi igitur soli deo qui in hac syon habitat psallendum est, et ille solus, qui habitat in hac syon digne, ut fructũ orationis ferat, psallere potest. Psallite igitur (inquit) omnes uos fideles, domino. Et

Annũciate inter gẽtes studia eius.

Nam hoc est cum primis illi psallere. Nolite (inquit) uos qui dei bonitatem cognoscitis, quiq; tot beneficia a benigno deo recepistis, nimium ingrati silere, sed ei psallite, & eius benignitates, ineffabilẽq; bonitatẽ, pro uiribus inter gẽtes, inter incredulos, annũciate, ut ipsi uerũ deũ citius agnoscant, sic docti a uobis. Alij. Annũciate opera uertũt. Hieronymo, Cogitationes uertit. Sed nostra litera longe melior, et locupletior uidetur, quę studia uertit, id quod oĩa, & beneficia, & amores, et beneuolẽtias, et opera, et cogitatiões, et oẽs animi conatus cõtinet. Hęc sunt partim mirabilia, de quibus in psalmi principio dixit. Hęc igitur (inquit pphęta) sunt quæ a fidelibus inter gentes annũcianda prędicandaq; sunt, ut p annunciationẽ nostrã qui credimus, eorũ animas qui non credũt, benigno deo lucrifaciamus. Hęc (inquit) annunciate, & audacter quidem, cum sit certius nihil q̃ dei parata bonitas in suos.

Quoniam requirens sanguinem eorum, recordatus est.

Vltio dei in aduersarios pro suis.

Dei etenĩ studia, et benignissimus amor erga populum, & gentes, quę in eum credere uolunt, manifesta, & certa sunt, qui suorum humilium & recordatur, & eorum sanguinem requirit a tyrannis, & malis hominibus, a quibus uexantur. Nam & suos liberabit, & ulciscetur, dignis pœnis tyrannos afficiens. Hoc est, requirere sanguinem, quod ad hunc locum attinet, tyrannos ad iudicium scilicet uocare, ut crimini respondeãt, et condemnati, iustis pœnis afficiantur. Sic uocauit deus Cainum, Abelis fratris sui sanguinem ab eo requirens. Clamabant iudæi quoq; contra Christum. Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Nõne requisiuit deus sanguinem iusti, & iustorum, ab eis quos prorsus deleuit? Venit plane super eos omnis sanguis iustus. &c. Deus itaq; requirit sanguinem suorũ, & eorum recordatur. Non enim negligit, neq; suorũ obliuiscitur clamantiũ ad eum, quia

Requirere sanguinem. Genes. 4. Math. 27. Math. 23.

Non est oblitus clamorum pauperum.

Tam benigne exaudit suos iniuste oppressos. Et licet forte auxilium non adeo præsentaneum est, q̃ optamus, non tamen obliuiscitur clamorum suorum pauperum, & humilium qui in eo solo omnem spem suam ponunt. Differt nonnunq̃ haud dubie in maiorẽ nostram utilitatem. Succurrit enim in opportunitate. Tribuit optima. Licet ergo nõ adsequimur, quod cupimus, quodq; solicite petimus, sciens illud non expedire nobis, de utilioribus prospicit. Sic enim ait Ioan. Scimus (inquit) quod audit nos quicquid petierimus, sed secundum uoluntatem eius quicquid petierimus, dat nobis optima. Sinit in hoc sæculo, ut sui uexentur, ut pro momẽtaneis hic lachrimis, perpetua tandẽ fœlicitate fruantur. Et magnificatur Christus, siue per uitã, siue per mortem suorũ, teste apost. Hinc admonet egregie Ecclesiastic. Sustine sustentationes dei, coniungere deo, & sustine ut crescat in nouissimo uita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe, & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum,

Deus auxilium differt & ... 1. Ioan. 5. Philip. 1. Ecclesi.

gentum, homines uero receptibiles, in camino humiliationis. Crede deo, et recuperabit te. etc. Hactenus ille. Est igitur opus in tribulatione, cũq; urgeat persequutionis tempestas, patientia. Et illa patientia, non peribit in finem, ut in alio psal. Illa uero est certa spes, quam habere possumus in auxilio dei, quod per patientiam expectamus, ut ait apostol. De hac patientia sæpe admonet apostol. et se dixit in tribulationibus gloriari, quando tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem, etc. Postq̃ itaq; hanc certam spem habendam docuit propheta, nunc supplex deum orat, suo nos docens exemplo.

2. Cori. 12

Opus patientia.

Psal. 9.

Rhom. 8.

Miserere mei domine.

Tu enim solus est qui potes. Misereris (inquit sap.) omnium, quia omnia potes. Miserere (inquit) mei, ut quemadmodum fecisti, ita & semper facias, me in tutelam suscipias, defendas, ut meorum inimicorum frameæ deficiant. Sic orat piorum mater Christi ecclesia, quæ nunq̃ uacat hostibus, pro suis fidelibus membris. Miserere supplex (inquit) oro.

Sap. 11.

Vide humilitatem meam de inimicis meis.

Humilitatem, in hoc loco afflictionem intellige, quam suffert ab iniquo iustus, a superbo tyranno, spiritu pauper. Quod ait, uide. non hoc ait, ut deũ non putet uidere quicquid est, pariter & scire, priusquam fiat. suorũ maxime pios mores, quos libenter agnoscit neq; non & in persequutione, patientiam propter iusticiam perspicit, & suorũ in angustijs recordatur, neq; obliuiscitur clamorum, ut paulo ante. More itaq; humano, deum uerbis & orat, & alloquitur, quẽadmodum sæpe orat, ut surgat, & uelociter surgat deus, cupiens deũ precibus excitare, præ auxilij nimio desyderio. Vult quoq; deus ut oremus, & petamus, ut in eius memoria exerceamur. Quamuis itaq; benignus deus nihil ignorat, omniaq; non rogatus, ultroq; quæ utiliora sunt homini tribuit, illi tamen, & gratißimæ sunt nostræ preces, & nobis utilißimæ. Libenter enim agnoscit orantis certam fidem, indubitatam spem, & ardentem, sed humillimũ erga eum spiritum. Quæ omnia in orante necessario requiruntur. Sunt plane utilissimæ supplices nostræ preces nobis, quibus, quæ nobis optima sunt, facilius adsequimur. Hinc præcipit. Orate (inquit) ne intretis in tentationem. Suos itaq; docuit orare. Cum oratis (inquit) dicite. Pater, &c. Item, petite, & accipietis. Lege Erasmum in libro de modo orandi. Vult enim ut ab eo petamus nostra causa, ut eius frequentius recordemur, a quo omne bonum expectatur. Nam in oratione cõuersio cordis est ad deum (inquit August.) & animum serenat atq; purgat a temporalium rerum cupiditate, postq̃ in cœlis cõuersatur per internam animi meditationem ad deum, illumq; capatiorem efficit spiritualium donorũ. Hinc non omnis ad deum oratio, est petitio, sed quando uel gratias agimus, uel dei aut sanctorũ in eius gloriam laudes canimus, probe oramus, quia animum ad deum attollimus, læta eius memoria, laudes beneficia, et gloriam eius magnificantes. Orationis igitur, & multę species, & multę partes sunt, quas pulchre docet. D. Ambros. de sacramentis, libr. 6. cap. ultimo. Sed explanationem uideamus. Vide (inquit) & considera afflictionem meam, ut me tuearis de inimicis meis, de carne, de mundo, de diabolo, de tyrannis, de persequutoribus, de hereticis deniq;, qui me suis dolosis machinis, suis impijs armis, suis truculentis persequutionibus, humiliauerunt, depresserunt, & despicientes multis malis affecerunt. Felix itaq; sic uertit. Respice afflictionem meam, ex odio persequentibus me. Alius uero, uelut priorem sensum explicans, sic uertit. Respice afflictionem meam, quam ab his, quibus odio sum, perfero. Hoc ait ecclesia, hoc ait fidelis populus. Tu ergo miserere

Humilitas afflictio.

Vult orari deus.

Oĩo nostra grata deo.

Luc. 11.

Augus. in sermone de mõte.

Oratio.

ſerere mei benigne (inquit) deus, quia tu ſo-
lus es.

Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem oēs laudationes tuas in portis filiæ ſyon.

Exaltat deus hominē de portis mortis, quando a pręſentaneo interitu, uelut ab illo mortis limine, ſiue in ſpiritu, ſiue in corpore, ſiue in utroq; liberat. Hinc uertit alius. Attollis me de limine mortis. Mortis portæ ſunt, non modo imminentia, & præſentanea corporis pericula ab externis hoſtibus, ſed multo magis carnis mortalia uitia, quæ nos in mortem æternam ducunt. Vel corporis ſenſus, mortis portæ ſunt, uiſus, auditus, &c. quæ ſunt feneſtræ, & uitiorum (inquam) portæ, ſi illis abutamur. Aſcendit mors (inquit Hiere.) per feneſtras ueſtras. Vel diabolus, qui per huius ſæculi lenocinia, ad mortem portas aperit mille meandris. Vel hæretici, et omnes falſi contionatores, qui falſa ſua doctrina, plęriſq; animis ad mortem portas aperiunt, uel ſcelerati, qui proximo nocere ſtudēt, quiq; ſuę uitę pernitioſo exemplo alios illiciunt. Omnia deniq; carnis opera, de quibus apoſt. ad Galath. mortis portæ ſunt. Has quidem inferi portas appellat Euangel. Super hæc omnia (inquit) exaltaſti me, & de omnibus uictorē effeciſti, ut annuntiem has tuas laudes, hæc tua mirabilia, ut in pſalmi principio, in portis filię ſyon, in locis maxime publicis. Sic enim iure obligor, ut illi quoq; tuam potentiam, tuam bonitatem agnoſcant, te laudent, & glorificent. Annunciare etenim in portis filiæ ſyon, non aliud eſt, ꝙ apud frequentiſſimū populum, qui ciuitates incolunt, dei laudes, & gloriam prædicare. Eſſe quidem ſolebant in ciuitatum portis publica iudicia, quo populi frequentia conueniebat. Aſcendit (inquit) ad portas, & ſedit ibi &c. Iudices, & magiſtratus conſtitues in omnibus portis eius, inquit Moſes. Significanter itaq; portas, pro locis maxime publicis ponit, ubi & conuentus fiunt, & cuilibet conuenire liceat. Filia uero, uel filiæ ſyon, ſunt omnes qui fidelium numero habentur. Illius filij ſeu filiæ ſunt, qui habitant in ſyon, ut paulo ante diximus. Et recte quidem filiæ ſyon fideles animæ appellantur, cum de illo ſancto monte, uelut a parente emanet omnis ſalus. Hoc enim prædictum erat. De ſyon (inquit Eſai.) exibit lex, & uerbum domini de hieruſalem. Et iterum, Dabo in ſyon ſalutem. Item, ueniet de ſyon (inquit idem, ſecundum. 70.) qui liberet. Qui his uerbis dei credunt, filiæ illius ſyon, unde uerbum proficiſcitur, recte appellantur. Hebręorum itaq; & populus, & ciuitates, filiæ ſyon a prophetis appellantur, non a mænibus, aut domibus, ſed a populo tum quidē electo dei. Si abluerit dominus (inquit Eſai.) ſordes filiarum ſyon &c. Ipſam ciuitatem hieruſalem, filiam ſyon appellat. Et derelinquētur (inquit) filia ſyon. Item Hiere. in lamentationibus. Et egreſſus eſt (inquit) a filia ſyon, omnis decor eius, &c. Filiæ ergo ſyon, uel filiæ hieruſalem, & homines, & ciuitates, & oppida filiorum iſrael, appellabantur. Erat enim populus electus, qui modo ſunt filij alieni. De Chriſti igitur eccleſia, & in eum credentibus, qui nunc uere ſunt filiæ ſyon, loquimur. Illa eſt eccleſia, quæ ait. Me exaltaſti de portis mortis, & mihi ſalutem præſtitiſti. Vt annuntiem &c. Pro hac igitur tua (inquit) bonitate qua liberata ſum.

Portæ mortis.

Hiere. 9.

Galath. 5.

Math. 16.

Portę filię ſyon.

Ruth. 4.

Deut. 16.

Filię ſyon

Cur filię ſyon fideles.

Eſai. 2. & 46.

Eſai. 4.

Hiere. 1. Thre. 1.

Exultabo in ſalutari tuo.

Eſt enim æquiſſimum, ut in hac tanta ſalute tua exultem, & gaudeam. Solet enim noſtra æditio, pro ſalute, ſalutare, in locis fere omnibus uertere. Exempla paſſim ſe offerunt in pſalmis. Exultabo (inquit) &c. quia ſic me exaltaſti, ſic uiciſti inimicos, qui proſtrati ſunt, & deleſti gentes, huic tuæ eccleſię inimicos. Nam

Infixę ſunt gētes in interitu, quem fecerunt.

Gentium appellatione, quia deū non agnouerūt, priores omnes inimicos intelligamus, Chriſti et ſuorū hoſtes.

Per in bo ni & ma li parte.

Iohan.

Pſal. 35.

Eccleſ. 6.

Hiere. 2.

Paras

Parauerūt (inqt ecclesia Christi) et fecerūt fidelibus, & pijs uiris laqueos in interitum, persequutores, hæretici, idololatræ & cæteri eius inimici, sed in eisdem ipsi infixi sunt, & in eodem luto adhæserunt, & suo gladio iugulati sunt, inciderunt in foueam, quam fecerunt. Dic in psal. 7. Paulo clarius secundū hebraicam literam, sic uertitur ab Hierony. Demersæ sunt gentes in interitu, quem fecerunt. Exempli causa. Qui maxime ecclesiam persequuti sunt, nonnulli interim mala morte perierunt. Nero seipsum interfecit, Domicianus a senatu damnatus est. Arrius hæresiarcha crepuit. Fuerunt fateor complures, quos huius sæculi aduersa non attigerūt, longe infœliciores illis, quos deus in hoc sclo afflixit, ut uel futuri sęculi faciliore pœna afficerentur. Infixę ergo sunt gentes, &c. et

Psal.7.

Persequutores ecclesiæ.

In laqueo isto quem absconderūt apprehensus est pes eorum.

Idem repetit alijs uerbis, ut maleuolos magis ac magis admoneat, simul & laudationes, & mirabilia dei narret abundantius. Illi (inquit) qui male alijs minabantur, in suismet laqueis quos in aliorum perniciem struebant occulte, cōprehensi, & illaqueati sunt. Alius perspicue uertit. In rete quod absconderunt, captus est pes eorum. Sic dolose in pios suas calumnias, suas fraudes, suos improbos conatus promouent impij. Sed alijs nocere studentes, comprehensus est pes eorum. Pes quidem in hoc loco, est uoluntas, et affectus, pernitiosum conatum perpetrandi. Pede etenim itur, ad conficiendum negotium, siue bonum, siue malum. Si ambulaui in uanitate, & festinauit in malo pes meus, (inquit Iob) etc. Orat igitur in alio psamo. Non ueniat mihi pes superbiæ, hoc est, q̄uis cogitatio subrepat, non ueniat affectus tamen superbiendi & consensus. Admonet itaq; sapiens, ut pedem in sapientiæ compedes inijciamus. Idem esse uidetur, quod ait Hieremias, ut pedem nostrū a nuditate prohibeamus, hoc est, non relinquamus affectum nostrum suo arbitrio,

Pes in bo ni & mali parte.

Iob.31.

Psal.35.

Eccles.6.

Hiere.2.

cum sit cohibendus sapientię & doctrinę dei compedibus, ut ait sap. Sed priores impij cum omnem dei sapientiam spernerent, in laqueo suo comprehensi sunt. Et illico clamabunt cū rege Nabuchodonosor. Benedictus deus Sidrach uidelicet &c. Agnitus est itaq; dominus, tale iudicium faciens, ut ab alio uertitur. Mire quidem pro suis facit iudicium, quando suis proprijs machinis capiuntur, & prosternuntur inimici. Nam

Daniel.3.

In operibus manuum suarū comprehensus est peccator.

Iterū atq; iterū idem repetit, inculcat pre nimio gaudio, nimioq; animi ardore. Nunq̄ ardentiore affectu scripsisse uisus est ꝓpheta, q̄ in hoc psal. Exultabo (inqt) etc. quoniā infixę sunt gētes, &c. cōprehēsus est pes eorū &c. in operibus suis &c. Rationi consonū est, ut in eo qs puniat, in quo delinquit, utq; suomet malo pereat, ut eadē mensura metiatur, &c. ut ait euang. Id quod illis plane euenit, qui in suis loqueis cōprehendūtur, quos dolose alijs parabāt ipsi suis manibus, sua opa. Est etenī iustū, et benignū dei iudiciū, ut iusti euadant, & suis impij laqueis pereant. In eodē ligno quod Mardocheo parauerat, ipse appēsus est Amon. Iniquitates suæ (inquit sap.) capiunt impiū, & finibus peccatorū suorū constringuntur. Hi digni sunt, qui pœnis afficiantur. Hinc orat in eos propheta.

Quo quis peccat eo punietur. Math.7.

Hester.7.

Prouer.5.

Conuertātur pctōres in infernū.

Nisi resipiscant, ut qui alijs in hoc sæculo suis iniquitatibus nocent, hinc in alium eis dignum locum, in infernum scilicet, cōuertantur, hoc est, in puluerem, in cinerem redigantur, & moriantur, et absorbeat eos terra, & ueniat super eos mors, & descendant in infernū uiuentes. Is enim locus (ait Christus) paratus est diabolo, & angelis eius. Angeli eius sunt, hęretici, idololatrę, et Christi ecclesię, hoc est ueritatis inimici, et persequutores oēs. Hos diaboli angelos uocat. Nēpe angelus nūtius est uel bonus, uel malus. Diabolo, mali, & impij homines uere nuntij sunt, qui suo sce-

Psal.108. Math.25.

Angelus diaboli.

suo scelerato exemplo, bonos seducũt, in bonosq; & pios uiros suas improbas uires, sua arma parant, & exercẽt. Sunt (inq̃) et nũcij et filij, quia diabolum patrem habent. Quod ait, cõuertant &c. non tam optat propheta, ut in infernũ cõuertantur, q̃ futurũ prædicit, & admonet. Frequens enim illa phrasis est loquendi prophetis, ut cũ optare uideantur, uel admonent, uel prędicunt. Indignum quibusdam uidetur, uel propheta, uel quouis uiro bono, alteri malũ imprecari. Quin longe aliud sentire non pauci interpretes uidentur, apud Galath. in illo loco. Vtinã abscindãtur qui uos conturbant. Licet enim (modo reserat non suæ sed dei uoluntati, et iudicio) optare ut tollantur e medio scelerati, qui alias futuri sunt pijs multis exitio. Neq; aduersaf dilectioni proximi, quando male imprecatur non suis, sed dei inimicis. De illis enim intelligit. Neq; tamen hominibus aut male cupit, aut male precatur, quos resipiscere optat sed pctis eorũ, iuste irascitur. Sic se dei inimicos ait perfecto odio habere. Hinc [statim] sequit.

Optare ꝓphetis, uel admonere est, uel prędicere.

Galath. 5.

Optare licet ut pereãt mali qui deo sunt inimici.

Psal. 138.

Et oẽs gẽtes quę obliuiscũtur deũ

Hinc manifestũ est eos dei inimicos esse. Nostros uero priuatos inimicos, a..eo diligere tenemur, ut etiã illis benefacere, et bene imprecari debeamus. Benedicite (inquit apost.) ꝑsequẽtibus uos, benedicite, et nolite maledicere. Qui autẽ in deum inimici sunt, quibus male imprecemur digni sunt. Sic orat in alio psal. Exurgat deus, & dissipenf inimici eius, scelerati uiri, ecclesiæ Christi, & seruorũ dei persequutores, hęretici, &c. Ii sunt, qui uere dei, & potestatis suę obliuiscũtur, imemores mandatorũ eius, & uerbi contemptores. Nã qui uos spernit (inqt) me spernit. Et me priorẽ uobis odio habet, inquit Ioan. Persuasum itaq; habeant (inquit propheta) quod tanq̃ filij diaboli, ad suum patrem in infernũ conuertentur nisi resipiscant.

Dilectio inimicorum.

Rhom. 12.

Psal. 67.

Luc. 10.
Ioan. 15.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis.

Nam illi deum non obliuiscuntur, deus ergo eorũ non obliuiscetur. Non enim derelinquit quęrentes se, (ut supra in hoc psalmo) in finẽ inquit, q̃uis interim per patientiã sufferant, quãdo erit tamẽ iustorũ ab impijs separatio, uel in hoc sc̃lo post aliquã diuturniorẽ forte patientiam, nõ erit deus pauperũ suorum, & humilium afflictorũ tandem oblitus, sed certo certius patientiã remunerabit, & sui pauperis erit in oportuno tẽpore memor. Redimet (inquit idem) animas seruorũ suorũ.

Pauperũ tandẽ recordatur deus.

Nam patientia pauperũ non peribit in finem.

Iterũ affirmat, ut persuasum faciat. Humilis enim paupertas, a tyrannis et ꝑsequutoribus afflicta, pro momentanea patientia, æterna tandem gloria remunerabitur, nõ solum non peribit. Ad patientiã hortatur, quã fides & spes nutrit. Et huius spei fructũ per patientiã expectamus. Vtrũq; docet noster ꝓpheta, et ut patientiã habeant humiles, & spem certã in deo constituant, tanq̃ si his uerbis admonuisset. Patientiã habetote uos pauperes, & mũdana potentia oppressi, nulla iusta causa. Et certi estote quod in finem non peribit illa uestra patientia, sed eueniet uobis nõ aliter, q̃ quod ait sap. Visi sunt oculis insipiẽtiũ mori, et estimata est afflictio exitus eorũ. Illi autẽ sunt in pace. Sustine igitur in finẽ. Nam qui sustinet in finẽ, hic saluus erit, inquit Christus. In finem sustinet, qui uoluntatẽ, et gratiam dei expectat. Affligit deus, non ut perdat, sed uel ut delinquentem ad pœnitentiã reuocet, uel ut pium uirum, in suam utilitatẽ exerceat. Contra has igitur afflictiones indignari, peccatũ sit necesse est, et inobedientia erga deũ, quia fiunt uoluntate dei, patitur enim deus. Et nobis sunt signa non iræ, sed bonitatis eius erga nos, quando nos pro dilectione admonet & corrigit. Inuocãdus est igitur deus, & expectãda eius bonitas, in oĩ afflictione spontanea patiẽtia. Locus inuitat ut paucis addã de paupertate, quę multiplex est. Quarum oĩm illa pessima est, quę animã ex ini-

Patientia spes firmat.

Sap. 3.

Math. 10.
In finem sustinentia.

patientia ferẽdę afflictiones.

Pauperes multiplex.

Luc. 9.

ex iniquitate, fœda paupertate afficit. Sunt enim animæ diuitiæ, fides, spes, charitas. His contraria, infidelitas, contemptus uerbi dei, desperatio, cõtentio, odiũ, omnisq; in proximũ maleuolentia, et carnis opera. Hi semper egent, & esuriunt, ut in psal. 33. Huic paupertati proxima uidetur, quę ex improba cupiditate oritur inopia, cuius sitis, neq; copia, neq; inopia extinguitur unq̃. Non enim ex copia, sed ex animo metiuntur diuitiæ. Non qui parum habet, sed qui plus, nimiũ solicite cupit, plane pauper est. Nec census copia, sed uitæ frugalitas inopiam fugat. Est & spontaneę improbitatis alia paupertas, huiusmodi erronum, & nebulonũ, qui nulla necessitate, nullo morbo coacti sunt, sed ut licẽtius uiuãt, qui turpem inopiam, honestioris uitę mediocritati prętferũt. Hos indignos hominũ commercio, indicat apost. Est et nõnunq̃ necessitatis paupertas, mendicitas scilicet, non uoluntaria, quæ misericordiam meretur. De his intelligit Christus dicens. Pauperes semper habebitis uobiscũ. Est quoq; persanctę, spontaneęq; uoluntatis, & affectus paupertas, ut liberius seruiatur deo, modo facessat omnis inanis gloria, omnisq; hypocrisis, quam paupertatem perpauci accipiunt. Hi sunt spiritu maxime pauperes, huius sęculi diuitias contemnentes, & pendẽt a solo deo, de crastino non adeo soliciti. Id quod omnes christianos decet, atq; ad omnes pertinet, ut anxiam scilicet omnẽ solicitudinẽ abijciant, contenti sua sorte. Hi sunt de quibus in euãgelio, perfecti, qui omnia uendunt, & dant pauperibus, hoc est, animi promptitudinem habent, ut omnia pro Christi nomine deserãt, si res exigat, ut toties elargiãtur pauperibus, de paruo quod habẽt, quoties erit iusta occasio. Nec soliciti sunt ĩmoderato animi affectu, ut diuitias augeãt, prętsentaneis rebus quęq; sunt contẽti. Hi sunt, qui relictis omnibus quæ possident, Christi paupertatẽ affectu sequuntur, habentes quasi nõ haberẽt. Christus uero loculos habebat. Dixit igiť discipulis. Date illis mãducare. Neq; respondebant discipuli, mendicantes ibimus, ut quęramus panem, sed non est (inquiunt) quod demus, nisi nos eamus, et emamus &c. Abierant in ciuitatem, ut cibos emerent, inquit Ioan. Non est ergo euangelica paupertas, illa uoluntaria, ociosaq; mendicitas. Illi igitur, qui excitauerunt scismata, quia negabãt sacerdotibus licere tenere possessiones, & propriũ, plane seditiosi iudicãdi sunt oĩm patrũ iudicio, ut nihil addã de Melanctone, in articulo de ecclía, in confessione germanica. Nam tenere propriũ, ciuilis ordinatio est, licet enĩ christianis uti ciuilibus ordinationibus, sicuti hoc aere, hac luce, cibo, potu, inquit ille, modo diuitijs cor non apponant. Sint mores igitur uestri, sine auaritia, inquit apost. Non ait, non possideatis, inquit ibi Chrisost. Diuitias ergo possidere, nõ ingratũ est deo, modo qui possidet, ab illis non possideatur. Ioseph Christi erat discipulus, qui corpus a Pilato petijt, & quidem diues. Sed quid attinet de hoc exẽpla adferre, quũ toties memorant diuites christiani, q̃ sanctos hospitio receperunt, & suis opibus iuuabãt. Nec imputabatur Ananię, et Saphirę uxori suæ, quod agrum, et possessiones retinerent, sed quod spirituisctõ mentiti sunt. Nullę igitur diuitiæ iuste acquisitæ sunt improbæ, sed quod insolentes homines nõnunq̃ efficere solent, magnopere caueant sibi qui possidẽt, ut honeste, et pie fruantur beneficio dei, et possideant tanq̃ non habentes. Non eos qui habent diuitias, sed eos qui uti his nesciãt, sententię cœlestis authoritas condemnat, inquit D. Ambr. in cap. 6. Luc. Neq; prohibet rerũ possessionẽ euangeliũ, quando ne soliciti simus admonet, neue de crastino cogitemus, ut nihil pecunię seruetur a sanctis, sed ne deo pro diuitijs seruiať, & propter inopię timorẽ iusticia deseratur, inquit Augusť. super Ioan. tractat. 62. Neq; ut agrum colamus, aut laboremus, dehortatur euang. Manibus enim uictum quærebat Paulus, sed spem in diuitijs ponere, uel questus earũ causa, dei uoluntatẽ negli-

Psal. 33.

Auaritia paupertas.

Improbi errones.

2. Tessa. 3.

Spontanea paupertas.

Luc. 9.

Ioan. 4.

A rerum possessione arcetur nullus, iure diuino.

Hebr. 13.

Act. 5.

Diuitiarũ pernities.

negligere, nimium illis cor apponere, & eas tam charas habere, ut pro iusta occasione, æquo animo nolit amittere, hunc solicitũ (inq̃) et diuitijs deditũ animũ habere phibet euangel. Alias quidẽ creaturę dei sunt, et in usum hominũ datę. Neq; nõ habere necessarias diuitias potest uerbi minister. Vult enĩ apostolus, ut sit hospitalis, & familiã probe regat. Neq; hęc tam solicite adfero, ut Episcoporũ et sacerdotũ auaritiam tuear, sed cum non sit alienum a uerbo dei, ut poßideant, id doceo. Quod autem mandat Christus ne argentũ, aut aurũ, &c. secum ferant, ut expeditiores ad euangelij negotiũ sint, dehortatur Christus quadã hiperbole (inqt Hiero.) ut mores habeãt sine quauis auaritia, ut ait apost. Qui uero sic poßidet hęc bona, ut libẽter in proximi usus quoties urgeat iusta causa ea impendere paratus sit, neq; diuitiarũ causa insolescat, si amittantur æquo animo fert, plures anxie nimis non cupit, frui dei beneficio malum esse non potest. Suimet quoq; rationẽ in dispẽsandis diuitijs, quenq̃ habere posse, quis dubitat? Non enim non potest sibi retinere, quod cõmodum est, familię, & hospitalitatis gratia. Hinc orat sap. Mendicitatẽ & diuitias ne dederis etc. sed tribue necessaria etc. hoc est, affectum mediocritatis, et animũ sua sorte contentũ tribue. Non enĩ malũ afficiũt diuitiæ, nisi male utaris. Sunt quidẽ, ut solet uulgus uocare, bona, si probum dispensatorẽ reperiant. Hic etenim non dominus est qui poßidet, sed rerũ dispensator est. De se uero neq; bona neq; mala sunt. Perinde igit sunt, atq; possessorem habent. Si igitur adfluant, nolite cor apponere, ne sit iniquitatis mammona, ut ait euangel. Id quod apud Marcum plane docet Christus. Filioli (inquit) q̃ difficile est confidentes in pecunijs, in regnũ dei introire. Beatũ itaq; uirũ uocat sapientia, qui post aurũ non abijt. Sed eam paupertatẽ in præsentia tractamus, quę pro Christi nomine per patientiã oĩa suffert, oĩaq; Christi causa relinquit, et uxorẽ, et patrẽ &c. Et hos potißimũ pauperes, qui sunt uere pauperes spũ, respicit deus. Ad quẽ respiciã (inquit Esai.) nisi ad pauperculũ, & contritum spiritũ, & trementẽ sermones meos. Oculi quidẽ eius, in hanc paupertatẽ respiciunt. Sine hac spũs paupertate, & humilitate, & patientia, uere christianus, nemo esse potest. Omnibus enĩ christianis ait Christus. Discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Neq; impedit regię potestatis dignitatẽ, aut diminuit hæc humilitas, sed ei similiorẽ efficit, cuius gerit uices. In oẽs uero supbos nũc orat propheta.

Animi ĩ diuitiis moderatio.

puer. 30.

Diuitiarũ vsus.

Luc. 16.

Marc. 10.

cap. 31.

Math. 19.

Esai. 66.

Spũs paupertate, opus est.

Exurge dñe nõ cõfortetur homo

Tam in huiusmodi inimicorũ, et superborum detestatione, q̃ in pauperum, & innocentium tuitione, uehemẽter spiritu cõmotus ppheta, postq̃ pauperes, & afflictos animauerit, securosq; diuina promißione reddiderit, eorum scilicet non esse deum oblitum, nec illorũ patientiam de persequutoribus, & tyrãnis, in finem perire, sed auxilium præstitũ iri in tempore, raptus esse subito uidetur (ut nonnulli interpretes in hoc loco sentiũt) in futuri ipsius antichristi memoriam, omnium sceleratorum sceleratißimi, præuidens q̃ sit futurus omnium tyrannorũ truculentißimus, tamq; animarũ, quàm corporum sæuißimus hostis. Quicquid enim garriant nostræ ætatis nonnulli arrogantes scioli. Diuum Cyprianum non puduit adserere, antichristum hominem futurũ quendã specificum in nouißimis diebus, sæuißimum fidei hostem, rediturumq; translatum, ut ait apost. quo nam scit deus solus, Enoch illũ, qui antichristũ confundat. Neq; non idẽ sentiunt, et Chrisost. et Theopilact. quod ad futurũ antichristũ attinet, in cap. 2. ad Thessal. 2. Neq; tamẽ non antichristiano nomĩe digni sunt, qui illũ suis moribus interim referũt, cũ sint nũc multi antichristi, ut ait Ioan. Huiusmodi itaq; recordatione excitatus ppheta sic orat uehemẽtius. Exurge domine, nõ confortetur homo, nõ roboretur, ut alij uertũt, nõ patiaris amplius, ut improbę uires eius augeantur, per longã nimis patientiã

Antichristus.

Cyprian. in lib. 2. ad quirinum, cap. 118. et in tractatu de Sina & Syon.

Hebr. 11.

1. Ioan. 2.

tientiā tuā. Homo iste, non modo uetus, sed etiam dei, & Christi hostis erit, qui non renouabitur, nec ueterē hominē illū exuet, sed de malo crescet in pessimū, qui terrā cōcitabit, et cōmouebit reges, & orbem terrę totū

Esai.14.

desertū ponet, ut ait Esai. Vel homo dicitur, qui q̃uis se deum faciet, erit tamen mortalis

Homo.

homo, et oīm quidē sceleratissimus. Hominis appellatio, nonnunq̃ in sacris literis hominis miseram uilitatē, seu carnalē spurcitiā significat. Id quod non alienū est ab hoc loco. Est quoq; idem omnis homo sine gratia, cum sit homo ipsa uanitas. Vanitas uanitatū, ut ait

Psal.38.
Psal.48.

sap. Sic nō intelligit homo suū honorē, similis bestię. Ait igitur idē propheta. Quid est homo, quod memor es eius? Est enim de se,

Iob.17.

et stercus, et terrae putredo, ut ait Iob. Hominē antichristū appellat Paulus, sed cū epitheto, uel adiectione, quae illum hominē, hoc est, scelestū prae caeteris designet. Nisi prius

2.Thessalo.2.

(inquit) uenerit discessio, alias defectio, uel apostasia, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, &c. De quo illo quondam specifico futuro antichristo, postq̃ hunc psal. interpretantur patres, paucis secundū ecclesiasticos scriptores, dicemus, de initio, et pgressu illius pessimi uiri.

De antichristo secundum ecclesiasticos scriptores.

Iudaei Christo non credētes, messiā Christū suū stulte expectātes, cupiebant, quēadmodū adhuc insane cupiunt, credentes a fide Christi Iesu auertere, et seducere, quoniā multi seductores exierūt in mundū, qui non confitentur Iesum Christū uenisse in carnē, inquit Ioan. in. 2. epl'a. Fingebant igitur multa, quibus astruerent suum Christū non dum uenisse, sed breui uenturū, ut uere christiani a uero Christo abhorrerēt. Cui errori in priore loco medetur apostolus, adserens non illū iudęorū Christum, hoc est, antichristum, prius uenturū, nisi antea fuerit defectio populorum a Rhomano imperio. Id quod iam diu impletū prope uidemus. Nunc enim absoluta fruuntur potestate, qui Rhomano imperio subditi erant aliquando reges et principes, qui eodem iure libertatē adepti sunt, quo amiserunt. Antichristum itaq; nostrum tractemus, qui nascetur in Babilonia, de genere iudęorum, de tribu Dan. A paruo et obscuro, per fraudes, & dolos, crescet in gygantem, & cruentissimū tyrannū. Rhomanum imperium subijciet. Orbi toti dominabitur, praeter Arabiam, quam nō attinget, quo sancti ad deserta confugient. In templo dei Hierosolimis, uel (ut Hiero. uidetur, itē Chrisost. Theophilact. et alijs) in Christi ecclesia sedebit, cum in omni loco suos habebit pseudoapostolos. Circumcisionem accipiet, aliosq; ut accipiāt coget. Adseret se iudęorum messiam, qui ab omni orbis parte ad eum conuenient. Filius perditionis, hoc est, filius prescientia perditus, filius diaboli, natus ex illegittimo coitu, Christo, & euangelio, prorsus aduersabitur, et ideo dictus antichristus. De illo igitur dicēt (ut ait Marcus) Marc.13.

Ecce hic est Christus. Christianos, qui se nō fuga seruauerint, uel a Christo alienabit, uel prorsus interficiet. Nam sanctos altissimi (ut ait Daniel) conteret. Daniel.7.

Quorū longe maiorē partem, uel honoris, uel muneris largitione, uel tormētorū immanitate, uel pręstigijs, decipiet. Patiet eum deus, uelut miracula operari, diabolica arte. Nā ędet signa, & pdigia ad decipiendū, ut ait Marcus in priore loco. Hūc itaq; draconē admirabit uniuersa terra, et eū multi adorabūt, inquit Ioan. Arrogātia Apoc.13.

uincet, qui antea fuerūt oēs. Se uero, nō filiū dei, sed ipsum solū deū affirmabit, cogetq; ut eum solū adorent oēs. Putabit (tantū patiet deus) se posse mutare tēpora, ut ait Daniel. Daniel.7.

Tempus erit quale nō fuit, ab eo, quo gentes esse coeperūt. Nā in diebus illis (inqt Ioan.) quęrent homines mortem, & non inuenient, desiderabunt mori, & fugiet ab eis mors. Iudas, rerum ecclesiasticarum uetustissimus scriptor, pre persequutionis magnitudine, putabat antichristum futurū aetate sua, ab hinc circiter mille trecentos annos.

Iudas suo tempore metuebat antichristi aduentū.

Pręualebit in hac ingenti malicia perditionis filius, tribus annis, et sex mensibus. Nam durabit in tem-

Tẽpus tyrãnidis antichristi. pus & tempora (inquit Daniel) et dimidium temporis, id est, tres annos. Vnum enim annum integrum, tempus appellat. Tempora uero, duos annos. Dimidium temporis, sex menses. Sanctã ciuitatem calcabunt gentes

Apoc. 11. (inquit Ioan.) mẽsibus quadraginta duobus. Hanc sanctam ciuitatem, uniuersam Christi ecclesiã intelligo. Postremo ibit in uerticem montis oliueti, ubi Christus ad patrem ascendebat, cupiens suis solitis præstigijs ascensionem quoq; mentiri. Sed tum quidem dei gloria manifestabitur. Deorsum etenim, in aerem subleuatus, pręcipitabitur, & corruet

Esai. 14. in terram, qui uulnerabat gentes, ut ait Esai. Post cuius interitum præualebunt sancti, & antichristi reliquias delebunt. Et tunc regnũ et omnis potestas, quę est subter cœlum (in-

Daniel. 7. quit Daniel) dabitur populo sanctorũ altissimi. Deum uehementer in auxiliũ, cõtra tam ualidum hostem, et eius satellites, uocat propheta, Christi ecclesiæ nomine. Exurge (inquit) domine nõ confortetur hmõi homo, nõ animetur, non præualeat homo ille perditus. Non præualeant eius ministri. Sed

Iudicentur gẽtes in cõspectu tuo.

Gentes appellat oẽs propheta, qui uel antichristo credituri sunt, uel adhęrebũt illi. Phrasis est ueteris testamenti, ut gentes nominentur, qui deũ non agnoscũt. Deũ agnoscere nullus eorum potest, qui eius aduersarium sequẽtur. Vt ergo iudicentur in cõspectu dei optat, hoc est, ut eos iudicet deus, & ut meriti sunt (qui solus oĩa iuste iudicat) dignis pœnis afficiat. Hinc ait.

Constitue domine legislatorẽ super eos.

Quia te domine despexerunt illi tui inimici, antichristo audientes, postq̃ te uere benignũ et mansuetum deum qui super omnia pacem, quietem, tranquillitatem, mansuetudinem, & charitatem doces, deseruerunt. Antichristũ igitur & antichristo similes (inquit) præfectos, & iudices qui cruentas leges in eorum ruinam, ut meriti sunt ferant, super eos constitue. Erunt enĩ legislatores, digni tali pplo. De his antichristi legibus, pluribus ĩ hoc psalmo dicetur. Deũ nõ docet propheta, sed gentibus hoc futurũ, uel prędicit, uel cum sint dei inimici, iuste orat. Solet deus suorũ iniurias eo modo in populũ ulcisci, ut tales principes et pręsides habeant, qui eos omni iniuria afficiant, ut in operibus suis comprehendantur scelerati populi, ut supradixit in hoc psal. Et ideo (inquit) constitue eis talẽ legislatorẽ. Malũ populũ, malis magistratib⁹ punit deus.

Vt sciant gẽtes quoniã hoĩes sunt.

Nã per afflictiones, bonorũ direptiones, parentũ & amicorũ interitus, & id genus alia, quę per antichristi leges, & malignitatẽ patientur, scient se homines esse, hoc est, uanos, imbecilles, inutiles, iniurijs, molestijs, & miserijs natos, & obnoxios, quãdiu deum non agnoscunt, non omnẽ spem suã in deo, sed in homine ponant, suis uiribus fidant, dei uelut obliti. His itaq; flagellis, eos afficiet deus, ut eum tandem agnoscant, & abhorrentes ab antichristo, ad Christum conuertantur. Solent enim afflictiones peccatorem ad sui cognitionem cogere, non terrentur. Hic apud hebræos finitur psal. nonus, & incipit decimus. Sed tam uulgata æditio, q̃ septuaginta, quos explanando sequimur, continuũ psalmũ efficiũt. Totũ itaq; mundũ, in maligno positũ cernens ppheta, hmõiq; horrendã futurã tyrannidẽ, spũ præsentiens, deũ (oĩs dilationis impatiẽs) ardẽti aĩo, sed humili, sic alloquit. Homo. Afflictionum utilitas.

Vt quid dñe recessisti longe. Sela.

Longe deũ recessisse ait, uelut nolens uidere suos a sceleratis præmi, quod tam diu auxiliũ differt, quod non adest, ut suis citius opem ferat. Ideo uehementius addit.

Despicis in oportunitatibus in tribulatione. Soles (inquit) domine refugiũ esse pauperibus in oportunitatibus, & tribulatiõe. Sed modo (inquit) tam diu auxiliũ differs, ut tuos pauperes, & humiles, misere prostratos, despicere, et contemnere uideris in oportuno tempore, & oculos tuos tegere, tpe quo affliguntur, ut uertit felinus.

More

More humano deũ alloquitur. Quis enĩ constitutus, in maximo, et pręsentaneo periculo, si adesset, qui solus & posset, & ꝑ bonitate subuenire assuetus ẽ, nõ uehemẽtissime auxiliũ ab eo efflagitaret? Qui si opem nõ ferat, uel orantẽ despicere, uel negligere uidetur. Huius psalmi oratio conuenit, quoties urget uehemens tyrãnorũ sęuitia. Nemo enĩ in rebus prosperis, tam ardenti aĩo auxiliũ petit, ꝗuis cũ res sint maxime prosperę, tũ et æquũ est maxime, ut beneficiorũ dei, gratiarũ solicita actione meminerimus. Quod autẽ ait in oportunitatibus, seipsum ĩterpretari uidetur, cũ dicat in tribulatione, scilꝫ & afflictione. Sic itaq; uertit Hiero. Despicis in tẽporibus angustię. Misere, uarijsq; modis angustiabuntur iusti, antichristi illius longa ꝑsequutione. Pręlijs & pugna, sæpe uincentur iusti. Hinc ait, iustos in oportunitatibus despici. Tunc etenĩ oportunũ maxime uidet̃ ferendi auxilij tẽpus, potius ut uinceret̃ hostis. In hac multifaria tribulatione, uelut suos, deũ despicere ait, quãdo iã uictis cęteris, et prostratis, etiã his qui fugabũtur, nusꝗ erit tutus locus, quin oĩm etiã persequutionũ genere uexẽtur. Sed auxiliũ deus nonnunꝗ pluribus ex causis differt, nõ tã ut nõnullos quãdoq; uelut somno sepultos, suiq; prius oblitos, magis ac magis excitet, ꝗ ut suos exerceat. Pigros qdẽ nonnullos excitauit hęc iamdiu nimis Lutherana contẽtio, ad ipsam sacrę scripturę simplicẽ ipsissimãq; ueritatẽ inuestigandã, et reparãdos haud dubię uitę mores, qui deo placeant. Sic disponit deus, ut malũ malo, peccato peccatũ corrigatur. Solidauit quidẽ sępenumero nõnullorũ uitã, malorũ diuturnior afflictio, non modo restaurauit. Sed & hoc in primis, & occultũ est, et incomprehensibile dei iudiciũ, quod deus cũ sit & iustissimus, & benignissimus, suos tamen diuturniori improbitate exercendos relinquit, in eorũ haud dubie maiorẽ tandẽ utilitatẽ. Sed in hũc tyrannũ orat propheta. Exurge, & ne longius quęso differas, neue tuos despicias domine amplius in

Auxilium cur deus differat?

Peccatũ, peccato corrigitur.

tribulatione. Nam interim per huius tyranni superbiam, ualde molestantur tui pauperes. Quia certum est.

Dum superbit impius, incenditur pauper.

Per superbiã, humilẽ, piũq; uirũ, torquet impius. Nã in sublimi cum fertur improbus, insectatur afflictũ, ut uertit Felinus. Dum enĩ superbit impius persequendo, & torquendo, incenditur pauper, & humilis patiendo. Incenditur pauper & uexatur, afflictionis, & pœnarũ immanitate. In superbia impij persequutionẽ patietur pauper, uertit Felix. Sup͞bit enim impius in sublimi cõstitutus, qui innocẽtes aut ui, aut iniquis legibus persequit̃. Incenditur pauper, hoc est, magnis & uarijs afflictionibus urgetur & molestatur. Quod enĩ ait accẽditur pauper, ingentẽ afflictionẽ significare uoluit. Hiero. ardet (inqt) pauper. Solet enim scriptura per ignẽ, molestiarũ, et pœnarũ oẽm sęuitiã intelligere. Si tradidero (inquit apost.) corpus meum ut ardeã, &c. Oĩm quidẽ acerbissimũ est, quod ait Ioan. in ignẽ mittẽt, et ardẽt. Incendit̃ quoq; Christi pauper indies, crescẽte persequutione, ut auxiliũ feruentius postulet. Dum enim in eum crudeliter superbit impius persequẽdo, incenditur pauper magis magisq; deũ precãdo, ne a persequutore uincatur. Impij quoq; sup͞bia, et detestanda uita, quã in eo perspicit iustus, magis magisq; pauperẽ ad uirtutẽ incendit. Dum enĩ superbit impius fastu, arrogãtia, et immanitate, probũ, et humilẽ uirũ, tam abhorrere facit ab illa fœditate, quã in alio perspiciẽs detestatur, ut lõge maiore animi ardore, ad uirtutẽ se accingat. Impij uero dei immemores, & in suis desiderijs, & fœdis conatibus prorsus obcęcati, cũ uisum sit deo.

Ignis.

1. Cori. 13.

Ioan. 16.

Malorum spurcitia bonos ad uirtutem accendit.

Comprehenduntur in consiliis, quibus cogitant.

Bonos etenim, et Christi fideles, penitus ab hac uita delere, & prorsus perdere cogitant impij, putantes se ꝑ sup͞biã inuictissimos esse.

Sed in his suis cōsilijs comprehendūtur, quia peribūt ipsi ppetuo, iusti aūt in ppetuū uiuēt. Illas priores gentes, quę antichristo adhęrebūt, intelligere uidetur, qbus talē legislatorē constituit deus. Pro cōsilijs suis malignis, qbus cogitāt Christū cōtemnere, & illū antichristū sequi. Vere nāq; comprehendūtur, et illaqueant legibus huius tyrāni. Aliter. Cōprehendunt, hoc est, delectātur in suis consilijs, et eorū amore capiūtur impij, quibus cogitāt nocere alijs. Nā sibi placent illa cōsilia. Sunt igit uelut quodā amore cōprehensi, & capti, adeo sibi blandiuntur, de sceleratis suis cogitatiōibus, quantūuis scelerata sint. Neq; desunt assentatores, qui eorum malignos conatus promouent.

Quoniā laudatur pc̄tōr in desideriis aīę suę, & iniquus bn̄dicitur.

Supbus antichristus potissimū, qui se extollit (ut ait apost.) sup oē qd colit, aut dicit deus. Eo magis sua cogitatione cōprehendit, quoniā a malis assentatoribus, et suis silibus, laudatur nequissimus ille pc̄tōr, in desiderijs, & cōcupiscentijs aīę suę, qbus cogitat se maiorē deo, licereq; facere, quod lubet. Nō admonetur, nō reprehendit, quia non uult pati, ut admoneatur. Ab adulatoribus itaq; laudatur. Et illas qdē laudatiōes agnoscit, illis arridet, placentq;, neq; non se dignum existimat illis, quantūlibet supra hoīes sint, ut sæpe ab his fieri solet, qbus est dijs ęqua ptās. Si quęstui animū applicuerit, si forte pauperū, et piorū hoīm quicqd rerū habent, dolis, et fraudibus, nulla coactus honesta necessitate, sed suas immensas uoluptates, ut licētius explere possit, diripere cogitabit superbus ille antichristus, illico pnitiosi assentatores, cū sint ipsi eiusdē quoq; farinę hoīes, et auarissimi, et ambitiosissimi, bene actū clamabunt, utq; maiorē gratiā ineant, adulterinas, ad rem et pmouendā, et perpetrandā, causas excogitabūt. Sic loquutus est superba, & iustificauerunt eum, ut ait Ecclesiast. Minus igitur mirū est, si comprehēdatur in desiderijs suis antichristus, qui hos cōuictores, consiliariosq; habeat, moderatos, et probos lōge a secretis, a negotiorū ministerio abigens. Sed et externi illi adulatores, ut magis magisq; illū incendāt, hęc aut silia quoq; uerba, adijcient. Imperialē scilicet potestatē decere, ut quodcūq; libuerit faciat, summāq; esse principis sapientiā, ut absolutā eius potentiā sentiant aliquādo subditi, ut sit pro ratione uoluntas, & fortitudo lex. Magnanimitatem, inuictū animū, ardorē deniq; in rebus sic agendis, admirantur, non modo laudant. Hi sunt qui malū bonū, & tenebras lucē, & amarū dulce mentiuntur, ut ait Esai. Hi sunt qui beatū dicunt, & decipiunt, inquit idem. Inde sibi, suisq; negotijs, nō aliter consulit tyrānica mens, q̄ scelerati laudatores in animū inducūt. Alia litera est. Iniquus benedicit, hoc est, laudat. Nā qui peccatori assentatur, & eū laudat, nō potest esse nō iniquus. Qui enī iustificat impiū (ait sap.) abominabilis est apud deum. Qui dicunt impio, iustus es, maledicent eis ppl̄i, & detestabuntur eos tribus, inquit idem. Qui arguunt eos, laudabunt. &c. Sic itaq; laudare improbissimū est. Improbus enim laudat improbum, auarus auarum, libidinosus libidinosum, tyrannus tyrannū, alter deniq; peccator alterū laudat, & mutuum muli scabunt, ut ait prouerbiū. Probum quidem probe laudare, honesta res est. Dic in psal. 10. & 15. Exitiosa plane res est, huiusmodi adulatorum benedictio, & odiosa deo tyrannis. Hic enim

Exacerbauit dominū peccator.

Irasci fecit dominum, ut ab alio uertitur, sua crudelitate, & immanitate antichristus, uere oīm pc̄tōrū princeps. Hinc deū exacerbauit, irritauit ualde. Peccatis etenī nostris irascitur deus. Dic in psal. 2. Quod irritet impius deum. Lege Ezech. in cap. 8. Vere deum irritat antichristus, qui deū cōtemnit, in proximū uero oēm iram, oēm crudelitatē exercet. Quod autem deum contemnat (inquit propheta) manifestum est, neq; nō iustum est, ut irascatur deus, quando.

Secundum

2. Thessalo. 2.

Pernitiosa bellua principibus, adulator.

Eccles. 13.

Sap. 2.

Esai 5. & 3.

Adulationis pestis.

Prouerb. 17. & 24.

Mutuum muli scabunt.

Psal. 2.

Ioan. 16.

Ezech. 8.

Secundum multitudinem iræ suæ non quæret.

Deum non quęret, non agnoscet, eius uoluntatem, & mandata, nõ modo ut intelligat, nõ inuestigabit, sed etiã plane contemnet. Non enim intelligere uult, ut bene agat. Deum nõ quęret in proximo, quem diligere, ut seipsum tenetur, quem non aliter tractaret, q̃ ab alio tractari uellet. Potestatẽ habẽs ipse in hoĩes deũ nõ recordatur utriusq; dominũ & iudicẽ esse. Rerũ quę hic deorsum in terra fiũt, curã nõ habere deũ, putare uidetur hic antichristus, tam erit sui oblitus, tanta ira, tanto furore, ut tyranndem exerceat pro libidine, ab oĩ sano sensu alienissim⁹ erit. Hoc est, quod ait, scdm multitudinem irę suę, ꝑ maxima insania, qua semꝑ laborat, nõ quęret deũ, neq; eius uoluntatẽ. Bene ait hunc tyrannũ repleri multitudine iræ. Non enĩ hãc tyrannidẽ exerceret, nisi ingenti ira cõmoueretur, & alienus esset a dilectione proximi. Est enĩ alienissimũ ab humanitate, ab oĩ humana natura, hoĩem fratrẽ crudeliter tractare. Sui igitur oblitus prę nimia ira, humanã oẽm naturã deponit, deiq; prorsus, et uolũtatis eius obliuiscitur, qui dilectionẽ mandat. Hinc certissimum est, quod

Non est deus in cõspectu eius, inquinatę sunt uię eius in oĩ tẽpore.

Nec igitur aut dei reuerentia, aut amore, aut timore, sceleratũ animũ deponet. In oĩ ergo tempore, inquinatæ, polutæ, fœdæ, sceleratæ sint uiæ, opera, et facta eius, necesse est. Nihil enim nisi malum cogitabit, traditus in reprobũ sensum, in oĩ tempore, in oĩbus consilijs, in oĩbus cogitationibus suis, turpia scelera meditabitur, quia deum nõ reuerebitur, non agnoscet. Hęc facient (inquit euangel.) quia nõ nouerũt patrẽ neq; me. Ideo in eius conspectu, non erit deus, nec erit in omnibus cogitationibus eius, ut ab alio uertitur. In eius conspectu non poterit esse deus, qui deũ uel spernit prorsus, uel persuasum habet, res humanas illi non esse curæ, uel per insanam Ioan.16.

malignitatem, scienter, & obstinate impietatis omni genere delectatur. Hinc ad deum sermonem uertens propheta ait.

Auferũtur iudicia tua a facie eius.

Non enĩ recordabitur uel inferni, uel nouissimorũ quicq̃. Tamdiu prosperabitur, ut aniles fabulas, & puerorũ terriculamenta, dei tremẽda quęuis iudicia putauerit. Ideo (inquit) auferuntur domine iudicia tua a facie eius, quia te in conspectu, in animi memoria nõ habet, te adeo nõ agnoscet, ut percussus ęterna, nõ corporis, sed animi, et intellectus cęcitate, nõ uideat nec intelligat tua futura iudicia, tã diu scelerum pœnas non fert, neq; ut meritus, est iudicabitur. Lege Chrisost. 2. ad Thessalo. 1. Quadã igitur uelut lõga impunitate, sui nimiũ securus, omnia pro libidine facit, & operatur. Nam auferes ab eo intelligentiæ gratiã, & eũ sui animi turpissimis desiderijs relinques. O pernitiosam prosperitatem. Nam et Periculosa animi securitas. 2. Thessalo. 1.

Omnium inimicorum suorũ dominabitur.

Hinc omnis illa superbia, sui, deiq; obliuio. Hæc est enim mundana, & pestifera fœlicitas, quæ eum in tantam arrogantiam, super omne quod colitur, aut dicitur deus, extollet. Omnes enim aduersarios uincet, atq; solus, ut hic ait dominabitur, nec erit q̃diu patietur deus, qui ei possit resistere. Quoscunq; etenim sibi aduersantes, facile adeo prosternet, ut uelut oris flatu, & diuina quadam potentia, inimicos delere uideatur. Alia itaq; trãslatio est ex hebraica litera. Omnes inimicos suos prosternet. Alius uero sic uertit. In oẽs hostes suos sufflabit. Magno periculo plenæ sunt res huius sęculi prosperę. Neq; aliud iudiciũ terribilius est, q̃ si una cum corporis integra sanitate, perpetua huius sęculi bona (ut appellantur) ex sententia eueniant. Deũ enĩ illius hoĩs oblitum esse timendũ est, quem nõ aliquãdo respicit per afflictiones, in benignã correptionẽ. Quem enĩ diligit deus exercet, atq; corripit, rebusq; aduersis aliquando admonet. Fœlicitas mundana periculosa.

monet. Huic uero antichristo, tam erūt prospera omnia, tamq; facile inimicos uincet, ut apud se, quæ sequuntur cogitauerit, atq; persuasum semper habuerit.

Dicit in corde suo, non mouebor a generatione in generationem sine malo.

Tam erit elatus, & sui securus, ut in animo persuasum sibi fuerit (hoc est ĩ corde dicere) cum deū non habeat in cōspectu, se perpetuo regnaturū, nec mortalem esse. Non mouebor (inquit) sed perpetuo manebo, uictor euadā, et ero per sæcula, securus ero a generatione in generationem, sine malo sine incōmodo, cum non sit qui possit resistere. Sic itaq; ab alio uertitur. Per secula ero absq; incōmodo. Ab alio sic. Non mouebor a generatione in generationem, quia non eueniet mihi malū. Sic datum est ei os loquens magna, & blasphemias, ut ait Ioan. Neq; nō decipiet multos, ut uerū id esse credant, fidemq; illi antichristo habeant, tanta erit illi præstigiorū licentia, tantum patietur deus, ut homines deludat suis incantamentis. Neq; non id creditu facile est de antichristo, quod se immortalē stolide putabit, quādo in gentiū historijs non semel uidere licet, plerosq; fuisse mortales homines, tam suę imbecillitatis oblitos, ut sibi ęternitatē persuasam habuerint, seq; dijs immortalibus pares esse, stolidissime existimauerīt. De quorū numero erat in sacra historia, Antiochus ille, qui sibi uidebatur etiā fluctib⁹ maris impare posse, etc. Qui postea tamen graui morbo percussus, cœpit deū his uerbis agnoscere. Iustū est subditū esse deo, et mortalē nō paria deo sentire. Et se & suā statuā adorādā præcepit itē Nabuchodonosor. Aliud uero secū cogitet, qui se christiano noīe nō indignū uelit, necesse ē. Nō enī ĩ suis uiribus fidat, deū exercituū agnoscat, a bello abhorreat, nisi uel mera necessitas, uel honesta, iustaq; causa cogat, sit miti, et humili corde, ꝓximū diligat, etc. Impius uero antichristus aliud secū cogitat, a cuius facie auferuntur iudicia dei, cuius oēs uię inquinatę sunt.

Apoc. 13.

Se immortales stulte vel impie potius putarūt multi.

2. Mach. 9

Daniel. 3.

Rectum consiliū principi.

Cuius maledictione os plenū est, & amaritudine & dolo.

Contra deum, & hominē. Non potest igitur non malignissimū cor, non fœdas, & inquinatas uias habere, cui tanta maledictione os plenum est. Ex cordis etenim abundantia, os loquitur. Maledicit cū primis, qui pernitiose, impieq; docet, qui hominē probris afficit, qui proximo male imprecatur, qui conuitijs insectatur, qui pios uerborū crudelitate a bono deterret, qui famā, dignitatē, mendatijs, calūnijsq; lędit. Hac maledictione, huius potissimū impij os plenum est, ut moribus oratio consonet. Non enim aliter loqui potest in corde, qui uitæ omni improbitate delectat se. Neq; aliud in ore habere potest, cui tam inquinatū, tam fœdum cor est. Illi etenim guttur, sepulchrū patens est. Illi in ore nulla erit fides, nulla probitas. Quicquid igitur fœdū immane, pernitiosum deniq; aut impium contra deum & christi fidem, aut iniquum contra humanā omnē iusticiam, honestatem, aut bonos mores, proferre poterit, oris sui maledictione fœdabit. Hīc alius hūc locū uertit. Scatet sermo eius periurio, fraude, technis. Os quoq; illi plenū est amaritudine, ꝑ minas, & acerbissimos terrores ĩ eos, qui suę perfidię nō obediēt, quos uerbis crudelissimis, nisi per gratiā firmiores, & constātiores fuerīt, stupefaciet, atq; labefactabit. Est quoq; os eius plenū dolo. Nam diabolicis machinis oībus, fideles aggrediet, modo minis & terroribus, modo diuitijs, amplissimisq; diuitiarū, honorū, et huius sc̄li rerū oīm ꝓmissionibus, modo falsa, & simulata, uerborū sanctitate, prestigijs quoq;, diuinis miraculis, nō absimilibus (sic enī patietur deus pro pc̄tōrū fœditate, mundū eludi) humani generis maximā tū partē decipiet. Nihil deniq; omittet, quod ad tyrānorū principē pertinebit, ut a christo fideles auertat. Hinc addit propheta.

Maledicere.

Cordi, oratio conuenit.

Psal. 5.

Impiū spurcitia ĩ ore.

Huius tyranni machinæ.

Sub lingua eius labor & dolor.

Pijs oībus, prę linguę amaritudine. Sub eius etenī

Improba impiorū astutia.

etenĩ tacitis, & dolosis cogitationibus, quę sub lingua delitescẽt, occulte latebit uenenũ, ut clam dolos fabricet, eiomatq; nacta mala occasione, eritq; oĩbus fidelibus labor, et dolor. Secũ enĩ cogitabit, animoq; uoluet aßidue, quo pacto, uel ui, uel simulata mãsuetudine, eos decipere poßit. Illis igiř qui fortiter resistũt, ingens labor est, ut inter acerbas psecutiones integram patientiã seruẽt, incredibilisq; dolor, ut ferant inuicti. Quod uero ait, sub lingua, &c. dißimulatum, et dolosum eius sermonẽ docet, in quo erit oĩs dolus, oĩs iniuria, oĩs acerbitas, oĩs prauitas, oĩs deniq; impietatis astutia. Hinc ab alio sic uertitur. Quicquid lingua eius proferet, iniuria est, et prauitas. Alius uero sic. Sub lingua eius afflictio, et iniquitas. Extat opusculũ inter August. opera, de hoc antichristo, to. 9. Hęc oĩa pluribus uerbis adiecit, cõmemorauitq;, atq; multa quidẽ uarietate, uelut idẽ repetens accumulauit propheta, ut perditißimi hominis impietatem, inauditaq; scelera, a quibus abhorreãt, cautioresq; sint oẽs, locupletius narrando, uelut digito demõstraret. Is est egregius legislator, de quo supradiximus, eiusq; nõnullas leges iam docet propheta, in quibus ciuis perspicuũ erit, quẽadmodũ, sub lingua eius, & labor, & dolor delitescẽt, qbus incẽdũtur pauper, ut prius in hoc psal. Nam

Dolosa es ius ligua.

Sedet in insidiis cum diuitibus, in occultis ut interficiat innocentẽ.

Mali diuites.

Diuites intellige, huius sc̃li sceleratos prepotentes, qui malo ingenio, astuto, dolosoq; instructi sunt, et peßimis cõsilijs pleni, stupenda malignitate diuites, cũ quibus oĩa sua consilia cõmunicabit antichristus, ipsosq; ambitiosos, & auaros, diuites ex rapina efficiet. Hi sunt quos in consiliũ uocat, his ministris utitur, propterea quod occultę malignitatis cõscij sunt, hos diuites efficit. Nil tibi debere putat (inquit Iuuenalis satyra. 3.) qui te participẽ secreti fecit honesti. Cũ his igitur sedet in insidijs, hoc est, more latronũ, uel uere insidiantis hostis, secreto consulit, quibus dolis, quibusue machinis, pbos, simplices, innocẽtes, fallere, expugnare, ex sententiaue deturbare, et in suas partes trahere, aut uincere poßit. Id quod ĩ occultis (inquit) faciet, quia dolosa erũt, et falsa fraude, instructa consilia eius. Quantũuis enĩ impius erit, malignißimoq; animo, clam tamen, si fieri poßit, suas iniquitates perpetrare cupiet. Qui enĩ male agit, odit lucẽ, quãdiu non erit tenebrosus totus factus, hoc est, quãdiu in pfundũ malorũ nõ corruerit. Tum quidem omnẽ probitatis speciem contemnet, inquit sap. Primũ quidẽ, nullus tã impius est, qui nõ occulte fabricat. Paulatim uero omnẽ (ut solet de prostituta fœmina dici) pudorem depellit. Crescit itaq; de malo in peius. Nemo enĩ repente fit turpißimus. Nemo nõ deploratißimus q̃diu cõmode potest, suam dolosam malignitatem nõ occultare cupit. Id quod pspicuũ erit in antichristo. Fertur enĩ de ipso, quod dolo, et fraude, plus longe q̃ ui, et armis efficiet. Pro huius itaq; tyranni tẽpestate, nõ fides, nõ pax, non humilitas, nõ pudor, nõ ueritas usq̃ erit. Atq; ita neq; securitas, neq; ordo, neq; regimen, neq; requies a malis ulla. Confundetur omne ius, & leges peribunt. Hinc necesse est, ut manu, audacia, & ui, omnia fiant ab eo, si dolis iniquitatem pro libidine explere nequeat. Vi (inq̃) hoc est, aperta uiolentia, aut execrandarum legum uelamento, quas de industria scelerate sanciet, tyrãnidem exercebit. Et si qui fuerint tamen boni, predæ futuri sunt sceleratis, soliq; mali opulenti erunt. Recte igitur de eo scribit hic propheta, quod os eius plenum est amaritudine, & dolo, et sub lingua eius labor et dolor. Adeo in pauperes, qui in Christo pauperes erunt desæuiet, ut in eorũ interitũ, quęcunq; poßit, summa fraude, pernitiosis uiribus, improbaq; diligentia tractauerit. Hinc ait.

Improba impiorũ asturia.

Maligni sua scelera clam ppetrant.

Puer. 18.

Antichristi tumultuosum regnũ.

Oculi eius in pauperẽ respiciunt.

Vt eum a fide auertat, fortunasq;, si quas habeat, diripiat, interficiat tandem uel corpore, uel spũ, uel utroq; potius. In hunc pauperem (inquit)

(inquit) hoc est, fidelem quēuis, & humilem, sit uel diues, uel pauper, quod ad huius sæculi fortunas attinet, eius oculi respiciūt, eius oēs cogitationes tenduntur, ut eum perdat, cū sit contrarius opibus eius, ut ait sap. Alius itaq; sic uertit. Intentos oculos habet in miseros, quos ipse sua persequutione, suis insidijs, suis dolis, quod ad hāc uitā attinet, miseros facit. Vt hęc pręterea faciat pro libidine.

Sap. 2.

Insidiatur in abscondito, quasi leo in spelunca sua.

Leonis insidiæ.

Leoni, hunc immanē tyrann̄ probe comparat, qui in oī tempore, oīm aīalium, et cruentißimus, et uoracißimus est. Sic quęrit quem deuoret hic tyrannus, magni leonis, hoc est, diaboli catulus. Et e spelūca quidē insidiatur, ut ex inopinato in prędā, transeuntem bestiā irruat. Leo (inquit eccl̄iastic.) uenationi insidiat̄ semper. Non aliter antichristus (tanta fame fideles auertendi a Christo, laborabit, tantoq; furore diripiendi, & trucidandi eos) pijs oibus insidiabitur, in abscondito, in occulto, per fraudes, & insidias, cuius spelunca cor prauū est, & malignus animus, unde exeunt (teste Euangelio) malæ cogitationes.

Eccles. 27

Quāuis leonē dolo carere ait Plinius, predæ nihilominus insidiatur, urgente sic natura, quā non cursu, sed saltu apprehendit. Paucißimos apprehenderet antichristus, si plane incederet, si non dolis insidiaretur. Futurus est omni simulationis genere nequißime instructus. Omnia non ut pietatem tollat, sed ut fidei ueritatem astruat, fieri ab eo simulabit, quantumuis in abscondito, & occulte in animo, aliud longe sentiat, astutorū, improborumq; hęreticorum omnium more. Vtroq; tamen modo adorietur fideles, immanißime, & dolo, & aperta uiolentia, leo, & draco, ut per omnia cum patre suo diabolo conueniat, quem, & pro improbis uiribus leonem, & pro imposturis, draconem uocant sacrę literæ. Vtroq; modo scelera sua fabricat, quisquis tyrannidē exercet, sed insidijs maxime, & occultis suis consilijs.

Insidiatur ut rapiat pauperem.

Repetit insidias, & dolos eius non semel, ut magis præmoneat, insidiarumq; causam docet. Insidiatur (inquit) eo modo, quo diximus, non alia causa, q̄ ut rapiat pauperem a Christi fide. Insidiatur ut eum fortunis spoliet, insidiatur ut tempus, ut occasionem inueniat, quo cōmodius in eum, uel uim suam, uel dolos exercere poßit. Quid uero sit rapere pauperem, nunc docet.

Antichristi insidię.

Rapere pauperē dum attrahit eum in laqueo suo. Cum enim ad se pauperem, ui uel dolo attraxerit, hoc est, uel ad impietatem, uel uitę fœditatem, uel si hoc nequeat pro pij uiri constantia, eundē pauperē spū, morte & supplicio affecerit, tum quidem satisfactū erit nequitię suæ, quia iam se putat in laqueū suū pauperē attraxisse. Non tamen rapuisse uere dicetur pium christianū uirum, quantumuis eum diripuerit, fortunisq; omnibus spoliauerit, in carceres, in uincula detruserit, interfecerit deniq;, nisi illum ita uicerit, ut Christi fidem abnegare coegerit, in suāq; idololatriam, aut uitæ fœditatem traxerit. Cum uero sic attraxerit pauperem.

Quid sit rapere pauperem.

Humiliabit eum. A rectę fidei sublimitate, cœlorū regno, ad huius scl̄i infima, et infernorū ghennē seruitutē, cū diabolo, et angelis eius. Totis ergo uiribus, oī dolo incūbet hic tyrannus, ut decipiat, irretiat, sternatq; Christi paupes, uel fraude, uel ui. Truculentiā enī oīm tyrannorū uincet, raptorū oīm rapacitatē, oēmq; dolū superabit hic antichristus. Et post hęc tam impia facta, tam immania scelera, tā deploranda tēpora antichristi, qd tandē erit de ipso eodē oīm q uixerint impijßimo, quē eius finē pręstolabimur, scdm cōmunē sensum, docet nūc pp̄heta. Pauperē humiliabit, deprimet, affliget, et tū qdē.

Antichristi tyrannis.

Inclinabit se, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.

Inclinabit se antichristus, misera morte. Ad huius enim scl̄i sublimitatem attinget, aduersarios

Antichristi casus.

satios subiugabit, toti orbi dominabitur, nullus erit pauperum, hoc est, humilium, & piorum, qui non conculcabitur. Putans itaq; se non moueri a generatione in generationem, inclinabit se a priore altitudine, sic enim exigunt eius scelera, & subito cadet. Nam quẽadmodum in reliqua tota uita, ita & in fine gentes decipere cupiens, in montem ibit oliueti, illinc uelut in cœlum ascensurus. In cœlũ (inquit) conscendam, supra astra dei exaltabo solium meum, &c. Similis ero altißimo. Sed tum quidem neminem latebit, quám ualeat contra diabolum diuina potentia. Nam reuelabitur ille iniquus, (ut ait Paulus) quem dominus Iesus interficiet spiritu oris eius. Consurgam, dicit dominus exercituũ, et perdam eum, &c. Ex huius itaq; sęculi superbissimo regno, in inferni profundißimum barathrum cadet, & præcipitabitur. Vere igitur se per hanc superbiã inclinabit, & cadet, post spurcißimos suos triũphos. De hoc, aut quouis alio antichristo, de turcica uelut immanitate, non alienũ uidetur, ut Esaię uerba intelligamus. Nunquid iste est uir (inqt) qui conturbauit terram? qui concußit regna, qui posuit desertum orbem? &c. Alia translatio est in hoc loco. Inclinabitur et cadet. Alia. Subsidebit, et humiliabit, et cadet. Sensum priorem efficit utraq; trãslatio magis perspicuũ. Lactantius in libro de diuino præmio, cap. 10.17.18.et.19. nõnulla scribit de antichristo, quæ a catholicis non recipiuntur. Certo certius est, quod cadet. Non enim cadere nõ potest.

Antichristi interitus.

Esai.14.

2.Thessalo.2.

Esai.14.

Dixit enim in corde suo, oblitus est deus, auertet faciem suam ne uideat in finem.

Hinc est, quod omnia confidentius, seu maligne potius agit. Si enim esse talem dei potentiam crederet, qualis uere est, quisquis tyrannidem exercet, deum scilicet latere nihil, erga suos benignum esse, in suos pauperes suos oculos uersari semper, ita suorũ memorem esse, ut (iuxta euang.) ne capillus quidẽ eorum de capite pereat, absq; eius scientia, neq; passerculũ esse cuius obliuiscatur, suorũ pauperũ ultorẽ fore, si hęc inq̃ crederet, atq; memoria teneret impius ille, in tantã & sui, et dei obliuionẽ, nõ pręcipitaretur. Sed aliter (inquit propheta) dixit in corde suo, et apud se cogitauit, deũ scilicet pręteritarũ rerũ oblitum esse, suorũ nullã habere memoriã, non esse sibi curę de hominibus q̃libet suis, et cum implorantibus, nostra non considerare, circa cœli cardines perambulans, ut ait Eliphaz apud Iob. Auertit (inquit) faciẽ suã ab his rebus infimis, quæ sunt apud homines, longe uel maioribus negotijs occupatus, uel huiusmodi rerũ ignarus, uel ea negligẽs, ne uideat in finẽ, hoc est, ne uideat unq̃, ut uelit aliquando uindicare, nec retribuet, &c. Hæc stolide in corde suo dixit, in animo hoc psuasum habuit. Simul & alijs plęrisq; hoc idem euenire uidetur, tam hęreticis, q̃ malis hominibus, ut parũ animaduertere uideantur, deũ quæ hic fiunt in terris omnia uidere in finẽ, & tandẽ malefactorum futurũ uindicem. Si enim hoc persuasum haberẽt, timidius in pios impij, in mites tyranni, & in pauperes grassarentur superbi diuites. Sed hęc oblitus est, inqt, etc. In hmõi ergo tyrannũ, sermonẽ ad deũ uertens, orat pp̃heta, oĩm piorũ nomine.

Obliuio dei ois ruinæ causa.

Iob.22.

Potentię dei vtilis memoria.

Exurge domine deus, & exaltetur manus tua.

Exurge (inqt) tuis in auxiliũ, et exaltetur, et eleuata sit manus, & potentia tua, parata ut tuis succurrat, cõtra oẽs futuros huiuscemodi tuos inimicos. Supplexq; precor.

Ne obliuiscaris pauperem.

Vt nullus non perspiciat te memorem esse, tutorem, ultoremq; tuorum pauperum semper. Non obliuiscaris (inquit) hoc est, citius in ultionem exurge, nimia ne patientia, iterum uidearis tuorum obliuisci. Alius uertit. Afflictos ne negligas. Ne discedas, ut prius in hoc psal. Dignus est, in quem exurgas. Causam huius tyrannidis nunc explicat, seu potius repetit.

Propter

Propter quid irritauit impius deũ? dixit enim in corde suo non requiret.

Cur (inquit) potestatis diuinæ, non est recordatus impius ille? Qua causa, sic deum irritauit suis sceleratis moribus impius? Sic deum irasci fecit? ut ab alio uertitur? sic exacerbauit, ut supra in hoc psalmo? Respõdet propheta. Dixit enim in corde suo, & apud se insane sic cogitauit. Deus oblitus est, non recordabitur, non suos ulciscetur, & ideo nõ requiret a me eorum sanguinem. Hinc illæ lachrimæ, hinc illæ sordes, hinc illa immanitas, quia deum non agnouit, non dilexit, non timuit, non suæ ineffabilis potentię meminerit satis. Est enim omnium contra uitę fœditatem optimũ pharmacum, salubrisq; medicina, id certo certius in animo persuasum habere, penitus a nobis fieri nihil, quod deum fugiat, quod non plane uideat, quod non sit factũ in eius conspectu, & pręsentia. Quem fœditatis suæ non pudebit, qui deum adesse, uidere spectatoremq; esse persuasum habet? Hinc ad deũ sermonẽ uertens ait. Quicquid illi insanientes (inquit) agant, aut secum constituant, tu plane omnia

Omnium scelerum causa.

Peccatorũ pharmacum.

Vides, quoniam tu laborẽ, & dolorem consideras, ut tradas eos in manus tuas.

Quicunq; (ait propheta) apud se cogitat, quod tu nõ prospicis rebus humanis, et quod non uides omnia, quęcunq; apud homines fiunt, & quod non uindicas sanguinem iustorum, insane sentit. Vides (inquit) & plane uides omnia. Tantum enim abest, ut omnia non uideas quãmlibet minima, ut ne capitis quidem nostri pilos numeratos non habeas. Quicquid igitur ipsi falso putãt, tu plane laborem pauperum, & dolorem quem pro tuo nomine patiuntur, benigne consideras. Non auertis faciem tuam, ut nõ uideas, ut ipsi insanientes putãt, sed curiosissime sic animaduertis omnia, ut eos tradas in manus tuas, hoc est, ita benigne tuorum labores, et afflictiones consideras, ut inimicos eorum facile uincas, qui tuas manus effugere nequeunt, sed eos sub manibus, & potestate tua deprimis, ut nullus non uideat eos ita traditos in potestatem tuam, ut eos facile repellas, & tuos liberes. Sic enim tuos uindicas. Tu enĩ eorũ unicum refugium es. Nam ab hoc mundo despecti, tu solus eorum patronus, immo uere pater es. Se igitur tibi cõmittunt, se in manus tuas tradunt, de te oĩa sperant, in te, quicquid eueniat, confidũt. Non enim ignorant, neq; nõ perspicuum facis omnibus, per benignam opem tuam, quod

Deus oĩa perspicit.

Tibi derelictus est pauper, orphano tu eris adiutor.

Et ideo certũ est quod eripies eos e manibus persequutorũ. Tu enim solus es pauperũ, & humilium christianorũ defensor. Tibi enim derelictus est pauper spiritu, hoc est, tu solus es, qui potes eum defendere, in te solo igitur confidit, ut eum tuearis, ab alijs cõtemnitur, & abijcitur. Et his maxime solet benignus deus esse adiutor, qui ope humana destituti sunt, & ab hominibus deseruntur. Nam hic dominus est, (ut ait in alio psalmo) qui aduenas, pupillum, et uiduam suscipiet. Et is (inq̃) est, qui suscipit mansuetos, et peccatores humiliat. Hinc Mathathias, Machabeus, cũ moreretur, pios oẽs ut in deo spem omnẽ suam ponerent admonens. Cogitate (inquit) per generationem, et generationem, quia omnes qui sperant in deũ, non infirmãtur. Et a uerbis uiri peccatoris ne timueritis, quia gloria eius, stercus & uermis est, &c. Gratia igitur dei (inquit sap.) et misericordia, in sctõs eius, & respectus in electos eius. Orphano igitur, tu semper (inquit) eris adiutor, qui ea, quę sunt huius mundi omnia, pro tuo nomine reliquit. Ideo dictus orphanus, quod a mũdo derelictus est, absq; huius sęculi, aut parentibus, aut amicis. Talis orphanus pręter deũ, nullum alium habet patrem, si dei negotium urgeat. Patrem (inquit Christus) nolite uocare

Contemptos ab hoc sclo, cum primis iuuat deus.

Psal. 145.

1. Mach. 2.

Secura spes in deo.

Sap. 4.

Orphanⁿ

Math. 23.

Psal. 36.

Iob. 20.

care super terrã, vnus est enim pater uester, qui in cœlis est. Orphanos (inq̃) omnes intelligit, qui uel humanũ auxilium nullum habent, uel nullo modo quęrũt, aut in eo saltem non sperant, deo se tantum cõmittentes. In omnẽ igitur tyrannũ, sic orat propheta oĩm nomine. Exurge domine, et

Contere brachium peccatoris & maligni. Vere etenim peccator est, qui totus in uitę fœditate delectat se, ut antichristus, qui nunq̃ resipiscit. Hominẽ igitur peccati appellauit apostolus, hoc est, hominẽ peccatorem, hominẽ perditum, secundũ hebraicam phrasim. Malignus uero est, qui dei obliuiscitur, quiq; uolens, & sciens, uelut contemptim, uitę fœditatem sectatur, nec pœnitet eum aliquando, sed indies per malitiam de malo crescit in pessimũ. Vtrũq; addit de antichristo, ut omnẽ in eo expletã nequitiam doceat. Velut itaq; cõmotus propheta, in antichristi, uel cuiusuis alterius tyrannidẽ. Contere (inquit) domine, et confringe, ut debilitetur, et nullius sit roboris, contere brachiũ, potentiam, fortitudinem, & sceleratas uires huius peccatoris, et maligni, quę parat in iustum, & pauperem tuum, ut malignitate nocere non posit. Id quidem si feceris, id quod tandem certe facies.

Peccator.

Malignus

Brachiũ.

Queretur peccatum illius, & non inuenietur. Non enim prævalebit, non poterit amplius tuis pauperibus nocere. Quæretur itaq; peccatũ illius inter homines uel peccator ille, et dicetur, ubi nã est cruentissima illa bellua? ubi eius satellites omnes, qui pauperes & humiles, & in deo sperãtes dilaniare iamdudũ solebant? Sed nõ inuenietur, neq; hoc peccatũ, nec perditus ipse, inter homines. Quia & illum, & suos una cũ illo deleuit deus optimus. Tanq̃ fœnum (inquit) uelociter arescẽt. Vidi impium (inquit in eodem psal.) superexaltatũ, & transiui, & ecce non erat, & quæsiui, & non est inuentus locus eius. Hoc scio, a principio quo positus est homo super terrã (inquit Iob) quod laus impiorum breuis est, et gaudium hypocritę ad instar pũcti. Si ascenderit usq; in cœlũ superbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quasi sterquilinium in fine perdetur. Et qui eum uiderant dicent, ubi est? Velut somniũ auolans non inuenietur. Transiet sicut uisio nocturna. Oculus qui eum uiderat, non uidebit, etc. Hactenus. D. Iob. Non solũ igitur impius ille nõ apparebit, sed nec malignus populus, nec scelerata illa hoĩm multitudo, quam princeps ille peccator, sua spurcitia inquinauerat. Est enim populi facilis mutatio, qui ut plurimũ in principis mores, uel degenerãt, uel reformãtur sano principis exẽplo. Docet itaq; in hoc psal. ut omnes homines dei memores sint, in sublimitate potißimũ constituti. Quia

Psal.36.

Iob.20.

Impiorũ breuis gloria.

Principis exemplũ et vtile et pernitiosum.

Dominus regnabit inæternum, et in sæculum sæculi.

Neq; regni eius erit finis, ut ait euãgel. Illũ igitur momẽtaneum principem, qui minatur, qui iubet aliena a deo, qui facit iniuste, qui ultra corpus nõ potest, paruifaciamus. Illi uero, et eius uerbo, qui inæternũ regnat, cui oĩa subiecta sunt, qui suis opem fert in tẽpore, et obediamus per omnia, & quæq; nostra sunt cõmittamus. Nã eius regnũ (inquit Daniel) regnũ sempiternũ est, & omnes reges seruient et obedient ei. Vos igit̃ tyranni (inq̃t) uosq; omnes, qui huic tyrãno adhęsistis, si in hac malignitate manseritis.

Luc.1.

Cui obediendũ.

Daniel.7.

Peribitis gentes de terra illius.

Vos (inq̃t) gentes, non credentes in deũ, qui legem dei dereliquistis, uel contempsistis potius, et antichristũ sequuti estis, nisi resipiscatis, de terra illius, hoc est, de cõmunione iustorũ, tam ĩ hac uita, q̃ in futura peribitis. Ad quã terrã uos (inquit) gentes, & impij, uos qui gentiũ, & ethnicorũ mores refertis uenire non potestis. Quia plane peribitis, & conteret uos deus. Nam.

Terra dei

Desideriũ pauperũ exaudiuit dñs.

A tyrannide igitur liberauit eos, qui insane putabantur neglecti. Neq; amplius inuentus est ille peccator. Humiliatus est hostis, et cecidit

cidit tyrānidis horrendus terror. Nam desideriū, et humiles preces seruorū suorū, auxiliū sibi orantiū, & sese prorsus illi cōmittentium, exaudiuit benigne dominus, quia libenter hanc animi prǫparationem exaudit. Hinc ait sermonem ad deum uertens.

Prǫparationem cordis audiuit auris tua.

Auris dei.

Audiuit auris, hoc est, benigna misericordia tua. Hunc etenim sensum habet auris dei. Sic orat in alio psal. Fiant aures tuæ intendentes in uocē deprecationis meę. Hanc iustam cordis præparationem, non habebat Roboas (inquit historia) quia nō quærebat dominū. Qui igitur deum solicite quęrit, hoc est, qui spiritu, & ueritate orat, qui a deo omnia expectat, omniaq; ab eo solo petit, et sperat, recte prǫparat cor suum. Deum utiliter quærit, qui illum agnoscit, in eo solo fidit, secundum eius leges, & mandata, suam uitam componere studet, illi se totum cōmittit, orans ad huius psalmi modum, certa fide impetrandi. Felix hunc locum sic uertit. Diriges cor eorum, auscultabit auris tua. Alius uero sic uertit. Parare facies cor eorum &c. Quæ plane indicant & docent, id quod certißimū est, hanc scilicet cordis prǫparationē, dei donū esse. Sumus enim insufficientes ex nobis, tanq̄ ex nobis &c. Vtrūq; tamen necessariū est, & ut præueniente dei gratia iuuemur, & ut nostrum studium exhibeamus. Ad utilitatem nostram nihil bene agere possumus sine gratia, cū sit de sursum omne donum perfectum, neq; nō gratia dei fuit, quod bene fuit apostolus Paulus. Addamus tamē oportet quantū possumus, nostri cordis præparationē, ut hic ait. Hanc uero cordis præparationē, adeo benigne audiuit auris tua, ut p tua (inqt) bonitate sicut soles decreueris.

2.Paral.12

Cordis præparatio.

Cordis nostri omnis bona prǫparatio a deo est.

Iudicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare se homo super terram.

Iudicare humili.

Iudicare pupillo, & humili, non aliud est, q̄ pro illis sententiam ferre, eorū causam suscipere, hostem profligare, eorum deniq; iudicium, et causam eo modo facere, quo diximus in huius psal. principio, hoc est, eos defendere & tueri. Hęc erat orationis summa contra tyrannidis priorem terrorē, ut postq̄ ceciderit ille, ultra, & posthac ne se apponat, ne tam improbas uires acquirat homo ille perditus, uel alius quisquis tyrannus futurus est, quibus super terram, & inter homines, eo modo quo hic fecit, se poßit magnificare, et sceleratas suas uires augere, et eas pro uoluntate in pauperes exercere. Vt nequaq̄ superbiat homo de terra, uertit Hiero. Nostrā literam explicat. Magnificare, in malum sonat in sacris literis, quoties hominē respicit. Sic dixerunt superbi, magnificabimus linguā nostrā. Sic scribæ & pharisæi, suas fimbrias magnificabant, inqt Christus. Ita se magnificauit tyrannus noster super terram, super omne quod colitur, aut dicitur deus, ut supra docuimus. Alias uero si deum respiciat uerbum magnificare, & bonum, & diuinū sensum habet. Nam ut dominū magnificemus, sæpe admonemur. Ita & suos magnificat ipse. Quos iustificauit, illos et magnificauit, inquit apost. Magnificamus deū, fide in eum cum primis, uitæ innocētia, obedientia quam exhibemus uoluntati eius per opera, suę maiestatis, gloriæ, & bonitatis apud alios denunciatione, ut in huius psal. principio. Hominem magnificat deus, suis donis, crebris beneficijs, perpetua gratia. Hi pupilli & humiles, qui petunt hoc iudicium, sunt illi pauperes spiritu, de quibus toties in hoc psal. diximus. Humilis enim sit oportet, qui tutorem deum habere cupiat. Humiliamini (inquit Iacob.) in conspectu domini, & exaltabit uos. Nam humilibus dat gratiam, superbis autem resistit. Deus (inquit Moses) facit iudicium pupillo, & uiduæ. Nomine pupillorum, orphanorū, & uiduarū, qui omnes, pauperis quoq; nomine continentur, omnes intelligit, qui humano præsidio destituti, aut illud parum quærentes, omnem suam spem in deo

Magnificare.

Psal.11.

Math.23.

Magnificare deū.

Homines magnificat deus.

Humiles.

Deute.10.

deo ponunt, quos maxime respicit deus. Hi sunt qui pro Christo patrem, et matrem, hoc est, hunc mundũ relinquunt. Verendum est, ne non & plærią; sint, quos præposuit deus populo suo, qui sibi datam a deo potestatem, non satis agnoscentes, sese, suasq; fimbrias magnificent nimium. Ad quos loquitur Ecclesiasticus. Quid superbit terra, & cinis? Quid habes, quod non accepisti? Ingratus, cur non habes deo gratiam? Quid tibi in crastinum polliceri potes uitæ semper incertus? Cuius uita uapor est, inquit Iacobus. Neq; aliud q̃ bulla est, quæ nunc turget, mo- do rupta euanescit. Hinc fit prouerbiũ. Homo bulla. Et tempus nostrũ est (inquit sap.) sicut umbra transiens. Suas itaq; fragiles, & impias huius sæculi uires, legem iniustitiæ ne efficiant homines, admonentur in hoc psalmo.

Math.19. In supbos Ecclef.10. Iaco.4. Eccles.7.

Psalmus Dauid.10.

Titulus.

In finem psalmus Dauid.

Psalmi omnes, in finem facti sunt, hoc est, uel deum ipsum, qui est bonarum rerum omnium et principium & optimus finis, uel uiam, qua per gratiam peruenitur ad illum optimum finem docent. Nam aut ipsum deum canunt, aut mores & uias, quibus ad deum peruenitur, aut de peccatis admonent, quæ deo aduersantur, aut mysterium prænunciant, aut modum orandi deum docent, tam in prosperis, q̃ in aduersis, quo possit placari deus, & propitius esse.

Psalmorũ uirtus.

In summa.

Christianum uirũ compendio, malignis hæreticis, & nouatoribus, a recta fide, & honesta consuetudine auocare cupientibus, respondere docet. Eundem uere illi fidentẽ respicit dominus. Hæreticum et malignũ, tandem ut meretur, dignis pœnis afficit. Nam utriq; iudex est.

Explanatio.



IN domino confido, quomódo dicitis animæ meæ, transmigra in montem sicut passer.

Passerẽ, pro quauis montana auicula ponit, quę in montibus, & desertis locis, longe ab hoĩm frequentia, tutior uidetur, et a sagittariorũ, aut aucupum periculis, multo securior. Psalmi historia est de Dauide, quẽ adeo persequebatur Saul, ut in locis quãtũuis abditis, obscuris, & inuijs, tutus esse non potuerit. Hinc forte ab idololatris, ad quos fugere coactus est, solicitabatur, ut ad eos, & eorum idololatriã, a lege dei trãsmigraret. Id quod ualide detestabatur. Transiret (inq̃) ad eos, qui montes incolebant, & fœdus tam fidei, q̃ aliarũ rerum, cum illis iniret, ut a Saule apud eos tute maneret. Quibus respondet. In domino confido, nõ in uiribus uestris. Non derelinquam legem dei mei. Quomodo igitur ad me (inqt) qua mala mente dicitis, & mihi persuadere conanimi, ut totus ad uos transmigrem. Non est aliena forte illa historia, 1. Reg. 26. & 27. Doctrina est, ut nullo metu relinquenda sit fides, & fiducia in deo. Sed aliam psalmi spiritualem, seu potius moralem explanationẽ quęramus. Sic enim uisus est, uel hęreticus, aut seditiosus, quispiã, aut optimarũ rerum nouator, seu destructor potius, quem spiritu pręuidit propheta, simplicem, & fidelem hominẽ aggredi. Tu modo uersaris in loco (inquit) nõ tuto, inter illos, quos catholicos appellant. Versaris in frequentissima ualle, in latissimis campis, in malorum infinita multitudine. Transmigra igitur (inquit) huc ad nos, non tam corpore, q̃ affectu, in montem, ad ecclesiam nostram, quæ sita est in monte, in loco solitario, sicut prudens passerculus pericula fugit, in locum tutum a muscipulis, ubi altã illam, & a paucis intellectam scripturarũ synceram intelli-

Obedire deo pottꝰ q̃ hominibus docet.

Nouatoris solicita suasio.

gentiam facile reperies. Hæc (inq̃) & similia infert. Cui respōdet simplicitas christiana. Quomodo hęc mihi dicitis, & persuadere conamini simpliciū seductores, ut relicta recta fide, quā hactenus a Christi ascensione docuerunt apostoli, & qui ab apost. acceperūt optimi & doctißimi patres, & uelut per manus ab una in aliam ætatē nobis ex uerbo dei, certo certius tradiderunt, ueramq; doctrinam, & diuinū, tanq̃ ab ore Christi scripturarum intellectum, & ipsißimū sensum reliquerunt, quiq; ritus ad pietatem inducentes, uarios quidem instituerunt, receptos, & studiose custoditos, non ab una, sed ab uniuersa ecclesia, sic docente spiritu sancto, quē Christus perpetuo in sua ecclesia reliquit. Quomodo (inquit) & quamobrem, id suadetur a uobis animæ meæ, hoc est, mihi, qui animæ consulere cupio, ut in montem uestrū, qui est mons uanitatis, erroris, & superbiæ, transmigrem, & fidem hanc meam deseram, sicut passer, hoc est, uel uelociter, ut est fuga passeris, uel ut auis uaga, & inquieta, quæ sedē subinde mutat, sic uagare incipere per gregem sodalium? ut ait sap. Ego quidem in domino (inquit) confido, et ueritati eius, et ecclesiæ suæ catholicæ fidem habeo, ueros dei amicos quærens. Huic sic uere credenti, & probe respondenti, hoc modo solet iterum adoriri, qui seducere studet. Te igitur (inquit) hortor, & sic admoneo, quando in tua ecclesia plurimū molestaris per præpositos tuos, qui tibi suadent, ut ores, ut eleemosinā elargiaris, ut ieiunes, ut pctā sacerdoti confitearis, ut absolutionē e manu eius recipias, dominicum diem, aliosq; dies festos religiose serues, atq; ut uerseris in operibus bonis, sępißime, uel ex prescripto. Apud nos quidem ceremonijs huiusmodi non molestaberis, nemo te hortabitur ut templum uisites, ut serues diem festum, aut ieiunium, ad orationem non solicitaberis, confeßionis iugo nō subijcieris, pro uoluntate deniq; facies omnia. Nos itaq; uerum montem, ueram & liberam ecclesiam habemus. Tu autem si recte perspicias, in deceptionis, & erroris ualle te reperies. Tibi igitur consule, & tuæ animæ, esto prudens, & cautus ut passer, ad euitandas illas fraudes, & illinc huc ad nos fuge in montem tutum, in sanctam uere ecclesiam, ad ipsum Christum.

Catholici responsio

Cātic. cantic. cap. 1.

Malignorum perniciosa solicitatio.

Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt sagittas in pharetra, ut sagittēt in obscuro rectos corde. Intenderunt (inquit) uestri prepositi, dolosi peccatores, arcū suū, ex utroq; testamento, & parauerūt sagittas suas, asperas doctrinas, & onera super uos, parauerunt in pharetra, hoc est, occulte, ut uos decipiant suis doctrinis, ut subditos teneāt, et suis sagittis, in obscuro, ne sentiatis, uos sagittent, percutiant, uulnerēt, & de uobis agant, quod illis lubet. Te igitur (inquit) hortor, atq; admoneo, ut de hoc monte in nostrum transmigres.

Quoniā quę pfecisti, destruxerūt. Tu etenim, uerā, & simplicē uiam, & optas, & elegisti, & quantū per gratiam potueris, perfecisti, hoc est, studiose, ut perficias, et adimpleas omnē conatū adhibuisti, at illi doctrinarum, & cęremoniarū multitudine te decipientes, quæ tu pro tua simplicitate adhærēs uerbo dei, perfecisti, destruxerunt, quia te, et multis modis implicuerunt, & simplicē atq; rectam uiam sustulerunt, eam ita incertā efficientes, ut nusq̃ sit tibi certus consistēdi locus, ut ab uno uertitur. Sic enī inuertere solent hęretici ueritatem, sic destruere, ut quod candidum est, in nigrum uertant. Destruere etenim, falsam doctrinam adferre, sicut ædificare, ueram significat. Sed huic probe respondet pius christianus. In domino confido, ut supra diximus. Solet hic locus a nōnullis, mea sententia, sic melius interpretari, ut ad nouatorē, sic loquatur simplicitas christiana. Quomodo uos hæretici (ait catholicus) dicitis animę meę, transmigra &c. In domino (inquit)

Ab h... cis q... nitie...

Hęret... tū arc...

Pharet... malor... pectus

Hęretic... tū sagi...

Destructi...

Amphi... logia ga... dem hęr... tici.

(inquit) confido &c. Vertensq; sermonẽ ad deum. Est (inquit) mihi opus, ut in te domine confidam, & auxilium a te petam, quoniam, ecce, per tuã gratiã sentio, quod peccatores, impij, & hęretici, intenderunt arcum &c. et parauerũt sagittas, &c. Et hoc certo sentio. Quoniam quę perfecisti, quæ ædificasti, quæ simpliciter tradidisti, illi, quantum in eis est, suis machinis destruxerunt, hoc est, scripturarũ ueritatem, quã tu perfectam fecisti, dolosis interpretationibus fœdarunt. Probos ritus, pias cæremonias, utilissimum omnium rerum ordinem, decoreq; domus tuæ, quæq; in tuo spiritu, ab ætate in ætatem catholica tua ecclesia recepit, decreuit, instituit, optimo deniq; statu solidauit, & perfecit, destruxerũt nouatores, & quoad possunt, suis perniciosis dogmatibus dissipare conantur. Arcus hæreticorũ (qui præ cæteris, peccatores iure appellari merentur) quem in iustos, & rectos corde parant, est sacræ scripturæ intellectus, quẽ illi male torquent, ad tuendos errores suos, ad decipiendos, & mortali ictu uulnerandos simplices. Et postq̃ hũc prauum & letificum neruum sacræ scripturæ sic tetenderint, & eius rectam simplicitatem corruperint, tum quidem in pharetra, hoc est, intra se, in corrupto iam animo, & doloso pectore, (nam sicut pharetra sagittarũ theca, uel repositorium est, ita heretici hominis pectus, suę falsę doctrinę theca est.) peruersę doctrinę sagittas, hoc est, perniciosas sententias, paradoxa quędam, & ambiguas uoces, parant, & paratas habent, ut ex occasione, omni arte, omnibusq; insidijs, rectos corde sagittent, & pestiferis erroribus uulnerent in obscuro. Nam dolis & fraudibus aggrediuntur, & toti in tenebris ambulant, qui corde, & corde loquuntur. Potissimũ in sermonis ambiguitate, ut simplices decipiãt, delitescunt, uersantur, & fraudes sternunt. Gaudent enim ambiguitate, & sermone obscuro, ut qui eis fidunt, quiq; eorum doctrina delectantur, eam quam cupiunt sententiam

Ab hęreticis quę pãtiĩes.

Hęreticorũ arcus.

Pharetra, malorum pectus.

Hęreticorũ sagittę.

Amphibologia gaudent hęretici.

ab illis accipiant. Si uero hæresis insimulentur ipsi, uerbo negant, quod corde asserunt, & astuta interpretatione, periculum eludũt. Longe aliter quidem fit a iusta simplicitate, quę scripturę sagittas non abscondit in pharetra, sed sanas doctrinas, apertas quidem, atq; simplices habet, quibus peccatorẽ hortetur, admoneat, obiurgetq;, si opus fuerit, ut resipiscat, Hereticus uero non aliud quærit, q̃ ut dolo, & in obscuro uulneret rectum corde, immaculatum, ut in alio psal. hoc est, simplicem christianum uirum, alienum a dolo, & astutiarum prauitate, recte credentem, et plena uoluntate, ut soli deo seruiat, incumbentem. At huic, et omnibus alijs sic conantibus persuadere, his tribus uerbis respondet pius christianus. In domino confido, &c. Sic tamen angustiatus, & suis uiribus timẽs qui rectus est corde, & alienus a dolo, humiliter, simul et dolenter deum sic alloquitur.

Rectus corde. Psal. 63.

Iustus autem quid fecit?

O benigne deus (inquit) iustus autẽ, qui recte credit, beneq; conatur, et in te confidit, quid fecit, quid cõmeruit domine, ut ab hęreticis a quibus aliud non speratur q̃ animæ interitus, hæc omnia patiatur? Cur sinis eum (inquit) sic urgeri, sic fatigari? Non in prima persona, sed in tertia loquitur propheta, qui ab impijs solicitabatur, quando se iustum uocat, ut omnẽ arrogantiæ suspitionem euitet. Neq; tamen insolitũ est prophetis, item et alijs sanctis uiris, ut sese uere nõnunq̃ laudent. Est enim deo pergrata, anteactę probę uitæ humilis memoria, ut legentes, audientesq;, narrantis exemplo, fructum accipiant. Sic Osechias (exempli causa) suæ uitę innocentiã cõmemorabat. Sic apud hũc prophetam sæpe reperies. Sic Diuum Paulum non semel uidere licet, sua dona prædicantem, ut pluris eum faciant, ad quos scribit, simul et ut pseudoprophetæ magis deterreantur. Sic perspicue disceptantem diuum Iob, et pluribus quidem uerbis suam innocentiam prędicantẽ

Iustus.

Innocẽtiã propriam prędicare licet. 4.Reg.20

cantē, uidere licet. Longe aliud est, si iactabunde sua opera quis recenseat, ut in euāgelio pharisæus. Sed redeo ad iustum nostrum. Iustus autem quid fecit? Hoc ait uelut perterritus. Sed statim ad se rediens. In domino (inquit) confido, qui me ab hac improbitate liberabit, quia

Dominus in templo sctō suo, dominus in cœlo sedes eius.

Ab hoc itaq; domino meo, ad idololatras, ad hæreticos non abibo, qui mihi cōsulet, qui me tuebitur, qui me per gratiam iuuabit (inquit catholicus) ut constanter credam, ut uiriliter omnibus uestris machinis resistā. Quod ait dominus in cœlo. Tu exaudies (inquit Salomon) in cœlo, in loco habitationis tuæ, ut des unicuiq; secūdū oēs uias suas. Dominus in cœlo est. in loco eminenti, supra oēs est, uel potius ubiq;, & potissimum in suis iustis, & rectis corde, ubi uere templū suum habet. Vos estis (inquit apost.) templum dei. Qui igitur in deo fidit, nō sibi timet, quia semper deū habet, secum adiutorem. Hinc ait in alio psal. Nisi quia dominus erat in nobis, &c. Dominus (inquit) in cœlo est, sedesq; eius, et soliū, et sancta regia (ut ab alio uertitur) illic est unde suis prospicit, ut illis oportune succurrat. Cœli quoq; appellantur beati uiri, (dic in psal 18.) qui in deo spem oēm suā ponunt, in quibus suā habet sedem deus, & habitat in eis ad quos respicit. Secundū historiam uisus est propheta idololatris respondere, cū eum urgerēt, ut eorū deos adoraret. Nolite me (inquit) solicitare, quia dominus et deus meus, nō est apud uos, qui idola colitis, sed in tēplo sancto suo, in hierusalem, uel potius in cœlo, ubi est sedes eius. In uestris igitur uiribus non sperabo. Nam

3.Reg.8.

1.Cori.3.

Psal.123.

Psal.18.

Oculi eius in pauperē respiciunt.

Benignū igitur, & paratum habet iustus adiutorem deū, qui omnia, & recte, & iuste iudicat. Respicit, et bonos, & malos deus. Sed uarie. Suos quidē benigno oculo, magna misericordia respicit. Sic respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Sic oramus, ut respiciat nos misericors deus. Vtroq; oculo respicit deus, et benigno, & seuero. Neq; aliud est oculus domini, q̄ eius perfecta oīm rerū inspectio, et infallibilis scientia. Malos quidē respicit, uel misericorditer corrigendo, ut resipiscant, uel ut meriti sunt, cum aliorū magno terrore puniendo, tam, ut suis opem ferat, q̄ ut afflictionis exemplo, terreātur alij. Sed benigni oculi eius super pauperes, super metuentes eum. In utrūq; igitur genus hoīm respicit, qui nihil ignorat. Nam

Respicit deus & bonos & malos.

Genes.4.

Oculus dei.

Palpebræ eius, interrogant filios hominum.

Dei palpebræ, sunt eius occulta, incognita, & ideo incomprehensibilia per certam scientiam iudicia. Idem repetit, ut aliud non sit, oculi respiciunt, q̄ palpebræ interrogāt. Pro oculis etenim palpebræ, in sacris literis reperiūtur. Facies mea intumuit a fletu, (inquit Iob) & palpebræ meæ caligauerūt. Est enim uelut allegoria, ex uiris primoribus sumpta, qui fauore dignos, clementer apertis oculis, & sublatis palpebris, & hylariter, quos uero odio habent, uel clausis oculis, uel pressis palpebris, aut truculenter in altū surrectis, seueriter inspiciūt. Hic posterior, est uultus domini super facientes mala. Dei igitur palpebræ, oculi dei, qui nihil non uident, absoluta scientia dei, interrogant hoc est, probant, discernunt, et omne genus hominum recte iudicāt. Dei (inq̄) interrogatio est, uel bonorū probatio, uel malorum reprobatio. Non enim ut resciscat interrogat, qui nihil ignorat. Hinc ait priora explanans.

Palpebræ dei.

Iob.16.

Allegoria de palpebris dei.

Dn̄s interrogat iustū & impium.

Discernit enim utrūq;, diuino suo, & occulto iudicio, & alterū ab altero, in præmio, & in pœna separat. Nō est igitur quod hæreticorū suasiones timeat simplicitas christiana, tantū in domino cōfidat, qui utrūq; secundū meritū, & respicit, et probat. Neq; non idē est, quod

Interrogatio dei.

pverb.15. quod ait sap. In omni loco oculi domini contemplãtur bonos, & malos. Iustum hoc est, Iustus. uere credentẽ in deum, & certã omnẽ spem constituentem in eo, benigne respicit deus. Fidei igitur constantia opus est. Monet itaq; Ephe.4. Paulus, & quidem sæpenumero, ad constantiam, ne iam simus paruuli sic fluctuantes, ut circumferamur omni uento doctrinæ, neue a recta moueamur, rerũ aduersarũ formidine. Probatur enim iusti hominis fides, & exercetur tribulationum patientia, ut ait apostol. Rhom.5. Beatus (inquit Christus) qui perseuerat. Ter beatus (inq̃) qui uincit, qui fortiter sustinet. Vtilis patientia. Alia translatio est. Dominus iustos probat, et impios. Priorem interpretationem explanat. Ille namq; solus est. qui iuste probat, qui iuste iudicat, qui in sentẽtia nõ fallitur. Probat (inq̃) & uarijs quidem modis. Vtrumq; etenim affligit, sed alterum in ipsius salutem, alterũ sæpe in exitium. Iustus patienter fert, impius improbe recalcitrat. Iustus gratias agit, afflictionem dei, eius benignitatem, & dilectionem secum reputans, qui castigat quẽ diligit. Impius, & durior, & rebellior efficitur, deo, & uerbo & factõ maledicens, & blasphemãs. Impio longe maiores huius sæculi diuitias, meliorem ualetudinẽ, res omnes Afflictionũ varius effectus. secundiores nonnunq̃ tribuit deus, ut in hoc mundo suam gloriam, suam mercedem (ut ait euang.) recipiat. Iustum, & egestate, & ęrumnis frequẽtius afficit, ut per breuem huius sæculi patientiam, futuram eternam gloriam securius adsequatur. At in his omnibus & iustum probat, & impium, non alio modo q̃ supradiximus, hęresis tumultu probari homines. Iustum quidem, qui probis est moribus diligit. Impios, & reprobos detestatur. Nam sicut pauperes respicit deus benigno fauore, ita & impios nõ odisse, non detestari non potest, cum ipsi sese oderint. Non enim eos reprobos facit deus, sed fiunt a semetipsis. Inde ait propheta.

Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam.

Non enim qui facit iniquitatẽ. Nam hoc facile ex humana fragilitate euenit. Septies enim in die cadit iustus, et resurget, cito pœnitet. Sed qui diligit iniquitatem, hoc est, qui pverb.24. se delectat iniquitate, uere odit animã suam, Iniquitatis amatores. & perdet eam. Dilexisti (inquit in alio psalmo) maliciam super benignitatẽ, propterea deus destruet te. Nam qui cogitat mala facere (inquit sap.) stultus uocabitur, et illa cogitatio stulti peccatum est. Monet igitur in alio psalmo. Qui diligitis dominũ odite malum. Psal.96. Hereticos, & priores rerũ, & ordinum nouatores, cum primis intelligit, qui ueritatẽ non ignorantes, iniquitatẽ, hoc est errorẽ, et falsam doctrinam amplectuntur, in aliorũq; exitium eandẽ improbe soliciti ingerũt promouentq;. In eodẽ gradu quod ad iniquitatis dilectionem attinet, sunt et omnes alij obstinati peccatores, nolentes intelligere ut bene agant. Propterea deus, nisi resipiscant, destruet eos omnes. Nam

Pluet super pctõres laqueos ignis, sulphur, & spiritus procellarum, pars calicis eorum.

Calix poculum est, & in sacris literis uel af- Chalix ĩ sacris literis flictionẽ, uel paßionem significat. Transeat a me (inquit Christus) calix iste. Potestis Math.20. (inquit) calicem bibere quem ego bibiturus sum. Est quoq; animaduersio, pœna, uel supplicium malorum. Bibisti (inquit Hiere.) de Hiere.51. manu domini calicem furoris eius, furoris dei. Et calicem furoris tui bibet (inquit Ezchiel) profundum, et latum. Duo itaq; ca- Ezech 23. licis genera sunt, alterum piorum, alterum Calicis duo genera. impiorum. Piorum calix, uel afflictio, temporanea est in hac uita, quæ æternam gloriam tribuit. Est itaq; salutaris, ut in alio psalmo. Neq; esse potest, ut non aliquando Psal 115. persequutionem patiantur, qui in Christo pie uolunt uiuere, ut ait apost. Nam per multas 2.Timo.3. tribulationes (inquit idem) oportet nos intrare regnũ dei. Si uero sustineamus, & con regnabimus, inquit. Afflictiones patiantur Act.14. iusti oportet. Mũdus etenim, iustos odio ha- 2.Timo.2 bet.

bet. Calix uero impiorum, & eorum qui iniquitatem diligunt, erit æterna afflictio. Hæc est pars (inquit Iob) hoīs impij. David itaq; propheta pœnarū illā portionē, quā, qui odit animā suā, et iniquitatē diligit, habiturus est, partim demōstrare conatur, partim (inq̄) nā uel cœli gladiū, uel inferni supplicium explicare, nec humana uerba sinunt, nec in cor hominis ascendere potest, ut ait apost. quia archana dei sunt, nec ea docet uerbū dei. Prophetæ uerba nunc expendamus. Super illos pctōres iniqtatē diligentes, deus (inqt) pluet laqueos ignis, hoc est, undiq; eos igne uallabit, ut nusq̄ sit euadēdi locus. Cū ex illo loco gehennę, nulla sit redemptionis spes. Quod autē ait pluere, abundantiā, & copiā significat. Hinc ab uno uertiť. Immittet in improbos ignē, instar pluuię. Neq; nō solēt similes horrēdę afflictiones, etiā in hac uita nōnunq̄ in malos immitti, ut de Sodoma, et Gomorrha, totaq; uicinia, sacra narrat historia. Ad cuius similitudinem hunc locum scripsisse uidetur propheta, uolens, ut omnes admoneat, omniū formidolosissimum exemplum oculis obijcere, cū in hoc loco potissimū rem agat, cum omniū improborū, & nephandorū turpissimo genere, hęreticorū scilicet uel idololatrarū, aut diligentium iniquitatem, sola obdurata malicia, qui non sunt hæreticis saniores. Deū etenim, & eius doctrinas oēs despicere uidentur. De pœna infernali ait Cyprianus. In propria adipe, frixæ libidines bullient, & inter sartagines flāmineas, miserabilia (inquit) corpora cremabuntur, in sermone de ascensione Christi. Discidite a me (inquit Christus omniū iudex) in ignē ęternū. Nam qui non manet in me (inquit) mittetur foras sicut palmes, et arescet, & colligent, & in ignē mittent, & ardet. Et huiusmodi paleas comburet deus igni inextinguibili, inquit Math. Item & sulphur, hoc est, intolerabilis fœtor, huius quoq; supplicij portio est. Erit (inquit Esai.) pro suaui odore fœtor. Sulphuris enim odor, & grauis, & odoratu ingratus est; simul & ignis ardorē uehemēter adauget. Vtrūq; coniungit Ioan. in Apocalipsi. Missus est (inquit) diabolus, in stagnum ignis & sulphuris. Timidis (inquit idem) incredulis, &c. pars illorū erit in stagno ardēti, igne et sulphure, quę est mors secunda. In hos enim impios, est flatus domini (inqt Esai.) sicut torrens sulphuris succendens eos. Spiritus item procellarum, sunt malorū porciones, qui sunt luctus, planctus, fletus, eiulatus, lamentationes, dissoniq; clamores, nunc estuantium, nūc frigentium (ad nimium calorem transient ab aquis niuium, ut ait Iob) nunc ipsorum dæmonum horribili uoce, & aspectione, nunc diuinorū & diuini uultus recordata desperatione, id quod omnium tormentorum atrocissimū erit. Desperatio enim, condemnatos maxime affligit. Vide Cyprianum in superiori loco. Ibi erit fletus, & stridor dentium, ibi densissimę tenebræ in medijs flammis. Hiero. uertit. Spiritus tempestatum. Felix uero. Spiritus combustionum. Est enim terra miseriæ, & tenebrarum, inquit Iob. Ibi deniq; spiritus procellę, turbines, & terribilis horror, ubi nullus ordo. Procellam tenebrarū uocat iudas in sua epistola, quam non uidit oculus hominis, inquit Ecclesiast. Nec tamen huiusmodi esse corporalia, aut dicere ausim, aut arbitror; ut nonnulli audatiores, sed sentire cum D. Augustino uelim satius, de occultis dubitare scilicet, quám de incertis, uel contendere, uel temere nimis adserere. Nam cum sint incorporales animæ, pœnis corporalibus affligi, uel corporali loco contineri, quomodo possunt? Sunt tamen (ut opinatur August.) quędā loca corporalibus similia, itē & pœnę corporalibus similes, non tamen corporales, quibus afficiuntur incorporales animæ, eadē incorporali qualitate pœnarū, qua sunt aīæ. Sed hæc dei occultissimis iudicijs relinquamus. At hoc certū est, ut aīę, ita et pœnę sint perpetuæ. Hugo de sctō victore, pro uiribus in libro. 4. de anima, in suo tractatu de monastica

Marginalia: Iob. 2. | Inferni supplicia. | 1. Cori. 2. | Genes. 19. | Pctōris obstinatia. | Ignis īfernal' portio | Cyprian' Math. 25. &. 3. | Ioan. 15. | Math. 3. | Esai. 3. | Apoc. 19. &. 21. | Esai. 3. | Iob. 24. | Iob. 10. | Ecclesi. 16. | Psal. 33. | Iob. 41. | Hebr. 9.

nastica institutione, explicare conatus est inferni pœnas. Etiam inter August. opera, reperitur de salutaribus documẽtis liber unus, in quo scripsit de illis ipsis. Hæc est pars, & porcio impiorum, quam bibent amarissime cum diabolo, & angelis eius. Et his quidem pœnis, ut iustissimũ est, illos afficit priores peccatores deus.

Quoniam iustus dominus, & iusticias dilexit.

Iustus dominus. *Iustus est dominus, & ideo peccatores iuste punit, idemq; dominus iusticias dilexit semp. Iustos igitur, qui innocenter uiuunt, diligit. Hos (inq̃) diligit deus, quia ipsi deum diligunt. Eos itaq; fratres, suosq; amicos appellat.* Ioan.15. *Vos amici mei estis (inquit) si feceritis, &c. Narrabo nomen tuum fratribus meis, inquit in alio psal.* Psal.21. *Hæredes quoq;, & cohęredes appellat. Has itaq; iusticias, hoc est, illos qui iuste uitam agunt, dilexit deus semper ab æterno, diligit in præsentia, et in sęculum sęculi diliget. Simul & non minus iuste cũ illis agit, quos afficit dignis pœnis. Postq̃ enĩ sic meriti sint, æquissimũ est. Omnia enim iuste iudicat, oĩa probat, discernit rectissime. Hinc ait.*

Aequitatem uidit uultus eius.

Vult⁹ dei. *Vultus domini uarie in sacris literis accipitur. Est enim dei scientia illa perfectissima, & uerissimum omniũ rerum iudicium, est & benignus erga iustos fauor. Est eius etiam in malos, & peccatores comminatio, uel potius indignatio.* Psal.33. *Vultus enim domini super facientes mala, ait idem. Est & eius suprema & ineffabilis potentia, uel potius absoluta uoluntas.* Iob.41. *Quis (inquit) resistere uultui meo potest? Eius deniq; præsentiam, faciem & aspectũ, quæ absolutam gloriam præstat significat. Et facta est (inquit Luc.) dum orat, species, uultus eius altera. Recti (inquit in alio psal.) habitabunt cum uultu tuo. Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit exemplaria uerorum (inquit Paulus) sed in ipsum cœlum, ut appareat nunc uultui dei pro* Hebr.9. *nobis. Quod hic ait, æquitatem uidit, &c. hoc est æquitatem probauit, & probat semper. Libenter enim ea uidemus, quæ probamus, quæq; delectant nos. Probos itaq; & bonos uidere dicitur deus, hoc est, placatos suos oculos in eos dirigere, sicut cognoscere dicitur, quos probat. Alios uero, nec uidere, nec cognoscere dicitur. Ita omnem iniquitatem odit deus, ut impios illos, nec uidere, nec cognoscere dicatur, quos ab eo prorsus reijcit.* Peccatores nõ videre dicitur deus. *Hinc ait in Euangelio, nescio uos unde sitis. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Vultus ergo eius aliud q̃ æquitatem, siue in probos, siue in improbos, nunquam uidet. Hiero. hunc locum sic uertit ex hebręo.*

Rectum uidebunt facies eorum.

Neq; rectus est, neq; bonus absolute quisq̃ alius, nisi solus deus. Marc.10. *Est ergo huius literæ idem quem diximus sensus. Tam enim iustus est dominus, adeoq; iusticiæ amans, ut sicut peccatorum portio, & hæreditas, infernalis est afflictio, interitus, & diuini uultus æterna priuatio, ita facies eorum, qui iuste uixerunt, perpetuo post hanc uitam, uidebunt rectum, hoc est, dominũ deum in maiestatis sue gloria, qui omnium solus rectus est, neq; rectus est quisq̃, absq; eo.*

Psalmus Dauid.11.

Titulus.

In finem pro octaua, psalmus Dauid.

De hac octaua, dixi in psal.6.

In summa.

Iustorum, & simpliciũ oratio est in hoc psal. ut a proditoribus et impijs huius sæculi adulatoribus, & dolosis hominibus, liberentur, id quod promittit deus, fidelissima sua promissione. Liberantur itaq;, quantumuis impij circumeant, ut iustos decipiant. De hęreticis, totum hunc psal. cum primis intelligere licet.

Explana-

Explanatio.



SAluum me fac domine quoniam defecit sanctus. *Vocat sibi auxiliũ iustus a domino, contra falsiloquos, cõtra ueritatis aduersarios, qui mendacijs, dolis, fraudibus, & suauiloquentia, decipere student. Auxilium (inq̃) contra malignos, feruenti spũ inuocat, quando prospicit hominũ adeo malignitatem inoleuisse, ut sanctus, fidus, purus, simplex, in terra prope deficiat, nec reperiatur fere unus. Tam enim ex illis sunt pauci, tam rari, si cum alia multitudine conferas, ut uideatur prope nullus esse. De genere malignorũ loquitur, & dolosorum. Saluum me fac igitur domine (inquit) quoniam defecit sanctus, ne inter tot malos, & impios, una cũ eis a recta uia deficiam. Et ideo defecit sanctus, defecit probus, defecit fidus.*

Bonorum raritas.

Quoniã diminutæ sunt ueritates a filiis hominũ. *Paucis potest haberi fides, tam longe a ueritate discesserunt, tam abũdat in hominibus falsitas, quæ aduersatur ueritati, tam corrupta est natura, & elõgata est gratia. Et facta est ueritas in obliuionẽ, inquit Esai. Non est ueritas (inquit Oseas) non est misericordia, non est scientia dei in terra. Maledictũ mendaciũ, homicidiũ, furtũ, & adulteriũ inundauerũt. Et ubi ueritas non est, ibi nec morũ sanctitas, nec uitæ ulla probitas esse potest. Hos uero qui sic a ueritate deficiunt, filios hominum signanter appellat, de quibus in psal. 4. Non enim esse possunt filij dei, in quibus est tam dolosa malignitas. Hinc enim*

Generale vitium humanæ naturæ.

Esai. 29.

Ose. 4.

A ueritate oĩs probitas.

Psal. 4.

Vana loquuti sunt unusquisq; ad proximũ suũ. *Quia corde, & corde loquuti sunt. Mẽdacia in corde meditati sunt. Quod ait de pximo. Nullus homo nõ proximus est, nullus est, cui non fidẽ seruare tenemur, cui nõ bene optare, uelle, et p occasione benefacere. Dic in psal. 14. Longe tamẽ alij sunt mores hoĩm, q̃ ut hanc charitatem erga proximũ habeant. Adeo usq; hoc uerũ nimis est, ut sit fere opus, illo Hiere. cõsilio. Vnusquisq; (inqt) a proximo suo se custodiat, et in fratre nõ habeat fiduciã, quia oĩs frater supplantãs supplantauit, & oĩs amicus fraudulẽter incedet. Est (inqt Eccles.) qui nequiter humiliat se, et interiora eius sunt plena dolo. Nã corda hoĩm (inquit idẽ) implenẽ malicia. Hi sunt, qui corde mẽdaci loquuntur, ut simplices decipiãt. Sic de huiusmodi filijs hoĩm, probos & pios admonet propheta, ut bene astuti ab illis caueãt. Est enim simplicitas, & innocentię proba quędã astutia, hoc est prudentia. Astutus (inquit Sap.) omnia agit cũ cõsilio. Hinc ad suos discipulos ait Christus. Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbę. Admonet itaq; propheta, ut ab his dolosis sibi caueant pij, et probi uiri. Sunt enim his filijs hominum.*

Omnis hõ proximus

Psal. 14.

Hiere. 9.

Eccles. 19.

Idem. 9.

Proba astutia.

Prouer. 13

Math. 10.

Labia dolosa. Nam. in corde & corde loquuti sunt. *Aliud enim loquũtur, et aliud habẽt in corde et aĩo. In una manu panẽ, in alia lapidẽ ferũt. Hęc sunt uere labia dolosa, prona prorsus in mendaciũ, a ueritate abhorrẽtia. Et ideo hęc uana loquuti sunt, quia nõ est illis cor simplex. Ve (inquit Eccliastic.) duplici corde, & labijs scelestis. Non quidẽ illud loquũtur quod habent in aĩo uere mẽdaces, adulatores, simulatores, dissimulatoresq;. De tali uero cõsulit Sap. Ne credideris ei, quoniã septẽ iniqtates sunt ĩ corde illius. Id quod de quouis hęretico uidere maxime licet. Cũ primis sic Ephesios docet apostolus. Induite nouũ hoĩem, &c. propter qđ deponite mendaciũ, loquimini ueritatẽ unusquisq; cũ proximo suo, quoniã sumus inuicẽ membra. Alius uelut quadã paraphrasi, totũ hunc priorem locum sic uertit ex hebræo. Vanũ est quicquid alter alteri loquitur, falso blandiuntur. Ore aliud promunt, corde aliud tegunt. In eos igitur huiusmodi oẽs, sic orat propheta, piorum nomine.*

Eccles. 2.

Corde & corde loq

Prouerb. 26.

Ephes. 4.

insinceritas labiorum et Disperdat ... mendacibus et frodolis ... [illegible]

Disperdat dominus uniuersa labia dolosa,& linguã magniloquam.

Iusta piorum optatio in impios. Nõ enĩ ut homo, sed ut eius peccatũ pereat, optat propheta. Vult quidẽ ut quęratur peccatũ,& non inueniatur. Optat igitur ut oĩs lingua dolosa,& magniloqua,a cõmercio fideliũ, quos maxime decet tam ueritas,q̃ humilitas,fugentur,& abijciantur, ut sint homines, ei qui est uia & ueritas,simillimi qui potißimũ admonet, ut simus humiles corde, et spiritu,quibus dolosa,et iactabũda lingua, uel ex diametro aduersatur. Talis enĩ lingua est uniuersitas iniquitatis, ut ait. D. Iacobus. (Iacob.3.) De falsis doctoribus,& hæreticis prophetã potißimũ intelligamus, qui suis pestiferis linguis, non priuatũ quemq; seducunt, sed uniuersum gregem prosternũt,& dolenter pręcipitant,qui suã falsam doctrinã mire iactãt, (Linguæ pestiferæ.) ut impudẽti audacia,meris mendacijs populũ decipiãt. Disperdantur, igitur deũ orat, quia ipse est (inquit Iob) qui consilia prauorũ dissipat, ut saluet pauperem a gladio oris eorũ. (Iob.5.) Est enim gladius in ore ipsorũ,ut in alio psal. (Psal.58.) Admonet igitur apostolus. Videte (inquit) ne quis uos decipiat per philosophiã,& inanem fallaciã. Loquimur (inquit in alio loco,) (1.Cori.2.) non in doctis humanę sapientię uerbis,sed in doctrina spũs. Nec ĩ persuasibilibus humanę sapiẽtiæ uerbis,ueni ad uos,nõ in sublimitate sermonis,aut sapiẽtię,sed dei sapiẽtiã in uirtute Christi loquimur. Nõ enim indicaui me (inqt) scire inter uos, nisi Christũ Iesum,& hunc crucifixum. Et caueamus igitur, et abhorreamus a linguis dolosis,magniloquis,et iactabundis. Hi enim uere sunt.

Qui dixerũt linguã nostram magnificabimus,labia nostra a nobis sunt,quis noster dominus est?

Oritur quidem hoc peccatũ, uel ex dei ignoratione, uel eius maiestatis obliuione,& hominis arrogantia. Est enĩ omnis peccati initium superbia. (Eccles.10.) Dixit (inquit in alio psalmo) (Psal.52.) insipiens in corde suo,nõ est deus. Non mo- (Psal.9.) uebor a generatione in generationẽ. Sic & hi magniloqui, qui supra hominem sibi arrogãt, stulte apud se,dei,et diuinę potentię obliti dixerunt, quis noster deus est? quis nobis pręest? cui data est in nos potestas, ut libere nõ loquamur quę uolumus? Quis est,qui linguam nostram prohibeat? Labia nostra a nobis sunt, linguã nostrã, uerba nostra, sermones nostros, pro uoluntate magnificabimus. (Cauendũ a iactabundis.) (Arrogantia impudens.) Ingentia uerba loquemur. Volumus, ut solis nobis habeatur fides. Nos (inquiunt hęretici,) soli ueritatẽ cognoscimus, & denunciamus. Cæci fuerũt,& cæcorũ duces, qui ante nos scripserũt patres omnes. Iam plus mille quingentis annis latuit ueritas. Iam primum reuelata est. Hoc solum est uerum, quod soli nos docemus. Infantes erãt priores omnes, (Hereticorũ iactantia.) & scripturæ intellectum nescientes,uel apud græcos, aut Basilius,aut Nazianzenus,aut Chrisostomus, uel apud latinos, aut Hiero. aut August. aut Ambros. O detestandã arrogantiam. Hi sunt, qui innituntur prudẽtiæ suæ, uere insensati, seu potius maligni, præ superbia dicentes, non est alius præter nos, ut ait Ecclesiasticus. Ad hos ait propheta. (Eccles.36.) Nolite extollere in altum cornu uestrũ, nolite loqui aduersus deũ iniquitatem. (Psal.74.) Qui uero hac magniloquentia delectatur, ueritatem oderit necesse est. Lingua etenim loquax, non amat ueritatem. (Prouerb. 17.) Hi sunt, qui magniloquentia, & priora omnia traducunt, & sua noua inferre student. Hinc suo more, sibi loquendi licentiã,de rebus omnibus,quęcũq; in buccam uenerint, assumunt, prorsus impatientes,uel potius in furiã acti,proni illico in conuitia si admonueris,uel paululum aduerseris. (Magniloquẽtiũ impatientia.) Huius totius malignę rei,caput est arrogangantia. Quãuis hanc magniloquentiam (ut æquum est) detestatur propheta, eruditiores tamen literas non improbat, eloquentiæ non detrahit, dei quidem donum est. (Eloquentia, donũ dei.) Fuerunt etenim nonnulli beati uiri, magna eloquentia, tam hebręi,et latini, q̃ gręci. Sed illa uere usi sunt, nõ abusi. Illos ergo detestatur ꝓpheta, qui dei

qui dei beneficium non agnoscentes, non solũ sibi eloquentiã arrogant, sed etiã caninã illã facundiã, ad aliorũ perniciẽ exercent. In hos deum orauit propheta, oĩm simpliciũ, et fidelium nomine. Saluum me fac &c. Vehemẽs orandi causa, cũ sit iustis, pijs, simplicioribus insidiosius nihil, q̃ dolosa eloquẽtia. Nõ pauci reperiunt huius fecis homines, qui per arrogantiã, deum uelut prorsus obliti, quiduis & loqui, & suadere quodlibet non uerentur, uel in rebus maxime sacris, ueritatẽ inuertendi causa, odio, uel ostentatione sic inducti. Oĩm itaq; pernitiosissima est illa magniloquentia, et pestifera uerborũ iactantia, quæ per malignitatem, dolosa lingua, & auditores, & legẽtes, fœdis erroribus inficere conatur. Ludum putauit Lutherus, hac nostra ętate, tum alienus a christiana modestia, receptissimum intellectũ oĩm priscorum patrũ reijcere contemptimq; respuere, nulla uerborũ mediocritate, quem nimis multi sequuti sunt. Extant quidẽ apud eundẽ nõnulla loca, quibus passim iactat, nullã obscurã esse partẽ in sacris literis, quã ipse non luce clariorẽ, nullo negotio redderet. Neq; hoc tacuit Erasmus nõ semel in utroq; libro hyperaspistę, qui Luthero palmam tribuit, quoties ad glorias, conuitia, & battologias, respicimus. Qui ergo mihi fidẽ non habet, illum legat Erasmũ, ut alios nonnullos taceam. Sed mea sententia, dei oĩpotentis ope, & eruditi cũ primis Melanctonis saniore consilio, refriguit pro magna parte, hominis quondã insolentia. Deũ humillime precor, tam ut illi spũs lenitatem cũ ipsa ueritate tribuat, q̃ ut simus tandẽ in domo domini unanimes. Quanta tamen pestis est, dolosa, & magniloqua lingua, ex huius prophetæ in eos uehementi oratione, facile iudicare licet. In hoͤs itaq; malignos, deũ sic efficit promittentem.

Pernitiosa res dolosa eloquentia.

libr. 2. art. 174.

Propter miseriã inopũ, et gemitũ pauperũ, nũc exurgã dicit dñs.

Nunc exurgam, ut cõtra huiusmodi dolosos, et magniloquos, illis meis opem in tempore feram, cum sit tẽpus succurrẽdi propter miseriam & afflictionẽ, quam patiuntur ab inimicis, & gemitũ, & planctũ inopum, simplicium, & pauperũ, qui ad me clamant, & tam dolose tractati sunt, tantopereq; sibi timent, ne nisi citius opem tulerim, uincãtur. Inopes appellat, sine ope, sine humano auxilio, oẽm spem in deo constituentes. Cœlestis inopia est hęc, et cuiuis pio uiro utilissima. Nam & qui confidit in deo, tandẽ haud dubie, hoc est, cum sit illi oportunũ maxime (prospicit enim suis in tẽpore benignus deus) exurget deus in auxiliũ, quia sic promisit. Neq; nõ fidelissimus est in oĩbus uerbis suis. Vsq; ad tempus sustinebit patiens, & postea redditio iocũditatis, inquit Eccles. Sustine igitur, geme, clama, & tibi pcul dubio exurget deus in auxiliũ in tempore oportuno. Sic auditus est clamor filiorũ israel, ut in. 2. & 3 cap. Exodi. Est hominis militia sup terrã, malorũ scilicet patientia, ut ait. D. Iob. vnde magis meretur in fidei probatione, inquit. D. Pet. Admonet itaq;. D. Paulus. Labora (inquit) sicut bonus miles Christi. Non enĩ coronabitur, nisi qui legittime certauerit. Si sustinebimus, et conregnabimus, inqt. Vt hũc itaq; sic laborantẽ et gementẽ, magis ac magis consoletur propheta, deum adhuc loquentem, & auxiliũ sic promittentẽ docet. Exurgã (inquit) et opem certo certius ferã in tempore. Nam et

Cœlestis inopia.

certa spes in deo.

Eccles. 1.

Iob. 7.

1. Pet. 1.

Ad Ti. 2.

2. Timo. 2

Ponã in salutari, fiducialiter agam in eo.

Non est enim quod quis dubitet, de uerbis, & promissis dei. Ait igitur. Ponã in salutari, hoc est, meos, qui patiunt propter iusticiam, ponã eos, & constituam in uera & certa salute, quia fiducialiter, &c. Agit enim fiducialiter oĩa deus. Neminẽ quidẽ decipit, qui fidenti animo ad eũ accedit. Fidelis est in oĩbus uerbis suis. Vult igitur pro bonitate et potest, (cũ sit nullus qui resistere possit) opẽ ferre in tẽpore. Quis enim deus præter deũ nostrũ? Quis resistet tibi, inquit in alio psal. Et quis dicit tibi (inqt sap.) quid fecisti? aut quis stabit contra iudiciũ tuũ? Est ergo fidus, ut certũ

Psal. 144

Certũ auxilium, qui se deo cõmittit.

Psal. 17.

Sap. 12.

ut certũ & tutum auxilium præstet, simul & potens est, ut fortem et salutarẽ opem ferat. Arnobius, item & quidẽ alij, hunc psalmũ de Christo intelligentes, sic interpretãtur. Propheta fidelium nomine, deum patrẽ sic orat. Saluum me fac &c. quoniam diminutæ sunt ueritates &c. Nã iudęi falso persuadere conantes toti populo, de Christi resurrectione, ut in eum non crederent, copiosam pecuniam custodibus dabãt, ut Christũ nõ resurrexisse diuulgarẽt, sed eius corpus a discipulis ablatum esse. Sic uoluerunt suas linguas magnificare. Sic unusquisq; ad proximũ suum, uana loquebatur, sic corde, & corde loquuti sunt inuicem. Inter hos uere diminutæ sunt ueritates, quibus nulla erat ueritas in ore, qbusq; erant sua labia dolosa. De semetipso quidem loquebantur, longissimi a ueritate. Exurge igitur (inquit) domine, ut manifestetur ueritas, ne populus qui tibi cupit seruire, & in te credere, huiusmodi lĩguis dolosis decipiatur. Eas igitur linguas disperdas, supplex oro. Christus uero respondit. Exurgam, &c. et plane efficiam, ut de mea resurrectione ambigat nullus, tam erit manifesta, & tot efficiam meę resurrectionis testes. Et hanc rem ita ponã in salutem, omnibus uolentibus credere, & tanta fide agam in eo, ut quicũq; crediderit, & baptizatus fuerit, persuasissimum habeat, se saluum fore. Sensus est omniũ & certissimus, & uerissimus. Nullus quidẽ psalmus est, nulla fere prophetia, quę ad Christũ non pertineat. Quod nũc sequitur, & utriq; sensui, & omni sacrę scripturę parti cõuenit, ut persuasum habeas, quicquid ꝑmittit deus, quicquid in sacris literis habetur, & uerissimum, & certissimũ, & sanctissimũ esse. Hinc ait. Certo (inquit) certius credas, quodcũq; suo uerbo promittit deus. Nam

Math.28.

Eloquia domini eloquia casta, argentũ igne examinatũ, probatum terrę purgatum septuplum.

Nolite (inquit) de dei uerbis, et promissis, de sacris literis, quouis pacto titubare. Nã eius eloquia, eius uerba, eius promissa, sunt casta, non sunt adulterina, sunt uera, non simulata, non ficta, non ad gratiã composita, sed simplicia, sed mera, nullo fuco personata, nulla fraude, nulla fallacia, uirgineam simplicitatem, et castitatẽ uere habentia, non sunt dolosa, nõ uana nõ ad decipiendũ magniloqua, ut supradixit de filijs hominũ. Et quẽadmodũ eloquia domini casta sunt, ita & cũ castitate tractanda sunt, non ad inanem gloriã, non ad ostentationẽ, non ad quęstum, nõ ad gratiã, nõ ad ueritatis offensionẽ. Sapientia (inquit Iacobus) quæ de sursum est, pudica, & pacifica, modesta, iudicãs sine simulatione. Gratis quoq;, & ultro offerenda sunt huiusmodi eloquia, ab his quibus data est prophetię gratia. Quod gratis accepistis gratis datæ, inqt Christus. Venite (inqt Esai.) emite absq; argento, & absq; ulla cõmutatione, uinũ & lac, hoc est sacram scripturam, & uerbũ dei, quod spiritũ exhilarat, atq; reficit, pariter & roborat in sanctos et bonos mores, sicut uinũ corpus nutrit. Est quoq; lac purũ & candidũ, hoc est, alienũ a fuco & dolo. Non sumus sicut plurimi adulterantes uerbũ dei, inquit apost. Et q̃ sint pura, casta, & mũda dei eloquia, propheta per comparationẽ indicat. Verbũ dei (inquit) est argentũ igne examinatum, probatum terrę, purgatũ septuplum. Quãdo in fodinis argentea uena reperitur, terra primũ est, & lapis. Sic enim metallici, uel terrã appellãt, uel lapidẽ. Habet argentũ uenarũ suarũ principia, (inquit Iob) & auro locus est, in quo conflatur. Post inuentã illã terrã, examinatur, & per ignem discutitur. Excoquitur enim, & conflatione funditur. Excocta & fusa illa terra, igne ꝓbatur, quid insit metalli. Et id quidẽ est probatum terræ. Argentea uena argentũ euomit, sed non satis adhuc prima aut secũda decoctione purũ a terrę sordibus. Fundatur ergo sępius oportet, ut purius, purgatiusq; euadat. Et quo funditur sępius, eo purgatius erit. Huic argento

Certa & vera doctrina dei.

Eloquia domini casta.

Caste tractandum verbũ dei.

Verbũ dei gratis exhibendũ.

Math.10.

2.Cori.2.

Argento examinato comparatur verbũ dei.

Iob.28.

septies purgato (inquit propheta) iam purissimo, et defecatissimo, simile est uerbum dei, examinatũ, non ab homine, sed ab ipso deo, qui ueritas est, probatum, purum, mundũ, & ab omni prorsus terrena sorde, macula, aut mica detersum. Ideo septies dixit, quod scripturę usus est, ut per septenarium numerum, omnẽ, absolutãq; perfectionẽ significet. Sic septimo die, perfecit deus omnia. Qui igitur huic uerbo dei tam puro, tamq; perfecto, certam spem habet, sabbatum, & animi quietem sentiet. Hinc omnium piorum nomine, persuasissima fide, ait propheta.

Septenarius numerus perfectionẽ significat.

Tu dñe seruabis nos, & custodies nos a generatione hac inęternũ.

Verbum tuum adeo purum, certum & fidum est, ut quẽadmodũ promisisti, seruaueris nos ab iniquis illis dolosis, & magniloquis. Et custodies nos sub umbris alarũ tuarũ, custodies inęternum, ne deuoremur a generatione hac maligna, quę te nõ agnoscit, quę sibi tribuit omnia, quæ labijs dolosis fallere studet. Et inæternum quidem nos custodies, hoc est semper, tam in hac uita, q̃ in futura, ut tecum cœlesti tandem fruamur gaudio, quia non sumus magniloqui, non in lingua nostra fidimus, fraudes, & dolos, non paramus proximo, ut illi impij. Nam

In circuitu impii ambulant.

Recta uia nunq̃ incedunt impij, sed uelut in circuitu ambulant, dolis & fraudibus, uiam illam domini rectam, & planam ignorantes, uel potius spernentes. Et ideo ad octauã, de qua in titulo, hoc est, æternam requiem, non peruenient. Nam sicut caput, et pater eorum diabolus, circuit (ut ait Petrus) quęrens quẽ deuoret, ita & impij, eius serui, & membra, ut pauperes, & inopes, circũuentione decipiant, in circuitu ambulant, qui ueritati, quæ semper est & recta, & plana, suis aduersantur mendacijs, dolis, & omni malignitate, & abominantur impij (ait Sap.) eos qui recta sunt uia. Derelinquentes rectam uiam (inquit Petrus) errauerunt. Quos tamen patitur deus, occulto iudicio suo multiplicari. Ait itaq;

Impiorũ circuitus.

1.Petr.5.

Prouerb. 29.

2.Petr.2.

Secundũ altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Altitudo dei, est eius absoluta, siue scientia, siue uoluntas, siue potestas, quibus oĩa præsciens, omnipotens, pro arbitrio facit omnia. Inde altißimus deus appellatur non semel in sacris literis. Vel ideo altißimus recte dicitur, quia quæ facit mirabilia, tam alta sunt, tam sublimia, tãq; perfecta, ut humana prorsus ingenia uincant. Sunt enim humana ratione prorsus incompręhensibilia. Hinc ait. Secundum altitudinem tuam, hoc est, pro suprema illa, & incõpręhensibili sapientia, atq; altißima potentia, ad quæ attingere homo non potest, priores (inquit) illos filios hominum multiplicasti. Hos enim deus patitur multiplicari, & prosperos & potentes esse in hoc sæculo, ut sui fideles exerceantur, ut fidei probatio (inquit. D. Petr.) præciosior inueniatur, in reuelatione Iesu Christi. De his filijs hominum dic in psal. 4. Hunc puto germanum huius loci sensum, q̃uis alij sint, qui de probis, & fidelibus, hanc multiplicationem uelint intelligere, non ob aliam causam (quantũ ego conijcio) q̃ quod dicat propheta, deum illos multiplicasse, non animaduertentes, & bonos & malos a deo creatos esse, q̃uis mala non creauerit deus, neq; sit author mali. Ad suam etenim imaginẽ creauit deus homines, hominis tamẽ malicia, magnificum dei opus fœdauit. Alij uero hanc huiusmodi multitudinem filiorum hominum, non ad numerum, & multitudinem referunt, sed ad potestatem quam sinit deus, ut in hoc sæculo habeant illi filij hominum. A quodam itaq; erudito ex hebræo sic uertitur. Circũfluũt undiq; improbi, dum probrosi inter homines principatum obtinent. Neq; aliud est, quod ex hebræo sic uertit Hiero. In circuitu impij ambulant, cum exaltati fuerint uilißimi hoĩm.

Altitudo dei.

Altißim⁹ deus.

1.Petr.1.

Psal.

Malis oĩs licentia q̃diu malis imperium cõtingit.

hominũ. Quo sensu docere uidetur pphēta, id quod usu uenit, et docet nimium experientia, undiq; scilicet abundare pessimos homines, et nusq̃ non ambulare in quouis hominũ circuitu, & cõuentu potissimũ, si qui præsunt maligni sint. Id quod pluribus in psal. 9. uidere licet. Quos tamẽ, ut neutiq̃ timeamus, uere confidentes deo, docuit noster propheta in hoc psal.

Psal. 9.

Psalmus Dauid. 12.

Titulus.

In finem.

In summa.

Omnium christianorũ nomine, tam sua causa, q̃ ut omnes orandi modum, et solicitudinẽ doceat, solicitus est ad petendum auxilum propheta, contra infestos inimicos. Omnis itaq; more impatiens, uehementer petit, sed & certa spe futuri auxilij gaudet, simul & gratias se acturum pro uiribus, pollicetur. Hunc psal. de ueteris testamẽti patribus interpretantur nõnulli, qui redemptionem per Christi passionem certo certius fide expectantes, illius aduentus ingenti gaudio, ad huius psal. modum orabat unusquisq; magno animi ardore.

Explanatio.



Squequo domine obliuiſceris me in finem?

In uniuscuiusq; pij uiri christiani persona, loquitur propheta. Cum enim huius sæculi, siue corporis, siue animi infestis hostibus urgemur, ad huius psalmi modũ, ut frequentes & soliciti simus in auxilio petendo, docet propheta. Vsq; quo, hoc est, quãdiu (inquit) domine, auxiliũ distulisti, qui pro tua clementia, facile tuos audire soles? Nunc mei (inquit) oblitus uideris, in finẽ usq;. Tamdiu etenim auxiliũ, & opem, & gratiã tuam distulisti, ut mihi timeam, ne sero auxiliũ feras, meq; relinquas hostibus meis. Sic afficitur pius animus, longiore mora, huius rei potissimũ, quæ saluti consulit. Fit enim, ut molesta sit illius rei dilatio, quam uehementer cupimus. Sic (inq̃) certo futurũ Christũ credentes, uehementer ipsius aduentus desiderio, orabãt ueteris testamẽti patres. Vsq; quo &c. Quanta huius quidem rei dilatione tenebantur, docet iustus ille Symeon apud Lucã, qui mortem optabat, uiso Christo redemptore. Sed priorem sensum tractamus. De alio nũc admonuisse, satis est. Hic locus ab alijs sic clare uertitur. Quousq; domine perseuerabis, nullam mei rationem habens? Item Hiero. Vsquequo domine obliuisceris mei penitus? Affectus itaq; pius animus, tam longa dilatione, uehementiæ causa repetit.

Angit cupitæ rei dilatio.

Luc. 2.

Vsquequo auertis faciẽ tuã a me?

Sic in Apocalipsi clamant sancti illi. Vsquequo domine non iudicas, & non uindicas sanguinem nostrũ &c. Iudicat pro nobis deus, & nos uindicat, quoties benigno auxilio iuuat, infestantẽq; hostem, uel spiritualem, uel corporalem fugat. Faciem quidem a nobis auertere uidetur deus, quando orantes non exaudit, quia opem non præstat. Respicere uero dicitur, benignumq; uultum ad nos uertere, & fauere nobis, quando iuuamur gratiamq; sentimus. Hic ut respiciat solicite petit, orans, ut non auertat faciẽ suam. Deum uero suam faciẽ auertere a peccatis nostris, frequenter quoq; oramus, hoc est, ut ignoscat, ut nõ imputet, ut deleat ipse, ut remittat. Dei facies, & fauorem, & indignationem significat, quemadmodum & uultus dei, ut in psal. 10. 20. et. 17. Dic ibi. Hanc faciem, siue uultum dei, uidemus in uerbo eius quo docemur de mandatis, & uoluntate eius. Et bene quidẽ uidemus deum, quando eius uerbo credimus, & eius disciplinam sequi totis uiribus conamur. Sic iocunde, & suauiter uidemus faciem dei. Alias quidem terribilis

Apoca. 6.

Auertere faciem.

Respicere

Facies dei

 est.

est. Mortem & aeternam poenam minatur. Accipere quoq; faciē dei, modus est loquendi in sacris literis, hoc est, impia arrogantia, dei uelut personam sumere, & de factis, & occultis dei iudicare. Nunquid faciē eius accipitis, inquit Iob? Hic orat ne faciem suam auertat deus. Ne abscondat, ex hebraeo uertitur. Simus itaq; soliciti, prophetę exemplo, in petendo auxilio dei, & cū nostro propheta clamemus ad deum.

Faciē dei accipere.

Iob.13.

Quādiu ponā consilia in aīa mea?

Qui secum consulit, qui uarijs sententijs distrahitur, fluctuat, turbatur, angitur, consilij incertus. Ex una parte, solicitant inimici, urgent, male minātur, &c. Ex altera hortatur, admonet spiritus, prelium inire fortiter, & pugnam ferre, spem certā constituere in dei auxilio, qui opem feret in tempore. Sic habet consilia, & uaria quidem in anima, in mente. Ex hebręo clare sic uertit Felinus. Quousq; cum animo meo deliberabo? Hęc est humani animi imbecillitas, qua fluctuat homo absq; certa fide in deum. Sic solet nonnunq̄ deus, maxime suos exercere, ut fortiores exercitio tandem euadant, aduersarū rerū experientia, dei beneficio liberati. Hinc ut se ualde afflictū inimicorū sęuitia doceat, iterū addit.

Dolorē in corde meo per diem.

Repetendum est, quādiu ponam dolorē &c. Dolorem haud dubie, illam animi perturbationē intelligit. Non potest interim non affici, non dolere pius animus, qui robustiorem inimicum sentiens, uinci metuit, suas exiguas uires non ignorans, sine auxilio dei. Hinc tam solicitus est, ut auxilium impetret. Nobis doctrina est, ut fortiter, uel corporis, uel animi inimicis resistamus, non desperantes de bonitate dei, sed certa fide impetrandi, deū assidue oremus, ut in eo sperantes liberet. Quod autem ait, per diem &c. per unumquēq; diem, hoc est, continue se dolore turbatum intelligit. Hinc ex hebręo clare ab alio uertitur. Discruciabitur quotidie cogitationibus cor meum. Ardenti igitur affectu, iterum atq; iterum repetit.

Exiguę humanę uires absq; deo.

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

Hinc illi dolores, illae priores animi anxietates, quod exaltatur inimicus, & deprimitur pius. Fortem, robustumq; inimicum sentit. Validas animi concupiscentias habet, quae uehementer in peccata alliciunt. Se deprimi timet, inimicum exaltari. Insolescere solet inimicus, non dum parta uictoria, si uictoriae aliqua magna spes emineat. Exaltatur inimicus, quamdiu urget, uincit, dominatur, & non potest fugari, aut uiribus nostris depelli. Hinc ait. Quādiu exaltabitur inimicus meus super me? ut me poßit impune persequi, urgere &c. Post citatam itaq; priorem suam neceßitatem supplex orat.

Respice & exaudi me domine deus meus.

Iam diximus quid sit respicere. Exaudit deus, quando auxilium fert, ab inimicis liberat, fortemue animum aequo animo ferendi inimicorum sęuas iniurias praestat, per patientiam. Sic respondet deus petitioni nostrae. Hinc uertunt ex hebręo, Responde mihi, pro exaudi me. Vehemens est huius psalmi oratio, & ab ardenti affectu proficiscitur. Sic deum, et solicite, et toto cordis affectu orandum, docet suo exemplo propheta. Hinc ait. Domine deus meus, respice, inclina aurem tuam precibus meis, illumina uultum tuum super me, & me orantem benigne exaudi. Da mihi intellectum, ut discam mandata tua, & ut uitam meam componam pro uoluntate tua. Vt tuę uoluntatis meminerim perpetuo.

Quando exaudire dicitᵘ deᵘ.

Illumina oculos meos.

Ne incidam in laqueos inimicorū. Animi potius, q̄ corporis oculos intelligit. Recte orat, ut oculos illuminet deus, quia ex nobis ipsis toti sumus tenebrosi, proni in mala, faciles et proclines ad tenebrarum opera, ignorantia obcę-

Psal.5.

Humana cęcitas.

obcęcati. Nisi ergo illuminet deus, manemus in tenebris, filij tenebrarũ sumus. Oret igitur assidue cum propheta, quisquis pius est. Illumina oculos meos, intellectũ meũ, scientiam meã, tuę bonitatis cognitionẽ, fidẽ meã, memoriã meã, ut tuę uoluntatis meminerim.

Illuminare oculos.

Ne unq̃ obdormiam in morte.

Ne mors obrepat, & me imparatũ inueniat dormientem in peccato, cuius stipendiũ mors est. Hinc in huius psal. principio orauit, ne deus eum obliuisceretur in finẽ usq;. Est quidem obdormire in morte, uel in peccato sedere, ut in psal. 1. uel mori in peccato. Deo mortuus est, qui in peccatis sedet. Obdormit etiã in morte, qui inimicorũ uolũtati relinquitur. Orat itaq;. Respice domine deus meus.

Rhom.6.

Nequando dicat inimicus meus, pręualui aduersus eum.

Id quod uere nimis iactabit, si obdormiã sine auxilio ĩ morte. Prius orauit, ne exaltaretur inimicus, hoc est, ne adeo in malignitate pro libidine, eos progressus haberet, quibus fœdę uictoriæ, nimiam sibi spem conciperet. Hic autẽ orat, ne reipsa pręualeat, & uincat inimicus, uel corporis, uel animæ. De hac (inquit) uictoria lætarentur nimis inimici. Non enĩ tam gaudet pius, si cuiq̃ pro fraterno amore benefecerit, q̃ lętatur impius et peccator, si malã libidinẽ adimpleuerit. Hinc ait.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Felix paulo clarius sic uertit ex hebræo. Tribulantes me exultabunt, cum lapsus fuero. Sic lętari, sic exultantes gestire solẽt maligni, de damno proborũ, & piorum hominũ. Vt hoc nimis uerũ doceat propheta, toties orauit in hoc psal. ne exaltaretur inimicus, ne præualeret, neue exultaret. O dolendam hanc nostrã ætatem, in qua nimiũ hoc experimur, religionis tam diuturna dissentione. Diximus in psalmo.5. Tribulantur spiritu pauperes, mansueti homines, & pacis, quietisq; amantes, superborum uirorum sæuitia, & crudelitate. Dum enim superbit impius incẽditur pauper. Modum itaq; orandi contra hos malignos, docet hic psalmus. Respice (inquit) domine deus meus, nam si præualuerint inimici, diabolus, aut ministri eius maligni homines, caro, aut mundus, & peccatis illaqueauerint, atq; ut cupiũt uicerint, exultabũt &c. Omni quidem conatu, me (inquit) a recta uia mouere, & retrudere student. Ad te igitur confugio. Nam

Psal.5.

Ego in misericordia tua speraui.

Non in uiribus meis, aut humana quauis potentia. Sola est, cuiuis christiano uiro tutissima anchora, securũq; refugium, omnẽ spem in bonitate dei constituere, quæ humiliter & certa fide petenti, non ultra elongatur quàm expedit. Quamuis enim nõnunq̃ differatur, aut nõ impetramus quod cupimus, certo certius credamus non differri, nisi in longè maiorem utilitatem, uel nobis nõ expedire quod petimus. Scit enim pater noster cœlestis, quę nobis utiliora sunt, & de utilissimis nobis prospicit. Hanc uero certam spem habens, spretis omnibus hostibus, ait noster propheta. Certa spe misericordiæ tuæ, domine deus meus, quicquid minentur, quantumcunq; sæuiant inimici.

Tutissimũ refugium spes ĩ deo

Math.6.

Exultabit cor meũ in salutari tuo.

Tu es enim protector meus, quem timebo? Despiciã hos omnes malignos inimicos meos, quia bonum, & tutum, & certum est sperare in domino. Hanc tutam, & certã spem, tribuit certa fides, in potentia, & bonitate dei. Hanc certam fidem discamus ab hoc nostro propheta, qui dei spiritu loquitur. Est enim ipsissima uox dei, quæ nobis datur per prophetam. Qui hunc psalmum interpretantur de ueteris testamenti patribus, hunc locum de Christo intelligunt. Expectantes enim Christi aduentum & certo certius futurum, certa fide prospicientes, exultabant, et gauisi sunt, ut ait Christus de Abrahamo, de futura illa salute per Christum, id sæpe

Ioan.8.

est. Mortem & æternam pœnam minatur. Accipere quoq; faciē dei, modus est loquendi in sacris literis, hoc est, impia arrogantia, dei uelut personam sumere, & de factis, & occultis dei iudicare. Nunquid faciē eius accipitis, inquit Iob? Hic orat ne faciem suam auertat deus. Ne abscondat, ex hebræo uertitur. Simus itaq; soliciti, prophetę exemplo, in petendo auxilio dei, & cū nostro propheta clamemus ad deum.

Faciē dei accipere.

Iob.13.

Quādiu ponā consilia in aīa mea?

Qui secum consulit, qui uarijs sententijs distrahitur, fluctuat, turbatur, angitur, consilij incertus. Ex una parte, solicitant inimici, urgent, male minātur, &c. Ex altera hortatur, admonet spiritus, prelium inire fortiter, & pugnam ferre, spem certā constituere in dei auxilio, qui opem feret in tempore. Sic habet consilia, & uaria quidem in anima, in mente. Ex hebręo clare sic uertit Felinus. Quousq; cum animo meo deliberabo? Hęc est humani animi imbecillitas, qua fluctuat homo absq; certa fide in deum. Sic solet nonnunq̄ deus, maxime suos exercere, ut fortiores exercitio tandem euadant, aduersarū rerū experientia, dei beneficio liberati. Hinc ut se ualde afflictū inimicorū sęuitia doceat, iterū addit.

Dolorē in corde meo per diem.

Repetendum est, quādiu ponam dolorē &c. Dolorem haud dubie, illam animi perturbationē intelligit. Non potest interim non affici, non dolere pius animus, qui robustiorem inimicum sentiens, uinci metuit, suas exiguas uires non ignorans, sine auxilio dei. Hinc tam solicitus est, ut auxilium impetret. Nobis doctrina est, ut fortiter, uel corporis, uel animi inimicis resistamus, non desperantes de bonitate dei, sed certa fide impetrandi, deū aßidue oremus, ut in eo sperantes liberet. Quod autem ait, per diem &c. per unumquēq; diem, hoc est, continue se dolore turbatum intelligit. Hinc ex hebręo clare ab alio uertitur. Discruciabitur quotidie cogitationibus cor meum. Ardenti igitur affectu, iterum atq; iterum repetit.

Exiguę humanę uires absq; deo.

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me?

Hinc illi dolores, illæ priores animi anxietates, quod exaltatur inimicus, & deprimitur pius. Fortem, robustumq; inimicum sentit. Validas animi concupiscentias habet, quæ uehementer in peccata alliciunt. Se deprimi timet, inimicum exaltari. Insolescere solet inimicus, non dum parta uictoria, si uictoriæ aliqua magna spes emineat. Exaltatur inimicus, quamdiu urget, uincit, dominatur, & non potest fugari, aut uiribus nostris depelli. Hinc ait. Quādiu exaltabitur inimicus meus super me? ut me poßit impune persequi, urgere &c. Post citatam itaq; priorem suam neceßitatem supplex orat.

Respice & exaudi me domine deus meus.

Iam diximus quid sit respicere. Exaudit deus, quando auxilium fert, ab inimicis liberat, fortemue animum æquo animo ferendi inimicorum sęuas iniurias præstat, per patientiam. Sic respondet deus petitioni nostræ. Hinc uertunt ex hebręo, Responde mihi, pro exaudi me. Vehemens est huius psalmi oratio, & ab ardenti affectu proficiscitur. Sic deum, et solicite, et toto cordis affectu orandum, docet suo exemplo propheta. Hinc ait. Domine deus meus, respice, inclina aurem tuam precibus meis, illumina uultum tuum super me, & me orantem benigne exaudi. Da mihi intellectum, ut discam mandata tua, & ut uitam meam componam pro uoluntate tua. Vt tuę uoluntatis meminerim perpetuo.

Quando exaudire dicit deus.

Illumina oculos meos.

Ne incidam in laqueos inimicorū. Animi potius, q̄ corporis oculos intelligit. Recte orat, ut oculos illuminet deus, quia ex nobis ipsis toti sumus tenebrosi, proni in mala, faciles et proclines ad tenebrarum opera, ignorantia obcę=

Psal. 5.

Humana cęcitas.

obcęcati. Nisi ergo illuminet deus, manemus in tenebris, filij tenebrarũ sumus. Oret igitur assidue cum propheta, quisquis pius est. Illumina oculos meos, intellectũ meũ, scientiam meã, tuę bonitatis cognitionẽ, fidẽ meã, memoriã meã, ut tuę uoluntatis meminerim.

Illuminare oculos.

Ne unq̃ obdormiam in morte.

Ne mors obrepat, & me imparatũ inueniat dormientem in peccato, cuius stipendiũ mors est. Hinc in huius psal. principio orauit, ne deus eum obliuisceretur in finẽ usq;. Est quidem obdormire in morte, uel in peccato sedere, ut in psal. 1. uel mori in peccato. Deo mortuus est, qui in peccatis sedet. Obdormit etiã in morte, qui inimicorũ uolũtati relĩquitur. Orat itaq;. Respice domine deus meus.

Rhom. 6.

Nequando dicat inimicus meus, pręualui aduersus eum.

Id quod uere nimis iactabit, si obdormiã sine auxilio ĩ morte. Prius orauit, ne exaltaretur inimicus, hoc est, ne adeo in malignitate pro libidine, eos progressus haberet, quibus fœdę uictoriæ, nimiam sibi spem conciperet. Hic autẽ orat, ne reipsa pręualeat, & uincat inimicus, uel corporis, uel animæ. De hac (inquit) uictoria lætarentur nimis inimici. Non enĩ tam gaudet pius, si cuiq̃ pro fraterno amore benefecerit, q̃ lętatur impius et peccator, si malã libidinẽ adimpleuerit. Hinc ait.

Qui tribulant me, exultabunt si motus fuero. Felix paulo clarius sic uertit ex hebræo. Tribulantes me exultabunt, cum lapsus fuero. Sic lętari, sic exultantes gestire solẽt maligni, de damno proborũ, & piorum hominũ. Vt hoc nimis uerũ doceat propheta, toties orauit in hoc psal. ne exaltaretur inimicus, ne præualeret, neue exultaret. O dolendam hanc nostrã ætatem, in qua nimiũ hoc experimur, religionis tam diuturna dissentione. Diximus in psalmo. 5. Tribulantur spiritu pauperes, mansueti homines, & pacis, quietisq; amantes, superborum uirorum sæuitia, & crudelitate. Dum enim superbit impius incẽditur pauper. Modum itaq; orandi contra hos malignos, docet hic psalmus. Respice (inquit) domine deus meus, nam si præualuerint inimici, diabolus, aut ministri eius maligni homines, caro, aut mundus, & peccatis illaqueauerint, atq; ut cupiũt uicerint, exultabũt &c. Omni quidem conatu, me (inquit) a recta uia mouere, & retrudere student. Ad te igitur con fugio. Nam

Psal. 5.

Ego in misericordia tua speraui.

Non in uiribus meis, aut humana quauis potentia. Sola est, cuiuis christiano uiro tutissima anchora, securũq; refugium, omnẽ spem in bonitate dei constituere, quæ humiliter & certa fide petenti, non ultra elongatur quàm expedit. Quamuis enim nõnunq̃ differatur, aut nõ impetramus quod cupimus, certo certius credamus non differri, nisi in longe maiorem utilitatem, uel nobis nõ expedire quod petimus. Scit enim pater noster cœlestis, quę nobis utiliora sunt, & de utilissimis nobis prospicit. Hanc uero certam spem habens, spretis omnibus hostibus, ait noster propheta. Certa spe misericordiæ tuæ, domine deus meus, quicquid minentur, quantumcunq; sæuiant inimici.

Tutissimũ refugium spes ĩ deo

Math. 6.

Exultabit cor meũ in salutari tuo.

Tu es enim protector meus, quem timebo? Despiciã hos omnes malignos inimicos meos, quia bonum, & tutum, & certum est sperare in domino. Hanc tutam, & certã spem, tribuit certa fides, in potentia, & bonitate dei. Hanc certam fidem discamus ab hoc nostro propheta, qui dei spiritu loquitur. Est enim ipsissima uox dei, quæ nobis datur per prophetam. Qui hunc psalmum interpretantur de ueteris testamenti patribus, hunc locum de Christo intelligunt. Expectantes enim Christi aduentum & certo certius futurum, certa fide prospicientes, exultabant, et gauisi sunt, ut ait Christus de Abrahamo, de futura illa salute per Christum, id sæpe

Ioan. 8.

 cantan-

cantantes & psallentes, lætißima tantæ rei memoria. Exultabũt corda nostra in hac salute, quã expectamus. Sed ad priorẽ sensum reuertor. Qui hostibus & inimicis uexatur, orat pius animus, certaq; spe impetrandi auxilium, & certa fide munitus ait. Speraui in tua misericordia domine deus meus, & in ea exultabit cor meum. Quia

Cantabo domino, qui bona mihi tribuit. Hoc, mutata persona, omnes docet, tam ut illi soli canãt, & gratias agãt, q̃ ut agnoscãt, omnia queq; nobis utilia sunt, ab eo tribui. Admoneatur itaq; oportune, & importune populus, ut ab illo fœdo, seu potius impio quidẽ errore, longe fugiat, ut neq; sanctißimam Christi matrem uirginem, neq; alium quẽcunq; sanctum uirum, aut mortalẽ, aut hac uita functum, ut opem ferat, quouis pacto inuocet. Omne quidem auxilium a solo deo. Precibus iuuare possunt sancti, bonum quicquid est, ut hic ait, a deo tribuitur, cui ut cantemus docet. Est enim cantare domino, corde & uoce beneficia eius agnoscere, & pro illis gratias agere. Sic in ueteri testamento hos psalmos, aliosq; hymnos canebãt in dei laudem. Sic docet apost. psalmos, hymnos, et canticos spirituales cantari debere in cordibus nostris deo. Frustra quidem labijs oramus, nisi animo & corde deum contemplemur, ut ait Euang. Qui sic orat, deũ orat in spiritu. Neq; minus orat in spiritu, si uerba orationis, & petitionis proferat. Spiritũ uero feruentiorem efficit, uocis oratio, præparato quidem animo, precari oportet. Qui bene orat, spiritu, ad dei præsentiam accedit, & quæ optat uerbis exprimit, deum spiritu alloquitur, spirituq; illa uerba offert, siue gratias agat, siue petat quicq̃. Hæc fieri debent hylari animo, sed humili, prostratoq;. Ad indicandam uero illam hylaritatem, cythara, lyris, tympanis, cymbalis, & alijs instrumẽtis musicis coram domino canebant in ueteri testamento, externis illis rebus animũ indicantes, & populũ ad eandem hylaritatem excitantes. Laudent nomen eius in choro, et tympano, inquit. Neq; non cõmodißimi sunt nostri quoq; externi nonnulli ritus, & cęremonię, tam ad ministerij decorẽ, q̃ ad ordinẽ, & tranquillitatem, ut de disciplina taceã, quę res, non possunt esse non pergratę deo. Vult enim apost. omnia ordine fieri. Neq; sine ordine seruari quoquo modo posset pax, et trãquillitas, in populorũ contionibus, & ecclesiis. In his quoq; externis quibusdã ritibus, pædagogiæ quædam sunt, uulgo (inq̃) non inutiles, quibus & docentur, & uelut manu ducũtur populi, & in ordine continentur rudes, & indocti, qui neq; possent sine his externis ritibus, in ordine contineri. Neq; non cito nimis absq; rerum præscripto ordine in barbariem immanem quandam plane euaderent. In uirũ quidem perfectũ crescit uulgus nunq̃. Lacte semper opus est, quando infantiam exuit nunq̃. Nullo unq̃ tempore, non fuerunt necessarij ritus, ut docent antiquißimi scriptores, Ignatius, Dionisius, & Tertullianus, ut de apostolo nihil addam. A traditionibus, & cęremonijs iudæorum, ut abhorrerent christiani docuit apost. A probis autẽ nostris ritibus non dehortatur, qui oĩa quodam ordine, et decore fieri iubet, multaq; sine literis populo obseruanda tradidit Paulus, inquit Chrisost. Hinc plane perspicuum est (inqt Theophilactus) pleraq; Paulũ sine scriptis, sermone dumtaxat, hoc est, uiua uoce, non epistolis solum, his tradidisse. Non enim secus illa, atq; hæc (inquit) fide digna sunt. Et dignam itaq; ecclesię traditionẽ (inquit) existimemus, cui pręstanda sit fides, ut si quid ab ea sit traditum, nil ultra perquiras. Hactenus ille. Quæ usu fiunt (inquit August.) uel ex scripturarũ auctoritate sumpta, uel ex episcoporum consilijs decreta, uel ex uniuersalis ecclesiæ consuetudine roborata, seruanda sunt. Neq; credendum est (inquit idẽ) ecclesiam inaniter credere, aut tradere, undecunq; traditũ est, etiãsi canonicarũ scripturarũ

Colloss. 3.

Math. 15.

1. Paral. 13

Psal. 149.

1. Cor. 14

Ceremonię necessarię.

Tertullianus de corona militis christiani.

2. Tessal. 1

In epistola 119. ad Ianuariũ.

In epistola 909. ad Euodiũ.

pturarum inde expressa non sit mentio. Hęc (inquit Dionisius) ex animo in animũ sine literis, transfusa sunt. Ritus uero necessarios esse serio fatetur Melancton, tam ad disciplinam, q̃ ad tranquillitatem. Est enim opus ut sint. Vt hic tamen ritus, aut ille sit, cum pro temporis, loci, aut causarum ratione mutari, aut forte tolli poßit, nõ est necessariũ. Neq; rituum diuersitas, unitatẽ scinderet. Neq; temere mutandi sunt, quos longo usu recepit populus. Fieri non potest externũ ministeriũ, sine politia, & humanis ordinationibus. Emendatis igitur uicijs, ritus utiles amemus, & conseruemus, inquit Melancton ille, singulari doctrina uir, qui sua erudita cum primis modestia, mihi uisus est solus ipse priorẽ contentionẽ germanicam, pro magna parte sedasse. Quæ nõ sunt igitur uerbo dei contraria, neq; contra bonos mores, & habent aliquid honestatis, ad decentẽ rerũ sacrarũ decorem, et ad ordinem cõmodius, & tranquillius obseruandum, ritus, & cæremoniæ, non modo non improbanda sunt, sed etiã laudãda plurimũ, inqt August. Doceatur itaq; populus non spernere, sed amare hos ritus, non ut sit cultus dei ad salutẽ necessarius, sed ad ordinẽ, et trãquillitatẽ. Ad hunc finẽ in gloriã dei obseruentur. Non potest in eius gloriam non maxime fieri, quod ad ordinem, & tranquillitatem pertinet, cui pax & concordia gratißima sunt. Domino igitur cantabo (inquit propheta, ut ad psal. redeamus) et

De ecclesiastica hierarchia, ca.1.

De Melanctone.

Lege August. in epist. 119.

Psallam nomini domini altissimi.

Hoc est, singularem bonitatem dei erga me, alijs denunciabo, in laudem, & gloriã nominis eius, ut magnificetur nomen eius, apud gentes, & nationes. Docet pios omnes qua solicitudine denuntianda sunt beneficia, quæ accipiunt a deo, ut alij hoc nomen dei magnifaciant, & eum citius agnoscant, agnoscentes adorent, certa fide in eum credant, eiusq; uoluntatem discentes, fructus non indignos fide faciant, in huius altißimi dei gloriam, & eorum æternam salutem. Amen.

Psalmus Dauid.13.

Titulus.

In finem. De hoc titulo sæpe iam diximus.

In summa.

Insipiens, & infœlix iudæorũ populus, omni uitiorum genere fœdatus, & spontanea quidem insipiẽtia obcęcatus, Christum deũ, pro malicia, non modo non agnouit, sed etiam, et spreuit, & probris omnibus affecit. Tandem agnoscent illum eundem, & redemptorem et iudicem. Idem est, de iniquitatẽ diligentibus, et obduratis peccatoribus. De huius psalmi sensu, cum primis Erasmũ Rotorodamũ lege in.2.lib. hyperaspist.ca.213.

erasm?

Explanatio.



Dixit insipiẽs in corde suo, nõ est deus.

Hæc potißimũ de iudæis prędixit ꝓpheta, qui messiam expectãtes, eũ pręsentẽ multis modis spreuerunt, uerborũ insidijs tentantes, irridentes, blasphemantes, lapidibus fugantes, quærentes interficere, in eum tandem ut latronem irruentes, accusantes, falsis testibus urgentes, eius mortem efflagitantes, & in cruce exprobrantes. Si filius dei (inquiunt) est, descẽdat nũc de cruce, ipsum deniq; prorsus deum esse negantes. Et hęc fecit iudęorũ populus insipiens. Nam si recte sapuissent illi, toties ab eorũ prophetis prenuntiato, tot apud eos miraculis, tantaq; diuina uirtute fulgenti, fidẽ habuissent Christo, hunc quoq; uerum meßiam agnouissent, et uerũ deum adorassent. Vere quidem insipiens est, uere ab oĩ recta sciẽtia alienus, qui benignũ Christum, omni credentiũ reconciliatorẽ non agnoscit. Id quod de sceleratis, de iniquitatem diligentibus, de quouis quoq; deplorato peccatore dici potest. Hi etenĩ dicere uidentur deo, recede a nobis, scientiam uiarũ tuarum nolumus. Hi uero omnes dicũt

in cor-

in corde, secum in animo cogitare uidentur, non esse deum, qui uideat, qui cognoscat, cui curæ sunt res humanæ, qui dignis pœnis afficiat. Quicquid enim sola lingua profiteantur, factis negant. Hinc

Corrupti sunt & abominabiles facti sunt, in studiis suis.

Nam ignorantia dei, & infidelitas omnem prorsus gratiam tollant necesse est. Sublata uero gratia, homo sibi relictus, in oẽm immũdiciẽ q̃ sit prona bellua, docet abũde ad Rho. apost. Quod ad iudæorũ autem uitã attinet, prophetę omnes testãtur eos oĩ spurcitia, & uitę fœditate cõtaminatos esse. Quám uero durę ceruicis per incredulitatẽ contra Christũ, & eius doctrinã erant, manifeste docent apl'orũ acta, cap. 13. De illis quoq; ait Hiere. Negauerũt dominũ, & dixerũt, Non est ipse. Generationẽ quoq; incredulã appellat Christus. Deũ non minus negant, qui uitæ fœditate delectãtur omnes. Quantũuis enĩ uerbis, deũ se agnoscere, aiunt, factis tamen cum uere negãt, qui fœde, qui manifeste, & inuerecunde, ut ne addã iactanter, ut a deploratis nõnullis fieri solet, turpẽ uitã agunt. Dicere enim uidentur hij omnes, et apud se cogitare. Non est deus qui puniat, uel qui animaduertat. Non uidebit dominus, nec intelliget deus Iacob etc. Omnis enĩ qui peccat (inq̃t Ioan.) hoc est, in peccatis delectaĩ, deũ nõ agnoscit. Nam si deũ esse putaret, hoc est, si illũ nusq̃ non adesse, oĩa scire, et prospicere cogitaret, neq; solũ perspicere, sed & uibratũ gladiũ paratũ habere semper, qui fœda scelera ulciscatur, uel uerecũdia, uel metu, aliquãdo sanioris doctrinæ memor, abhorreret a prioris uitæ turpitudine. Quod cum nõ faciat deo factus est abominabilis. Abominabile domino cor prauum, inquit sap. Quid enim corruptius, q̃ deũ creatorẽ, a quo quicquid habemus, accepimus, non cognoscere, nõ uereri, nõ amare? Inde abominabiles dicti sunt, inde obscuratũ est cor insipiens, ut ait apostol. ad Rhoma. 1. Tam enim abominabiles sunt, quod

Rhom. 1. | Act. 13. | Hiere. 5. | Math. 17. | Deũ negant peccatores. | Psal. 39. | Prouer. 11.

Non est qui faciat bonũ, non est usq; ad unum.

Haud mirum est, si non faciat bonũ ex eis quisq̃, quia deũ totius bonitatis fontẽ negant. Ex illis (inquit) qui faciat bonũ, deo gratum, usq; ad unum nullus est. Bonũ facere non potest, nisi qui per fidem, et innocentiã, pie uiuere tam erga deũ q̃ proximũ studet. Hoc est enim bonum quod admonet in alio psal. Declina (inquit) a malo, & fac bonũ. Primũ enĩ est, ut deũ agnoscat creatorem, & redemptorẽ, eiq; se cõmittat totum, & in eo solo fidat. Credere enim cum primis oportet accedentẽ ad deũ. Credere uero nemo potest, nisi prius per uerbũ, et fidem agnoscat. Vt uere deum cognoscamus, & agnoscamus, dei uerbum docet. Fides enim ex auditu, auditus autem per uerbũ Christi, inquit apost. Neq; tamen ut credamus non donũ dei est. Iudæi uero Christum cognoscere noluerunt, in eum itaq; credere non potuerũt, neq; quicq̃ gratũ facere. Sine fide impoßibile quidẽ est placere deo, inquit apost. Cum nemo tamen quantũ debeat credat, de omnibus nunc hominibus, uel potius de prioribus illis, ait propheta.

Bene facere. | Psal. 35. | Christianæ uitæ compendium. | Hebr. 11. | Rho. 10. | Vnde fides.

Dominus de cœlo ꝓspexit super filios hominũ, ut uideat si est intelligens, aut requirens deum.

Quo uehementius admoneat oẽs hoĩes seu uerius illos abominabiles, ut citius resipiscãt, deũ docet ꝓpheta e cœlo in mores illorũ prospicientẽ, qui est cordiũ scrutator, cuius ira in sceleratos de cœlo reuelatur, ut uel eius reuerentia, uel metu, in cuius cõspectu fiunt pctã, desistant, & prioris uitę pudeat eos. Nã dei timor et reuerẽtia initiũ sapiẽtię est, inq̃t sap. Qui uero dei timore, hoc est, reuerentia, nõ tenetur, nõ coercetur, is uere, & deploratus, et abominabilis est. Sic est hoĩs natura abominabilis, absq; fide, et agnitione dei. Sũt enĩ qui lętãtur, cũ male fecerint multi, et exultãt in rebus peßimis, ut ait idem sap. Hos filios hominũ appellat, id est, filios Adã, terrenos,

et ani=

Prouer. 1. | Prouer. 2.

et animales, sceleratos, in oē malum pronos. Dic in psal. 4. More humano loquitur scriptura, quod ait deum prospicere de cœlo, cum uere sit nihil gentium usq̄, quod deum lateat, qui ubiq; præsens est, qui omnia priusq̄ fiant, pernoscit. Sed id facit propheta, ut doceātur simpliciores, & rudes, deo nos esse curæ, ipsumq; animaduertere, quæ facimus oīa. Ait itaq;, prospexit &c. ut uideat si est inter filios hominū intelligens, aut requirens deū.

Intelligere deum.

Deum intelligit, qui eum fide agnoscit, & eandem fidem bonis operibus demonstrat.

Rhom.2.

Non auditores legis iusti sunt (inquit apost.) sed factores. Noli ostendere fidem tuā sine

Iacobi.2.

operibus, ut monet. D. Iacobus.

Requirere deum.

Deum uero requirit, qui eius uoluntatem ex illius uerbo, solicite perscrutatur, & pro uiribus eam seruare studet. Ii enim uere deum intelligunt, & requirunt. Ille uero requirit, qui intelligere studet. Simul & ille haud dubie intelliget, qui humiliter, & aßidue requirit. Est enī benignus deus, oībus requirentibus eū in ueritate, in fide, et simplicitate. Abhorret quidē deus, ipsa ueritas ab oī fuco, omniq; prorsus

Deum requirere & intelligere.

hypocrisi. Hoc est igitur uere intelligere, & requirere deū, cognoscere et agnoscere. Inde fides, inde amor, inde certa fiducia. Neq; rem requirere, et solicite inuestigare solemus, nisi quam cognoscimus, seu cognoscere uelimus, cupimus, et amamus. Amemus igitur & requiramus. Requiramus amantes, ut digni simus per gratiam, gratia dei, ad intelligendū, ne simus de eorū numero, qui declinant &c. Nam hoc certo certius est, quod illi priores.

Omnes declinauerunt.

Declinare

Declinare, est uiam rectam deserere, doctrinam sanam contemnere, et quod prauum est, a recto scripturę sensu, id amplecti, & sectari, iniquitatem, uitęq; turpitudinem diligere.

Prouer.4.

Admonet igitur sap. Oculi tui recta uideant. Ne declines ad dexteram, neq; ad sinistram.

Declinare ad dexteram.

Ad dexterā declinat, qui sibi iusticiæ nimium arrogat, quantūuis boni speciē habeat, quod facit, qui suis uiribus fidit, qui non ex fide ambulat, qui omnia non agit syncero animo, qui plus uult sapere q̄ oportet, qui nimis fidit suę prudentię, qui uerbi dei sensum sibi arrogat, aliorū omniū sententias spernit, qui probos ritus, & perutiles cæremonias, a sanctis patribus traditas, simul et ab uniuersa ecclesia receptas improbat, uerborum impietate sub pietatis specie, pro uiribus damnat, & id genus alia. Ex his, dextera quędam uidentur digna, propterea quod boni speciminis aliquid habent, cum tamen penitius inspecta sinistra sint.

ad sinistrā declinare.

Ad sinistram uero declinat, qui carnis uoluptate delectatur, qui dei obliuiscitur, ut supra in hoc psal. qui nō in magna misericordia dei sperat, uel qui desperat potius, qui iniquitatem deniq; diligit, & odit æquitatem. Is deniq; ad sinistram declinat, qui in illis rebus uersatur, & se delectat, quæ boni aut honestatis nullam speciem habent. Est enim manifesta sinistra uia eius.

Regia via

Est igitur regia uia incedendum, quam tota sacra scriptura docet.

Psal.118.

Neq; aliud est, quod in alio psalmo sibi optat noster propheta. Vtinam (inquit) dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas. Recte orat, ut dirigantur uiæ eius. Non enim sufficimus nos ex nobis (ut

2.Cori.3.

ait apostolus) sed sufficientia nostra ex deo est. De huiusmodi quoq; dextera, et sinistra,

Psal.15.

dicemus in psal.15. Iudæi itaq; uiam rectam, hoc est, Christum, gratis, & ultro oblatum habuerunt, factis tamen, & prauis operibus, corde et animo, ut insipientes dicere uidētur, et putare, non est deus, longe maiore reprehensione digni, q̄ quondā gētes, ut pote, quibus & leges, et prophetę fuerūt, qui eos docerēt. Illi igitur uere declinauerūt ad dexterā, qui uisi sunt leges, & dei scientiā habere, quā tamen per maliciā reiecerunt, quia ueritatē intelligere noluerunt. Id quod perspicue docet locus ille in Act. ca. 13. Quod ait. Oēs declinauerunt, uel hunc loquendi tropum intellige, ut de maiore parte sentiat, quod plures sunt mali, uel uere de illis, qui credere noluerūt,

luerũt, ut iudęi, cęteriq; scelerati omnes. Sed de iudęis potissimum, tam pauci agnouerunt Christũ, ut oẽs uehemẽter declinare uideantur, abominabiles facti. Declinauerũt plane oẽs, pręter paucos, quod ad multitudinẽ attinet, qui in Christo crediderũt. Quorũ tamen fide, & collecta, et firmata est Christi primũ ecclia, ut ait Eusebius. Alij igit declinauerũt.

Euseb. lib. 4. ca. 5.

Simul inutiles facti sunt.

Eo ipso quidem quod declinauerunt a fide, ab obedientia uerbi dei, Nam opera eorũ, opera inutilia, inquit Esai. Inutiles (inq̃) sunt ad benefaciendũ, quia deũ non agnoscẽtes, alieni a gratia, nec amore, nec timore ad bene operandũ excitantur. Torpeant igit necesse est, ut sint inutiles non tam deo q̃ sibijpsis. Nihil enim a nobis exigit deus sua causa. Non enĩ opus est illi quauis opera nostra. Sed p singulari sua bonitate, oẽs saluos uult. Sine eius tamen gratia uere serui inutiles sumus, quicquid fecerimus, ut testatur euangel. ueritas. Deum uero non agnoscentes, serui prorsus inutiles facti sunt omnes. Et inter eos.

Esai. 59.

Oĩs pecca ti causa.

Non est qui faciat bonũ, non est usq; ad unum.

Neq; est ex hominibus quisq̃ qui faciat bonũ perpetuo, nõ est usq; ad unũ, qui non aliquando labatur. Non est (inquit Eccles.) homo iustus in terra, qui faciat bonũ, & nõ peccet. Non uiuit in terra perfecte intelligens, inquit apost. Non tamẽ abominabiles sunt oẽs, ut de oĩbus tam atrocia, uerba intelligere liceat. Non me fugit, ab alijs, alios esse sensus, huic loco, mea sententia, non adeo germanos. Non esse scilicet qui faciat bonũ ex hominibus, usq; ad unum, hoc est Christũ, qui uere bonus est, et in quo peccatũ non est inuentũ. Nec est inter homines qui faciat bonũ usq; ad unũ, si hominẽ cũ deo conferamus. Nam in conspectu eius, hoc est, et summę integritatis, & bonitatis suę comparatione, non iustificabitur oĩs homo, id est, quisquis uiuit, uel nullus uiuẽs iustificabitur. Nos enim omnes peccamus, et egemus gratia dei. Nunquid homo (inquit Iob) dei comparatione iustificabitur? Nemo (inquit idem) inter sanctos eius ĩmutabilis, & cœli nõ sunt mũdi in cõspectu eius, hoc est, comparatione eius. Et uere (inquit) scio, quod nõ iustificabitur homo compositus deo. Vel non est qui faciat bonũ ex hominibus usq; ad unũ, uiribus suis pprijs, nisi dei gratia adiutus fuerit. Insipientes enim oẽs, & irę filij sumus, deum ignorãtes, hoc est, ut eius uolũtatẽ faciamus insufficientes, uere serui inutiles, ut ait euãg. id quod ad oẽs hoĩes pertinet. Abominabiles tamen priores illos, iudęos, hęreticos, idololatras, et incredulos intelligo, de qbus ait.

Eccles. 7.

Rhom. 5.

Nihil mũ dum si cũ deo comparatur.

Iob. 4. & 15.

Luc. 17.

Sepulchrũ patens est guttur eorũ.

Hunc locũ, & proximũ sequentẽ, paulo pluribus explicauimus in quinto psal. Nec apud hebręos, nec apud. 70. sunt hi sequentes tres uersus, in hoc psal. illuc usq;, Nonne cognoscent &c. Sed in hanc uulgatã æditionem latinam, ab alijs uarijs quidem locis discerpti, a quopiã hic inserti fuerunt. Vel potius, mea sententia, a diuo Paulo, qui hos uersus contexuit accepisse uidetur. Docet nunc illas e gutture, e corde, ex animo priorũ abominabilium fœdas blasphemias. Hinc addit.

Psal. 5.

Rhom. 3.

Linguis suis dolose agebant.

Qui Christũ falsis testimonijs, & traduxerunt, et tradiderũt, ipsum a se abijcientes, uel spernentes potius, & omnibus probris afficientes iudęi. Item & gentes, impij ministri in morte Christi, hęretici, dolosa doctrĩa qui male docẽt, peccatores, qui fraude, et mẽdacijs, dei immemores proximũ insectantes, & uitę turpitudine se delectãt. Hi oẽs (inq̃) dolose cũ deo, & proximo agunt. Hinc ait.

Venenũ aspidũ sub labiis eorum.

Hunc locum qui addidit, e psal. 139. mutuatus est. Latens (inquit) erat in occulto, sub labijs eorũ, in eorũ corde uenenũ. Altas radices agit in animis impiorũ hoc uenenũ detrahendi, & nocendi proximo, uel reipsa, uel uerbis, mordẽtq; ut aspides, corpus ut interimant,

mant, animā erroribus inficiant, famā scandalis maculent. Et hoc eorū uenenū, aspidum est, quod difficillime curatur. Venenū aspidū (ait Moses in cantico) est insenabile, id quod bene conuenit obstinatißimæ duritiæ, uel iudęorū, uel hęreticorū, uel cuiuspiam obdurati peccatoris. Hoc ueneno aspidū quicquid percutitur, somno moritur. Somnū enim letificū adfert. Somnus quidem rerū omniū obliuionem efficit. Quem etenim mordent hi maligni, hoc est, quem sua malignitate seducūt, in dei obliuionem pręcipitant, id quod mortē ipsißimam adfert. Hic est, qui uere in morte dormit, ut in superiore psalmo proximo. Hoc uenenū in labijs habent iudęi, qui christianos a uero Christo auertere student. Hoc ueneno conspurcant hęretici, uulgi simplicem puritatē. Hanc oris fœditatem, in labijs habent semper fœdi peccatores. Neq; loqui aliter potest, qui tam abominabilis est corde, & animo. Ex abundantia cordis os loquitur. Neq; arbor mala, alios fructus potest producere. Ve (inquit sap.) labijs scelestis &c. Hi linguas suas exacuerūt, simul & dixerunt, quis uidebit nos? uere insipientes, qui dicunt non esse deū. Est igitur eorū guttur, sepulchrum patens, spurcitijs plenū, teste euangel.

Deute. 32.

Venenum aspidum.

Quib' venenum in ore.

Math. 12. Eccles. 2. Psal. 63.

Math. 23.

Quorū os maledictione & amaritudine plenum est.

Hunc locum de nono psalmo sumpsit. Quoties Christo maledixerunt iudæi, & ore scelerato blasphemauerūt? Si hic non esset malefactor (inquiunt impij Iudæi,) non tradidissemus eum tibi. Et iterum, non hunc, sed Barrabam. Item acerbius. Crucifige crucifige, reus est mortis. Quàm acerbe, illum in cruce pendentem blasphemijs eludebant, facile docet euangel. ut nihil addam de falsis delationibus, accusationibus, et frequentißimis iudæorum mendacijs contra Christum. Quis nō perspicit de hæreticis, q̄ plenum est eorum eloquium maledictione in deum, & amaritudine in homines, qui dei uerbum adulterantur, & eius sensum inuertunt, ut eorum falsa doctrina, tam corpore, q̄ anima pereāt, qui eam recipiunt omnes. Et maligni peccatores, qui iniquitatem diligunt, quoties quęso alijs maledicūt, odio prosequuntur, proximū, & clam detrahendo, & palam calumniendo traducūt, infamijs maculant, falsis accusationibus torquent? Et cum sint eorū animi fœdis cogitationibus occupati, ex cordis abundantia, e patenti gutture, uenenum semper euomūt in dei ignominiam, & proximi perniciem. Heu nimis amarum, nimisq; inter homines frequens est hoc uenenū, hęc amaritudo, hoc os maledicum. Hinc fraudes & doli, hinc imposturę, mendacia, detractiones, falsę accusationes, corrupta iudicia, homicidia, & id genus alia. Nā qui sunt huius amaritudinis tam pleni, haud dūbie non esse possunt, non

Malorum amaritudo in proximum.

Veloces pedes eorū ad effundendum sanguinem.

Hunc locū, & usq; ibi, Non est timor &c. ex Esaia. 59. excerpsit. De iudęis perspicuū est, q̄ ueloces erant, qui prophetas prope oēs interfecerūt. Qui pręter prophetas uiros dei, & Christum ipsum ad mortē usq; persequuti sunt. Neq; id segniter, sed solicita nimis crudelitate. Eorū igit pedes, hoc est, animi affectus et opera, prona semper et uelocia, ad effundendū sanguinē, fuerunt. Ait ideo Christus. Implete mensurā patrū uestrorū. Pedes eorū ad malū currūt (inquit Esai.) et festināt ut effundant sanguinē innocentē. De gentibus idololatris illis, nō minus exploratū est, qui tot beatos uiros morte affecerunt. Et q̄ proni ad hoc, scelerati quoq; homies sint, dolendū magis sentio, q̄ explicādū. Oīm deniq; uelocißimi sunt hæretici, qui dolis, & modis omnibus, & pijs insidiantur, & apud omnes omnino, ut sua falsa doctrina pereant solicici sunt. Catholicos omni odio, omniq; dolo insectantur. Non est igitur aliud q̄

Pedes affectus & opera significāt.

Pronitas in malū. Esai. 59.

Cōtritio, & infœlicitas ī uiis eorū.

Nam uiæ eorum, uijs domini aduersantur. In eorū igitur uijs, in moribus, in tota uita, aliud

esse non potest, q̃ contritio, q̃ ingens calamitas, q̃ anxietas, et infœlicitas, q̃ interitus deniq;. Sed tandem ope diuina in ipsos desinet. Sic enim ait sap. Os stulti, contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. Sicut enim in uia beatorũ est gaudium, consolatio, prosperitas, & salus, ita in uia, & conuersatione, & moribus impiorũ est illa ingens turba infœlicitatis, quam supradiximus, id quod pluribus in psal. 1. docetur. Est etiam contritio in uijs oĩbus eorũ, quia quantũ in eis est uerbum dei conterunt, et iugũ domini proijciunt sub pedibus calcant. Contriti sunt, & perierũt prorsus iudęi, quos sic præmonuit Christus. Veniet super uos (inqt) omnis sanguis iustus, & ecce relinquetur domus uestra deserta. Et apud Lucã, cũ super ciuitatẽ fleret. Veniet (inquit) dies in te, & circũdabunt te inimici uallo, & in terrã prosternẽt te, et filios tuos, qui in te sunt, et nõ relinquent in te lapidẽ super lapidẽ. Id quod postea factũ est, a Rhomano exercitu, ut docet Iosephi Iudęi, insignis historia de bello iudæico. Et duplici contritione contriti fuerũt (ut ait Hiere.) fame et gladio. Neq; minus conteruntur tandẽ hæretici, quis patiatur interim deus, ut suos exerceant, probentq;. Impij quoq; & scelerati homines, eodẽ modo cõteruntur, qui suo gladio pereunt, ut in psal. 9. Neq; nõ conterũtur, et pereunt oẽs, qui uias et mores eorũ sequũtur. Infœlicẽ neminẽ, ut hic, fere appellat sacra scriptura, nisi qui plurimum a recta uia declinet, quiq; fœde aberret. Exempli causa. Qui affligit patrẽ (inqt sap.) ignominiosus, et infœlix est. Item sapientiã, et disciplinã, qui abijcit, infœlix est. &c. Item oẽs (inquit) insipientes, & infœlices, supra modum animę superbi sunt. Concinne infœlices, hos nostros, et iudęos, et hęreticos, et sceleratos appellat. Vnica est enĩ uera fœlicitas, eterna scilicet uita, cui uel ex diametro prorsus aduersatur hmõi sceleratorũ oĩs uia, in malũ, in odium, in iram, in sanguinẽ parata.

Prouerb. 18. — Luc. 19. — Contritio impiorũ. — Hiere. 17. — Psal. 9. — Prouerb. 19. — Sapiẽ. 3. &. 15.

Et uiam pacis non cognouerunt.

Ideo pacem reperire non potuerunt, nec illi, neq; qui illos sectantur, quia ueloces pedes eorũ ad effundẽdũ sanguinẽ. Quod ait. Non cognouerunt, hoc est, cognoscere noluerunt. Manifestauit quidẽ Christus nomen dei credere uolentibus. Neq; his qui uolunt uiã pacis, abbreuiata est manus domini (inqt Esai.) ut sanare nequeat. &c. Sed inquitates uestrę (inquit) &c. Pacis itaq; uerbũ inuertunt hi infœlices, falso pacem appellãtes, uiuere scilicet suo more, agere quod non licet, sed quod lubeat, fortitudinem, et improbas uires legẽ iniusticiæ efficere, pro uoluntate de inimico uindictũ sumere, irasci facile, irã aut difficillime, aut nunq̃ deponere, neminẽ qui suis moribus non inseruiunt, aut a quo utilitatẽ non expectant, amicitię loco habere, ex suoq; cõmodo omnẽ charitatẽ metiri, quærentes quæ sua sunt, huius scl'i diuitijs abundare, absoluta potestate frui, eandẽq; non pro rectitudine, sed pro libidine exercere. De his ait quoq; eadẽ sapiẽtia, quod nõ suffecerat errasse eos circa dei scientiã, sed in magno uiuentes inscientiæ bello, tot, et tam magna mala, pacẽ appellant. Via pacis, uera est uia, et doctrina Christi. Hanc uiã spreuerũt iudęi, spernũt & hęretici, et scelerati oẽs. Via igitur eorũ, uia contritionis, & infœlicitatis, uia perpetuæ damnationis, uiã pacis nõ cognouerũt, quia

Nõ est timor dei ãte oculos eorũ.

Hinc omnis infœlicitas. Quãuis deũ cognouerunt multi, non ut deũ tamen timuerũt, & glorificauerunt, ut ait apost. Sapiens (inquit sapientia) timet deum, et declinat a malo. Nã timor domini ad uitã. Sed noster insipiens, nec deũ, ut ęquum est, noscit, nec timet. Nam qui timet deũ, nec lingua dolose agit, nec erit infœlicitas in uijs eius, quia faciet bonum, et placebit deo, & eum diliget deus, & gressus eius diriget. Beneplacitum est deo super timentes eum, inquit in alio psal. Qui etenim, timorẽ, hoc est, reuerendã maiestatẽ dei ante oculos habet, eius uolũtatem, qua illi gratus esse cupit, studiose in omnibus quę facit, animaduer=

Esai. 59. — Impiorũ pax. — Sap. 2. — Pacis inimici. — Sap. 14. — Pacis uiã spernunt impij. — Rhom. 1. — Sap. 14.

maduertet, simul & deum esse præsentē, quē reuereatur, secum cogitat semper. Hunc uere sanctū timorē qui habet, scelerū noxios cogitatus, fœda opera, fugabit longe facilius. Qui enim sic timet, non illi tandē potest non bene esse. Nam timor domini (ait Eccl'iast.) gloria, & lętitia, & corona exultationis est, et eū timēti, bene erit in extremis. Qui uero non sic timet dominū, eum negare uidetur, et factis declinare, putans non esse deū. Hi sunt operarij iniquitatis, & iniquitatem diligentes, quia nolunt deum agnoscere, amare, uel eius uoluntatē requirere. Sed, quantūuis dicant hi impij omnes non esse deū, & deū tamen esse tandem intelligent, & se abominabiles fuisse non ignorabunt. Hinc ait.

Nonne cognoscent oēs qui operantur iniquitatem.

Vehementius per interrogationē admonet, docet, adseritq;. Nōne (inqt) &c. Vere (inquit propheta) cognoscent se male operari, qui scelerati sunt. Cognouerunt iudęi, quorū resp. deleta est. Cognoscent, & alij tandem. Nec interim deū ignorare possunt, legē enim habent uel scriptam, uel ipsa inditam natura, quæ docet eos, & deum esse, & a uitę turpitudine abhorrere debere. Honestati studere, et alteri ne faciāt, quod sibi nolint fieri. Non igitur dicere licet, non putabam. Iniquitatem eteni non ignorāt. Cognoscent etiā, uel per dei afflictionem, in hoc forte sęculo, deū esse uere bonū erga suos, & potentem erga inimicos, qui suos tuetur, & inimicos fugat. Id quod, si in hac uita parū illis cōtingat, longe infœlicius ī futura certo certius eueniet. Nō eni effugient, inquit propheta dei nomine.

ignorātia, pctm̄ non diluit.

Qui deuorant plebem meam, sicut escam panis.

Hoc est, qui fœlicem populū, & humilem, qui sunt uere populus dei, spoliant, diripiunt, trucidant, non sanguinis eorū, & rerū minus auidi, q̄ qui ualde esuriens, escam panis appositam præ ingenti inedia deuorat, &c. Hanc uoracitatē, et truculentiā declararūt perspicue iudæi in Christū. Declarauit Hęrodes, cū infantes Christi causa, trucidari iuberet. Declararūt, et christianorum persequutores multis post annis. Declarāt & quotidie impij homines in pios, hęretici in catholicos. Quod autē ait, escam panis, hoc hebraismū esse scias, ut panis uocabulo, omnē annonā, omnē cōmeatum, oēm deniq; cibi speciem intelligant, uel rem aliā, quæ ad hominis necessitatē pertinet. Ponam (inquit Abraham) buccellā panis &c. Item in alio loco. Appositus est in conspectu eius panis. Sic & petimus panē nostrū quotidianum, in oratione dominica. Quin redeo ad priores abominabiles, qui

Impiorū in pios truculentia.

Panis.

Genes.24.

Deum non inuocauerunt.

Hoc est, non agnouerūt, & ideo inuocare nō potuerūt, neq; spem suā in eo habuerūt, sicut solent, qui recte, et fide inuocant. Sed hi deū esse negabāt, ut in psalmi principio. Deū ipse inuocat, qui agnoscit, qui amat, q timet, oēm itaq; suā in eo spem ponit, illi se totū cōmittit, nō ignorat deniq;, se semper egere gratia eius. Sed ideo non inuocant illi, priores abominabiles, quia non agnoscunt, quia non credunt, quia non timent. Quomodo (inquit apost.) eū inuocabūt, in quē nō credūt? Quia nō clamauerūt ad me in corde suo &c. ut ait Ose. Non igiť deū timent, sed stulte, alia quæ non sunt timenda reformidant. Hinc ait.

Inuocare deū recte.

Rhom.10.

Ose.7.

Illic trepidauerūt timore, ubi non erat timor.

Timore iudęi trepidauerūt, nisi Christū morti traderent, huius sęculi ne potestatem amitterent. Venient Romani (inquiunt) et tollent locū nostrū. Si uero hāc terrenā potestatem cum regno cœlesti, quod eis per euangel. promittebatur, contulissent, hanc nō fecissent cōmutationem. Timebant templi sacerdotes, et populi (inq̄) principes, ne authoritas, qua pręstabāt, tolleretur. Sed non timebant Christū deū, & humani generis redemptorē, probris, blasphemijs, morte turpissima indigne adficere. Trepidauerunt

illic igitur timore, ubi non erat timor. Et ubi timendũ erat, cęci non animaduertebant, sed præcipites ibant. Scelerati etiã homines, & dolosi omnes hęretici, qui deum suis moribus spernunt, huius sęculi potestatẽ, & gladium timent, qui ultra corpus non possunt, sed eum qui corpus una cum anima in gehennã ignis mittere potest, timere nullo modo uidentur. Exiguam aliquã cęremoniã omittere uerentur multi, innitãte etiã iusta causa, sed proximũ dolo, uel in rebus, & facultatibus, uel in corpore, uel in anima, pernitiose lędere, nihili estimant. Pecunias, diuitias, huius sęculi uoluptates ne perdant timẽt nimis multi, animã uero ne perdãt parũ animaduertere uidẽtur. Non ergo timuerunt, ubi erat timendũ. Dominũ enim, & deum, super omnia timuissent, qui suos in tempore iuuat.

Inuersa religio.

Quoniã dominus in generatione iusta est. Et illã solã generationem misericorditer respicit. Pauperes igitur, & plebẽ dei, innocentes deuorare timerent impij. Vultus enim dei, & indignatio super facientes hęc mala, & omnes huiusmodi operantes iniquitatem. Hunc igitur deũ timuissent, quẽadmodũ in euangelio admonet Christus, & eius uoluntatẽ didicissent &c. Nunc sermonẽ ad illũ insipientem uertit, qui dixit in psalmi principio, deum non esse. Iustus in deo fidit. In illa igitur generatione iustorũ, deus est, illis adest, apud illos oportune præsens est. Mundus, & maligni omnes, illis maxime aduersantur. Hæc docet propheta spiritu Christi, eodemq; spiritu malignum illum priorem, qui dixit deum non esse, quiq; dei omnia consilia spernit, alloquitur hoc modo. Nentiq̃ (inquit) es tu de generatione iustorum.

Math.10.

Consiliũ autem inopis cõfugisti, quoniam dominus spes eius est.

Omniũ in hoc sęculo, quis maiore inopia laborauit q̃ Christus, qui diues, pro nobis factus est omniũ rerum inops, ut ait apost. Filius hominis (inquit Luc.) non habet ubi reclinet caput suum. Huius inopis sanũ consiliũ quod per legẽ & prophetas docebat, quodq; quotidie euãgelizabat ipse, non modo nõ recipiebant iudęi, sed pro uiribus confundebãt, corrũpebant, & destruebant, & quod ad eos attinet, totis uiribus Christi doctrinã spreuerunt & frustrauerunt, quærentes eum interficere, & delere nomen eius, ea potißimũ causa, quod dixit se deum habere patrem, & quod patris inter eos mãdata fecerat, & docuerat. Erat enim contrarius operibus eorũ, inquit sap. omnia eius dicta & facta inuertebãt, dicentes eum habere dęmoniũ, neq; ex deo esse. Id quod contra eum in cruce iactabant. Confidit in deo, liberet eũ nunc si uult. Eius itaq; consiliũ confundebant. De sceleratis, de hęreticis, deq; malignis hominibus, idem perspicere licet, qui inopes, huius sęculi contemptores, spiritu pauperes, & eos persancte admonentes, ut insaniam deponant, ut errores abijciãt, ut Christi, & uere doctrinę meminerint, & resipiscant, & in eo solo confidant, consilium (inq̃) huiusmodi spernunt, malis moribus confundunt, & pro nihilo ducunt, eundemq; in domino ita sperantem, & huius sæculi, uel minas, uel illecebras nihilifacientem, beneq; consulentem, contumelijs etiam afficiunt, & iniurijs, intus, & in animo cum iudæis cogitantes, Fiduciam dei iactat, confidit in deo, liberet eum nunc si uult. Ob eam itaq; causam, consilium eius confundunt, rident, & eum spernunt, quoniam dominus spes eius est, & illi soli innititur, quæ dei prudentia, huic mundo stultitia est. Ad hos itaq; insanos, impios, qui deum esse negant sermonem uertens ait. Cur (inquit) tam maledici, tam pernitiosi hostes pijs, tamq; insani estis, & deo optimo maximo aduersarij?

Corin.9.

Cur in Christũ malignabantur iudęi.

Cur maligni in pios.

Quis dabit ex syõ salutare israel?

Quis (inquit propheta) alius præter dominũ, quẽ uos iudęi, hęretici, et impij spreuistis? Plane

Plane nullus. Ipse solus est qui omnibus prospicit, qui omnia potest. Ipse est rex omnium constitutus, de quo in psal. 2. Quis dabit salutem israel, hoc est, omnibus fidelibus, qui deum (inquit) spiritu uident, (nam israel uidens deum interpretatur) ex syon, hoc est, ex supernis sedibus, & editiore illo cœlesti loco? Lege in psal. 2. De hac syon exibit lex, inquit Esai. Et inde salutem dabo, inquit idē. Hic est igitur solus deus, qui ex syon dabit salutem israel, quam reijciunt iudęi, spernunt & scelerati alij. Cum ergo, sit ipse solus, qui dat salutem, cur ipsum esse deum tam stulte negatis? Confidant itaq; priores inopes in deo certo certius. Et si quęratur, quando dabit hanc salutē deus, respondet propheta.

Psal. 2.
Israel.
Psal. 2.
Esai. 2. & 46.

Cum auerterit dominus captiuitatem plebis suæ. Tum quidē dabit salutem israel (inquit propheta) cum populū scilicet suū redemerit, & diaboli captiuitatem, in qua prius detinebatur, & Mosaicæ legis iugum auerterit ab eis, id quod per Christi aduentum, & gloriosam passionem, iam factum cernimus, & uere credimus. Et quāuis iudaicus populus præ cæteris electus erat, suā tamē plebem, eos omnes, qui Christi fidem receperunt, quiq; in eundē credunt, appellat deus. Indignos enim se iudæi fecerunt Christo, & doctrina eius. Ab omnibus quotidie auertit deus captiuitatem, quoties auxilium, suamq; gratiam tribuit, quibus iuuamur contra quoscunq; uel corporales, uel spirituales hostes. Gaudebunt igitur inopes, & spiritu pauperes omnes, de huiusmodi auersione, quia nunc abundat per gratiā misericordia. Nam per hanc auersionem.

auertimur quotidie a captiuitate.

Exultabit iacob & letabitur israel. Primo Iacob, postea uero idem ille uocatus est israel, ut priore nomine, ueterē ante gratiam populum, Israelis uero, nouum, & renouatum, per hanc auersionem a captiuitate per Christi aduentum significet. Exultabit uterq; populus, & lætabitur. Exultabunt, quotquot ipsum redemptorē recipiunt (ut ait Ioan.) filij dei effecti. Illi quoq; iudęi, tandē inserentur, (inquit Paulus) quibus cęcitas ex parte contigit, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis israel saluus erit. Nam ueniet ex syon (inquit) qui eripiat, & auertat iniquitatem a Iacob, hoc est, a uetere illo populo. Non erit itaq; nunc iudæorum deus tantū, ut quondā, sed utriusq; populi deus & gentium, & iudæorum uniuersorum, qui de omnibus unum ouile iam effecit, omniūq; credentiū unicus pastor est, qui est pax nostra, qui fecit utraq; unum, &c. ut ait apost. Nam gentes (ut de illis quoq; hunc locum intelligamus) erant illæ oues aliæ, quas Christus in ouile suum adduxit, ut ait Ioannes. Et idē, dominus est omnium (inquit apost.) diues in omnes, qui inuocant illum, hoc est, qui in eum credunt, & ei soli fidunt. Tam gentes itaq; q̄ iudæi, tam ueteris testamenti patriarchæ, et prisci illi iusti uiri, q̄ noui in Christum credentes, tam scelerati, & impij, modo auertant se ab impietate, q̄ & uitæ innocentia probi, si nomen domini inuocauerint, hoc est, si credentes, et resipiscentes, spem suam omnem in deo ponant, & in fine sic perseuerauerint, lætabuntur, et exultabūt simul omnes in æterna gloria, & abominabiles illi, cognoscent suam tandē iniquitatem, iusto dei iudicio, in gehenna ignis. Quæ præterea ad hunc locū conducunt nonnulla. Lege. D. Hilarium in psal. quinquagesimosecundo. Iacob & semini eius promissio erat facta. Benedicentur (inquit deus) in te, & in semine tuo, cunctæ tribus terræ. Postea uocatus est israel, hoc est, præualens, siue dominans. Et uere quidē præualuit semen eius, unde Christus natus est, dominus uniuersorum. Promissio in Iacob erat facta, hoc est, in populo adhuc imbecilli, & præ timore fugienti inimici minas. Cum enim fugeret Iacob patris consilio, a facie Esau fratris, hanc promissionem accepit in somnis. Erat enim populus in somno, in nocte, in tenebris, ante

Gene. 32.
Iacob & israel uetus & nouus populus.

Ioan. 1.
Rhom. 11.
Ioan. 10.
Rhom. 10.
Genes. 28.
Israel.

Christi aduentum, qui magnam, et ueram, & certam lucem attulit. Completa erat promißio in populo iam dominante, qui inimici minas non timet, certa fide in Christum saluatorem roboratus. Neq; amplius somnium, aut rerum futurarum spes est, quia filius datus est nobis. Estq; iam hora de somno surgere, ut docet apost. Nox enim præceßit, iem dies est &c. Sic ut ait Esaias, uerbum misit dominus in Iacob, sed cecidit in israel. Non igitur absurdum esse uidetur, quod supra diximus, Iacob, ueterem scilicet populũ significare, israelem uero, nouum, & renatum. Exultabat Iacob, certa spe futuri aduentus Christi saluatoris, sed lætatur israel, super quem cecidit hoc beneficium, quia paruulus natus est nobis, & filius datus est nobis, deus fortis, & princeps pacis. Hũc itaq; deũ agnoscamus, & fide, & uerbo, et opere, et uere cognoscemus uiam uere pacis, quam cognoscere neutiq̃ potuerũt, priores illi abominabiles, in hoc psal.

Rhom. 13.
Esai. 9.

Titulus.

Psalmus Dauid. 14.

In summa.

Docet propheta maxime dignos, qui uel in hac catholica ecclesia membra sint, uel potißimũ ministrent, uel apud deum in supernis perpetua gloria fruantur.

Explanatio.



Omine quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Familiarius, ut solent prophetæ, deum interrogare uidetur, scire cupiens, quis sit dignus habitare in tabernaculo eius. Feruet spiritu propheta. Id quod indicat interrogantis oratio, quæ multo uehementior est, altiusq; in animũ audientis rem insinuat. Primam huius loci partem, uel de huius nostræ catholicæ ecclesiæ ministris, intelligere licet, quos decet integriores esse, ut alijs bono sint exemplo, uel de christianis potius omnibus, qui sint digni, ut habitent in hoc tabernaculo, in hac Christi ecclesia, in qua peregrinamur a domino, ut ait apost. quam militantẽ appellamus, tandẽ ut sint quoq; per gratiã digni, qui requiescant in monte sancto, in perpetua gloria, & qui æternam sedem habeant in illo monte, ut ab alio uertitur. Habitare dicimur christiani, in hoc tabernaculo dei, quãdiu in huius uitæ militia bene uersamur, fide erga deum, charitate erga proximũ, parati semper ad spiritualẽ pugnam, aduersus mundũ, carnem, & spiritus immundos, externosq; fidei hostes oẽs. Est etenim uigilandum. Hinc toties monet Christus, ut uigilemus, & in horam, in momentũ simus parati. Vigilate (inquit. D. Petr.) quia aduersarius uester &c. In hoc tabernaculo habitare (inq̃) dicimur, instar militũ in exercitu, quibus tabernacula, siue tentoria pro belli tempestate sunt, quæ subinde pro locorũ, et rerũ occasione mutãt, in quibus peregrinantur potius, q̃ habitant, parati semper ad pugnam, ut uim hostium, undecunq; irruant, depellant. Sic in uia condidit tabernaculum Moses, anteq̃ ad promißionis terram perueniret, inter hostiũ & deserti angustias, in quo multis quidem annis, mansit archa dei. Templũ uero constructum est a Salomone, cũ iam requiẽ adepti essent. Præsentem itaq; ecclesiam, tabernaculũ intelligimus, templum uero, futuræ ecclesiæ requiem. Bedã legito, in libro de tabernaculo, et uasis, ca. 1. In hoc itaq; tabernaculo, in hac uita, nunq̃ non exercemur, & continuis molestijs, ut peregrini urgemur. Talis enim est uita hominis super terrã, inquit. D. Iob. Alia igitur translatio est. Quis peregrinabitur in tabernaculo tuo, siue in tentorio tuo? Si pbe in hac peregrinatione perrexerimus per gratiam,

Oratio interrogatiua uehemens.
2. Cor. 5.
Habitare in tabernaculo dei.
1. Pet. ult.
Tabernaculum.
Templũ.
Iob. 7.

tiam, non amplius erimus peregrini, sed ciues sanctorum, & domestici dei, ut ait apost. Quis ergo est ille (inquit) qui habitabit, qui dignus est, ut habitet in hoc tabernaculo tuo, aut quis est ille, qui requiescet, qui dignus est ut requiescat tandem, in monte sancto tuo, tecum, in cœlesti gloria? Doctus a spiritu sancto, respondet, docetq; mores dignos mōte sancto, propheta. Is (inquit) requiescet in monte sancto.

Ephe. 2.

Qui ingreditur sine macula.

Hoc est, qui baptizatus credit, qui hanc uitā sine macula transigit, quia de peccatis pœnitet; atq; dei misericordiā pro remißione implorat. Nam hoc est ingredi ad aliam uitam. Quamdiu enim in hac uita uiuimus, uelut iam ingredientes æstimamur semper. Sumus enim in uia uere peregrini, huius mundi fluctibus iactati undiq;, sedes penitus incertas habentes, omniumq; rerum incerti, nisi per fidem. Huius enim uitæ incolæ sumus, non ciues, non perpetuum habitaculū habentes, sed potius, hospites, aduenæ & peregrini, ad alteram uitam properantes. Non ergo ut proprijs, sed ut alienis, quæ huius uitæ sunt fruamur. Sunt enim aliena, ut ait Euangel. Hunc itaq; ingressum ut sine macula transigamus, admonet propheta, ne simus indigni, qui requiescamus in monte sancto. Esse sine macula, est fidem certam habere in deo, et in misericordia eius, charitati studere, innocenter uiuere, iniquitate non delectari, iniquos odio habere, declinare a malo & facere bonum, dolere peccata, resipiscere, obedire deo, &c. Alius itaq; uertit. Qui uiuit simplici innocentia. Alius uero sic. Qui ambulat perfecte. Admonet itaq; Moses, ut corā domino simus sine macula. Ii sunt beati immaculati in hac uia, ambulantes in lege domini, & in ea die ac nocte meditantes. Sed quis est, qui iactare potest (ut ait sap.) se mūdum cor habere? Nullus ergo sine macula uiuit. Quis igitur requiescet? &c. Dic paucis, neq; pluribus, q̄ nuncnūc diximus. Quantumuis enim peccato maculamur, quia nemo sine peccato uiuit, si tamē adhibeamus pœnitentiæ remediū, & resipiscamus, rectā uiam ingredimur. Sic ingressus est sine macula Dauid, qui tamen fœdatus erat duobus maximis peccatis, adulterio, & homicidio, quia pœnituit, quia peccasse uehemēter doluit, simul & misericordiā impetrauit humiliter, et solicite canens. Miserere mei deus, secundū magnā misericordiam tuam, &c. Sine macula quoq; ingredimur, quando baptismi lauacro, ab oībus peccatis purgamur, & fide, restituimur fauori dei patris, reconciliati per Christum. Neq; tamen satis est, innocenter uiuere, nemini nocere, a peccatis abstinere, &c. ut simus sine macula, sed operemur bonū necesse est. Hinc ait. Qui ingreditur sine macula.

Quæ hui⁹ uitæ sunt, nō nostra sunt.

Luc. 16.

Deute. 18.

Psal. 118.

Prouerb. 20.

Sine macula uiuere.

Et operatur iusticiam.

Simus ergo studiosi oportet, ut iusticiā operemur, hoc est, ut proximū diligamus, & pro dilectione nō modo illi reddamus, quæ debemus, sed etiam illi benefaciamus, & cætera operemur quæ ad proximi dilectionē pertinent. Hoc enim exigit fides. Cuiuis enim, quantūuis Ethnico in neceßitate pro uiribus succurrere christianæ partes sunt. Est enim natura, et proximus tuus, quātūuis ethnicus. Nihil ergo omittamus, quod ad hanc iusticiā attinet. Iusticia tam absoluta quidem uirtus est, ut eius solo uocabulo, omnia benefacta complectatur. Hinc ait uno uocabulo, Qui operatur iusticiam. Quid enim boni operis esse potest, nisi iuste fiat? Iustum uero id esse dicitur, quod æquum, & rationi consonū est, ut facias. Neq; mandat deus quicq̄, quod non est æquißimū. Huius iusticiæ prima pars est, ut deum ex toto corde diligas &c. Id quod si feceris, proximū non potes non diligere, quia sic uult, sic pręcipit deus, quem neutiquā diligis, nisi uoluntatem, et mandata eius seruare cupias. Si uero proximum diligas, illi studiose benefacies. Dic in psal. 4. & 24.

Iusticiam operari.

Oībus in necessitate succurrendum.

Iusticia quid?

Psal. 4. & 24.

Hanc iusticiam nunc pluribus docet propheta, qua ingredimur sine macula. Operatur plane iusticiam.

Qui loquitur ueritatem in corde suo.

Incipit a corde, & cogitatione, ut perfectam doceat iusticiam. Non ait, qui lingua loquitur ueritatem, sed in corde, cui simplex animus est, in recta fide, qui ueritate delectatur, nihil ficte, aut simulate in animũ admittit, omnẽ hypocrisim detestatur. Is nõ potest aliud lingua loqui, q̃ ueritatẽ, qui aliud in cor, & animi cogitationem non recipit. Hanc doctrinam discant, qui suis affectibus, sacras literas nõnunq̃ impudenter inuertentes, seruire efficiunt. O preciosam gemmam ueritatis in corde, quæ ad omnes uirtutes, nõ modo introitus est, sed etiam omnium recte factorũ caput. Quid enim recte fieri potest, quod a ueritate aberrat? quid iustũ esse potest, quod deo aduersatur, qui est ipsa ueritas? Hinc ait in alio psal. Principium, hoc est, caput uerborũ tuorum, præceptorum, promissionũ, ueritas. Inde erat in eodem quoq; psal. Non auferas de ore meo, uerbum ueritatis usq; quaq;. Hoc est cor mundum habere, quod creari in eo petit, in psal. 50. Hunc locum sic explicat Zachar. Loquimini (inquit) ueritatẽ unusquisq; cum proximo suo, & malũ ne cogitetis in cordibus uestris &c. Tribus ducimur in peccatum, cogitatu, uerbo, & opere. Qui ergo uult esse dignus monte sancto, secum loquatur cum primis ueritatem in corde suo, hoc est, recte credat in uerũ deum, uera dei agnitione, recteq; uelit omnibus, quibuscum uersatur, sit sibi cor simplex, & castus animus cũ primis, nec sinat a ueritate animũ aberrare. &c. Vt igitur perfecte nos doceat noster diuinus propheta, ab impuro corde, maxime cauere admonet, e cuius fonte, oẽ peccatum oritur. Admonuit de cogitatione, nunc igitur de uerbo.

Corde loqui ueritatem.

Veritas.

Psal. 118.

Psal. 50.

Zachar. 8.

Cordis ueritas.

Qui non egit dolũ in lingua sua.

Ne peccemus lingua, duo potißimum obseruanda sunt, primũ, ne dolum, aut falsum cogitemus. Hoc est, loqui ueritatem in corde. Alterum, licet male cogitemus, ne per linguam exeat, sed cogitationis pœniteat, opprimaturq;, tanq; in primo limine, quod male cœptum est in corde. Hoc est, quod egregie consulit Ecclesiastic. In corde os delitescat, non habeas cor in ore. Nec aliud est, quod admonet Ecclesiast. Ne temere quid loquaris, neq; cor (inquit) tuum sic uelox ad proferendũ sermonem coram deo. &c. in eodem capite. Prudentium est habere os in corde, ne tacenda proferant. Hinc ait sap. Sermo oportunus est optimus. Os uero fatuorum, ebullit stultitiam. Docet itaq; propheta cum primis sceleratas cogitationes non admittere. Etsi forte irruerint, proximum est, ut lingua, sermone, uerbo, in proximi malum ne prodeant. Nam illud est agere dolum in lingua, conceptum scelus in corde & animo, lingua, nocendi uoluntate, promere, id quod absq; dolo malo, hoc est, scelerata mente fieri nequit. Hinc ait sap. Mors & uita in manibus linguæ. Manus attribuit linguæ sacra scriptura, sicut pennas uẽto. Operatur enim lingua. Neq; minus operat mortẽ pernitiosa lingua, q̃ operis aliud maleficiũ. Noli igitur (inquit Eccles.) amare mendaciũ contra fratrem. Nam os quod mentitur, occidit animã. Et qui loquitur iniqua, non preteriet illũ corripiens iudicium, ait sap. Et quod magis est. Noli (inquit) uelle mẽtiri. Nam abominatio (inqt sap.) est domino, labia mẽdacia. Orandũ est igitur aßidue. Ne auferas de ore meo, ueritatis uerbũ. Neutiq̃ esse potest ueritatis uerbũ, quod in proximi odiũ euomitur. Quæ uero de lingua admonet. D. Iaco. cuiuis obuia sunt. De lingua, legatur Erasmus. De cogitatu, sermone, & lingua admonuit. Nũc uero de opere malo fugiendo admonet.

Ne lingua peccem', cautio.

Eccles. 21.

Eccles. 5.

Prouerb. 15.

Lingua a primis cohibenda.

Prouerb. 18.

Eccles. 7.

Sapie. 1.

Iacobi. 3.

Nec fecit proximo suo malum.

Nulla re lædit proximum suum, ab alio uertitur. Proximus est, quisquis christianus est, uel po

Proxim' quis.

uel potius, quisquis homo est. Christianum ut fratrem dilige, qui tecum unum deum patrem, unum baptisma, unam fidem habet. Ethnicum uero ut hominē, qui eiusdem plasmatis est. At Ethnicus est. Deum roga, ut ueram fidem mereatur, id quod donum dei est, ut sint omnes ex electorum numero, ut sit unum ouile, & unus pastor. Quod autem addit pronomen, suo, more iudæorum, & ueteris testamenti facit, in quo circumcisi tantum fratres, et proximi habiti sunt, non item gentes, & nationes. Sed nos perfectius Euangelica lege, omnē hominem, fratrem, & proximum habemus. Ait enim apost. se debitorem esse omnibus. Nec fecit proximo (inquit) suo malum. Qui enim uere diligit proximum, nec animo, nec uerbo, nec opere illi malum inferet, neq; non abhorrebit ab omni turpitudine, ut sibijpsi quoq; non noceat. Qui enim seipsum non diligit, quo nam pacto alium diligere potest? Ait igitur scriptura. Dilige proximū tuum sicut teipsum. A semetipso itaq; charitatem incipiat. Ipse uero a semetipso charitatem incipit, qui deū diligit. Nam ab illa dilectione, omne bonum proficiscitur. Qui enim deum diligit, ut eius præcepta seruet, studiosus erit. Qui studet seruare mandata dei, ab omni turpitudine, ab omni iniuria abhorrebit. Vt proximo benefaciat, pro omni occasione solicitus erit, quia sic præcipit deus, sic nos docuit suo exemplo. Mandatum (inquit) nouum do uobis, ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Vt hæc (inquam) faciamus, studiosi simus oportet, si Christi esse uelimus, quāuis id adsequi nequeamus absq; Christo. Oremus ergo necesse est, ut augeatur nobis fides. Oremus ut nostram insufficientiam adimpleat dei misericordia. Docuit non cogitare, non loqui, non facere malum proximo. Aliud nunc addit perfectius, non solum ut non lædas proximum, sed etiam ut ei pro occasione benefacias, malum quoad poteris pati non feras, defendas, tuearis, lacessitus uindictam nolis, facile illatum malum remittas. Hic est, qui habitabit in monte (inquit) sancto, qui non egit dolum, &c.

Iudæis solus circūcisus proximus.

Charitas īcipit a semetipso.

Omne bonum a dei dilectione.

Ioan.13.

Proximi dilectio.

Et opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Is opprobriū aduersus proximū accipere dicitur, qui proximo, nulla forte causa, uel perexigua, irascitur, eumq; odio habet, qui obtrectatori, delatoriue facile credit, fauetq;, qui occasionem quærit, & captat, qua possit proximū aut uerbo, aut opere, quouis probro quouisq; malo afficere. Admonet itaq; Moses, Non solum fratrem, non iniuria afficias, sed ne contristes quidem. Fratri prohibet quoq; Euangelium irasci, adeo, ut sit iudicij reus, qui illi irascitur. Nec minus admonet, ut proximo delictū remittamus, si a deo misericordiam, hoc est, criminū remißionem, & condonationem sperare uolumus. Tantum enim abest ut sine causa proximo malum faciamus, ut illatam etiam iniuriam, non ita accipiamus ægre, ut proximo malū quouispacto uelimus. Diligite inimicos, benefacite his, qui uos oderunt &c. inquit Euangelium. Diligamus oportet, & pro malo, bonū referamus, ut in psal. 7. Is quoq; opprobriū accipit aduersus proximū, qui eum uel lacessitus, iniuria afficit, quem diligere tenetur sicut seipsum. Alia litera est. Opprobriū non sustinuit super proximo suo. Alius uero sic uertit. Neq; sustinet illū probro indigne affici, hoc est, nō patitur, ut proximo inferatur malū, si poßit tueri. Non est ergo quod putes aliena negotia ad te non pertinere, quādo solicitus esse teneris, ut proximi iniuriam, non minus pro tua uirili propulses, q̄ uelis tuam propriā, eiusq; utilitati studeas, non minus q̄ tuę proprię. Pernitiosum quoq; uitę exemplū proximo exhibere, quo scandalizatur, & offenditur, quo in malum allicitur, maximū est opprobrium aduersus proximum, quo & se, & proximum iugulat, bis homicida. Non solum igitur proximum non percutias, non illi de-

Proximū opprobrio afficere.

Leuitic.25

Proximi vera dilectio,

Luc.6.

Psal.7.

Proximi negotia ad te pertinent.

illi detrahas, iniuria non afficias, aliquoue probro non irrites, sed ne contristes quidẽ, ut docet Moses, uel per iniuriam lacessitus, ne tam ægre accipias, ut malum rependere uelis, non patiaris ut illi malum inferatur, si depellere poteris, illi per omnia benefacias, sed & malæ uitæ exemplo, proximum etiam ne inficias. Nam ij omnes opprobrium aduersus proximum accipiunt. Neq; tamen satis est, ut opprobrium ipse non accipias, nisi & qui malum infert proximo, ipsum, hoc est, eius improbitatem, & oderis, & pro rei atrocitate, & potestate quam habes, reprehenderis. Hinc ait.

Leuiti. 25.

Dilectionis epilogus.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus.

Rem utilissimã docet, quia sępe potest, potissimũ qui præest, authoritate & estimatione præditus, & malos corripere, & probos facile tueri. Malignus est in hoc loco, qui scelerato animo opprobrium aduersus proximũ accipit, uel paratus est accipere, et proximi malo delectatur. Hunc uero ad nihilũ deducere, non aliud est, q̃ illum detestari, bonoq; odio habere, bono (inq̃) & perfecto, ut in alio psalmo. Qui enim malignũ hominem sic paruifacit, quiq; sic detestatur, is bene operatur, is bene consulit utriq; proximo. Si enim hunc malignũ hominẽ blande tractaret nullus, si nihili estimarent oẽs, et e conspectu fugarent potestate prẽditi, correptionis animo, uelut exterminatus, eum uel cito puderet, & præ pudore resipisceret, uel præ timore se contineret, uel dignis pœnis tandem afficeretur. Digni sunt qui despiciantur hi maligni, nisi resipiscant. Hinc uertit Hiero. Despicitur in oculis eius improbus. Sed hi plurimũ posse uidentur in hoc sęculo, & præ cæteris, quod dolendum est, in præcio nonnunq̃ habentur. Inuertunt plane omniũ bonarum rerum statum, qui malignos homines magnifaciũt, & probos, non (ut ęquum est,) respiciunt. Eorum igitur peccatum est maxime, qui cum improbos sua authoritate deprimerent, eos sua facilitate, aut negligentia magnifaciũt, indigni, qui requiescãt in monte sancto, quia male operãtur. Bene quidẽ operatur, qui malignos ad nihilum deducit.

Quõ qui prǣest, sceleratos facile, aut fugat, aut corripit.

Psal. 139.

2. Thessalo. 3.

Timentes autem dominum glorificat.

Non illum malignum. Vulgo dici solet, uirtus laudata crescit, honosq; alit artes. Laudandi igitur sunt boni, qui gloria & honore digni sunt. Laudandi (inquã) & omni honore tractandi, tam ut ipsi benefactis delectentur magis, quám ut alij ad bonitatem facilius inducantur, si timentes deũ, hoc est simplices, & bene operantes, laudatos, & glorificatos uiderint. Neq; non rem ualde gratam deo faciunt, qui bonos laudant, & improbos, ut tutam, & quietam uitam agant probi, dignis pœnis afficiunt, teste. D. Petro. Duo quidem docet propheta, ut malignos odio habeamus, probos, & iustos magnifaciamus. Huc accedant, & hanc prophetæ uocem, & reges, & terræ præsides audiant omnes, ut tam obtrectatores, qui alijs quámlibet probis nocere gestiunt, quám adulatores, qui principes ipsos insanire etiam efficiunt, simul & alios quosq; iniquitatis operarios, longe ab aula, & suis conspectibus abigant, ad nihilum ut deducantur in conspectu eorum maligni illi, efficiantq; ut nullus non intelligat, se illos odio habere, exectari, abominari. Probos autem & simplices laudent, benignitate afficiant, in consilium sibi habeant, honore (ut ait noster propheta) glorificent, sintq; ad malefactorũ uindictam, & bonorum laudem faciles & parati (ut ait. D. Petr.) ut prosint, qui potestate præsunt. Quam rem si efficere curauerint, illico erit plane totius populi uelut admirabilis metamorphosis, ut peruersissimi in probos trãsmutentur, mendaces ueritatẽ colant, impudici pudicitiam, turpissimi honestatem, maligni bonitatem, crudelissimi, humanitatem, nocentissimi deniq; in-

Boni, honorib' honestandi.

1. Petr. 2.

Admonitio ad reges & psides.

1. Petr. 2.

Iusticia pcipis, populi decorat boni moribus.

niq; innocentiam, ut non populus dei, nunc populus dei fiat, ut ait Petr. Hæc haud dubie facient principes uiri omnes, qui deum timent & reuerentur. Neq; non opus est, ut maxime deum agnoscant reuerenter, qui maxima potestate præditi sunt. Omnis enim potestas a deo. Ipse quoq; est qui baltheum regum aliter dissoluit, &c. ut ait. D. Iob. (Iob.12.) Priorem igitur doctrinam apprehendant sollicite. Ipsi etenim Reges, suo plus possunt exemplo, quàm edicta, quàm membraneæ chartaceæque leges omnes ualeant. (Regis exemplum.) Eos itaq; admonet noster propheta in psalmo secũdo. Erudimini qui iudicatis (inquit) terram, & appræhendite disciplinam, nequando irascatur deus, & pereatis de uia iusta. Dic ibi. Timentes igitur deum, hoc est simplices, pauperes spiritu, & ueritatem colentes glorificent. Malignos omnes, & turpiter uitam ducentes abijciant, contemnant, & pro nihilo ducant, eosq; potissimum, qui alijs nocere solent, quiq; parati sunt, ut opprobrium aduersus proximum accipiant. Est enim timor dei (inquit Ecclesiast.) non magnificare uirum peccatorem diuitem. Docet nũc crassiora quædam fugienda, sed quæ in populo frequentia nimis sunt, ut proximum non decipiant scilicet, ut fidem inuicem seruent homines, maxime si iuramentum interuenerit. Operatur itaq; iusticiam.

Qui iurat proximo suo, & non decipit. Admonet omnes de iurisiurandi sacramento, ut eo magis fidem uiolare timeant homines, fideq; dictis habeant, quando iureiurando firmatur pactũ, aut conuentio, aut de quauis re honesta, facta promissio, aut rei incertæ assertio. Neq; periculi quicq̃ effugiat, qui iureiurando alligatus est, (Pactũ seruandũ q̃libet damnosum.) ut quod in re honesta iuramento receperit, obseruet, Ionathæ exemplo erga Dauid. (1.Reg.18.) Si uero aut turpes, aut res illicitę sunt quę promittuntur, pœnitere oportet, et non seruare. Quãuis de iureiurando seruando præcipiat, non liberat tamen ab alijs pactis & promissis absq; iuramento quæ fiunt, cum erga omnes, pactum, fidesq; seruanda sit. Aliter enim non loquetur ueritatem in corde, ut supra docuit, sed agit dolum lingua, indignus monte sancto. O durum uerbum nonnullis hominibus, qui potestate prędititi sunt, ne dum negotiatoribus, qui, licet non semper aperte, astu tamen, & dolo, subterfugia nonnunq̃ quærunt, ut conuentionum fidem non seruent. Verborum lenocinio, ueritatem inuertunt, fratrem decipiunt. De fide seruanda hosti, etiam Ethnico, lege Ezechielẽ, ca.17. (Ezech.17) Locus inuitat, ut lectorem admoneamus, ab eorum sententijs cauere, qui iurisiurãdi omnem speciẽ reprobãt. Quo errore obcęcantur nostrę etatis nonnulli male seducti. Persuadere cupiunt prorsus ne iuretur. At neutiquàm id impetrant, nec, ut sæculi negotia aut sunt, aut fuerunt, aut (ut puto) futura sunt, impetrare aliquando possunt. Sed hic fuit quorundam græcorum error, ut notat Erasmus in Epistola, quam præscripsit in opus illud imperfectum apud Chrisost. super Matheum, (Math.5.) in qua nonnullos quoq; alios eius errores indicat. Neq; non & Athanasius in tractatu de cruce, eodem errore laborat. Durus est per omnia quoq; Chrisostomus, in hac re, potissimum in to.4. pag. 414. Vrgebantur forsitan in hanc sententiam, ij patres, græcorum improba consuetudine, ut semper in omnia uicia proni fuerunt. Quas tamen adferunt scripturas, tantum admonent, ne sit iurandi assuefactio, neue sit quisquàm ad iurandum pronus, qui periurium uix aut nullo modo euitare potest. Huic uero sententiæ ut euitetur frequens iuratio, nullus non subscribit. (Frequens iuramentum euitandum.) Quis iurantium leuitatem non execratur? Quem probum non tedet assidua iurantium temeritas? aut uerius impietas? Hinc est, quod admonet Ecclesiast. (Eccles.13.) Non assuescas os tuum iuramento. Multus enim casus in illo. Et iterum, uir multum iurans replebitur iniquitate, & non recedet a domo

a domo eius plaga. Quis non uidet his uerbis, non iusiurandum, sed temerariam iurandi frequentiam interminatam? Temerariam iurationem intelligo, extra pacta, extra conuentiones, extra forum iudiciale, præter omnẽ necessitatem. Non simus igitur proni ad iurandum, nisi necessitate, magistratus iussu, aut alia graui, et honesta causa, ut eo magis uel seruetur fides, uel pateat ueritas, uel incredulo ut satisfaciamus, necessitate coacti. Nullus nõ fatetur, si fieri posset, ab omni prorsus iuramẽto, uel in pactis, uel apud iudicem abstinendum esse. Abhorrenda procul dubio omnia iuramẽta sunt, quę domi, aut familiari fiunt colloquio. De quibus lege Chrisost. to. 4. pag. 364. Quod autem ait Euangel. sit sermo uester est, est, &c. quod amplius est a malo est. non iurantis, sed infirmitatis illius est malum, qui iurare cogit, inquit August. Fit (inquit) de necessitate infirmitatis illius, cui aliquid suademus, qui absq; iuramento fidem non habet. Si uero necessitate a potestate & magistratu iussi, deum in testem aduocantes, uerum iuratis, nullũ est peccatum. Nam non prohibetur iusiurandũ, ut malum, modo adsit ueritas, & per deum iuretur ex necessitate, inquit August. Tu (inquit) non malum facis, qui bene uteris iuratione, quæ etsi non bona, necessaria tamen est, neq; mala est. Non igitur iuramentum, sed illa assuefactio, uel iurandi facilitas, pronitasq;, uel a quibusdam (ut solet) iurandi delectatio, uetatur. Hactenus August. Duriter igitur adiecit scriptor ille in priore opere imperfecto, bene iurare, non aliud q̃ peccatum esse, nisi peccatum esse quoq; dicat, quas ad hominum usum, & ministerium creauit deus, eas res possidere, iusticiamq; de ablatis illis rebus apud iudicem petere. Solicite quidem admonendum est, & apud omnes omni conatu inculcandum, ut quoad liceat, ab omni iuramento abhorreat quisquis est, qui Christum agnoscit, cum ex assuefactione nonnihil sit periculi. Multa cernitur & fœda quidem in iureiurando iniquitas multorum. Sunt etenim qui iuramentum pro uoluptate habent, eoq; delectant se. Sunt item, qui se parum facundos existimant, si magna iuramenta non admisceant. Effœminatum alij sermonem arbitrantur, nisi execrando iuramento ostentetur. Sunt qui prudentes, & scientes, uel in blasphemiam obstinati, assidue iurant. Hos iurantes plusquam homicidas, indicat Chrisost. to. 4. pag. 414. Sunt deniq; qui per summet obliuionem, mala assuefactione frequentius iurant. Lege præterea August. in Epistola. 90. Eundemq; contra Faustum libr. 19. & plerisq; alijs locis. Neq; per deum iurare prohibet Euangelium (inquit Hierony.) sed per cœlum, terrã &c. Absit igitur a doctrina christiana, ut omne iuramentum damnemus, ne de tot hominum interitu in causa sint magistratus, & præpositi, quot pro dicenda ueritate ad iusiurandum adigunt quotidie, id quod nunquam non seruatũ est. Omnis controuersiæ finis ad confirmationem est iuramentum, inquit Apostol. iuramentum non prohibens, sed uelut dei exemplo probans. Deus (inquit) quod neminem habet se maiorẽ, per se iurat. Homines quidem per se maiorem iurant. Sed eo modo iustum iuramentum tollere conantur nonnulli nostræ ætatis, & in cap. Math. 5. & Iacobi 5. quo perutiles cæremonias, quo leges humanas omnes delere, quo christiano magistratui gladium, uerbo diuino traditum, & omnem animaduersionem prohibere aliquando cupiebant, corruptissimo quidem iudicio, uere insanientes. Qui uero legum humanarum, illas populo necessarias habenas tollere student, quid aliud, q̃ omnẽ probitatẽ, omnẽ reip. tranquillitatem, omnẽ ordinem, omnẽ deniq; christianismũ, nõ modo tollere, sed etiam prorsus delere tandem gestiunt? Quam uero pauci sunt, quos uel erga deum amor, uel gehennæ metus a malo prohiberet, nisi coerceret gladij timor, nemo sapiens non

Quando iurare liceat.

August. de sermone in monte, lib. 1.

Improba iurãdi leuitas.

Hebr. 6.

Math. 5. Iaco. 5.

Humanarum legũ utilitas.

de Luthero · de melantone ·

non perspicit. Sceleratis prędæ, & ludibrio, essent probi, absq; hoc freno, cum longe sint plures mali. Illa est euangelica libertas, quã cupit uulgus, ut nullis bonis legibus coerceatur. Hac arte uicit Mahumeta, qui tot gẽtes, tot populos misere seduxit. Ingenti uiolẽtia, ut quod prauũ erat, rectũ faceret, curuũ nõ in una parte baculũ, in diuersam partẽ inflectebat Lutherus, qui dei beneficio, cœpit tandẽ mãsuetior fieri. Cui rei, solicitã, doctã et prudentẽ haud dubie manũ, apposuit Melancton, uir, ut ex scriptis uidere licet, p singulari eruditione, & rara eius modestia, magna laude dignus, quãuis nõ adhuc curuũ priorẽ illũ baculũ, neq; quod curuauit Lutherus, rectum oĩno fecit. Quod autẽ ad me attinet, pro christiana charitate, Luthero bene uelim et optime cupio. Est enĩ qd illi agã gratias. Me plane humanis legibus deduũ totũ, inter alios non parũ exercuit, coegitq; sacrarũ literarũ sensum, diligentius, maioriq; solicitudine inuestigare. Sic multi e somno excitantur, inquit August. Et hũc fructũ de illis (inquit) accipiamus. Sic plane magnam attulit utilitatem reip. christianæ Lutherus, cũ prius non modo utilia, sed et necessaria multa plane negligebantur, & uelut ignota iacebant. Abusus multi, superstitiones, ignorantiæ, irrepserunt. Modo eriguntur, et expergesiunt multi, qui dormierant. Hac uehementi collisione, exprimitur, uelint nolint, ueritatis inimici, uelut e silice, non scintilla, sed fulgor ueritatis, quãuis durum fuit, nimisq; diuturnum & cruentũ hoc bellum, in quo multi interim aut plurimũ saucij uix tandem euaserunt, aut ad internitionem usq; interierunt, & corpore, & anima. Prope iam uentum est ad concordiã. Modo paucißima sunt, in quibus non consonant omnes qui probi sunt. Solicite orandus est deus, ut non sint amplius scismata, ut idipsum dicamus omnes. Deum supplicißime precor optimũ ut simus in domo domini unanimes, ut fidei domestici, et fratres, unius dei patris effecti filij, per filium deum, qui super omnia, dilectionem suis mandauit omnibus. Neminem christianum uirum non afficit magno dolore, impiorũ anabaptistarũ impietas. Quis tantam, talemq; fœditatem putasset oriri aliquando apud christianos? Dolendi sunt, & nobis orandum est, ut doleant illi, & inauditam illam, qua seducuntur, cæcitatem, prorsus abijciant, redeantq; nimium errantes, ad ueritatis pastorem Christum. Aecolampadios Zuyngliosq; idem nobiscum sentientes, faciat benignus deus. Nunc ad prophetam redeo, qui cum primis docet, ne simus cuiquã scandalo, ne proximo inferamus opprobrium, utq; simus proximo non minus benefici, quã nobismetipsis, quem, ut nosipsos, pro dei uoluntate diligere tenemur. Omnis itaq; dolus, omnis impostura, longe fugienda est, ne simus indigni, &c. Præterea & is.

Mahumetis fallacia

De Luthero.

De Melanctone.

De uera religione. ca. 8.

Irrepũt facile mala.

Disceptatione elicitur ueritas.

De anabaptistis.

Qui pecuniam suã non dedit ad usuram.

Bene abstinet ab illo malo, Ne pecuniarum iniusta quidem usura inficiamur, docet propheta, ut simus digni monte sancto, uel potius ne indigni simus. Nõ fœnerabis (inquit Moses) fratri tuo pecuniam ad usurã. Aduersatur etenim dilectioni proximi, quem nostris fortunis iuuare, & iure naturæ, & diuina iußione debemus. Quod autem ait de fratre. Iudæi quãuis suos fratres, ut supradixi, tantum circumcisos intellexerunt, nos tamen ut perfectius docti, utq; omnes lucrifacere cupientes, tam christianos quã ethnicos, nobis fratres existimabimus, ut q sunt ethnici, domesticos futuros optemus. Id quod nostræ integritatis exemplo, & citius & facilius fiet. Vsurã igitur, ut alia turpia lucra detestemur. Inter alia, quæ numerat Ezechiel de uiro iusto, qui ad usuram non commodauerit, & amplius (inquit) non acceperit. Quod si illud tantopere uetabatur in ueteri testamento, quanto magis in nouo, quod legem adimplet, charitatẽq; auget erga proximum, absoluta, & perfecta nũc doctrina.

De fugienda usura.

Ezech. 18.

Pecunia. ctrina. Pecuniæ nomine, noli nūmisma, aut monetam dumtaxat intelligere, sed quæ usui sunt hominibus, eius appellatione contineri res oēs. Non erant aliquando nūmi, sed rerū permutatiōe, utriusq; aut necessitati, aut utilitati consulebatur. Cū uero omniū rerū, & præstantissimæ, & quæstuosissimæ essent pecorū, & pecudū diuitiæ (tato enim uel in ueteri testamento, uel apud maiores, numerant alia) ab illis pecudibus ita deductū est uerbū pecuniæ, ut diuitiarū omne genus, illo solo latino uocabulo, apud latinos comprehēdatur, q̄uis plinio aliter uideatur, in libr. 33. ut ideo pecunia dicatur, quod antiquitus nūmi pecudis effigiem haberent, aut ouis, aut suis, aut bouis, ut ait Plutharch. Ad usuram itaq; res nullas dare licet, neq; dignus est monte sancto, indignus est deo, et eius bonitate, qui dat suā pecuniā ad usurā. Time deū (inquit Moses) ut uiuere possit apud te frater tuus, pecuniā tuā non dabis ei ad usurā, et frugū abundantiam non exiges. Quod apud te abundat aut gratis, aut mutuo petenti a te, proximo dare teneris, sine lucro, aut spe lucri, ut docet euangel. Quicquid enim ultra sortem, ultra rem mutuo traditā, cōuentione soluitur, usura est. Non hic prohibet honesta negotiatio, moderatūq; lucrum negotiatori, qui ad nos, quæ necessaria, quæq; utilia nobis sunt, solicito suo labore adfert. D. lege Ambros. tam in fœneratores, q̄ in aleatores, in libro suo de Tobia. Qui etiā nōnulla, et quidē pulchra de usuræ fœditate, & fœneratorū immanitate, simul et sano ad debitorē inopia laborantem consilio, legere uelit, Basiliū, in huius psal. 2. sermone, legat. Operatur itaq; iusticiam, qui pecuniam suam, &c.

Oīm rerū usura prohibetur.

Leuitic. 25

Luc. 6.

Vsura.

D. Ambr.

Basilius.

Et munera super innocētem non accepit. Munera nō accipies (inquit Moses) quæ etiā excæcant prudentes, & subuertūt uerba iustorū. Si munera ut iusticiam peruertas acceperis, execrandū scelus est, & magna impietas. Munera de sinu (inqt sap.) impius accipit, ut peruertat iusticiā. Qui enī iustificat impiū, & cōdemnat iustū (inqt idē) uterq; abominabilis est apud deū. Ab alio hic locus uertitur. Qui munera aduersus innocentē nō accipit. Paraphrastes uero, In perniciem innocētis uertit, de eo intelligens qui munus accipit, ut innocentem lædat, id quod execrandū scelus est. Ipsis quidem iudicibus prohibent omnia munera cæsareæ leges, quia facile corrūpunt humanā pronitatē in omnia uicia. Nam Zenia, & dona excæcant oculos iudicum, & quasi in ore auertit correptiones eorū, inqt Ecclīastic. Neq; ut non lædas, neue noceas, aut ab inferēda proximo iniuria abstineas, siue ut rem illi utilē pro charitate facias, licita munera sunt. Hæc omnia pro fraterna charitate facere teneris. Illos excipio, qui suas operas, ex honesta causa locant, ut mercenarij oēs, qui non munus, sed sui operis mercedem accipiūt, qui manu uictitant. Militibus quoq; (ut ait euāgel.) licita sunt stipendia. Alias uero, si quispiā christianus, & haberi, & esse uelit, si probus, si iustus, si quicq̄ habeat innocentiæ aut pietatis christianæ, Christi exemplo, pariter & præcepto, quod gratis accepit, gratis in alios conferat. Potentiā, & diuitias præ cæteris in hoc sæculo, tibi deus cōtulit, ut datoris exemplo collatā tibi benignitatē, in alios benigne exerceas. Noli igitur, qui potens es, pauperē diripere. Aliud non est (mihi crede) nulla iusta causa, innocētis bona uel ultro oblata, accipere muneris gratia, q̄ innocētis bona diripere. Tibi sua sponte neutiq̄ daret innocens, & pauper, nisi eum urgeret, aut metus aut necessitas. Vbi tum proximi amor, quo illi subuenire teneris, & illi facere quod tibi uis fieri? Caue ne tecū huiusmodi pecunia sit in perditionē. Pecuniā hic intelligo, non arctiore sensu, sed eo quo nunc modo in usura diximus, hoc est, rem quācunq;. Et q sic congregat thesauros (inquit sap.) impingetur in laqueos mortis. Nam qui uolunt sic diuites fieri, incidunt in laqueum diaboli, &c. inquit apost. Hi sunt in quorū

Exod. 23.

Prouer. 17.

De muneribus non accipiendis.

Eccles. 2.

Luc. 3.

Iusta charitatis beneuolētia.

In male gratos, fraternā charitatē.

Prouer. 1.

Psal. 25. quorũ manibus iniquitates sunt, & dextera eorũ repleta est muneribus. Hi sunt de eorũ numero, qui diligunt munera, ut ait Esai. Et ignis deuorabit tabernacula eorum, (inquit) qui munera libenter accipiunt. Hinc admonet Christus. Videte, et cauete ab omni auaritia. Aliud est enĩ quod amicitię causa datur, aliud quod muneris. Non nescis inopem illum tibi debere prorsus nihil, non amicitia, animũ illi animo iunxisti. Contemneres haud dubie, si amicitiã sibi tecũ arrogaret, cum sis diuitijs potens, seu potius insolens. Cur igit munus accipis? Nũnam ut ab illo eius bona diripias, & ex pauperũ, & innocentium præda ditior euadas? Admonet igitur probe Ecclesiastic. pauperẽ. Ditiori te (inquit) ne socius fueris. Quid cõmunicabit cacabus ad ollam? Diues & iniuste agit, & fremit, pauper autẽ læsus taceat uel utilius est, uel necessariũ. Si largitus fueris o pauper, assumet te, et si non habueris, derelinquet te. Si habes cõuiuet tecũ, et euacuabit te, & ipse non dolebit super te. Hactenus Eccliastic. Lege illic cętera. Quantum huiusmodi mores, dilectioni proximi, & charitati christianæ aduersantur, perspicuum nimis est, q̃ ut sit opus longa admonitione. Has tamẽ execrandas diuitias uidemus, quæ multis ex raptu pauperũ obueniunt. Audiant igitur, & potentes, & diuites omnes, admonentẽ Esaiã. Quis (inquit) habitabit in excelsis? Qui ambulat in iusticijs, & loquitur ueritatẽ, & excutit manus suas ab omni munere. Non enĩ dicit, a munere, sed ab oĩ munere. Iniquum igitur est, sordidũ, et turpe lucrum, quicquid muneris nomine accipitur a proximo, ab innocẽte, a simplici quouis uiro, nisi iustã aliam accipiendi causam habueris. Quod si hęc non liceant, quid de his, qui ui, malignitate, astutia, & dolo, innocentes aut simplices diripiũt sentiamus, perspicuum est. Hi sunt, qui agrũ agro coniungũt, ut ait Esai. plane hæredes, & filij regis Achab. Nec eleemosinis redimi hoc peccatũ potest. Restituas oportet lęso, quę diripuisti, si fieri poterit. Si non, uel sacerdotis secreto consilio, uel cuiusuis boni uiri arbitrio, eo quo possit fieri modo, satisfacias. Alias quidẽ dona impiorum, nõ probat altißimus, nec respicit oblationes iniquorũ. Qui enim facit sacrificiũ ex substãtia pauperũ, quasi qui uictimat filiũ, in cõspectu patris sui, inquit Ecclesiastic. Docuit iam propheta saniores uitæ quasdã semitas, quas per gratiã si seruauerimus, erimus per gratiã non indigni, qui requescamus in monte sancto dei. Psalmũ igitur claudit, & optatissima, & certißima promißione.

Esai. 1.

Luc. 12.

Eccles. 13.

Sapientis consilium pauperi.

Munera periculosa.

In pauperũ direptores.

Esai. 5.

3. Reg. 21.

Ex male acquisitis impię eleemosinę. Ecclesi. 34.

Qui facit hęc. Qui innocenter sic uiuit, hoc est, qui deũ amat ex toto corde, & tota mente, et qui diligit proximũ sicut seipsum, &c. qui (inqt) facit hęc priora quę docuit in hoc psal. propheta, non qui dicit, non qui cognoscit. Estote (inqt. D Iaco.) factores uerbi, et nõ auditores tantũ, fallẽtes uosmetipsos. Qui hęc igitur facit, & seruat.

Toti psalmi epilogus.

Iacobi. 1.

Non mouebitur inęternum.

Quia ppetuo habitabit in monte sancto dei, unde non erit trãsmutatio. Qui uero hęc nõ facit, qui non studiosus est, ut sic operetur, q̃ suis de ecclesia esse uideatur, non tamen aliquando requiescet, &c. Qui facit hæc non mouebitur inæternum, non cadet ut pereat. Quamuis enim aliquando moueatur a recta uia, cito tamen per gratiam resipiscet, non præualebit inimicus, sed uictor per gratiam euadet, ut tandem requiescat, &c.

Iacobi. 1.

Psalmus Dauid. 15.

Titulus.

Tituli ĩscriptio ipsi Dauid. Vel ĩsignia dauid. Dauid, manu fortis, uel dilectus interpretatur. Sæpe igitur pro Christo, qui uere deus fortis est, et filius dei patris dilectus, ponitur in sacris literis. Hunc enim psal. de Christo uaticinatũ, ait. D. Petr. Humanã etenim eius paßionẽ, diuinãq; resurrectionẽ, quibus humano generi restituta est æterna hæreditas, plane

Dauid.

Act. 2. & 13.

plane prædicit. Bene igitur apposuit in titulo, Insignia David. Quod tam fuit aliquãdo apud homines insigne, q̃ hm̃oi Christi uictoria, qua genus humanũ uindicauit? Huic igitur soli David, recte attribuitur huius tituli inscriptio, quippe quę ad aliũ neminẽ ptinere potest, ut perspicue docent apostolorũ acta.

In summa.

Christi & spem, & confeßionẽ, et gratiarũ actionẽ patri, pro accepta hęreditate humani generis, quam exultans laudat, & prædicat, simul & de eius morte, sepultura, & gloriosa resurrectione, docet psalmus.

Explanatio.



Onserua me domine. Esaias, Christi humanitatẽ, dolores, uulnera, infirmitates, mortẽ deniq;, quas oẽs miserias, uere ut homo, sed sua sponte pateretur, prædixit. Abhorruit itaq; a crucis morte Christus, ut homo, & tristis affectus est. Haud mirũ igitur, si huius psalmi uerba ad patrẽ uere homo loquutus fuerit. Cõserua me domine pater. Seipsum uere hominẽ demonstrat, egentẽ patris dei auxilio. Eo modo se fatetur minorẽ patre secundũ hominem. Sed quicquid ipse orauit factus homo, oĩm hominũ nomine, qui in eo uel crediderũt, uel credituri sunt, orauit, qui pro oĩm salute, in hunc mundum uenit, & passus est. Quæ eteni loquutus est, aut fecit Christus, humani generis causa fecit omnia. Nõ enim egebat auxilio filius deus, æqualis patri. Nõ passus est sua causa. Per hęc itaq;, & similia Christi uerba, quæ de ipso in plerisq; locis pędixerũt prophetę, ipsum & uoluerũt uere hominem docere, hominẽq; factum hominis causa, et pro multorũ salute passum & orantem. Hanc eandem prophetiam adimpletam docet euangel. cum de cruce ad patrem clamaret, deus meus, ut qd dereliquisti me? Conserua igitur me (inquit) domine pater.

Esai. 53.

Math. 26.

Oĩa hoĩs causa, et fecit, & passus ẽ Christus.

Math. 27.

Quoniam speraui in te. Auxiliũ nemo sapiens petit, nisi ab eo, et qui opem ferre potest, et a quo sperat impetrare. Sic & Christus homo, a solo deo patre, qui oĩpotens est, & benignus, auxiliũ sibi petit, nos uero docens a quo solo auxiliũ petamus. Nam Christi actiones nobis exempla sunt. Et quęcunq; de eo potißimũ scripta sunt, ad nostrã doctrinã scripta sunt. Docet Christus ut patrẽ eius nomine quicquid petierimus, dabit nobis, cũ sit ille solus, qui patrẽ humano generi reconciliauit, benignũq; fecit, quando de filiis iræ, adoptionis filios, & illi coheredes effecit. Sciens igiẜ hãc solã spem in deo, et utilem, (inquit) et certã esse, quę iuuaret.

Auxiliũ a solo deo.

Ioan. 13.

Rhom. 15.

Dixi domino. Patri (inquit) meo. **Deus meus es tu.** Et ideo in te solo speraui, a te solo auxiliũ peto, quia uana salus hominis. Cum ergo sis deus meus, qui omnia potes, & in cuius manu sunt omnia, nulla (inquit) tua causa solicitus sum, neq; dignas gratias tibi referre ualeo.

Quoniã bonorũ meorũ nõ eges. Sed mihi opus est tuo auxilio. Sic igiẜ uertit Hiero. Bonũ mihi non est sine te. Vel bonũ mihi non est nisi a te, ut ab alio uertitur. Conserua igiẜ me domine, ut quę nũc patior, membris, & fidelibus meis psint. Ita orauit apud Ioannem. Pater (inquit) pro eis rogo. Pater sancte, serua eos in nomine meo, quos dedisti mihi Christũ nũc loquentẽ ad humanũ genus efficit ppheta, & patris bonitatẽ in suos pro quibus patitur, docentẽ. Quãuis non egebat pater (inquit) bonis meis, opera mea, &c. Veruntamen me orante, & mea causa, quia satisfeci pro toto humano genere.

Ioan. 17.

Sanctis qui in terra eius sunt, mirificauit omnes uolũtates meas in eis. Christi erga humanũ genus, et benignißimę, & miltæ uoluntates fuerũt, suæ maiestatis sedẽ deserere, atq; in hanc miserã terrã

Benigne uoluntas Christi erga hominem.

terram humani generis causa se demittere, nasci ex fœmina, nostrã fragilẽ, et uilẽ carnẽ sumere, calamitates, quibus subijciuntur mortales, pati, detractiones, ludibria ferre, pditiones, falsas accusationes, mortẽ deniq; turpißimam, nostra (inq̃) causa, sustinere uoluit, ut nos a morte liberaret. Hęc oĩa quidẽ non coactus, nõ inuitus, sed pro sua singulari beneuolentia fecit, suaq; sponte sustulit, ut genus (inq̃) humanũ, a diaboli seruitute liberaret, deoq; patri recõciliaret. Oblatus est (inquit Esai.) quia ipse uoluit. Quãuis itaq; deo patri prorsus nihil profuerũt, huiusmodi (inquit) meę uoluntates, quia non egebat, sanctis tamen eius, & pure in me credentibus, apostolis, discipulis, & alijs electis, qui sunt hic in terra eius, hoc est, in hac mortali uita, in hac ecclesia, in hac terrestri domo, ut ait apost. mirificauit, & admirabiles fecit deus pater, omnes illas (inquit) uoluntates meas. Nam ueram fidem, ueramq; dei agnitionem acceperunt tanta constantia, ut ex inimicis amici facti, gaudentes eius rei causa, se morti offerrent, & rapinam bonorũ cum gaudio susciperẽt, inquit apost. Miracula multa ædiderunt, tam uerbo, q̃ opere. Diuina potestate præditi fuerunt. Nonne mirificos primos illos discipulos fecit, cũ unusquisq; audiret lingua sua loquentes illos, quãdo omnes galilęi essent, alia lingua, nec enutriti, nec edocti? Stupebant omnes (inquit) et admirabantur, dicentes. Quidnã uult hoc esse, &c. Nonne stupebant sæpe iudęi, & de miraculis, atq; de apostolorum doctrina admirabantur? Fiebat (inquit) omni animæ timor, multaq; pdigia, et signa, per apostolos fiebãt in Hierusalem, et metus erat magnus in uniuersis. Quoties mirificauit sanctos suos, & quidem multos præter apostolos, in hac terra, in hoc sæculo uitæ incredibili puritate, integritate, constantia, oĩm deniq; uirtutum ornamento, ad stupenda usq; miracula? Et hęc omnia euenerũt illis per Christi beneuolas uoluntates, erga eos, quibus, patrem prius iratum reconciliauit. Vere (inq̃) reconciliauit. Nam & primi parentis maculam illam detersit, & futuris omnibus abundantißimã gratiã in eum uere credentibus contulit, cœli ianuam aperuit, omnium peccatorũ nostrorum debitum persoluit, baptismo omnes sordes abluit, fide iustificat, pœnitentia aßiduã reconciliationem recipit, peccata remittit, &c. Hęc erant quæ suis maxime optabat. Hęc uoluit, & petijt a patre suo. Hęc sunt quæ pro suis rogauit patrem, & impetrauit. Hæ fuere uoluntates Christi, quas tantopere optabat suis sanctis, suis fidelibus. Neq; non id cum primis mirabile est quod in eius aduentu.

Esai.53. — 2.Cori.5. — Hebr.10. — Act.2.

Multiplicatę sunt infirmitates eorum. Humani etenim generis infirmitas, in Christi aduentu erat maxima. Erat igitur opus diuino auxilio. Erãt (inq̃) et multæ, & peßimæ humani generis infirmitates. Nam corrupta erat omnis terra coram deo, et omni iniquitate repleta, uerum creatorem nesciens, idolis, & dęmonibus seruiens, sanguinarij, animaliũ immolatores, mortis mancipia. Eramus deo tum inimici omnes (ut ait apost.) nullã habentes dei iuuantẽ gratiã, oĩ gratia indigni. Haud mirũ igitur, si multiplicatę fuerũt infirmitates eorũ, hoc est, peccata, et in omnia uitia procliuitas, qui adhuc spiritu dei indigni fuerunt. Quin

Christi beneficia in genus humanum. — Infirmitates hominum. — Rhom 7.

Postea accelerauerũt. Festinanter ad fidem conuersum est humanum genus, & de infidelibus facti sunt sancti, de infirmis ualidi, & fortes. Iamiam etenim priusq̃ ascenderet, apostolis dabat in mandatis Christus, ut euntes in mundũ uniuersum, prædicarent euangelium omni creaturæ. In omnẽq; terrã exiuit illico sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Tantaq; miracula, & operum, et uerborum, apud omnes faciebãt, ut e uestigio persuasum esset oĩbus, ad quos ueniebant, homines peccatores, talia dicere, et tanta signa facere non posse, nisi datum esset desuper. Dei igitur potentiam, & uirtutem

Genus humanũ festinãter conuersum ẽ. — Marc.vlt.

tutem agnoscentes, accelerauerūt festināter omnes gentes, prius idololatræ, ad ueri dei agnitionē. Adeo (inq̄) accelerauerūt, ut uideres una alloqutione (inqt Eusebius) integros simul pplos, ad cultū diuinæ religionis adduci. Nōne, cū hęc fierēt mirificauit ualde deus pater Christi sui filij uolūtates, in hmōi sanctis eius, qui in terra eius sunt? Accelerauerunt (inq̄) prædestinati, et electi omnes, sed non accelerauerūt, neq; uerbū acceperūt omnes. Fuerunt etenim qui non acceperunt. Non quod Christus noluit omnes, sed quod illi Christū & uerbū eius noluerūt. Nam ad duodecim ait Christus. Vos mundi estis, sed non omnes. Vobis (inquit Petr. ad Iudæos) est repromißio, & filijs uestris, & oībus qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit dominus deus noster. Vult oēs saluos fieri benignus deus, quia nullā gentē, nullius psonā accipit. Pro oībus mortuus est Christus, inqt apost. Noli curiosius inuestigare, cur hos uocat deus, illos autē aberrare sinit. Sunt autē de dei occultis, et incōpræhensibilibus, hęc mysteria. Per Christi tamen paßionē ad cognoscēdum unū aliquem uerū deum accelerauerunt omnes gētes, antea prorsus idololatræ. Deū patrē adorant omnes, aut iam pauci admodū tam alieni sunt, ut deum patrē non agnoscāt. Dabit idem deus pro sua bonitate, ut Iesum suum filium, pro omnium salute mortuum, & resuscitatum, tandem quoq; agnoscant oues adhuc errantes a suo uero pastore, ut ab eo uitæ uiam discāt, ut postea ait in hoc psalmo. Multiplicati quoq; sunt, &c. ut alium sensum adferamus, hoc est, cœperunt augeri humani generis scelera paulatim. Nemo enī repente fit turpißimus. Postea uero crescente malignitate, ad quam prona est hominis natura, accelerauerunt homines ad frequentiora, & maiora peccata. Impius enim cum in profundum malorum peruenerit, contemnit. Hos omnes reijcit Christus secundū ultimū sensum, uel secundū priorem, non sunt de Christi congregatione, qui non bene accelerauerunt. Ait enim Christus.

Euseb. lib. 3. ca. 37.

Oēs uocati.

Ioan. 13.

Act. 2.

Vult oēs saluos fieri deus.

2. Cori. 5.

Alius sensus.

Prouerb. 18.

Non cōgregabo cōuenticula eorum de sanguinibus.

Pro his (inquit) non laboraui, quia me spreuerunt. Non igitur erunt de numero meorū. Nam conuenticula, et congregationes eorū, qui futuri sunt mei, quos ego mihi congregabo, qui erunt de ecclesia mea, non erūt de illis sanguinibus, de idololatris, de tyrannis, de gygantibus, de cruentis belluis, qui sanguine delectantur, de his qui animalia immolant, de fœdis peccatoribus. De sanguinibus erant omnes idololatræ, omnes iudęi, qui animalia immolabant, qui posthac non litabūt per sanguinem hircorum, aut uitulorum, ut olim, nec ab eis solita, ut (inquit Christus) accipiā holocausta, quibus manus eorū sanguine plenæ sunt (ut ait Esai.) sed pura & integra fide, deum patrem in spiritu adorabūt, qui mei futuri sunt, in uitę puritate. Lauamini igit (inquit in priore loco Esai.) et mūdi estote &c. Nos enim sanctificauit Christus per propriū sanguinē, ut ait apost. Priores uero illi scelerati, nec erūt de mea cōgregatiōe, inqt deus.

Nec memor ero nominū eorum per labia mea.

Non sunt digni qui nominentur (inquit Christus) per labia mea, ut aliquādo deum patrem pro eis rogem: nisi resipiscāt. Illos per labia nominat Christus, quos pro suis agnoscit, pro quibus orauit patrem. Quos uero non agnoscit, nescire dicitur. Nescio (inquit) uos. O durum uerbum. Hi sunt indigni qui scribantur in libro uitæ. Deum patrem (inquit) rogo, ut me, hoc est, meos, conseruet. Qui autem uerbum obsequenter audiunt, in me credunt, me diligunt ex toto corde, &c. hi seruabunt præcepta mea, hos prisco nomine non uocabo. Nā erāt prius filij tenebrarum, erant idololatræ, erāt animaliū immolatores, id quod pro tempore in figurā dabatur iudæis, quoad uera Christi immolatio, plenā gratiā adferret. Nūc autē filij dei uocabuntur. Omnes enī filij dei estis per fi-

Cōuenticula Christi.

Viri sanguinum.

Esai. 1.

Nominare p dei labia

Luc. 13. Apoc. 11.

Alius sensus.

Fœlix nominis mutatio.

Galath.3. per fidem, inquit apost. Nūc ueri adoratores erunt in spiritu. Sunt ergo filij dei patris, qui sic (inquit) credunt in me, & in uerbis, & preceptis meis, quia sunt fratres mei, & cohæredes, item & filij, inquit Christus. Iure (inqt) ad me pertinent, ut diximus in psal. 2. Vtriusq; ergo sunt filij. Nam deus pater & ego unū sumus. Ego enim in patre, & pater in me est. Recte ergo ait Christus.

Ioan.13.

Ioan.14.

Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei.

Nam utriusq; eadem est uoluntas. Mea uero hereditas (inquit Christus) est illa piorū congregatio, quā supra diximus. Neq; non eadē est patris mei hereditas. Nā dominus pater, est pars hæreditatis meę in generis humani redemptione, et pars calicis mei, hoc est, paßionis meæ, quia eius quoq; nō solū fuit uolūtas, ut paßionē subire, sed etiā æque mecum gaudet, de humano genere per meam paßionē liberato. Est quoq; mecum (inquit Christus) qui misit me, et non reliquit me solum. Conuersus autem ad patrem, ait Christus.

Ioan.8.

Tu es qui restitues hereditatē meā mihi.

Heredítas Christi.

Hūc honorē exhibet patri Christus homo, a quo oīa se accipere fatetur. Sic filium clarificauit pater. Sic oīa cōsummauit filius, patris mandato. Nā tui (inquit) erant, et eos tu mihi dedisti &c. lege in eodē loco. Hoc ait Christus, cū sit secundū hominē minor patre. At ut deus æqualis patri, & mea omnia (inquit) tua sunt, & tua mea sunt. De huius hereditatis beneficio, docet eximie Ioan. in cap. 14. Nec dicit Christus hūc hæreditatē sibi dandā a patre, sed restituendā sibi, qui pro illa laborauit, eiusq; causa uenit in hunc mundū. Non enim suū locū apud patrē amisit Christus, qui nunq̄ separati, aut fuimus (inquit) aut sumus, aut erimus, sed illis meis, regni cœlestis hæreditatem restitues, qui antea per Adam, eandē perdiderūt, quos ego nūc per paßionē, ut oues errātes reuocabo, in quibus ego sum, & illi in me. Cū pro illis igit laboraui, et eorū causa, tu me in mūdū (inqt) misisti, meā hereditatem uoco, quia uelut quadā sorte, hec portio mihi relicta est. Valde igitur (inquit) gaudio, quod

Ioan.17.

Ioan.14.

Funes ceciderūt mihi in preclaris.

Funes nonnunq̄ pro portione, aut mensura, aut limite, aut sortitione hæreditatis, in sacra scriptura, in ueteri potißimū testamento, accipiuntur, eo quod hæreditatis portiones, funibus metiebantur. Hinc Amos. Humus tua funiculo metietur. In alio item psal. Tibi dabo (inquit) terram Canaam, funiculus hæreditatis uestrę, & sorte diuisit eis terram in funiculo distributionis. Postq̄ uero portiones sic dimensæ fuerant, sorte apud ueteres diuidebant, id quod paßim docet Iosue liber, neq; non alia scripturæ loca. Funes igitur in hoc loco, pro hæreditatis portione sortita, hoc est, sorte diuisa, intelligamus. Veteris testamenti more loquitur, ubi pleraq; sorte fiebant. Sic cæcidit sors super Ionam, qui huius sortis uere typus est. Lege Theophilactum, Ionæ.2. Sic sorte ministeria in dei templo partita sunt. Hinc sorte elegerunt Mathiam apostoli, præmissa oratione. Neq; non licita est sors inter christianos, modo præmissa oratione, non fortunæ, aut sortis uirtuti, sed dei prouidentiæ referant, & urgeat neceßitas. Non enim spiritu uanitatis tentandus est deus. Non simus tamē faciles ad mittendas sortes, preterq̄ in rerū prophanarū aut diuisione, aut tollenda contentione, in quibus et utiles, & licitę sunt sortes. Hinc magistratuū uires, sorte ut constituantur, nō est alienū. Fidem uero habere sortibus, de incertis futuris rebus, alienum est a uerbo dei. Est enim species incantationis, & magiæ, de quibus in psal. 30. et. 57. Redeo ad prophetam. Sortes ceciderunt mihi in amena loca, uertit hūc locū Felinus clare. Ait itaq; Christus. Funes, hoc est, portiones, quę mihi uelut sorte euenerunt, de oībus gentibus, qui in me credunt aut credituri sunt, ceciderunt, et pul-

Funes.

Amos.7.

Psal.104.

Psal.77.

Ionæ.2. &.1.

1.Paral.26

Sortes licitæ.

chre contigerunt mihi, & quidē in prœclaris, in sanctis, non in illis sanguinibus, fœdis, & turpibus peccatoribus. Quid enī prœclarius, q̃ in Christi hæreditate, tam in ueteri testamē to, tot patriarchas, tot prophetas, q̃ in nouo, tot apostolos, tot discipulos, tot martyres, tot uirgines, tot confessores, & alios deniq; innumerabiles uiros beatos habuisse, & habere? Quid præclarius de Christo benigno deo, prędicari a quouis, aut ab uniuerso mun do potest, q̃ quod perditum, et deportatū ges nus humanū prorsus a cœlesti patria, redes merit, & restituerit solus ipse? Neq; tamen intelligere fas est, sorte, aut casu, non autem magna dei benignitate, & prouidentia, hæc & decreuisse, & effecisse benignum trinum deum, & unum. Nam diuinæ trinitatis haud dubie decretum fuit, ut deus filius trinitatis media persona, ad reparandam hanc hæredis tatem humani generis, in terram descenderet &c. Eius itaq; pars est, suaq; hæreditatis, nō tam sibi ampla, q̃ nobis benigna portio, quod sic redempti sumus, de qua redemptione nihil non gaudet Christi benignitas. Hinc uertit hunc locum Felix. Funes ceciderunt mihi in iocundis, id quod nunc magis ac magis adserit. Funes (inquit) ceciderūt mihi in præclaris.

Præclara Christi hęreditas.

Diuina prouidētia redempti sumus.

Etenim hæreditas, mea præclara est mihi. Prędara, hoc est, iocunda, postq̃, ex tot gentibus, tot nationibus, et populis, ab idolis, a dęmonū cultu, ad ueri dei patris agnitionē, tot hominū myriades uocauerim, tot principes, tot reges euāgelio audientes fecerim. Quos dabit (inqt Esai.) & eos obtinebit. Gladius eorū quasi puluerē dabit, et arcus eorū, ut stipulā uento raptā. In hoc enī glīat Christus. Et eiusmodi est eius glīa quā alteri nō dabo, inquit per Esai. Certū est (inqt) quod hęreditas mea prędara est mihi, et pulchra, et iocunda, qui pro ea solus laboraui. O benigne Christe, salus nostra, et uere gaudium nostrū, qui tantopere gaudes de salute nostra. Præ gaudio igitur sic ait.

Esai. 41.

Benedicam dn̄m, qui tribuit mihi intellectum. Benedicere domino, est gratias agere, uel deū laudibus extollere, & eius beneficia tam agnoscere, q̃ alijs prædicare. Hinc ait in alio psal. Benedicā dominū in omni tēpore, semper laus eius in ore meo. Gratias patri, hic agit Christus, qui hūc intellectum, hanc scientiā, & sapientiā sibi tribuit, quibus tam præclarā hęreditatem fecit. Alia litera est. Benedicam domino, qui consuluit mihi. Perspicuum sensum illū priorem facit. Filio quidem consuluit maxime pater, qui hunc intellectū, hanc sapientiā, illi pręstitit. Vt homo loquitur Christus sicut alias, et non semel in euāgelio. Qui me misit (inquit) uerax est, & ego, quæ audiui ab eo, hęc loquor in mūdo. Et iterum. A me ipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor. Omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt &c. Quāuis ut deus, æqualis est patri, nobis tamen hominibus, humilitatis exemplum relinquens, exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens, ut ait apost. Dicit igitur intellectū et consiliū se accepisse a patre, sicut prius in hoc psalmo dixit, restitutā sibi a patre hęreditatem, tam ut nos admoneat illum nostra causa uere hominē factū, egentē auxilio patris, q̃ omnē arrogantiā usq; adeo fugere, ut quæ maxime nostra esse uideantur, gloriæ gratia nō agnoscamus, sed oīa dei bonitati, ut ęquū est, referam². Dominus (inqt) pater tribuit mihi hūc intellectum, quo oīa aduersa ferrē, et humanū genus redimerē. Conserua igitur me, quia multi (inquit) aduersantur.

Bn̄dicere domino.

Ioan. 8.

cap. 17.

Ad Philippē. 2.

Christi exemplo, fugiēda oīs arrogātia

Insuper & usq; ad noctem, increpuerunt me renes mei. Increpare, idē quod aduersari in hoc loco significare uidetur, neq; non in plærisq; alijs locis in sacra scriptura, eandē significationē habere. Vsurpatur, ut repręhendere, obiurgare, aut coarguere, & corripere quoq; significet. Sic increpat superbos deus. Sic increpat gentes. Sic increpandus est frater. Sic duriuscule increpādi

Increpare

Mali, bonos erudiunt,

Psal. 118.
Psal. 19.
Luc. 17.
Ad Tit. 1.

crepandi sunt peccatores, at in omni lenitudine, sapientia, et doctrina. Nõnunq̃ imperare quoq; significat. Sic mari increpabat Christus. Sed huius loci sensum nunc aperiamus. Conserua me (inq̃t) domine ab aduersarijs, a periculis, ab inimicis q̃ multi sunt, ex illis sanguinibus, ex idololatris, & pctoribus. Insuper, praeterea, & renes mei, fratres mei, iudeicus populus, ad quẽ missus sum, increpuerunt me, aduersati sunt mihi, usq; ad noctem, usq; ad mortẽ, obstinata incredulitate, omni dolo, saeuitia, & crudelitate, me persequẽtes. Nox, uel mortem, uel infidelitatẽ significat. Sic ait. Vsq; ad noctẽ speret israel in domino, hoc est, usq; ad mortẽ, tota uita. Et sicut filij lucis, qui recte credũt appellantur, ita, & qui infideles sunt, aut tenebrarũ, aut noctis, seu mortis filij dicuntur. Nox itaq; praecessit (inquit apost.) dies autẽ &c. Factus quoq; homo Christus q̃uis non ex humano semine, omnes tamen suos renes, suos fratres appellat. Non confunditur fratres nos uocare, inquit apost. Ab alio hic locus uertitur. Renes erudierũt me. &c. Nam ut homo multa passus sum, usq; ad noctem a renibus meis, quae me (inquit Christus) ita erudierunt de humana imbecillitate, ut ĩ eo in quo passus sum, et tentatus homo, benignius illis, qui sic patiuntur, & tentantur, per hanc eruditionem humanarũ passionũ, non earũ ignarus, compatiar. Non solũ igitur intellectũ dedit mihi deus pater, sed etiam, & insuper erudierunt me renes mei, & priori intellectui nonnihil addiderunt suis increpationibus, suis persequutionibus, suis dolis, &c. Vt iterum repetam. Non te fugiat, christianae lector, Christum in toto hoc psal. ut hominem loqui. His forte docere uoluit p̃pheta, quod q̃uis omne donum bonum, et omnis rerum intellectus sit a deo, nonnihil tamen hominẽ uirtutibus deditum, per malorũ hominũ prauitatẽ, quibus quotidie exercetur, magis ac magis eruditi. Sic incenditur pauper, dum superbit impius, psal. 9. dic ibi. Non absurde renes pro humana natura ponuntur, praeter id, quod a renibus humanae sobolis origo sit, q̃ado quotidie affectibus, concupiscentijs, & delectationibus perturbatur humana natura, p quibus solent renes intelligi, in sacra scriptura. Arnobius uero sic uidetur hunc locum plane obscurum, intelligere. Benedicam dominum, qui tribuit mihi intellectum, rerum (inquit) apparentium, et externarum. Insuper & renes mei, hoc est, absconditi, et occulti illi sensus, quos ego habeo, ut renes, in longo, & quidem occulto recessu ab hominibus (sunt enĩ renes in totius corporis abditissimo recessu) increpuerunt, & erudierunt me usq; ad noctem, hoc est, ad illa usq; pernoscenda, quae maxime uelut in tenebris latent, & teguntur. Lege eundem. Mihi magis arridet prior sensus. Sed et, ne deesset (inquit) mihi intellectus.

[Margin notes, left column: Luc.8. — Nox. — Psal.129. — 1.Tessal.5 — Filii lucis. — Filii tenebrarũ, vel noctis filii. — Hebr.2. — Hebr.5. — Mali, bonos erudiunt.]

[Margin notes, right column: Renes, affectus significant. — Arnobius]

Prouidebã dominũ, in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commouear.

Optima ratio, cum uere sit deus, qui uerum intellectum tribuat, ut iam paulo ante dixit. Hunc totũ praesentem locum de Christo intelligi debere, docet diuus Petrus. Ait Christus ut homo, ut fragili humana carne indutus, dura plaeraq; ad mortem usq; se passum esse. Mihi (inquit) consului, ut dominum patrem, qui esset in conspectu meo, praesentaneum in auxilium, prouiderẽ semper, in omni tempore, in omni loco, & in omni actione, quia speraui in eo solo, ad eum clamaui, &c. Hoc ad nostram doctrinam scripsit propheta, doctus ipse a spiritusancto, nos admonens, si recte nobis consultum uelimus, ut in rebus omnibus, uel ineundis, uel agendis, & supplices dei opem imploremus, & in eo spem omnẽ constituamus, & iuxta apostol. omnia in nomine eius faciamus, eius semper uoluntatis memores. Hoc est probe meditari in lege domini, die ac nocte, ut in psal. 1. Id quod si fecerimus, tũc uere prouidebimus nobis

[Margin notes: Act.2. — Deum habere prae oculis.]

nobis dominũ in conspectu, ut si errare aliquãdo, cadere certe non possumus, quia supponet manũ suã deus &c. Quod autẽ ait, a dextris est mihi, non aliud est, q̃ quod mihi fauet, præsens adiutor est ne cõmoueat, ne a uia recta declinẽ, ut ab alio uertitur. Dextera quidem, fœlicia, prosperaq;. Sinistra, infœlicia, aduersaue significat. Dextera fauorem, & auxilium, sinistra odium, & execrationẽ. Dextera, bona, sinistra reproba. Dextera sublimitatẽ, regnũ, ęqualitatẽ, potestatem, &c. Sic dicimus Christũ sedere in patris dextera. Sinistra deiectionem, uilitatem indicat. Sic damnandi, in sinistra erunt. Monet tamen sapiens, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinandũ. Ambulemus in dextera, non ad dexterã declinemus. Diximus in psal. 13. Qui uero habet deum in conspectu semper, nihil agens absq; memoria uolũtatis eius, non potest nõ eundẽ habere a dextris. Mihi igitur prouidebã (inquit) dominum patrem, cuius consilio, & auxilio, mihi præclaram hanc priorem hæreditatem feci.

Dextera. Sinistra.

Math. 25.

Prouer. 4

Psal. 13.

Propter hoc lętatum est cor meũ.

Gauisus sum ualde (inquit) quod cecidit mihi hæreditas in tam præclaris, quia ita puidebã dominũ patrẽ in cõspectu meo semp, qui mihi intellectũ dedit, ut rerũ omniũ pręclarũ illum successum, atq; ita solidũ haberẽ, ut nulla inimicorũ potentia, nullis aut humanis, aut diabolicis uiribus, aut dolis, ea quę constituerim cõmoueri poßint. Propter hoc, & lætatũ est cor meũ, spũs meus totusq; interior homo.

Et exultauit lingua mea.

Cordis, & animi index ille. Nã lingua, cordis uelut tuba est, qua qui loquitur, sonat, & exprimit, quod antea cõcepit animus. Lętari igitur corde, & exultare lingua, nõ aliud est, q̃ corde & ore, intus magno effici gaudio, et iocundißimis uerbis illud efferre, & significare. Exultare quidem lingua est, uerbis & sermone hilariter animi gaudiũ promere. Os enim ex abundantia cordis loquitur. Quod Christus lingua mire quidẽ exultauit, docet Ioan. in euãgel. potißimũ in toto capite. 17. Hoc ingens gaudium ideo nobis de Christo significauit propheta, ut magis ac magis, nisi ingratißimi fuerim', in eius quoq; dilectione, qui tanto affectu nos amat, totis uiribus uersemur, quando ipse prior tanto amore dilexit nos, ut ait Ioan. Hinc monet. Diligatis inuicem, sicut dilexi uos. Ex hoc loco discamus, non labijs, non solis uerbis, non sola uoce, nõ frigide, deo pro sua bonitate gratias agere, sed tota anima, et toto corde, et interno suaui gaudio, & dei bonitatẽ agnoscamus, et agamus gratias. Sic ad iusticiam corde creditur et ore fit cõfeßio ad salutẽ, ut ait apost. Nũc de Christi morte, deq; sancta eius immortalitate, docet ppheta, in Christi persona. Hęc (inquit) priora beneficia a te domine pater accepi, quia fuisti mihi semp a dextris, eris q; semper, & quis me persequantur renes mei, usq; ad mortẽ, tu tamen conseruabis me, et in omnibus dabis mihi sanum intellectum.

Ioan. 17.

Cur tam diligẽdus Christus.

Ioan. 4. &. 13.

Non ta labiis q̃ cor de agẽdę sunt gratię deo.

Insup & caro mea reqescet in spe,

Non modo spiritũ pręsentaneũ, et meũ intellectũ iuuabis, sed etiã cũ morti traditus fuero, sepulchroq; corpus meũ cõmendatũ, illic requiescet suauiter certa spe resurgendi, pro certa fiducia, quã certo certius habeo in benigna ope tua. Sic dormit et reqescit, q certa fide ĩ mĩa dei moritur. Hãc certã spem docet nos Christus, ut discamus certã fidẽ habere ĩ mĩa dei. Agnoscẽs itaq; hoc fieri patris beneficio, sermonẽ ad eũ uertit. Ideo plane reqescet ĩ hac spe, domine (inqt) pater, caro mea.

Quoniam non derelinques animam meam in inferno,

Quia portę inferi, non pręualebũt, cõtra hãc fidẽ meã. Cito igitur ad corpus redibit spũs ex inferno, & integra erit mihi resurrectionis gloria, ut hinc ad te ascendã parare locũ filijs, & prioribus fratribus meis, qui me, & uerba mea recipient, & in me credent, notamq; faciã illis uiam uitæ, ut me postea sequãtur.

Soli Christi corpus incorruptum.

Videre mortem. Videre corruptionẽ.

August. quātur. Lege August. in ep̄la.57. Non derelinques aīam (inquit) meā in inferno, qui a te missus sum, ut inferni uires frangā, cū sit impossibile, (ut ait Petr.) filiū dei teneri in inferno. Hūc locū, ut Christū ad tartara descēdisse doceat, profert. D. Cyprianus, in symbolo, id quod euidenter ait prænunciatū & in hoc loco, & in plerisq; alijs. Qui de solo sepulchro hūc infernū interpretantur, uiderint illi. Caro (inquit) mea requiescet. Nam sicut non derelinques animā meā in inferno, ita

Act.2.

Nec dabis sanctū tuū uidere corruptionē.

Caro igitur mea requiescet in spe resurgēdi, nō morietur in corruptionē. Christi corpus absolute sanctū & purū fuit, quod peccatū nō fecit, ut ait Esai. Nec inuentus est dolus in ore eius. Neq; humani originis morbo, fœdatū est, id quod de aliō mortali nemine dici potest, ut purus censeatur, etiā si unius diei fuerit uita eius, inquit Iob. Christi solū corpus illæsum et incorruptū māsit. Suscitauit eū deus pater (inqt Paulus) a mortuis, āplius iā nō reuersurū in corruptionē. Quod ait, Nō dabis sanctū tuū uidere corruptionē, docet Christi corp⁹ illæsum et prorsus incorruptū resurrexisse, non autē ut alia corpora, aut a uermib⁹ cōmestū, aut ī puluerē redactū. Nec a mortuis resurrexisse, ut amplius mortale corpus, quod corrūpi potest secundū hominē induat, quia mors illi ultra nō dominabitur. Alia uero corpora, & in cinerē reuertuntur, & uermiū esca sunt, prorsus interim corrupta, quoad tuba cecinerit deus, in die illa magna, ut iterū resurgāt eadē illa corpora futura iam immortalia, perpetua, incorruptibilia, et spiritualia, ut ait apost. uel in gaudiū, uel in pœnam. Videre corruptionē, hebraica phrasis est, & loquendi modus, hoc est corrumpi. Et uidere mortem, hoc est, mori. Hoc in Christo adimpletum credimus christiani, quod ad incorruptionē, & resurrectionē integram attinet, certam inde spem sumentes, nostræ quoq; futuræ resurrectionis. Nunc autem Christus resurrexit a mortuis, primitiæ dormientium, inquit apost. Surrexerunt item & quidam alij, qui uitæ aliquando restituti fuerunt, sed imperfecte, non deponentes mortale corpus, quia iterū moriebantur. Sic resurrexit Lazarus. Sic puerū suscitauit Elias. Vere ergo Christus resurrexit, nos qui in eū credimus eandē fœlicissimā uiā docens, quā ipse a patre didicit. Inde ait ad patrē.

Esai.53. Iob.25. Act.13. & 2. Soli Christi corpus incorruptum. 1.Cor.15 Videre mortem. Videre corruptionē. 2.Cor.15 Ioan.11. 3.Reg.17

Notas mihi fecisti uias uitę.

Tu enim dedisti mihi intellectum, ut supra in hoc psal. Et ego easdem uias tuas, notas feci meis, quia illis ego sum uia, ueritas, & uita. Omnia quidē nostra causa fecit Christus, ut nos pro sua mīa regni cœlestis cohæredes, suos efficeret. Doctrinā reliquit, quę æternę uitæ uiam docet. Manifestaui (inquit) nomē tuum hominibus, & uerba quæ dedisti mihi, dedi eis. Antea quidē uitę cœlestis uię, nobis ignotę fuerūt. Erāt etenī carnalia oīa. Promittebātur corporalia tantū. Tenebrę erant et umbræ. Non dū regnū cœlorū annunciatū est. Nunc uero annunciatū est per uniuersum mundū. Quāobrem domine (inquit) pater.

Ioan.14. Ioan.17.

Adimplebis me lętícia cum uultu tuo.

Nam resurgendo ueniā, et sedebo tibi a dextris, affectus maxima lætícia, cum uultu tuo, cum tuo aspectu, cū præsentia tua, in qua est glorię plenitudo, quā illis quoq; qui in me credūt, et credituri sunt, dabis, quia ego in eis, & tu in me, et ipsi in nobis unū erunt. In me (inquit) sunt, & ego in eis. Meis etenim doctrinas accipiunt, me sequuntur, mihi ministrant. Eadē itaq; lętícia, mecū adimplebuntur. Nam ubi ego sum illic & minister meus erit. Me igitur cū uultu tuo adimplebis mirifice, & plena, absolutaq; afficies lętícia, quando ego non solū tuo uultu fruar, sed etiā et electi mei, quos dedisti mihi in hęreditatē, in quibus est gloria mea, quā alteri nō dabo. Tu igit̄ domīe (inqt) pater adīplebis me hac lętícia, cū sit nusq̄ uera lętícia, nisi apd te. Nā

Ioan.17.

Delectatiōes in dextera tua usq; in finē.

Non igit̄ hic deorsum in terra, erit

hmōi

hmōi absoluta, & pfecta lęticia, qua me adimplebis. Est etenim momētanea oīs huius scl'i queq; lęticia sit.

Sola uera lęticia.

Saturitas itaq; lęticiarū, seu plenitudo, ut ab alijs uertitur, erit ante uultū (inqt) tuū, in dextera tua, in fauore, ī summa illa cœlesti fœlicitate, quæ solo uultu tuo, sola pręsentia, solo conspectu tuo pręstatur.

Cœli gaudium.

Sunt etenī illic oēs delectationes, oēs suauitates, oīa absoluta deniq; gaudia, quæ neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, neq; in cor hominis descēdit. Neq; momētanea erūt, ut huius sunt sęculi, queq; gaudia sunt, sed in finē, hoc est, in sclm scl'i, et in ęternū, erunt perpetua gaudia, nunq̄ finiendę delectationes, perhennisq; uoluptatis torrens, ut in alio psal. Neq; erit illic quisq̄ qui nō abunde saturabitur. Edocemur hmōi sctōrū prophetarū sermone, modū alloquendi deū. Mire etenim admonemur humilitatis. Nam si Christus dei filius, et deus, patri ęqualis, tā subiectissima uerborū humilitate patrē alloquat, id quod ut homo didicit (inqt apost.) ex his quę passus est, quāto magis hoīem dei cōparatione, uermē, terręq; putredinē, prostratū, in facieq; pronū deū, alloqui oporteat, non tam corpore q̄ aīo. Christi itaq; exemplū oībus illi obtēperantibus, causa salutis ęternę est, inqt apost. Et cū primis humilitatē per oīa docet. Ex his pręterea filij ad patrē, et patris nōnunq̄ ad filiū colloquijs, spū reuelante, utriusq; & maiestatē, et facilē bonitatem erga genus humanū agnoscimus.

Psal.35.

Humilitatis exemplum.

Hebræ.5.

Ibidem.

Fides ex verbo.

His itaq; sacris uerbis persuasam fidē habeamus, quibus erigimur in certā spem, ut promissam ęternā gloriā adsequamur. Exploratissimā enī fidē astruit prophetarū sermo, de Christo dei filio, et hoīe, ut syncere, & nullo quidē scrupulo, uere hoīem factū dei filiū, credamus, toties pręedicatū, et a tot pphetis tam diu priusq̄ fieret pspicue uaticinatū, illūq; deo patri æqualē, et in dextera (ut hic ait) collocatū, in eadē gl'ia cū deo patre, regnūq; ei traditū, et oēm potestatē intelligimus, cū sit rex uniuersorū, qui uenit in hūc mundū, ut oēs in eū credētes, cohęredes ī illo regno efficeret.

Psalmus. 16.

Titulus.

Oratio Dauid.

Cum enim ab inimicis ualde urgeretur, orās ad huius psalmi modum, iudicium dei contra inimicos petijt. Pios omnes suo docet exemplo, tam ut a solo deo auxilium petant, q̄ ut qua forma, quo ue modo orent. Sic deum patrem sæpe orauit Christus homo. Sic orat aßidue eius ecclesia, ut in psal. dicemus.

In summa.

Orat Christus ut homo, contra iudęorū persequutiones, tam in eum ferociter sæuientiū, qui tum huius sæculi rebus abundabant. Vel idem orat Christi ecclesia, non modo contra hęreticos, sed etiā contra huius scl'i oīa uicia, et pręepollētes uiros oēs, eius aduersarios, et psequutores, in summis oīm rerū opibus, uiuētes. Eorū improbitatē explicat. Per patiētiā, oīa huius scl'i aduersa ferre oportere docet, spe futurę glorię. Idem orandū est cuiuis pio uiro, q iniuste molestatur, qd orat Christi ecclesia. Psalmū igitur, uel de primo, uel scdo uel tercio interpretari licet. Nos uero mediū amplectentes, lectorem ne uarietate implicemus, Christi ecclesiam tractabimus, cuius corporis, Christus caput est, membra uero, pij & fideles.

Christi ecclesia.

Congruus locus in præsentia uidet, ut postq̄ hunc psalmū de Christi ecclesia, ad suum caput Christū orante explanaturi sumus, paucis de Christi ecclesia admoneamus. Ecclesia, non latina, sed ex græca dictione est, id significans, quod cœtus, conciliū, congregatio, contio. Inde Ecclesiastes, cōcionator. Sic benedixit Salomon omni ecclesiæ israel, hoc est, oī congregationi, quæ aderat. Sic omnis ecclesia israel ante Salomonem stabat. Salutat uos ecclesia, inqt Petr. Est igitur Christi ecclesia, fidelium cœtus, et congregatio, non unius populi, sed omnium credentium, quamcunq;

Ecclesia.

3.Reg.8.

1.Petri.5.

Christi ecclesia.

cunq; mundi partẽ incolant. Hęc est ecclesia in qua nos uersamur, quæ ideo militãs appellari solet, quod in perpetua pugna manemus, carnis aduersus spiritũ, et spũs aduersus carnem, præter externas alias mille molestias, uictoriæ semper incerti, nisi per spem gratiæ dei. Vsu tamen, et ædes illas marmoreas, & templa, ecclesias dicimus, quod illic illius parochiæ fidelium congregatio, & simul orandi, & uerbi dei audiendi, & rei diuinæ causa, fit. Hinc honestorũ cõuenticulũ, hanc ecclesiam uocat Eusebius, lib. 2. ca. 17. in qua uere mysteria celebrantur, inquit. Alia est in supernis ecclesia, cuius ciues sunt omnes, qui in cœlo sunt, præter unum & trinum deum, qui creatoris, nõ creaturarũ numero continetur, utriusq; ecclesiæ & caput & dominus. Cæteri uero quiq; cœlestes sunt, nõ aliter q̃ nos, qui deorsum adhuc in terra uiuimus, creaturę sunt, adeo tamen fœlicissimæ, ut post diaboli casum, qui illic reliqui sunt, in loco iam tuto per singularem dei gratiã constituti, & confirmati, certam uictoriam adepti sunt, et ideo triumphalis uocitatur illa ecclesia, quod triũphum agit nemo, nisi parta uictoria. Modo igitur manent angeli & cœlites illi, per gratiam immutabiles, q̃uis suapte natura solus deus immutabilis est. Ea etenim sunt uoluntate qui modo angeli manẽt, & in cœlis beati uiri, ut deum q̃ se magis diligãt. Firmi igitur, & stabiles firmantur, aspectu maiestatis dei (inquit August.) uni ei lubentissime subditi. Ab illo igitur loco non est trãsmutatio, inquit. D. Iacob. Diabolus uero, seipsum magis q̃ deum diligendo, intumensq; per superbiam (similis ero (inquit) altissimo) subditus esse noluit. Hinc iure lapsus, & ab illo loco deiectus est. Hęc uero nostra inferior ecclesia, unica est per totũ orbem utpote, unũ deũ, unã fidẽ, unũ baptisma, unũ caput Christũ habens. Quod autem scripsit Paulus ecclesiæ, quæ fuit Corinthi, item & alijs, eo modo ecclesiam intellige quo supradiximus, illã fidelium scilicet, quæ apud Corinthios Christum receperat, congregationem. Sic in Apoca. Ioan. ecclesijs septẽ scripsit, quę sunt in Asia. Eodẽ enim modo Anglicam, et Gallicam ecclesiam dicimus, quę prioris ecclesię membra sunt. Et ipsius tamdiu membra sunt, quãdiu ab unica illa Christi fide, & doctrina euangelica non discedunt. Qui uero ab illa discedunt, doctrinæ, & fide cõtradictione, ab ipso Christo deficiunt, qui & caput eius et sponsus est. Hanc suam ecclesiam amat Christus ardentissime, Id quod abunde docet sap. in canticorum libro. Qui igitur Christi ecclesiam, hoc est, eius fidem, & quietem perturbat, ipsum Christum haud dubie molestat. Quid aliud docere uoluit Ioan. Si mundus (inquit) uos odit, scitote, quia me priorẽ uobis odio habuit. Hanc itaq; ecclesiam, per nimium amorem, amicam appellat Christus. Sororem itidẽ uocat, postq̃ eius causa factus homo, nostram mortalem carnem assumeret. Sponsam uocat, quam sui sanguinis precio sibi copulauit. Cum uero sit res deo soli cognita, & nulli hominum, quos interim numerabimus de huius ecclesiæ, & fideliũ cœtu, omnes de hac ecclesia intelligimus qui baptizati, aut manifesta infidelitate, aut excõmunicatione manifestarij scelerati, ab ecclesia non separantur. Impleta est enĩ hmõi sagena, omni genere pisciũ, quoad in littus deducantur, & per angelos separentur mali de medio iustorũ, & foras mittantur in caminũ ignis, &c. Crescant igitur simul necesse est, et bonũ semẽ & zizaniũ, quoad messis fiat. Lege August. de fide. Ecclesia uero, quæ est sine macula, aut ruga, electorum ecclesia est. Electi uero sumus omnes christiani, & in sortem recepti, per fidem, & baptismũ, adeo ab oĩbus peccatis loti, ut nulla sit macula. Sed hanc puritatem fœdat peccatum, a quo leuamur pœnitentię, & fide, et restituimur gratię dei per gratiã, si de electorũ numero fuerimus. Huius ecclesiæ caput Christus est, qui uarios in ea ministros constituit, alios quidẽ apostolos, alios dedit ꝑphetas &c. ad cõsummationẽ

Margin notes: Cur tẽpli ecclesia. — Eusebius. — Eccl'ia triumphalis. — In libr. de vera religione. — Iacobi. 1. — Esai. 14. — Ecclesia una. — Ecclesiæ pticulares — Apoca. 1. — Cãtic. lib. cap. 2. 4. & 5. — Ioan. 15. — Christi amor i suã ecclesiã. — Math. 13. — August. de fide, articulo. 43. 10. 3. — Ephe. 4.

mationẽ sanctorũ in opus ministerij, ad ædificationem corporis Christi, donec occurramus, &c. His potestatẽ dedit, cõstituitq; super gentes & regna, ut uerbo dei euellerẽt, &c. quia ad eorũ officiũ spectat, uerbũ dei prędicare, oportune, et importune, arguere cũ imperio, cum seueritate, &c. sacramenta administrare, mysteria dispensare, ligare, et absoluere, pro manifesto crimine a sacris, a cõmunione arcere. Cum eo ne misceamini (inquit apost.) neq; cũ eo cibũ sumite. Hęc est excõmunicatio, & ecclesiastica disciplina seu medicina potius, quę nõ aliter, q̃ ut prosit, exercenda est. Ne cõmisceamini cum illo, (inquit apost.) ut confundat, &c. hoc est, ut peccati eũ pudeat, & resipiscat. Vt fratrẽ ergo corripite (inquit) ut conuertatur ad uitã, qui per peccatũ mortuus est deo. Vt uere resipuerit peccator, recipiendus est cũ gaudio, illius filij prodigi exẽplo. In crimine tamẽ cognoscendo, ne facile hic minister fidem habeat cuiuis spiritui, cuiuisue delatori. Titum sic admonet apost. et in Tito, alios futuros oẽs. Si aduersus præsbiterũ fiat accusatio, accusationem (inquit) noli recipere, nisi sub duobus aut tribus testibus. Neq; modo contra præsbiterũ opus est testibus, sed etiã cõtra aliũ quẽcũq;, ut crimen quod nõ est oĩno manifestũ, manifestetur. Ab his prioribus ministris, petenda est legis diuinę scientia. Legis exẽplar a sacerdotibus leuiticæ tribus accipiet, inqt Moses. Labia quidẽ sacerdotis, custodiet sapientiã, et leges requirent ab ore eius, inquit Malachias. Ite (inqt Christus ad apost. et discipulos,) & prædicate euangeliũ oĩ creaturę. Sic nos existimet homo, ut ministros Christi et dispensatores mysteriorũ dei, inquit apost. Ad eosdem quoq; ministros pertinet probos ordines, et conuenientes cęremonias, quę ad decorẽ, ordinẽ, disciplinã, & honestã tranquillitatẽ conducunt, principis uoluntate, & assensu in ecclesia constituere, Pauli exẽplo, et ueterũ patrũ, tam in recente adhuc ecclesia Christi, q̃ in omni ętate. Si uero suum officiũ

[Hiere.1. — Ministro ecclesię potestas. — 2.Timo.4. — Ad Tit.2. — 1.Corin.5. — 2.ad Tessalo.3. — 1.Timo.5. — Deute.17. — Malach 2. — 1.Cori.4.]

negligant episcopi, et uerbi ministri, ad christianũ principẽ pertinet, Dauid, Ezechię, Iosie, & Iosaphat, optimorũ regum exemplo. Hos episcopos, hos ministros oẽs in ordinẽ redigere, hortari, admonere, cogereq;, ut officio probe inseruiãt. Præcepit rex Iosaphat sacerdotibus dicens. Sic agetis in timore domini fideliter, & corde perfecto &c. Est enĩ omnium pręcipuus minister sub Christo, christianus princeps, totius populi sui caput, cui de oĩbus pręcipua cura cõmittitur, de oĩbusq; reddet rationẽ, qui oĩbus pręest. Sic in tribubus israel, factus est Saul caput, inquit sacra historia. Rex appellatur, ut secundũ uoluntatẽ dei regat, populũq; solicite, et benigne pascat, cum sit patriæ pater, filiorũ loco populũ habens. Hunc patrẽ, populo constituit deus. Est enim a deo suprema hæc potestas. Huic itaq; supremę potestati, quę a deo constituitur, obedire per oĩa (modo nõ discedat a uerbo dei) obligatur uerbo dei, quisquis est, nõ alienus a Christo. Ab hac potestate eximit nemo, nisi quẽ exemit illa potestas. Oĩs anima, (inquit apost.) hoc est, quisquis anima uiuit, potestatibus subdita sit. Qui oẽs dicit, neminẽ excluuit. Admone (inqt apost. ad Titum) illos, principibus, et potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad opus bonũ paratos esse. Est enim opus bonum, principi obedire. Qui autẽ nõ obediũt, opus bonũ cõtempnũt, quia uoluntati dei aduersantur. Qui ergo nõ obedit, christiano nomine indignus est. Obedite (inqt. D.Petr.) quia sic est uoluntas dei. Obedite (inq̃) non coacti, sed uolũtarie, et libenter, & ex animo, quia deũ alias non diligitis, qui pręcipit, ut si diligatis eum, mãdata eius seruetis. Sicut ergo deũ diligitis ex toto corde, ita & regi obedite ex animo. Nolite intus irasci, maledicere, male optare, sed regẽ honorificate, illi bene optate, solicite orãtes pro eo, ut serui dei (inquit Petr.) sine oĩ malignitate. Non enim nescit prauã tuam cogitationẽ deus, qui est cordiũ scrutator. Sit ergo pura, simplex, & ex animo integra hæc obedi-

[2.Paralip. 19.29.& 38. — Omnium caput princeps. — 1.Reg.15. — Rex. — Rhom.13. — ad Titũ.3. — Regi obediendũ. — 1.Petr.2. — 1.Timo.4. — Ex animo obediendũ regi.]

obedientia tua. Absit a corde dolus, omnisq; malignitas, a lingua oĩs amaritudo, ne cõtra regem aut murmures, aut iniqua uerba spargas, aut secreto, uel palã in principis potestatẽ maligneris, aut quicq̃ deniq; facias, quo uel lędatur potestas, uel turbet quouispacto reip. tranquillitas. Qui enĩ huic potestati resistit, deo resistit. Qui hanc potestatẽ spernit, deũ spernit, et quicũq; resistit, damnationẽ acquirit, quia deum contemnit. Dic prætetea, ut in psal. 19. Qui uero aliã potestatẽ sibi uẽdicat iure diuino, q̃ quod illi uerbo dei tribuitur, qs deũ cõtemnit magis, quisquis est ille? Dei potestatẽ sibi uẽdicat, seu potius, e manibus dei, illã inuito deo extorquere conatur. Se ingerit inique, sibi arrogat nimis impie. Hic est, qui altißimo similis esse cupit, sua sorte, sua uocatione nõ contentus. Pręter eam, quã habet a deo potestatẽ, alienã rapit, dei ordinationi plane aduersarius, quia uerbũ dei, scienter uiolando, contemnit, ius alienũ sibi rapit, et deo, et proximo iniurius. Est ne hoc aliud, q̃ iure uel iniuria alienum ius appetere, arte, dolo, per omnẽ iniqtatẽ ab alio rapere? Hęc, nisi tam urgeret res ipsa, Rho. Episcopo illibenter impingerẽ. Ego enĩ episcoporũ minimus, ut uere episcopum agere studeat, bene precor, & ne ui tantopere sibi ambiat, quod uerbo dei neq; debeat, neq; poßit, maxime uelim. Qui non est mecũ (inqt Christus) cõtra me est. Cũ Christo neutiq̃ est ille, qui uerbũ, doctrinã, & pręcepta eius reijcit. Verbo, & exẽplo docuit, eius regnũ nõ esse de hoc mũdo. Suis discipulis, & ministris aliã nõ dedit potestatẽ, q̃ supra docuimus. A scli negotijs (quantũ licet) episcopum abstinere docuit apost. Iußit Christus, ut quę sunt cęsaris, & regũ, solis illis darent. Gladij potestas apud eos, dei pręcepto manet. Illis data est oĩs illa potestas, Petri testimonio. Neq; ullus est, uel episcopus ille Rho. qui huic gladio nõ subijcitur, si in gladij leges peccet. Gladium uero spũs, est uerbũ dei, qd in ministrorũ, et episcoporũ manus, dedit Christus, non autẽ ut suo uerbo iniquas ambitiones promoueãt. Neq; prodest quicq̃ longißimi temporis, pręscriptio aut usus, I his quæ uerbo dei aduersantur. Id enim putare impium est, longi scilicet cuiusq; temporis diuturnitate, antiquare, obliterare, delere uerbum dei. Sed frustra conor in hac arena contendere, cum nulla sit alia res magis perspicua, magisq; manifesta contra uerbũ dei, ut nihil addam de corruptißimis moribus, & fœdißima uitæ turpitudine, quam Rhomæ sinit Episcopus Rho. cuius rei primipuli sunt Reuerendiß. (ut uocant) cardinales, uere malorũ cardines, & omnis insolentiæ exemplaria. Probis non cupio detrahere. Dolenter hęc refero, non tam eorũ, q̃ christianæ reip. causa. Vt dei magis meminerint, ipsius benignitatẽ humillime precor. Quod autẽ ad Episcopos attinet, uerbo dei, omnes potestate sunt pares. Ordinis uero, & policiæ gratia, & metropolitanos, & archiepiscopos, permisit sacrũ Nicenũ conciliũ. Ita tamẽ, ut suus honor unicuiq; ecclesię seruetur. Neminem unũ omnibus alijs præponere uoluit, cum ut suo præposito populus obediat, iußit apostolus. In eodem concilio, inter alios patriarchas, numeratus est Rho. Episcopus, neutiq̃ ut omnibus præsit. Ambitiosam petitionẽ Rho. episcopi, reiecit africanũ quoq; magnũ illud conciliũ. Id quod nõ fecisset, si ad eũ uerbo dei pertinuisset. Neminẽ suspicari puto, tot eruditißimos, & sanctißimos patres, in utroq; concilio, in re tam ingenti, aut ignorasse, aut contempsisse uerbũ dei. Vt uero ordinis causa episcoporũ primus habeatur, non repugnarẽ. Sic erat. D. Petr. non authoritate, aut potestate, sed ordine primus apostolorũ. Benignißimũ deum precor, ut unanimes simus in domo dei, utq; in hac dei familia, sibi nemo plus ambiat, q̃ poßit per decreta, & constitutiones optimi patris familiæ, eius iudicio ut inueniamur in die rationis reddendæ, & utiles, & obsequentes, et fideles serui. Nunc ad explanationem me conuertam.

Non murmurandũ cõtra regem.

Rhoñ. 13.

Psal. 19.

In arrogãtes alienã potestatẽ.

Hebrę. 13.

2. Timo. 4

Explanatio.



Xaudi domine iusticiam meam.

Fidenter ait ecclia Christi, Exaudi domine iusticiam meã, quæ pura est, sine macula, aut ruga, ꝑ cuius fide orabat Christus. Neq; a quouis pio christiano alienum est, ut sic oret, cui est eadem fides, ex qua uiuit, qua omnẽ spem suã ponit in misericordia dei.

Fidei virtus. Rhom. 1.

Pręcipua enĩ iusticia hominis est, fides, qua iustificatur, & acceptus est deo, quæ est omniũ bonorũ operũ mater, educatrix, et conseruatrix. Neq; illico iniustus est, qui labitur humana fragilitate, sed qui se delectat iniquitate.

Prouerb. 24.

Septies enĩ cadit iustus, & resurget, impij autẽ corruent in malũ. Hinc uertit hũc locũ Hiero. Audi deus iustũ.

Iustus.

Iustum (inq̃) appello, qui recta fide imbutus, nõ delectatur iniquitate, atq; (ut apostoli uerbis utar) nõ gaudet super iniquitate, cui displicet oẽ peccatũ, optatq; super oĩa, ut per gratiam, dei uoluntatem sequi, et seruare poßit, cauereq; cũ ceciderit, iterũ ne cadat, dolere de casu, charitate erga proximum se delectare, suis uiribus neutiq̃ fidere, dei bonitati omnia referre, a cuius misericordiæ fiducia totus pẽdeat. Is est, qui uere meditatur in lege domini, ut in psal. 1. Is est, qui diligit iusticiam, & odio habet iniquitatem, ut in alio psalmo.

Psal. 44. Eccles. 21.

Hi sunt uiri iusti, qui Ecclesiast. sic consulentem audiunt. Fili (inquit) peccasti, non adijcias iterum, sed & de pristinis deprecare, ut tibi dimittãtur. Hi sunt, qui nati sunt ex deo, per secundam generationem, & non peccant ad mortem, quia peccato non delectantur, ut ait Ioan.

1. Ioan. 3.

sed per gratiã in deo manent, certaq; fide, solicite per pœnitentiã accurrũt ad misericordiam dei, supplices, ut ueniam adsequantur.

Prouer. 15

Per misericordiã, siquidẽ & fidẽ, delentur peccata, inquit sap. Hic est, qui deum iuste precatur. Alius itaq; sic uertit. Exaudi domine iustam precem meã. Hominis uero iustißimę preces sunt, postq̃ quod honestum arbitratur, a deo petierit, dei uoluntati referre omnia.

Iustę preces.

Neq; sanctior est oratio, q̃ ut supplices deum precemur, ut ea nobis pro bonitate præstet, quæ maxime uult ipse, queq; nobis conducibiliora cognoscit ipse solus. Scit enĩ quid nobis opus est, ut ait euãg.

Math. 6.

Licet tamẽ petere, iubetq; Christus ut petamus. Petamus itaq;, sed quodcũq; tribuit de⁹, æquo, gratoq; animo accipiamus. Vt solicite petamus docet hic locus. Exaudi (inqt) &c.

Intende deprecationem meã, auribus percipe orationẽ meam.

Id solum est, quod optat, ut in deprecationẽ suam, diligenter intendat deus, aurẽ benigne adhibeat. Hinc addit. Auribus percipe &c. dic in psal. 5. Inculcat, repetitq;, orationem uehementius auget.

Math. 17.

Sic docet euãgel. et petendum, & quęrendũ, & pulsandũ, ut impetremus, illius uiduę exemplo, quæ tam importune, hoc est, incessanter, de aduersario uindictã petebat.

Luc. 18.

Deq; illo, qui media nocte per importunitatem, per aßiduam precationem, tres panes ab amico, mutuo tandẽ extorsit.

Chrisost. Erasmus.

Argumentũ de modo orandi, post. D. Chrisost. egregie quidem tractauit Erasmus Roterodamus. Apud eos uidere licet. Vnum tamen te oraturum admoneo, ut priusquam ad colloquendũ cum deo, & offerendas illi tuas preces accedas, si quopiam pctõ, conscientiã oneratã senseris, agnosce peccatũ, dole quod peccasti, agito pœnitentiam. Supplex misericordiã pete. Non enĩ exaudit pctõres deus.

Oratum ne in peccato maneamus.

Peccator manet, q̃diu non pœnitet. Quãdiu non pœnitet, deo penitus aduersatur, alienus tam a iusta fide, q̃ a uera charitate. Manent (inq̃) peccatores, quibus peccata non displicent, dic in psalmo. 6.

Psal. 6. & 31.

Animo puro sis oportet anteq̃ ores, reconcilieris q; proximo necesse est, ut monet euangel.

Math. 5.

Noli te conspectui dei præsentare, nisi loto prius animo. Deũ ora, sed pręparato animo, ꝑsuasa fide.

Non in labiis dolosis.

Sed

Sed integro corde, et syncera animi integritate, sine labijs fraudis, ut uersum est a Felice, & absq; labijs mendacij, ut uertit Hiero. oreq; syncero, ut ab alio uertitur. Nihil enim ficte, nihil simulate ut cum deo agamus, admonet propheta. Recto enim spiritu adorandus est deus. Alias quidem stulti cogitatio peccatū est, inquit sap. Ait igitur, deū alloquens, & orationis causam explicans ecclesia. Exaudi, et

Cum deo neutiq̃ simulandū.

Prouerb. 14.

De uultu tuo iudiciū meum prodeat. Esto mihi iudex tu ipse, si recto corde loquar, si iusta sunt quę petam, si recta sint quæ sentiam quæq; doceam, tu enim scis quæ mihi expediunt, tibi percognitum est si mihi futura sunt utilia quę uelim. Non igitur meam uoluntatem uelim, sed tuam. Inimici mihi aduersantur, de me mentiuntur, &c. uitam meam suis mendacijs traducere, suis dolis tollere student, suis falsis doctrinis, purā fidem corrūpere soliciti sunt. Ego ut uincantur, & pateat ueritas oro. Exaudi ergo &c. Fac ut manifestetur ueritas. Quamuis hunc uultū dei, ad dijudicandam ueritatem in uerbo eius, in sacris literis, uidere licet recte sentienti, constat tamen, hęreticos, sacras quoq; literas adserre, ut sua mendacia firment, illisq; maxime inniti, sed impie intellectis. Docere non ualent hęretici, nisi sub Christi nomine, inquit Ancelmus, in capite. 3. 1. Corin. per huius nominis dignitatem, suos (inquit) errores, populo cōmendant. Hanc machinā nimis experti, hac nostra ætate uehementer sentimus. Vt ergo dei iudicium solicite inuocemus, ut suo nos auxilio iuuet, quo ueritas manifestetur, & conseruetur, qui miris, & imperscrutabilibus modis, ueritatē reuelat, suis paruulis, quam a sapientibus abscondit, necesse est. De uultu igitur tuo, de teipso (inquit) ubi omnia sunt aperta, & nihil absconditum, prodeat iudicium, qui omnia recte iudicas, ut sciant homines quod nō mentior, non loquor tuo nomine labijs dolosis, sed quod uerum, simplex, & syncerum est, id solum, et credo, & doceo, inquit Christi ecclesia. Quamobrem supplex precor.

Sacris lr̃is contendūt hæretici, impie intellectus.

Math. 11.

Oculi tui uideant æquitates.

Orare ut uideat æquitates deus, nō aliud est, q̃ petere, ut benigne iudicet, pro ęquitate, et ueritatē manifestet. Dic in psal. 10. Dei etenim uidere, uel dicere, non aliud est, q̃ certo scire, & facere. Et ideo, uideant (inquit) hoc est, probent, & æquitates manifestent oculi tui, ut quemadmodum tu uides, et scis, ita fac ut uideant homines, & credant, ne decipiat eos dolosa hæreticorum lingua. Hoc iudiciū fert deus tandem, post diuturniorē aliquando suam patientiam, patefactaq; ueritate, ecclesiæ suæ aduersarios fugat, atq; dißipat, id quod hactenus fecit, atq; faciet semper. Multis tamen aduersis iustum suum nōnunq̃ probat. Hinc ait.

Dei uidere & dicere.

Probasti cor meum.

Hoc est, animū meum, non semel uarijs afflictionibus, tentationibus, & inimicorū molestijs, ut syncerum, ut solidum, ut firmum, et fidum, & cor deditū tibi soli efficias, ne circumferatur omni uento doctrinæ. Hoc modo suos benigne probat deus, & exercet, ut fortiores efficiat. Tu enim benigne Christe exorasti, ne deficerem, id quod Petro denunciasti, & sic firmasti (inquit ecclesia) fidem meam, ne ab inimicis uinceretur, neue prąualerēt, uel inferi portę. Me tamē (inqt) pbasti.

Probat deus, ut suū iustū consolidet.

Ephe. 4.

Luc. 22.

Math. 16.

Et uisitasti nocte.

Per illas tenebras hęreticorum, per illas obscuras, et tetras eorum doctrinas, quibus me cupiebant, a recta uia disturbare, & a luce in tenebras, a simplici ueritate, in tortuosos suos errores, a uera & clara scientia, in cæcitatem, & ignorantiæ tenebras, trahere. Sic quoq; ait, pius quisquis est christianus. Domine uisitasti me nocte, concupiscentiæ, & huius sæculi nōnullis stimulis, peccatorū tenebris, persequutorum sęuitijs, ut probes & exerceas. Nocte, in scelera audatiores sunt scelerati, et noctis tenebras cupiunt. Omnia igitur

Visitati nocte.

Nox scelleratis grata.

igitur peccata, tenebrarum opera appellat apost. Nam qui male agit, odit lucem. Dixi in psal. 4. Quod ait deum uisitasse nocte, noli putare deũ, aut malorũ, aut turpium rerũ stimulatorẽ esse, uel authorem, qui uere bonus est, sed pati, ut ab aduersario sic uisitemur, uel carnis, uel huius scli stimulis, ut exerceamur. Id quod docet. D. Iob hystoria. Suos multifarie quidẽ uisitat deus, afflictionibus ut corripiãtur, tentationibus, magis ut post certamen mereantur, et certamine exerceamur, ut tandem exercitio, firmiores ad resistendũ efficiantur. Sic petit in alio psal. Proba me domine, & tenta me, non ut tentatione cadam, sed ut tentationis exercitio, & discã, & uincam, & fortior euadam. Sic docet Christus orare. Ne nos inducas in tẽptationẽ. In tentationẽ inducitur, qui cedit et uincitur tentationi. Visitat suos deus, multiplicibus quoq; beneficijs, ut amore, nisi ingratißimos, ad se trahat. Sed super omnia uisitauit nos oriens ex alto, & fecit redemptionẽ plebis suæ, cũ adhuc essemus inimici, ut ait apostol. Visitat nos quotidie benignus deus suã gratiã quoties nobis impertitur, sine qua serui prorsus inutiles sumus, eaq; gratia egemus semper. Et hęc est uisitatio, quæ custodit spiritũ. Sed ad priorem uisitationem redeamus. Me (inquit) uisitasti nocte.

Ephe.5.

Deus non est malorũ causa.

Varia dei uisitatio.

Psal.88.

Benefica dei uisitatio.

Luc.1.

Rhom.5.

Iob.10.

Igne me examinasti.

Acriter, et asperrime, intolerabilibus, nisi per tuam gratiã aduersis tot rebus examinasti, passus es me angustiari, ut ab igne exactius nihil examinari poßit. Ignis accuratißime discernit omne genus metallorum, alterũ ab altero, purum a corrupto, durum a molli, liquidum a solido. Sic dei eloquia examinata, et purgata sunt, inquit in alio psal. Sic suos examinat benignus deus, ut puriores efficiat. Aut enim consumit, aut purgat ignis. Hinc in alio psal. Igne me examinasti, sicut examinatur argentum. Suos enim probat deus uarijs afflictionibus, ut exerceat. Dei quoq; nonnunq̃ & iram, & indignationem significat ignis. Ardescit sicut ignis ira (inquit) tua. Sic accensus est in eos ignis domini, & deuorauit extremam castrorũ partem, inquit Moses. Sic pluit super peccatores laqueos ignis. Facta est (inquit Ioan.) grando, et ignis iuxta in sanguinem, &c. Charitatis quoq; ardorem significat. Ignem (inquit) ueni mittere in terram. Quia deus noster ignis consumens est, inquit apost. Verbum quoq; diuinũ. Verba (inquit) mea, quasi ignis. Ignitũ (inquit) eloquium tuum uehementer. Nam alijs in ardorẽ salutis est, alijs in incendiũ eternæ damnationis. Omnis deniq; insignis calamitas, omnis aspera afflictio, sit uel corporis, uel animi, ignis appellatione comprehenditur. Igne igitur me (inquit) nonnunq̃ examinasti.

Ignis vis.

Psal.11.

Psf.6.et.5.

Psal.88.

Ignis.

Numer.11

Psal.18.

Apoca.8.

Luc.12.

Hebre.12.

Hiere.23.

Psal.118.

2.Corin.2

Et nõ est inuenta in me iniquitas.

Sed (ut ait apost.) bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Hoc est gloriari non secundum carnem, sed secundũ spiritum, & donum gratiæ. Christi ecclesia, hoc iure potest de se prædicare, qua pro seipsum Christus tradidit (inquit apostolus) ut illam sanctificaret, sibiq; gloriosam exhiberet, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquod huiusmodi, sed ut sit sancta, et immaculata. Qui Christi igitur ecclesiam odio prosequũtur, gratis et sine causa impugnãt, quia non possunt de illa detractare, tanq̃ de malefactore, ut ait. D. Petr. Nec est alienum ut de pio Christiano uiro, hunc etiam locum intelligamus, in quo non est iniquitas, qui nõ repugnat, non indignatur, aut murmurat, sed in afflictione se humiliat, omnia sustinet, ab iniquitate abhorret, &c. dei correptionẽ, & patienter fert, & agit gratias. Is est, quem antea iustum diximus. Neq; iniquus est, qui naturę imbecillitate, non animi prauitate cadit, deumq; timens, & cito pœnitet, & misericordiã implorat, &c. Omnis igitur iniquitas, graue peccatũ est, non omne peccatum, iniquitas est. Hinc ait in alio psal. Iniquitatem odio habui. Sed ad ecclesiã reuertamur.

2.Timo.4

1.Corin.4

Ecclesiæ puritas.

Ephe.5.

1.Petr.2.

Psal.10.

Iniquitas peccatum.

Adeo

Adeo (inquit) non est inuēta in me iniquitas, hoc est, intra me, in corde meo, mala cogitatio, malus conatus, mala uoluntas, mala opera, usq; adeo non sunt in me inuenta.

Vt non loquatur os meum opera hominū. Non modo me custodiui ab operibus malis, sed etiam adeo linguæ frenū inieci, ut os (inquit) meum, non sit loquutum opera hominū, nō se delectauit illo sermone, qui uel fœditatem haberet, uel proximū læderet. Hunc sensum indicat Chaldaica litera. Cogitatio mala (inquit) nō transiuit os meū. Hominum, hoc est, carnis opera, uel mendacia, uel dolos, uel turpiloquia, uel pio christiano inhonesta quæcunq; sunt, quibus inquinari homines solent, appellat. Estote igitur loquentes uobismetipsis (inquit apostol.) in psalmis, hymnis &c. Os enim iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iusticiam. Hæc est lex (ut ait. D. Iaco.) perfectæ libertatis. Nam si quis putat se religiosum (inquit) non refrenās linguam, uana est eius religio. Orat itaq; in alio psalmo. Pone domine custodiam ori meo. De lingua pluribus in psal 14. Redeo ad psalmū. Adeo non est inuenta in me iniquitas, ut non loquatur (inquit) os meum, &c. quia

Linguæ integritas.

Opera hominum.

1. Timo. 2

Iacobi. 1. & 3.

Psal. 140.

Propter uerba labiorum tuorum, ego custodiui uias duras.

Verba labiorum dei, eius mandata sunt, & sanæ doctrinæ, quas ego (inquit) ita imbibi, ita didici, ita seruare per tuam gratiā decreui, sic in illis meditatus sum tota die, ut uias duras, uias difficiles, arctas illas uias innocentiæ custodierim, uel persequutionum, & tentationū calamitates, & angustias, ita per patientiam sustinuerim, ut ne ore quidem, aut turpia, aut mendacia, aut dolos, aut quæ pio christiano inhonesta sunt, loquutus fuerim, aut opere egerim, q̄uis tot fuerunt sæpe tamen hæreticorum peruersa dogmata, tot huius sæculi minæ, tot illecebræ, tot terrores, tot iustorum cruciatus, tormentaq;, tot malignis adhærentes, tot in unum contra me coniurati, ut pauci nōnunq̄ reperti sunt (inquit Christi ecclesia) qui aperte mecum sentire auderent. In his tamē omnibus, tuo fulta auxilio, uel uerbo non accessi ad eos, sed palam illis restiti. Vertit itaq; Chaldaica paraphrasis. In uerbo labiorum tuorum, ego seruaui uiam audacis. Quàm sit carni durum inter huiusmodi aduersa, innocentiæq; inimicos integritatem seruare, nullus bene institutus, & aliquādo exercitatus, ignorat. Exerceatur enim in hac uita oportet, qui uult pie uiuere, ut ait apostol. Sed aßidua in lege dei meditatio, spiritum corroborat. Inde ait, Propter uerba labiorum &c. De uirtute huius meditationis, dic ut in psal. pri. Cupiens itaq; gratiam impetrare, qua conseruari possit, suæ imbecillitatis non immemor, deū supplex orat propheta, omnium piorum, seu potius uniuscuiusq; pij uiri nomine.

Iusti viri constantia.

2. Timo. 2

Perfice gressus meos ī semitis tuis

Hactenus (inquit) te iuuante uerba labiorum tuorum seruaui. Exaudi ergo iusticiam meā (ut in psalmi principio) adiuua me, ut quemadmodum in hunc diem, mihi in tribulatione auxilium, uiresq; præstitisti, ita & in finem usq; perfice gressus meos, & huius sęculi peregrinationem meam, in semitis tuis custodi. Qui orat ut iusticiæ semitas custodire possit, arctiorem, perfectioremq; uiam optat. Angusta etenim est illa uia, plærasq; arctiores semitas habens, quæ ad perfectionē ducit, quas, mortalium nemo seruare potest, nisi deo duce, & per imputationem pro sua misericordia. Et hoc oro tam in occultis (inquit) animi perturbationibus, ut mihi benignā tuā opem feras, q̄ in externis persequutionibus.

Vt non moueantur uestigia mea.

A rectis, iustis, et puris semitis tuis. Fac pro tua (inquit) gratia, ut firmiter, & solide incedāt uestigia mea. Mouentur eius uestigia, qui fluctuat, seu potius qui iam a recta uia declinat, ceditq; aduersariorū fraudibus, aut

minis. Quamobrem, ad te fidenter (inquit) confugio, quia non me latet te benignũ esse. Ad te ita semper

Ego clamaui, quoniam exaudisti me deus. Ante hac quoties ingruebãt persequutiones, quoties angustiæ, clamaui (inquit) semper ad te. Et ideo semper clamaui, & in pręsentia clamo, quia exaudisti me. Nam per assiduam orationẽ auxilium sensi. Nunc igitur, et posthac, quoties opus erit clamabo. Supplex itaq; nunc precor.

Inclina aurẽ tuam mihi, & exaudi uerba mea. Auris dei, benignũ fauorem, mĩam significat. Exaudi (inquit) uerba mea, humiles preces meas, qbus auxiliũ a te petã, sicut hactenus exaudisti. Hebraica litera futurũ tempus habet. Inclina (inquit) etc. quia exaudies me. Hanc fiduciã omnes christianos docet propheta, ut cũ deũ orauerint, eo persuaso animo sint, ut credãt se impetraturos, modo recte petant, & humili corde. Certo (inq̃) credant se impetrare, potissimũ, si pro mĩa dei, criminũ remissionem petant, modo pœniteant, quia sic promittit deus. Sic enĩ docet Christus. Petite, & accipietis. Itẽ quęcunq; orantes petitis, credite (inqt) quia accipietis. Haud dubie uel quod petit, uel q̃d utilius est, impetrabit, in rebus iustis, & honestis, qui deũ iusta fide orat. Quæ uero petenda sunt, & quo nam pacto, lege Erasmũ, in libr. de modo orandi, qui docet nõ alia petenda, q̃ quæ in prece dominica exprimũtur, uel quæ ad ea pertineant. Nec huius sæculi causa petendum est quicq̃ a deo, nisi aut uitæ necessariũ, aut in gloriam dei, ut bonũ operemur, in finẽ salutis ęternę. Neq; non dei uoluntati referamus, quicqd petimus, aut optamus. Sic orat. Inclina aurẽ (inquit) tuã, et

Auris dei

Persuasa fiducia orandum.

Math.7. Marc.11.

petenda sint lege

Orationis summa.

Mirifica misericordias tuas.

Quibus mihi soles succurrere. Non enim nostro merito, sed pro tua mĩa, auxiliũ a te petimus. Mirifica igitur, ut de auxilio (inquit) pręstito, rebus uelut desperatis, admirentur, stupescãtq;, tam amici, q̃ inimici. Et ita quidẽ admirentur, ut perspicue intelligãt maligni a te opem pręstitã, pręter humanas omnes uires, iustus uero te glorificet. Sic etenim soles pro tua misericordia tuis succurrere.

Mirifica dei misericordia.

Qui saluos facis sperantes in te.

Beatus est, (inquit sap.) qui sperat ĩ domino. Adhęrere etenĩ deo bonũ est, & spem in domino habere, ut in alio psal. quia saluos facit &c. Inclina igitur aurẽ (inqt) tuã, atq;

Prouerb. 16.

Psal.72.

A resistentibus dexterę tuę custodi me. Dei patris dextera, est eius filius, uel dei ineffabilis potestas, uoluntas, fauor, et bonitas, quibus pro fœdis suis uiribus resistunt, et aduersantur oẽs hęretici, ecclesię persequutores, maligni homines, iudęi cũ primis. A quibus, tã illis qui sunt (nusq̃ nõ sunt qui iniquitatẽ diligũt, qui malignantur, quiq; zizania supseminãt) q̃ ab illis q futuri sunt, ne eã uincat, custodiri se petit Christi ecclesia, fideliũ multitudo. Impij multi sunt, putãtes se facere posse quod libet, neq; deum suis auxilio fore. In deo (inqunt) sperauit, liberet eũ nũc si uult. Petit itaq; ut eũ custodiat benignus deus, nõ segniter, nõ frigide, nõ mediocriter, sed custodi (inqt) me supplex precor.

dei dextera

Vt pupillam oculi. Quæ tenerrima totius corporis pars est, minimoq; læditur, et eget accuratissima custodia. Petit igit se custodiri, tam accurate, uel ab oĩ iniuria, sidei potissimũ lęsione, quę hominẽ in densissimas omnium errorum tenebras præcipitat, q̃ oculi pupilla a curioso uiro custoditur. Quis enim nõ solicitus est, præter corporis omnes alias partes, ne lædatur oculi illa peramata pupilla, quæ uisum præstat? Sic & se optat custodiri ecclesia, uel iustus uir, ne infidelitatis tenebris, aut peccatorum turpitudine, aut inimicorũ malignitate, a rectis gressibus aberret, moueanturq; uestigia eius, ut paulo ante precatus est. Hinc ardenter orat.

Pii uiri oratio.

Sub umbra alarum tuarum protege

tege me, a facie impiorũ, qui me afflixerũt. *Protege (inquit) me domine, sub alarũ tuarũ umbra, sub tuæ gratiæ tegmine, sub tuæ bonæ uoluntatis clipeo, ab atroci conspectu, ab indignatione, a uindicta ab insidijs, a falsis doctrinis, ab ardore, ab oĩ deniq; opprobrio hæreticorũ, & impiorũ hominũ, quorũ lingua ignis urens est, inquit. D.* Iacobi.3. *Iaco. ne per eorũ malignitatem, confundar, qui me suis dolosis machinis non semel afflixerunt, seq; de me quotidie uindicare cupiunt, suos nequam oculos in me semper habentes. Quibus admonita, & frequenti exercitio edocta, & molestata, & pluribus, & uehementius auxilium peto, inquit ecclesia.* Alarũ, uaria significatio. *Sunt qui has alas, Christi diuinitatẽ, & humanitatẽ interpretãtur, sub quarũ umbra defendi se petit ecclesia. Alę ĩ sacris literis, dei benignã quidẽ tutelam, et protectionem (inquit August.) significant, auis, aut gallinæ,* In epla.3. *quę pullos sub alis fouet, exemplo, ut in euãgel. Sunt qui uetus & nouum testamentum, dei alas intelligunt, dic pręterea in psal. 60.* Psal.60. *Sub huiusmodi alarum uelamento ait se plurimũ exultare, in alio psal. Et in eadẽ umbra,* Psal.32. *tota est (inquit) spes mea. Orat itaq; uehementer, ut eam deus tueatur, non minus solicite, q̃ oculi pupilla custoditur ab homine, pariter & pulli sub gallinæ alis uel defendũtur secure, uel fouentur amantißime. Alas* Alæ dei. *habere dicitur deus, sicut alia hominis membra, quæ præsentaneam quoq; eius potentiã significãt, qua uelocißime, nulla mora, quando uult, ad nos aduolat, nobis adest, succurrit, & nos tuetur, nec deest in tẽpore malo. Quod ait a facie impiorum, sacræ scripturæ* A facie loquẽdi tropus. *tropus est, et frequens loquendi modus, truculentiam, & minacem inimicorum uultum significans, animiq; sæuitiam, quã facies indicat. Vt hoc probem, sufficiat unus locus apud Esai. A facie gladiorum (inquit) fugerunt, a facie imminentis, a facie arcus extenti, a facie grauis prelij. A facie igitur impiorum, me (inquit) protege quandoquidem.* Esai.21.

Inimici mei, animã meam circũdederunt. *Dolis, fraudibus, minis, terroribus, blandicijs, & machinis deniq; omnibus, animam (inquit) meam, uitam meam, salutem meam, circumdederunt inimici,* Impiorũ solicitudo. *persequutores, hæretici, &c. ut deciperent, tollerent, delerent, & me, & membra mea. Tua igitur protectione & gratia, maxime opus est, inquit ecclesia. Fideles, mites, & humiles, Christi ecclesiæ anima sunt. Vel anima ecclesiæ, in Christum sponsum, solida fides est, quam, uel fœdare, uel delere potius, conantur eius hostes, qui* Ecclesiæ anima.

Adipem suum concluserunt.

Adeps, corporis pinguedo est interior, mollis, & tenera, quæ sicut craßiorem hominẽ, ita & in his quæ carni placent, proniorem, Adeps. *in spiritus quidem opera desidem, atq; pigrum efficit. Inde non incommode in hoc loco ponitur, pro huius sæculi diuitijs, ac superba potentia, quæ huius sæculi hominibus suauia uidentur, & mollia, nimisq; placentia. Hi enim dei parum memores, diuitias* Pernitiosę diuitię. *sibi recondunt, & a fratre uiscera sua claudunt, ut ait Ioan. Sic adipem suum concludunt, & eo se delectant, suauiter sibi uiuentes, nullã habentes curam de proximo. Hæc* 1.Ioan.3. *sunt uiscera impiorum crudelia, ut ait sap. Hãc pernitiosam abundantiã, in hac uita habent impij, subleuãtur, & confortati sunt diuitijs, ut ait. D. Iob. Ducunt in bonis dies* Prouer.12 *suos, et in puncto, ad inferna descendũt, &c.* Iob.21. *In hoc quidẽ loco, adipem suum concluserunt priores impij, hoc est, omnes imbrobas suas diuitias, omnes uires simul addiderũt, & coniunxerunt, ut pijs omnibus nocerent. Sic uitam piorũ solicite circũdant impij, ut circũueniant, tam fraude, q̃ potentia. Hinc a quodam erudito, sic uertitur hic locus. Opibus* In pios, impii. *(inquit) suis obruunt. Obruunt quidem suis opibus iustos & probos maligni, sed has opes conclusas, & reconditas apud se habent, quoad pernitiosam occasionẽ euomendi reperiãt.* Occultæ opes malignorũ.

periant. Suū quoq; adipē falsæ, dolosæq; doctrinæ, absconditū seruāt pernitiosi hęretici, ut per omnē occasionē in piorum perniciem euomāt. Neq; tam pernitiosus est hostis ecclesiæ, q̄ qui diues est, in pernitiosa doctrina. Illas uero improbas diuitias huius sc̄li, mali, et improbi omnes, nō ut prosint, nō ut benefaciant proximo, sed ut animi truculentiam exerceāt, et improbis suis conatibus seruiāt, sibiq; uiuant soli, concludūt, & retinent sibi. De improbis quidem diuitijs, & cur maxime expetuntur a malis, lege Chrisost. in. 2. to. homelia. 29. super his uerbis, Nemo læditur, nisi a seipso. Hi oēs priores inimici, qui hoc adipe saginantur, nimia fœlicitate superbiūt, id quod opere, & uerbo indicant. Hinc ait.

Ecclesiæ Christi pniciosissimus hostis.

Os eorū loquutū est superbiam.

Ore loquuti sunt supbe, uertit Hiero. Quod enim corde cogitarūt, ore proloquuntur. Posuūt itaq; in cœlum os suū, & uerba eorū iniquitas, & dolus. Quomodo (inquit euāgel.) possunt bona loqui, cum sint mali. Hinc ait sap. In ore stulti, uirga superbiæ, qui diligit omnia uerba pręcipitationis, maliciaq; super benignitatē. Vbi etenim superbia, ibi et contumelia, contra deum, & hominē. Huiusmodi superbis, deus resistit, suos, humiles esse uult. Nisi enim efficiamini sicut paruuli &c. Irritatur itaq; superbia, humilitate, placat deus. Spiritum etenim contritum, & humiliatum, non despicit. Sed illi superbi, & superbe loquuntur, & nihil non superbe faciūt. Hoc est os superbiæ, cuius dentes, et arma, et sagittæ sunt, et lingua, gladius acutus, qbus, nō modo iustos terrēt, sed et tacere cogūt, ne loquant quod iustū est. Hi sunt, qui undiq; iustos molestant, et a se fugant. Prius etenim me circundederunt, prorsus ut delerent. Iterum

qualis vir, talis oro.
Psal.35. &.72.
Prouerb. 14.&.11.
Math.18.
Psal.56.
Iustos & recte docentes, tacere cogunt.

Proiicientes me, nunc circūdederunt me.

Superbiam (inquit) loquuntur, me ut uilē, seu potius aduersariū illis, præ superbia proijcientes. Iam diu quidem animo me despexerunt, & animā meam circūdederunt, ut paulo ante, proijcere cupientes, uel ultra sautomatas. Neq; non & perpetuo me persequuntur odio, soliciti ut me abigāt. Nūc igitur, hoc est iterū atq; iterū, me circūdederunt, nunc gressus meos obsident, nūc oībus modis circūspiciūt, uel dolis, uel ui, ut me expugnent, fugent, abijciāt, e medio deniq; tollant, deuorare optantes, ut leo suam prędam, ut paulo post in hoc psal. Interim quidē sibi ualde metuūt, eos ne aliquādo (id quod tandē fiet) uincat ueritas. Causam eteni, cur iustos odio prosequuntur impij, docet sapientia, sic loquens in psona iudęorū de Christo. Factus est nobis (inquiūt iudęi) in traductionē. Grauis est nobis etiā ad uidēdū, quoniā dissimilis est alijs uita illius. Abstinet se a uijs nostris, tanq̄ ab immūditijs, &c. Hinc ait sap. Detestantur stulti, eos qui fugiunt mala. Semp dicere potest eccl'ia, quod nūc hostes eā circūdederūt. Nunq̄ enī hostibus uacat, q̄uis plus, aut minus, p tēporū uicissitudine. Sēper qdē paratus est inimicus (ut ait euāg.) qui superseminet zizania in medio tritici. Et hęc ideo contra me fecerūt (inquit ecclesia) Nam

Impiorū solicitudo.
Sap.2.
Prouer.13
Nunq̄ desunt ecclesię hostes.
Math.13.

Oculos suos statuerunt declinare in terrā.

Spernunt quicquid est spūalis uitę, aut cœlestis eruditionis. Decreuerūt per maliciā, oculos suos, cogitationes, conatus, intellectū, omnē deniq; uitā, declinare a cœlestibus, et in terrenas huius sc̄li diuitias, potentias, et uoluptates defigere. Me igit eorū moribus aduersantē, crudelissimis animis circūdederunt, ut delerent penitus. Nam

In terram declinare oculos.

Susceperūt me sicut leo paratus ad prędam.

Omniū animaliū cum fames urgeat, rapacissimus est leo. Hos igitur hæreticos, ecclesię persequutores, & humilium, aut pauperū direptores, leoni fame affecto, comparat, quod nō minore rapacitate suscipit ille prędam, quam uoracissime deuoret, q̄ illi maligni fideles adoriuntur, infestant, deprædantur, in carceres, in uincula conijciunt, deniq; præ odio dilaniant. Quod si suam libidinem

Piorum hostes, leoni cōparat.

dinem palam explere nequeant, omnibus dolis, & fraudibus, iustos oēs circūdant, ut supradixit. Vertit Hiero. Similitudo eius, quasi leonis desiderantis prædam. Id quod indicat paratam eorum malignitatem pro omni occasione in pios.

Et sicut catulus leonis habitans in abditis. Sic (inquit) susceperūt me, et insidiati sunt mihi. Catulus leonis edocetur a parente, ut pertranseuntem prædam, ex insidijs rapiat, suaq; natura allatam prædam a parente, dum adhuc catulus est, & in locis abditis sepositus, voracissime rapit sibi. Sic & probis improbi, iustis iniqui, simplicibus dolosi, humilibus superbi, catholicis hęretici, insidiantur, et in eos omnē ferociam exercent. Leones ex insidijs ad rapiendam prædam, suos (inq̄) catulos docent, cum sint adhuc imbecilles, uix quicq̄ aperte audentes. Leones quoq; ipsi, hoc est, huius sęculi potentes, uel per mali tēporis oportunitatē audaces, more leonis rapientis prędā, me (inquit ecclesia) hoc est, mēbra mea, rapiunt, et deuorant. Leoni recte comparantur, qui insidiatur semper, ut ait Eccl'iast. Sic & natura, et educatione, insidiatores fiūt. Ipsi quoq; forte primores piorū inimici, cōmodam, ad explendā maliciā sibi oportunitatē aliquādo nō habentes, timidiores, q̄ ut apte adhuc audeant, quod improbe cupiunt, uelut catuli per impotentiā effecti, ex locis tamē abditis, et occultis, hoc est, dolis, & mēdatijs, me, qua poßint (inq̄t) ignominia afficiūt. Hi sunt uere hostes ecclię Christi, qui nō modo fœde, et turpiter uiuūt, sed etiā probos despiciunt, & persequuntur, quorū hac nostra tēpestate ingens numerus est, ut de hęreticis taceam, qui pręter id quod fidei puritatē impugnant, omnē receptißimū quoq;, & optimū rerū ordinem, dißipare, inuertere, uel potius radicitus euellere, impijßimis oībus machinis student. Qui uero illis aduersantur, eos oī odio prosequūtur. Seditiosa cum primis res est, rerū receptos ordines, priuata arrogantia deprauare. Non alienū erat, si hunc quoq; priorē leonem, diabolum, eius uero catulum, hęreticos, ecclesiæ persequutores, malignos, intelligamus, qui uere diaboli filij, uel potius catuli sunt, qui adimplent, (ut ait Christus) mensurā patris sui. Iustos etenī & simplices, persequendo, opera patris sui faciunt. In hos itaq; omnes, uehementer sic orat propheta, cuiuis pio uiro precandi exemplum relinquens.

Sæua impiorū solicitudo.

Eccles.27

Vere hostes ecclesię.

Seditiosum est rerū ordies inuertere.

Ioan.8.

Exurge domine. Cū diu has forte ærūnas sustinuisset, uel ecclesia, uel iustus uir, nec auxiliū sensisset ullum, uelut deū e somno excitare cupiens, prę nimio auxilij desiderio, Exurge (inquit) domine uehemēter oro. Nā dormire uidetur nobis deus, quando tarde subuenit. Inde ait in alio psal. Exurge quare obdormis domine. Dei igitur non modo auxilium, sed & præuentionem optat, qua eum tueatur, undecunq;, uel quandocunq; irruat inimicus. Inde orat, Exurge domine.

Deus quō dormire dicitur.

Psal.43.

Pręueni eum. Pręuenire dicitur benignus deus, cum imminens periculum, priusq̄ eueniat pręsciens, uel uires pręstat, quibus non tam ægre ferri potest, uel auxilium fert in primo quoq; tempore, ut frustrentur inimici conatus. Ita orat ecclesia, ut inimicū deus pręueniat, auxilio gratiæ suæ, qui nihil ignorat priusquām fiat. Hæc est præueniens gratia dei, sine qua, aut inimico resistere, aut bene, & iuste operari, aut uiuere, nemo potest. Præueni igitur, inquit.

Pręueniēs gratia.

Et supplanta eum. Obrue, deijce, et prosterne eum sub pedibus, adiuuantem gratiam, et operantem præsta. Quāuis supplantare ut plurimum, in deteriorem partem sonat, cum sit idē quod occulte decipere, hic tamen bonū sensum habet, ut modo diximus. Agnoscens etenī suā imbecillitatē, tenuesq; se uires habere, quibus tā robustū inimicū, aut uincere, aut effugere poßit, omnē spem in dei auxilio cōstituit, supplexq; orat ꝓpheta ecclesię nomine, hūc inimicū ut obruat deus, et sub pedibus, ne poßit nocere, deijciat. Felix itaq; uertit hūc locū. Prosterne eū. Alius uero. Incurua

Supplantare inimicum quid.

Gratia cooperans.

curua eum. Hinc orat iterũ, atq; iterũ. Exurge domine, præueni eum, et supplanta, et

Eripe animã meam ab impio.

Eius insidijs illaqueandam, nisi benigne succurras. Eripe igitur, id quod facies, si præueneris, et eum supplantaueris. Animã secũdũ historiã, præsentaneã uitã intellige. Secundũ spũalẽ sensum, illã immortalẽ potius animã, quã ab impio quouis tyranno, sit uel hæreticus, uel ecclesiæ persequutor, qui ab hæretico neutiq̃ differt, uel malignus, qui iustis oĩbus insidiatur, uel ab eorũ omniũ patre diabolo, eripiendã orat. Sic ut eius gressus perficeret deus, prius orauit in hoc psal. Solus deus est, qui eripere potest, cũ ab eo solo pendeat oĩs salus. Neq; mali nocẽdi potestatem habent, nisi q̃diu & quãtũ patitur deus. Hinc solicite orat. Eripe animã meam ab impio, et

Frameam tuam ab inimicis manus tuæ.

Manus dei, eius opus significat. Christi ecclia, manus dei est, opus (inq̃) et quidẽ pergratũ manuũ suarũ. Sic et omnis qui probe, & iuste uiuit, manus, & opus dei est. Sumus enĩ ex nobis insufficientes. Gratia igitur dei sum, id quod sum, ait apost. Ait itaq; in alio psal. Respice in seruos tuos, et in opera tua. Framea, hasta est, qua eminus etiã percutitur, potentiã significans huius seculi, et quidẽ concinne. Nam qui potestate pollet, eminus per potentiã percutere, & uulnerare potest. Inde uulgo dici solet, Reges longas, et extẽtas habere manus, et brachia. De impijs hic loquitur. Hanc suã impiã potestatẽ a deo habent. Non haberes (inquit Christus) potestatẽ &c. Sic et in iudæos, uirga furoris dei erãt assyrij, inquit Esai. Hinc frameã dei, hanc impiã potestatẽ uocat. Hunc locũ, alius itaq; sic uertit, perspicuum sensum efficiens. Eripe animã meam ab impio, qui est gladius tuus. Itẽ & Hiero. Salua animã meã ab impio, qui est gladius tuus. Ipse etenĩ impius, et tyrãnus, tua (inquit) framea est, suã habet a te potestatẽ hanc, qua nocet, qua tuos molestat, quã ideo pateris, ut quos tuos esse uelis, ijs lanijs, ijs carnificibus admoniti, sui magis meminerĩt, ereptiq; tua benignitate, spretis, quæ huius mũdi sunt prorsus rebus oĩbus, te solũ agnoscant, te solũ adorent, te unice diligant. Hæc est summa utilitas, quã qui electi sunt, ab his impijs hostibus accipiũt. His inimicis exercẽtur, in suã utilitatẽ. In eos tamẽ sic orat ecclesia, Eripe, &c. et ne tuis pro libidine noceant.

Man⁹ dei.

Psal. 99.

Framea.

Ioan. 19.

Esai. 10.

Impiã potestatẽ patitur de⁹.

vtilitas ab inimicis.

Domine a paucis de terra diuide eos in uita eorũ.

Diuide, et segrega eos, qui sunt tuis oĩbus inimici, q multi sunt, si cũ tuis paucis conferas, plures etenim sunt mali, cum sint multi uocati, pauci uero electi. Diuide (inquit) eos a tuis paucis, et segrega eos de hac terra, ut illi potius pereant, uel ut tua afflictione resipiscant in uita eorũ, ne uelint amplius tuis nocere, et si maxime uelint, diuide eos, ne quod improbe cupiunt, possint. Vel eos ipsos de terra, uel eorũ improbã potestatem tolle. Noli eos amplius ferre in hac uita eorum, qua se delectant. Est quidem uita eorum, quam ipsi cupiunt, abundare diuitijs, potentia præualere, delicijs frui, omnia pro libidine, per fas aut nefas agere, probos, & pios uiros despicere, ipsosq; affligere, & persequi, propterea quod sunt contrarij operibus eorũ, ut ait sap. et eos de impietate eorum redarguunt. Diuide igitur eos &c. quia obscuratum est cor insipiens eorum, et

Iusta oratio in impios.

Impiorũ vita.

Sap. 2.

De absc̃oditis tuis adimpletus est uenter eorũ.

Hoc est, et malignitate, et fœdissimis sceleribus, & huius sc̃li improbis diuitijs, plena sunt eorũ uiscera. Hęc cogitant, his intus in animo se delectãt. Pœnitere igitur nolunt, resipiscere contemnũt, quia his quæ sunt dei abscondita, pleni sunt. Peccata, et omnis impietas, quibus uentrẽ et interiorẽ hominẽ, id est aĩm sceleribus deditũ, hæretici, ecclię persequutores, et maligni adimpleuerũt, dei igit̃ absc̃odita censentur, q̃d tantopere sceleris turpitudinẽ despiciat deus, ut nolit uel

Impiorũ vbertas.

Absc̃odita dei.

uel uidere, uel scire. Nam scire dicitur deus, quod ipse probat, nescire, quæ despicit, & odio habet. Nouit itaq; dominus uiã iustorũ, inquit in psal. 1. Non quod ignoret malorum uiam, sed quod præ indignitate, scire illã uiã nolle deus uidetur. Inde est, quod in euangelio respondetur. Nescio uos unde sitis. Hinc ait noster propheta, uel Christi, uel ecclesiæ suæ nomine, in psal proximo sequenti. Populus quẽ nõ cognoui, obediuit mihi. Dei (inq̃) abscondita huius sęculi diuitiæ, potentię, uoluptates, et omnia opera tenebrarũ sunt. Nã ea deus non agnoscit, sed suos omnes ab illis plane dehortatur. Vel ideo dei abscõdita, diuitiæ potissimũ, quibus abundant mali, dicuntur, quod illud solius dei occultum iudiciũ sit, sceleratos tam p̃speros esse in hac uita, bona ualetudine, diuitijs, potentia, &c. Quarum rerũ omniũ adimpletus est uenter eorũ, illis abundant. Inde, ut supradixit, os eorũ aliud loquutũ non est, q̃ superbiã, ut solent magnæ diuitiæ, insolentes homines efficere, si diuitijs cor apposuerint. Nam huius sæculi rerũ abundantia, elatũ alias animũ attollit in arrogantiam, et sui prorsus obliuionem. Et quod ait uentrem adimpleri, abundantiam significat, uel uerius forte, insatietatem. Vnde ait sap. Venter autẽ impiorũ, hoc est, animus insaturabilis. Non est satiatus uenter eius, inqt Iob. Et hic sensus egregie quadrat, cum eo quod sequitur. Abundant quidẽ rebus omnibus in hac uita impij, pariter et

Margin: Scire & nescire in deo. — Psal.1. — Luc.13. — Lege diuũ Iob. ca.21. — Diuitiarũ periculũ. — Huius scli diuitũ insatietas. — Prouer.13 — Iob.20.

Saturati sunt filiis, & dimiserũt reliquias suas paruulis suis.

Eos filijs saturari, & abundare, quod ait, uel de filijs naturalibus, id quod huius sęculi non postrema fœlicitas existimatur, uel de filijs, quod ad improbos mores attinet, quos illi scelerati, malis doctrinis, et peioribus exemplis educarũt, intelligere licet. Sunt itaq; patres, & filij, tam doctrina, & educatione, q̃ natura. Huiuscemodi malis filijs abundant maligni ad satietatem usq;, cum sit hominis natura in malum prona. Suas (inquit) reliquias, improbas diuitias, sceleratos mores, pernitiosas doctrinas, & id genus alia, suis filijs dimittũt et relinquunt. Illos etenim eodem imbutos ueneno, reliquerunt, quo abundabãt ipsi. Sed non prævalebit iniqua posteritas. Nam prædam socijs pollicetur impius, sed oculi filiorũ deficient, inquit Iob. Hi sunt catuli leonum, de quibus paulo ante. Paruulos, et quidem recte appellat, quos illi nefandissimi in malignitate educarunt, sint uel naturales, uel improbæ tantum educationis, uel doctrinæ filij. Nam hi sunt ex eorũ numero, maxime digni, qui minimi uocentur in regno cœlorũ, hoc est, uel in hac ecclesia, uel in die resurrectionis, uiles & abiecti sint. Lege in 16. homelia in Math. Chrisost. et in hoc euãgelij loco Theophilactũ. Paruuli sunt hi maligni, non quidẽ in Christo, sed in Christi aduersario, quos appellat Christus ipse diaboli filios, in euangel. Paruulos etenĩ in hoc sensu eos appellat, pro indignitate, q̃uis paruuli aliter in sacris literis intelliguntur, qui sunt simplices, humiles, innocentes, & facile persuasibiles. Sic uocat illos paruulos Iob, quos statim infantes appellat. Spiritu quidem humiles, hi paruuli sunt in Christo, quos custodit dominus, ut in alio psal. Hos mandat ad se uenire Christus, quibus suos esse similes, uult. Praui etiam affectus, paruuli dicuntur, quos qui allidit, beatam appellat propheta. Paruuli (inq̃) uel ætate, uel rerũ inscitia, uel malignitate dicuntur. De malis paruulis, ait sap. Paruuli possidebunt stulticiam. Saturati sunt his paruulis, illi maligni, filijs, amicis, propinquorũ turba, et nepotũ, ut ait Iob, etc. quibus suas reliquias dimittunt. Sed minentur illi, persequantur, & insaniant, (inquit Christi ecclesia, seu pius quisquis christianus uir est) & suos oculos in terram declinent, quantum uelint.

Margin: Filiꝰ natura & doctrina. — Impiorũ soboles. — Iob.17. — Math.5. — Paruuli in sacris liris — Iob.12. — Psal.114. — Math.19. — Psal.136. — Prouerb. 14. — Iob.21.

Ego autẽ in iusticia tua apparebo cõspectui tuo. Quicq̃d scelesti illi cõtra me

tra me conati sunt, hanc certā fiduciā habeo. Nam sicut per tuā gratiā, tuas uias custodiui (ut supradictū est in hoc psal.) sic & tu mihi eandē gratiā prestabis, qui saluos facis sperantes in te, ut easdē tuas uias in hac uita custodiā, quia tu diriges omnes gressus meos, et eos perficies, ut supra in hoc psal. Apparebo igitur, per hāc tuā salutē interim in hac uita, conspectui tuo, et iudicio tuo, et presentię tuę, in iusticia, in innocentia, in uitę puritate, in fiducia tuæ misericordiæ, ut in huius psalmi principio, qui non cupio saturari huius seculi filijs, neq; aut diuitiarū, aut scelerū, tales reliquias paruulis dimittere. Ego igitur (inquit ꝓpheta fideliū nomine) huius scli aduersa oīa feram ęquo animo, et interim certa fide, et spe consolatus ꝑsuasum habeo, quod

Pii viri cōstantia per gratiam.

Satiabor cū apparuerit gloria tua.

Non in huius seculi diuitijs, non in potentia, non in uoluptatibus, sed cum apparuerit post hanc uitā, tua uera gloria, hoc est, cū apud te fuero, et uultū iocunditatis tuæ uiderim, uere et perfecte satiabor. Istic etenim est uera satietas, syncera absolutaq; fœlicitas. Cū uenerit (inquit apost.) quod pfectū est, euacuabitur quod ex parte est. Videmus etenī nunc per speculū in enigmate, tunc autem facie ad faciē. Nunc (inquit) cognosco ex parte, tunc autē cognoscā, sicut & cognitus sum. In illo die, cum apparuerit uera glia, omnibus bonis immarcessibilibus, (ut ait Petr.) abūde satiabūtur iusti & recti corde, de quibus supra in hoc psal. dictū est. Quā uerā cognitionē, gloriā, & satietatē, ut impetremus tandem, deū sine intermissione supplices oremus.

Satietas vera.

1. Cor. 13.

1. Petr. 5.

Sed et ipsum Christū nūc in hoc etiā psalmo, alloquentem, & orantem suum patrem, ut in psal. 15. & 21. & plerisq; alijs, audiamus.

Exaudi domine iusticiam meam.

Quis alius tā iustus, q̄ Christus? de hoc iusto uaticinabatur Esai. Prope est iustus (inquit) meus. Si uero hāc iusticiā, ad eius causam referas, iustissime se petit exaudiri a patre, ut opē ferat, qui nō sua, sed oīs humani generis causa passus est, homo factus. Iustissime ergo precatur, quia patri per omnia obediebat, fateturq; a patre accepisse oīa. Ait itaq;

Esai. 51.

Intende ad deprecationē meam.

Ausculta, aurem diligenter adhibe, ut me benigne exaudias. Et

Auribus percipe orationē meam.

In tuū animū descendat ab auribus deprecatio mea, ut impetrē, orationē meā sic accipe ut exaudias, quia iustissima est & ꝓficiscitur a syncero, et puro aīo. Sūt etenī preces meę.

Non in labiis dolosis. Vt simulē aut quēuis decipiā, neq; ut utilitati meę prospiciā. Quod igitur me cōdemnauit Pilatus, ut seditiosum hominē, utq; malefactorem.

De uultu tuo iuditiū meū ꝓdeat.

Tu iudex esto, fac ut manifestetur iudicium tuum populo. Et inter me & illos, qui falso me accusant.

Oculi tui uideant æquitatem.

Vt meā ueritatē, iustitiā, & innocentiā apud oēs gentes, in tuā laudē & gloriā, & inimicorū confusionē, & condignā pœnam, manifesta facias. Tu etenī cognouisti me, quoniā

Probasti cor meū. Animū meum, uoluntatem meā, uelim ne, uel usq; ad mortē, tibi obedire. Sic & me probasti.

Et uisitasti nocte. Quia inter malignos homines & sceleratos, et crudeles, et abominabiles, ut in psal. 13. me constituisti, ut me male tractarēt. Inter has tenebras me uersari uoluisti, ab his fœdis pctōribus male tractari, dolis, & mendatijs molestari. Sic me his inimicis acerbissime uisitari uoluisti, ut magis nihil ad persecutionis amaritudinē addi possit. Nam & me probasti

Igne, sicut argentū probatur. Asperrimis afflictionibus me persecuti sunt inimici.

Et non est inuēta in me iniquitas.

Volens enī acquieui uolūtati tuę. Tibi neutiq̄ restiti.

restiti. Dixi quidē cum iam immineret mors ipsa, Fiat uolūtas tua. Nullius delicti causam inuenerūt in me hostes mei. Tam quidē innocens, tam humilis, tam obediens fui, ut ultro uolens, tuæ uoluntati satisfecerim. Tantaq; sum patientia.

Vt non loquatur os meum opera hominū. *Solēt homines qui nō singulari gratia præditi sunt, ægre ferre molestias et afflictiones, irasci deo, item et maledicere, impieq; conqueri nonnunq̄. Ego uero quasi agnus māsuetus, qui portatur (inqt) ad uictimam, non aperui os meam. Cognoui etenim uoluntatem meam, et*

Hiere.11.

Propter uerba labiorum tuorum.

Propter mandata, propter uoluntatem tuam adimplendam, qua me generis humani causa pati uoluisti.

Ego custodiui uias duras.

Obediens fui, ut mortalis in terrā descēderē, ut humanas miserias, afflictiōes, frigus, esuriem, sitim, fatigationes, ludibria, inimicorū persecutiōes, mortē deniq; sustinerē. Cū igit mea causa tā iusta sit, exaudi me, adiuua me.

Perfice gressus meos.

Psal.19.

Adimple omnes petitiones meas, tribue mihi scdm cor meū, oē cōsiliū meū cōfirma. Gressus meos, reliquā uitā meā perfice, ut quorū causa passus sum, recte & solide ambulēt illi.

In semitis tuis. *In mandatis tuis, ut tuā uoluntatē adimpleant. Succurre mihi.*

Christi oratio pro suis.

Vt non moueantur uestigia mea.

Ne uincar ab inimicis, neue impediar ab adimplenda uolūtate tua, non tam ut ego id faciā quod iubes, q̄ ut illi cōseruentur firmi, qui mea uestigia, meas doctrinas, mea exempla, sequi optant. Sæpe antehac

Ego clamaui. *Ad te, ut opem feras.*

Quoniam exaudisti me deus.

Noui benignitatem tuam, experientia didici, toties mihi opem tulisti, quando clamaui ad te. Nunc igitur ut soles.

Inclina aurem tuam mihi.

Qui quod iustißimum est, peto.

Et exaudi uerba mea. *Exaudi iustas preces meas. Per os pphetæ, docet nos Christus orandi solicitudinē, docet ineffabilē suam dilectionem in genus humanū. Exaudi (inquit) uerba mea.*

Mirifica misericordias tuas.

Vt soles, in terrorem inimicorū, omniūq; admirationem. Soles (inquā) tuos sanctos, tuos fideles & innocentes mirificare, talē opem illis ferre, ut omnē humanam spem superet. Dic in psal. 4. Mirifica (inquit) &c. Sic enim soles esse bonus.

Qui saluos facis sperantes in te.

Vt me itaq; & meos saluos facias, utq; desiderium meum adimpleam.

A resistentibus dexterę tuę custodi me. *A iudęis, ab idololatris, ab hæreticis, ab ecclesiæ tuę, & piorū persecutoribus, qui omnes, dexteræ tuæ, potentiæ tuæ, maiestati tuæ, & mihi, quē misisti, resistūt, et totis uiribus aduersantur, custodi me, iam hominē factū, et meos, pro quibus te rogaui, ne ab his inimicis uincantur, ut mirifica sit mīa tua in defensione tam paucorū, humiliū, contra tantas humanas uires et potentias. Supplex itaq; rogo, custodi me.* Ioan.17.

Vt pupillam oculi. *Diligenter, et accuratißime, ut solet oculi pupilla custodiri, meq; ut tutius custodias.*

Sub umbra alarū tuarū, ptege me.

Tu es mihi pater, ego tibi filius. Me igit sub umbra, sub uelamēto alarū tuarū, protege me & meos, sicut gallina suos pullos, fouet & protegit, sub alis. Eo modo sub alis, suos congregat Christus. Sic exorat a patre, ut sui sub his alis, per dei misericordiā, protegantur. Sic ait protege me. Math.23.

A facie impiorū, qui me afflixerūt

A uultu, a minis, a sæuitia ipsorū (inqt) iudęorū & inimicorū, qui me afflixerūt, qui me

persecuti sunt, qui me et meos terrere, uel delere potius conati sunt, protege me, et meos. Est enim opus tua protectione, quando

Inimici mei aiam meã circũdederunt. Gladijs & fustibus, ut me comprehenderent, et delerent, falsisq; accutionibus et testibus, me ad mortem usq; persecuti sunt, nulla misericordia. Nam

Psal. 21.

Adipem suum concluserunt.

Viscera misericordiæ clauserunt a me penitus, me odio gratis habentes. Hinc.

Os eorũ loquutũ est superbiam.

Bona opera mea exprobrabant et multis uerbis me despectui habebant, eiulantes, & clamantes. Vah qui destruis templũ dei. Crucifige. Si nõ malefactor esset, etc. Aue rex iudęorũ. Prophetiza quis te percussit. Et tandẽ

Proiicientes me.

Extra ciuitatem, ut cruci me affigerent

Nunc. In mortis pũcto, cũ ĩ cruce pẽderẽ

Circumdederunt me. Vt canes. Irrisionibus, et blasphemijs, affecerũt me, inspiciẽtes (ut psal. 21.) si meis doloribus quicq̃ addere possent. Hæc aduersum me fecerunt magno furore, irreconciliabili odio, quoniã

Psal. 21.

Oculos suos statuerunt declinare in terram. Obdurati, noluerunt intellectũ & sensum, ad cœlestẽ Christi doctrinã aliquando subleuare, sed formidantes timore ubi non erat timor, in terram, et terrenã potestatem, animũ declinarũt, & deiecerunt, timentes, ne uenirent romani, et tollerent locũ et gentem. Inde est, quod tam crudeliter

Susceperunt me. Appręhenderunt me, trahentes ad Pilatum, et Herodem. Qui

Sicut leo paratus ad prædam.

Vt eam uoracissime deuoret, tam lõge fame nonnunq̃ coactus, q̃ ipsa natura, ita & ipsi principes sacerdotũ, & seniores populi, partim natura, de genere uiperarũ, partim longo odio, quo me gratis persequebantur, me crudeliter susceperunt, & ad mortẽ usq; persequuti sunt. Leonem, uel summum sacerdotem, uel Pilatum hic intelligo. Neq; non & iudęorum populus, per seniores illos inuitabatur, ut in Christum irruerent.

Sæua iudęorũ natura.

Sicut catulus leonis habitãs in abditis. Prędã sibi a parente allatã rapit, ipsa natura & fame, uoracissima bellua, pręter id quod a parente inuitatur. Sic & uituli multi circũdederunt me, et tauri pingues obsederunt me, inquit Christus in alio psal. In hoc igitur, inquit Christus ad patrem.

Psal. 21.

Exurge domine deus.

Vt me, & meos protegas. Et

Pręueni eum. Leonem, populum iudæorum, & principes, & seniores, tua gratia, erga me & meos, ne odium suum exercere possint, ut impie cupiunt.

Et supplanta eum. Fac ut decipiatur hic malignus populus, & fallat eos opinio, qua putant me, & meos delere, & remp. suã constituere. Me igitur ab illis custodi. Et

Eripe animã meam. Dilectos filios meos, quos, ut animam diligo. Eripe

Ab impio. Leone illo, seu iudęico populo. Eripe Frameã tuã. Gladiũ tuũ, ptãtem tuã, quã illis dedisti ne ut cupiũt, nocere ualeãt mihi, et meis. Eripe frameã tuã.

Ab inimicis manus tuę. Hanc enĩ ptãtem habent a te. Non enim haberent, nisi tu dares. Est igitur manus tua, potestas tua quã habent. Eripe hãc potestatem ab inimicis manus tuę, quã contra potestatem, et uoluntatem tuam exercent. Sunt enim inimici maiestatis & potentiæ tuæ. Quãobrem

Dñe a paucis de terra diuide eos.

Qui te uere agnoscũt admodũ pauci sunt, reliquorũ comparatione. Pauci enĩ electi. Reliquũ totũ malignũ pplm, diuide ab his paucis, expelle eos de terra, ut non amplius terreni sint. Quod si oĩno uelit, diuide eos de terra, ut sub iugo apud oẽs nationes maneãt. Eorũ remp. dele. De iudęis manifestũ est. Disperge eos in uarias nationes, ne amplius dominent.

In uita

In uita eorũ. Hoc est, q̃diu uiuant, et ubicunq; terrarũ uiuant, diuidantur a cæteris gentibus, & despecti habeantur. Nam

Et de absconditis tuis, adimpletus est uenter eorũ. Abominabiles, oĩ turpitudine pleni sunt intus, in uentre, in animo, indigni tuis oculis. Hos itaq; uere nescis.

Luc.13. Nescio (inquit) uos, unde sitis. Abscondita quoq; dicũtur eorũ peccata deo, quia odio habet, nec ideo ea uidere, nec scire dicitur, sicut ipsos peccatores nescire dicitur. His dei absconditis abundant maligni, et

Saturati sunt filiis. Magnis et horrẽdis pctĩs, quę illi, sua malicia genuerũt sibi.

Et dimiserũt reliquias suas, paruulis suis. Quia posteri eorũ eodẽ maliciæ, & obdurati animi morbo infecti sunt, eadẽq; pœna eos sequitur. Sic enĩ clamabãt. Sanguis eius super nos, et sup filios nostros. Exauditi sunt, digni qui hanc petitionẽ impetrarent. Illi ergo deleti (inquit) sunt.

Ego autẽ (inquit Christus) in iusticia. Illa de qua in psalmi principio, deuictis his hostibus, & deuicta morte, & eo prostrato, qui mortis imperium habebat.

Apparebo conspectui tuo. Cum ad te hinc assumptus fuero, ad tuę maiestatis dexterã. Et Satiabor. Omnis potestatis & gloriæ plenitudine.

Cum apparuerit gloria tua. Omnibus electis meis. Hoc de postremo iudicio sentire uidet, pos̃tq̃ ad se uocauerit suos amicos, suos cohęredes Christus, qbus dicet Venite benedicti patris mei, etc. Hęc est hęreditas, quæ magno gaudio accessit Christo in prę claris, ut in psal. superiore proximo.

Psalmus Dauid.17.

Titulus.

In finem, puero Dauid, qui loquutus est domino uerba cantici huius, in die, qua eripuit eum dominus de manu inimicorum eius, & de manu Saul & dixit.

Se explanat titulus secundũ historiã, quę scribitur in libro reg. De Christi ecclesia, hunc psal. explanabimus, qui de Christo explanari solet a multis. Magna est necessitudo, inter Christũ & ecclesiã, quã sibi filiam, sororem, sponsam habet, ut in titulo superioris psalmi proximi. Multa igit ad hãc sponsam ptinent quę de Christo referuntur, tantaq; affinitate iũcti sunt, ut separare nequeas. Sacramentũ quidẽ magnũ est, (inqt apost.) in Christo & ecclesia. Et sicut per hũc psalmũ postq̃ ab oĩ inimicorũ periculo Dauid liberatus est, egit deo gratias, ita et ecclesia per Christi sponsi sui incarnationẽ, a diaboli seruitute, & sępenumero alijs huius scl̃i periculis liberata, solicite gratias agit deo. Se puerũ domini uocat propheta, seruũ obsequiosum, ut nos doceat, qua simus humilitate erga deũ. Illi reuelata erant hæc uerba huius psalmi, ut oĩm fideliũ nomine gratias ageret, oẽsq; doceat, solicite ut deo gratias agant, a quo oẽ donũ bonũ. Posset itaq; de quouis hoĩe iusto, male uexato, et quẽ robusti inimici, Dauid exẽplo, crudeliter psequunt, qui templũ dei, et Christi membrũ est, non minus cõmode interpretari hic psalmus. Sed Christi ecclesiã tractamus.

2.Reg 22.

Ephe.5.

In summa.

Gratias agit deo, qui eã toties a tot periclis liberat, Christi ecclesia. Nõnulla pericula recenset. Christi sponsi incarnationẽ docet, simul & ipsius diuinitatis sublimitatem, unde pficiscitur oẽ auxiliũ, omnisq; sana doctrina. Perfectas diuinasq; aliquot doctrinas, quas ĩ eccl̃ia sua reliqt, explicat. Pręstita sibi auxilia narrat. Malorũ cõmerciũ fugiẽdũ, bonorũ optãdũ docet. Dei beneficia prędicat. Pręstitas sibi uires a deo, denunciat. Iterũ gratias agit.

Explanatio.



Diligam te domĩe fortitudo mea. Qui dilectionem pollicetur, agnoscat, credatq; necesse ẽ.

Rhom.2. Dilectiõis dei virt⁹. Oritur enĩ dilectio, ex agnitione, & scientia bonitatis dei, quis ipsa hoĩs natura, eã iuxta apost. pro aliqua parte ĩtelligere potest, uere tamẽ discitur ex uerbo dei. Qui uere diligit, oẽm conatũ præstat, ut eius uolũtatẽ, quẽ diligit, seruet. Ioan.14. Sic admonet Christus. Si diligitis me, mandata (inqt) mea seruate. Qui ita deũ diligit, oĩa sperat, oĩa expectat ab eo, quẽ diligit, et ĩ quẽ credit. Hinc recte ait. Diligã te domine fortitudo mea. Hic est cantus ecclĩæ Christi, ad sponsum suũ Christũ. Summa christianæ doctrinæ. Christianæ qdẽ doctrinæ summa est, ut deũ ex uerbo cognoscamus, & cognitũ toto corde diligam⁹, studiosi p eius dilectione, ut in pximũ, charitatẽ seruemus, et exerceamus, et p occasione bene opemur, deũq; agnoscamus oĩpotentẽ, rerũ oĩm creatorẽ, cõseruatorẽ, et gubernatorẽ, eiq; nos totos cõmendemus, cũ sit solus ipse fortitudo nostra, ac tutũ refugiũ nostrũ, in eo solo, oẽm & certã fiduciã nostrã constituamus, cõtra externos uel internos oẽs inimicos, et p eius deniq; magna mĩa, oĩm peccatorũ remißionẽ accipere credamus, et æternã uitã tandẽ adsequi. Diligam igitur te domine, fortitudo (inquit) mea.

Dñs firmamentũ meũ, & refugiũ meũ, & liberator meus. Hoc alios pios docet, & oĩbus prædicat, ut idẽ sperent alij oẽs, et ea uere credãt, ut deũ agnoscãt, et diligant super oĩa, qui solus est in eo speranti firmamẽtũ, refugiũ, et liberator. Firmamẽ tũ deus. Firmamẽtũ (inqt) meũ est, cũ absq; eius ope, et caderẽ, et ab inimico facile uinceretur. Refugiũ deus. Refugiũ, quia pro bonitate, ad eũ fugientes oẽs ĩ tuitionẽ suscipit. Orat itaq; in alio psal. Eripe me de inimicis domine, ad te cõfugi. Liberator deus. Liberator quoq; est, qui etiam e manibus, & e faucibus inimicorũ liberat, non solum defendit. Hinc postea in hoc psal. Eripuit me (inquit) de inimicis meis fortißimis. Est igitur (inquit) uere

Deus meus adiutor meus.

Adiutor deus. In oĩ neceßitate, qa succurrit, uiresq; præstat. Despiciã igitur oẽs (inquit) inimicos meos.

Et sperabo in eum. Quẽ tam benignũ adiutorem agnosco, nec fallit eos, qui sperãt in eo. Hęc est totius securitatis anchora. Omnes igitur in alio psal. et sic hortatur, Psal.30. et admonet. Viriliter agite, ut confortet (inquit) cor uestrũ, omnes qui speratis in domino. Oremus itaq; cum nostro propheta, persuasißima fiducia. Miserere mei deus, quoniã Psal.56. in te confidit aĩa mea. Et benedictus (inquit Hiere.) qui cõfidit in domino, et erit dominus Hiere.17. fiducia eius. Nam erit quasi lignũ fructiferũ super aquas, quod ad humorẽ mittit radices suas, et nõ timebit cum uenerit estus, &c. Et Sperandũ in deo, & non in homine. maledictus (inquit) homo, qui confidit in homine, & ponit carnẽ brachiũ suũ, hoc est, qui aut suis, aut cuiusuis hoĩs uiribus, quicq certo tribuit. In deo igitur sperandũ est. Et qui nõ sic sperat, erit quidẽ quasi mirice, hoc est, lignũ infructuosum, quod nullũ dabit fructũ Psal.1. in tempore. In eum igitur solum sperabo, qui uere est adiutor (inquit) meus, et

Protector meus. Ab insultu diaboli, Protector deus. mundi, & carnis, ab alijs quoq; externis inimicis omnibus, scuto bonæ uoluntatis suæ. Psal.5.

Et cornu salutis meę.

Dauidem, hanc orationem habuisse ad deum conijcere licet, postq̃ omnia ab ineunte, ad solidã usq; regni adeptionem pericula euaserit, de quibus multis eius periculis, in prioribus duobus regum libris, extat historia. Id quod probe indicat titulus. Tantã igitur uerborũ congeriem apposuit, tam ut beneficiorum dei erga eum & multitudinem & magnitudinẽ, pro uiribus explicaret, in maximas dei laudes, q̃ ut uires omnes effunderet, in agendis gratijs. Neq; aliæ sunt gratiæ, quas deo re- Hominis beneficia erga deũ. ferre poßumus, q̃ eius beneficia agnoscere, humiles gratias agere, & ea beneficia prædicare alijs, in laudem & gloriã eius. Cornu Cornu. uel fortitudo, uel regnum, uel potentiam, uel uictoriam, in sacra scriptura significat, tam in bonam, q̃ in malam partem. Operui cornu meum, hoc est, gloriã meã, cinere, inquit Iob. Iob.16.

Est

Est (inquit ecclesia, fidelium multitudo) deus cornu meum, fortitudo, uictoria, & gloria salutis meæ.

Susceptor deus.

Et susceptor meus.

Quoties ad eũ uere confugio, spem omnẽ in eo constituens, me benigne suscipit, nunq̃ reijcit. De susceptore, dic in psal. 3. Cum igitur sit mihi tam fortis, tam potens, tamq; benignus (inquit) deus, tam ut gratias agam in præsentia, q̃ ut mihi in oĩ opportunitate auxiliũ ferre dignet.

Psal. 3.

Laudans, inuocabo dominum.

Ad eum preces effundã in omni necessitate, inter asperrimas angustias, persequutiones, tormenta, illi gratias agam de oĩbus, qui oĩa pro nostra utilitate, & facit, & patitur. Sic dominũ laudabant sancti martyres, cũ a carnificibus dilaniarent, qui quis mori uidebant, illi tamen sunt in tuto, & in pace, ut ait sap. Sic plæriq; laudabant dominũ, et illico erepti sunt e faucibus inimicorũ. Confitebor domino nimis (inquit in alio psal.) et in medio multorũ laudabo eum, quia astitit a dextris pauperis, ut saluũ faceret a persequẽtibus animã meã. Qui igit uult salutẽ a domino, quascũq; angustias, æquo animo ferat, patienter sustineat. Deũ indignanter non accuset, ut plane solet uulgus, sed eum laudãs, illi gratias agat ex animo, quia dignatus est peccatorem, uirga directionis suæ respicere, & tum demum inuocet auxilij causa, si uideatur suæ bonitati, ut ab angustijs huiusmodi liberetur. Eius namq; uoluntati, omnia referenda sunt. Non enĩ aliter patrẽ orauit Christus. Non (inqt) sicut ego uolo, sed sicut tu uis. Sic exhibeamus nosmetipsos erga deũ, in multa patiẽtia, ut ait apost. Qui hoc modo laudat deum, qui sic inuocat, æquo fert aĩo quicqd est rerũ aduersarum, quoad dei bonitati aliter uisum est, siue in mortẽ, siue in uitã. In utroq; magnificabitur Christus, inquit apost. Sic enim (inquit) inuocans, & erit fortitudo mea, &c.

Laudare deũ in afflictiõib⁹. Sap. 5.

Psal. 108.

Patientia iusta.

2. Cori. 6.

Philipp. 1.

Et ab inimicis meis saluus ero.

Hoc persuasum habeo (inquit ecclesia) quod si in eo sperauero, & eius beneficia agnouerim, & eum humiliter, & certa fide inuocauerim, sicut me hactenus liberauit, ita et post hac ab omnibus inimicis meis, per eius auxiliũ, & susceptionẽ, saluus ero. Docet orandi modum, uel potius gradũ, ut qui auxiliũ impetrare uelit, gratias prius agat de receptis prioribus beneficijs, dei correptionẽ humillime patiatur, & tum quidẽ cum laudis præfatione, ad reliquas preces accedat fidẽtius. Ita enim præteriti beneficij cõmemoratione, dignior efficietur, cui nouũ conferatur. Docet præterea certam spem quã habere potest, & debet, qui recte deum inuocat. Petite (inquit euãg.) et accipietis. Quodcũq; petieritis patrẽ in nõie meo, dabis uobis, inqt Ioan. Nam qcũq; inuocauerit nomẽ domini (inqt apost.) saluus erit. Est enim turris fortissima nomẽ domini, inquit sap. ad ipsam currit iustus, & exaltabit. Non frustra toties ĩ hac oratione, repetit uelut idẽ ecclĩa, dominũ scilꝫ firmamẽtũ, fortitudinẽ, refugiũ, liberatorẽ esse, &c. Nõ enĩ stultę loquacitatis, nõ battologię, sed uehementioris animi causa, facit. Solet enim ardens affectus, uerborũ uarietatẽ cõgerere, ut totũ animũ sermone effundat, utq; ꝑ merito, quantum fieri ualeat, cumulatiores gratias agat. Nunc pericula recenset, a quibus liberauit eum deus. Opus est (inquit) ut sic inuocem deum adiutorem, &c. Nam

Grata beneficii recordatio.

Math. 7.

Ioan. 10.

Prouerb. 18.

Repetitionis causa.

Circũdederũt me dolores mortis

Dolores mortis appellat, quę urgent, et quidem præsentanea uidentur, ab inimicis pericula, mortẽ undiq; minitantia, quę persequutionis tempore, pijs christianis plæruq; eueniunt. Ita enim Dauid secundũ historiã, circũdatus erat externis hostibus, Saule, et eius exercitu nõ semel. Mortis quoq; dolores pio cuiuis uiro sunt huius sæculi illecebrę, malæ concupiscentiæ, quæ in peccatum urgent, stimulant, & absq; gratia uelut cogant. Vero mortis dolores sunt, quando hominem in animæ interitum, qui est perpetuæ mortis ipsissimus

Dolores mortis.

 sissimus

Rhom.2. &.6.

sissimus dolor, trahūt. Peccatū etenim mors est. Nā per peccatū mors, inquit apost. Stipendiū eteni peccati mors est. Id quod ut ingerat, quo pios illaqueet, solicitus est diabolus, quęrens undiq; quē deuoret. Neq; desunt in ecclesiā Christi, externi quoq; inimici, & hostes, qui eam maximo odio persequuntur, hęretici, iniqui persequutores, iudæi, turcica infesta natio, totaq; lues illa mahumetica. Hi sunt (inquit) dolores mortis, omni inimicitia circūdantes me, & meum interitum quęrentes, uehementer me (inquit) infestarunt.

Reg.22. Belial.

Et torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Regum liber, torrentes belial appellat, hoc est, sine iugo, sine moderationis fręno, ut esse solēt iniqui, et peruersi homines, pios odio habentes, et persequētes, nec sui, nec dei memores. Alius itaq; uertit. Torrentes perditorū hoīm &c. Pro asperis persequutionibus poni solet torrens in sacris literis, ut hic. Torrentē pertransiuit aīa mea, inquit idem. Et significāter quidē iniquitatis torrentes, cū tempus persequutionis ingruit, iniqui homines dicuntur. Nam sicut torrens, qui subito, uel ex repentinis imbribus, uel ex eliquatis niuibus, irruit a montibus, uehementi impetu, quicquid est obuiū secum trahens, atq; rapiens, ita & illi iniqui, & impij homines, pro superbia, et odio in pios, omnia sternunt, dissipant, mactant, dilaniant. Neq; non sępenumero, id faciūt, quādo minus nihil expectatur. Dic in psal. 9. Eoq; acerbiora sunt quæ faciunt. Magis etenim magisq; conturbant inexpectata, & repentina mala. At ut in persequutione ardentissimi sunt, ita per dei benignū auxilium, breuis est eorum furor, ut aquarū torrens. Interim tamen non possunt non uehementer urgere. Hinc ait.

Torrens iniqtatis.

Psal.123.

Psal.9.

Dolores inferni circūdederūt me.

Idem alijs ardentioribus uerbis repetit. Hos dolores haud dubie sustinuerunt pro Christi nomine, plæriq; iusti uiri, quos ideo dolores inferni appellat, quia mortē undiq; minitabātur. Non enim aliud est, quod ait, Dolores inferni, q̄ dolores sepulchri, hoc est, mortis. Mortuo corpori, nisi infernus, hoc est, sepulchrum, ut terra tegatur, aliud non superest. Dic ī psal. 6. Vel si malis de ipso inferno, hoc est, gehennę cruciatu intelligere, dolorū tantam acerbitatē indicare uult, ut non mitiores uideantur dolores, ipsis inferni cruciatibus. Tot sunt minæ, tot terrores, tanta inimicorū furia, tot cruciatus, & uaria tormentorum genera. Hyberbolis est, ut momentanea pœna, illi perpetuæ, comparetur. Sunt præterea dolores inferni, quia sæpenumero, quę a pijs exigūt impij, in ęternā mortē alliciunt. Hos uero ab inimicis dolores, uehemēti oratione, in psal. 3. docet. At ut de externis doloribus loquamur, quis inter inimicorum præsentanea pericula cōstitutus, quæ nō aliud q̄ ipsam mortē minentur, nō afficitur extremis doloribus? Quis est, qui a morte non abhorreat? Non igitur alienū est, ut dolores inferni appellentur, quos prius dolores mortis uocauit. Hos dolores, hęc pręsentanea mortis pericula euasit noster ꝑpheta sępenumero. Id quod ex regū historijs uidere licet. Euadantq; per patientiam necesse est, qui pie uiuere uolūt in hoc sc̄lo, ut ait apost. Quoties Christi ecclesiæ hostes, ipsam mortis faciē, & pręsentaneū interitū minati sunt pijs oībus, qui in ecclesia fuerunt? Minantur (inq̄) & ut suā libidinem expleant, soliciti sunt ut præueniant impij, persequutores, hęretici, & sua uersutia pios ecclesiæ uiros pręoccupent. Hinc ait.

Dolores inferni.

Psal.6.

Psal.3.

2.Timo.3

Pręoccupauerunt laquei mortis.

Impiorum solicitudinem indicat. Sunt enim prudentiores filij tenebrarū, ut ait Euangel. Pręoccupare dicitur, qui prius q̄ sentiatur, uel consilio possit euitari, alium subito adoritur. Ita (inquit ecclesia) nihil minus timęntem, laquei mortis pręoccupauerunt me, plane depræhensam, & uictam deleuissent, nisi opem tulisset benignus deus, qui liberator meus est de inimicis iracundis, ut in huius psal. fine. Illaquearunt me quidem subito, et de repente (inquit)

Luc.16.

(inquit) irrepserunt, ut imperatam prosternerent. Hos inopinatos laqueos secūdū historiam,& diu,et sępe in Saulis persequutione, expertus est Dauid. Experitur quoq; et piorum ecclesia, impiorū odiosa persequutione. Ad deum igitur confugiant pij, necesse est. Ait itaq; ecclesia omniū fidelium nomine.

In tribulatione mea inuocaui dominū,& ad deū meū clamaui.

Hoc est,tutißimū refugiū,ut ī psal.principio. Non modo inuocaui dominū, sed etiā ad deū (inquit) meū clamaui. Est repetitio, id quod solicitum hominē ualde (iuxta euangel.) docet,quo admonemur, non modo ut petamus, sed etiam pulsemus, ut exaudiamur. Soliciti sunt impij,ut noceāt. Simus itaq; soliciti necesse ē,ut auxiliū impetremus. Inuocaui igif et clamaui,hoc ē,ardēti (inqt) aīo,oraui deū.

Et exaudiuit de templo sancto suo uocē meā. Suscipiens,protegens,& liberans me ab inimicis. Templum dei, est omnis uere christianus, hoc est, pij uiri animus, totus deo deditus. Quod itaq; ait, De templo sancto suo exaudiuit, hoc est,de humili corde,& afflicto animo, auxiliū ardenter deprecante,dominus exaudiuit uocem fidelis uiri,ad eum pure orantis,et opem tulit. Deus enim cor uidet,cuius ipse solus scrutator est. Vel de templo suo, hoc est, de cœlo, de illa maiestatis suæ regia, de ipso deo, qui nusq̄ non est, hunc locum intelligamus. De illo præparato suo habitaculo, respicit super omnes,qui habitant terram,& oculi eius super metuentes eum, ut eruat a morte animas eorum. Alius itaq; uertit. Ipse in regia sua, uocem meam audiuit.

Templū dei.

Deus solus scrutator cordis.

Psal.32.

Et clamor meus in cōspectu eius, introiuit in aures eius. Is orat in conspectu domini, qui deum corde, et animo contemplans, humiliter uel auxilium,uel rem aliam deo nō ingratam,petit. Non enim audit deus,nisi ad illum,spiritu oraturi accesserimus,& in eius conspectu interna contemplatione constituamur. Alias quidem labijs oramus,cor autē longe abest ab eo. Introire uero in aures dei oratio dicitur, quando benigne exaudit, & precanti opem fert. Hinc prius dixit,uocem suam exauditam. Quonā pacto uox precantis in dei conspectū adducitur, docere conatur Origenes,in Iob lib.1. Angeli (inquit) & iustorum bona,& malorum scelera deo offerunt, id quod in Tobia quoq; docetur. Non quod deus nesciat (inqt Origenes) qui omnia nouit anteq̄ fiant, sed ut testes efficiantur angeli, & iustorum, & sceleratorum hominū. Dicuntur angeli orationes,& uota nostra offerre deo (inqt Augu.st.in libr.2.meditationū) non ut deum doceant, qui omnia anteq̄ fiant, sicut iam facta nouit, sed ut eius uoluntatem super his consulant, & deo iubente, uel euidenter, uel latenter dei uoluntatē ad homines reportent. Sed hæc, longe tutius est, ut soli deo relinquamus, qui ubiq; est, & in eius conspectu sunt omnia, in omni tempore, & momento. Dicit quoq;, et factū est quicquid uult. Nunc uero docet exauditum esse clamorem, quia suos inimicos benignus deus maximo terrore concußit. Vere (inquit) introiuit clamor meus, in aures eius. Nam

Orare in cōspectu domini.

Introire orationē in aures dei.

Origenes in Iob li.1.

Tobię.12.

Cōmota est & contremuit terra.

Inde adesse dei maximi auxilium constitit, qui solet, iratus opem ferens, hostem terrere, uel ut prorsus deijciat, uel ut ex rapaci lupo,mansuetū agnum efficiat. Nullus ignorat,hominem esse terram ipsam,uel terra uiliorem, quippe,quem de limo terræ formauit deus. Terram quoq; peccatores, & sceleratos nonnunq̄ in sacris literis significare, ait August. quia præter ea, quæ sunt terrena, nihil sapiunt, uultum in terram declinantes. Eiusmodi uero,sunt hæretici maxime, ecclesiæq; præpotentes persequutores,& inimici, de quibus supradiximus. Postq̄ igitur petentis oratio exaudita est, & fidelium clamor in-

Genes.2.

mor introiuit in aures benigni dei, auxiliūq; tulerit, statim cōmota est, et contremuit terra, quia piorum inimicos terruit potentia dei. Sic solet suorū hostes terrere deus, qui et suis animi constantiā præstat, & hostibus animū tollit. Solicitus est quoq; deus tam in ueteri, q̄ nouo testamento, cū summæ uirtutis, et suæ magnæ potentiæ signa ostenderit, tonitru, terræmotu, et ingenti concußione, aut insigni quadā rerū nōnunq̄ immutatione, id significare. Ita intonuit magno fragore, cū ad Samuelis preces, contra philisthæos uictoriā daret. Sic populū magno terrore perterruit, cū de monte loqueretur, et legem populo daret. Christo etiā nostro seruatore pendēte in cruce, intonuit. Terra quoq; mota est (inqt euāgel.) et petræ scissæ sunt. Et factus est repēte de cœlo sonus (inquit) tanq̄ aduenientis spūs uehemētis, cū dei potentia per spiritū sanctū, in Christi discipulos uere operaretur. Docet enī suā maiestatem adesse, insolita rerū commotione. Haud scio an similis terræ cōcußio, et terrenda tempestas aliquando contigerit, cum auxiliū ferret deus, cōtra tot alias inuictißimos inimicos, huic nostro prophetæ, id quod secūdū historiā, indicare uidetur, in hoc loco. At historiā prætereo. Quā uero facillime hominē terret maiestas dei, unū locū ex Leuitico, qui hoc manifeste docet, lectori tradam. Dabo (inquit deus) pauorē in cordibus eorū, in regionibus hostiū, terrebit eos sonitus folij uolantis, et ita fugient quasi gladiū, cadent nullo persequente. Hic est, qui respicit terram, & facit eam tremere, psal. 104. Sic cōmota est hmōi terra, sic territi sunt ecclesiæ Christi persequutores, quantumcunq; aut magni, aut elati sint. Nam et

Magnæ potentiæ dei signa.

1.Reg.7.

Exod.19. &.20.

Math.27.

Act.2.

Leuitic.26

Fundamenta montiū conturbata sunt. Tremendam, simul et potentißimā uirtutem dei, quando fidei inimicis irascitur, explicat, qua uel montium bases, et fundamenta, facile, & pro uolūtate mouet e suis locis, atq; euertit montes in cor maris. Tantum abest, ut quicq̄ dei uolūtati resistere possit. Nam conturbati, hoc est, dißipati, euersi sunt montes in fortitudine eius, ut ī alio psal. Cum igitur de rebus omnibus nihil sit in terra tam immobile, q̄ sint montiū ingentes moles, huic rei omniū difficillimæ dei uirtutem comparat, docens q̄ nihili res est præ illius potestate, omnis alia potestas, ut hāc omnia posse doceat. Hic est spiritus grandis et fortis, subuertens montes, &c. Mons in sacra scriptura plures sensus habet, Cœlum, ecclesiam, apostolos, prædicatores, superbos, & huius sc̄li sublimes potentes significat. Postremum in hoc loco sensum habere uidetur. Prius enim sceleratos quoscūq; e uulgo perterritos docuit. Hic uero, etiā illos montes, illos quantauis potentia præpollentes, non modo cōmotos, sed etiā, & fundamenta eorū, ut prorsus deijciantur, uel euertantur, conturbata, & cōmota esse docet, quoties in eos suam potentiaam ostendit deus. Hunc locum explicat prior ille psal. 45. Conturbatæ (inquit) sunt gentes, & inclinata sunt regna. Ecce montium fundamenta conturbata. Hos montes fortius esse cōturbatos docet, q̄ priores illos sceleratos, et uulgus malorum hominū. His nāq; durißimū erit iudicium, inquit sap. Nam potentes potenter tormenta patientur. Hos igitur montes forte appellat, quando præ suatū uiriū stolida confidentia se ut montes immobiles esse putant, & suæ imbecilitatis, et dei prorsus obliti, ut in psal. 9. At his ex euangelio respondere licet. Stulte tibi arrogas, stulte thesaurizas tibi, qui non uis esse diues in deum. Non enim in fortitudine sua roborabitur uir, &c. Patitur enim deus quādiu uult, terret, percutit quādo uult. Magnus est enim dominus, & magna uirtus eius, qui māsuetos suscipit, hos autem superbos peccatores humiliat usq; ad terram. Solus est enim potens deus, (inquit apost.) rex regum, & dominus dominantium. Sic itaq; conturbat huiusmodi sceleratos deus, sic eos terret, inquit propheta.

Psal.45.

3.Reg.19.

Mons.

Sap.6.

Cur montes magni tyranni?

Luc.12.

Sap.12.

Absoluta potentia dei.

Psal.46.

Timo.6.

Quoniā iratus est eis. Insigniter hic

hominẽ docet propheta, quo nam pacto scire possit, ne ignorãtia decipiatur, iratũ esse deũ. Neq; enim terrores immittit, cũ nihil prorsus agat perperã, nisi ut se doceat hominũ malis moribus iratũ, quibus admoneantur, ut pœniteant, dignißimi tum iudicio, nisi resipiscant. Sic aeris intemperiem, sic nimiã siccitatem, sic turbulentas, aduersasq; temporum uicißitudines fieri iubet, nũc inundantem nimis nimisq; pluuiã, usq; adeo nõnunq̃ patimur, ut nõ mediocriter timere uideamur, iterũ ne magnę abyßi fontes omnes rumpantur, aut iterũ cataractæ cœli apertæ sint, ut taceam de bellis, de seditionibus, de morborũ sæuitia, de inexplicabilibus negotiorum molestijs, de inuersa reip. iusticia, corruptaq; policia, & id genus alia, quæ ad uindictam creata sunt, inquit Ecclesiast. Deus enim, qui piorũ suorũ praeces exaudit, iratũ se nõnunq̃ ostendit in suos inimicos signis manifestis, ut intelligãt homines, deum esse tutißimũ suis tandem refugium, eosq; sibi maxime curæ esse, q̃uis pro suorum maiore utilitate, nõnunq̃ diutius patiatur. Sic (inq̃) contra montes, & superbos illos, humilis piorũ oratio exauditur. Oratio (inquit Eccl'iastic.) humiliantis se, nubes penetrabit, &c. Et dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudiciũ. &c. et non habebit in illis patientiam, &c. donec tollat plenitudinem superborũ, & sceptra iniquorũ contribulet &c. hactenus Ecclesiastic. Sic tamen hos inimicos afficit deus, ut corripiantur, & resipiscant. Vult enim sine personarũ acceptione, omnes saluos fieri, pro sua bonitate, nisi auersetur hominis malicia, pro malignitate. Hinc sap. Quã bonus (inquit) est & suauis spũs tuus in oibus. Ideoq; hos qui exerrãt partibus, corripis, & de quibus peccant admones, ut relicta malicia credãt in te domine. Sceleratorũ quoq; correptione suos probos, & pios admonet deus. Hinc in eodẽ loco, eadem sapientia. Cum ergo das nobis disciplinã, inimicos nostros multipliciter (inquit) flagellas. Multa etenim flagella peccatorũ. Et ideo quidem multa, & uaria sunt, ut sic admoniti resipiscãt, nisi prorsus deplorati sint. Hinc, cõuertimini & agite pœnitentiã, inquit Ezechiel, et nõ erit uobis in ruinã iniquitas. Cum uero sit tam benignus erga inimicos deus, quanta sit spes misericordię eius erga pios, docet in priore loco, Sapientia. Si enim seruorũ suorũ inimicos, & morti debitos, cũ tanta cruciat attentione, dãs (inquit) tempus et locũ, per quę possunt a malicia mutari, quãta cũ diligentia iudicabit filios suos, ut cum de nobis iudicatur, speremus magnã mĩam? O benignißimam dei correptionem. Malos itaq; sic terret, sic cõmonet benignus deus, ut resipiscant. Quod si parum meminerint, crescit ira dei in sceleratos. Pro ira etenim, hoc est, pro peccati magnitudine.

Iram dei externa signa indicant.

Ecclesi.39.

Ecclesi.35. Oratio humilis.

Dei benigna correptio.

Sap.12.

Malorum periculo cautiores boni.

Ezech.18.

Facilis dei benignitas erga suos.

Ascendit fumus in ira eius.

Ingentẽ irã dei, in ecclesię suę persequutores narrat, hominis instar uehementer irati, qui e naribus irã, uelut fumũ exufflat, id quod est ingentis irę externũ indiciũ. Fumus dei asperã cõminationẽ significat, et quidẽ concinne. Nam sicut fumus admonet futuri ignis, quo simus cautiores, ne nimiũ forte erumpat, ita dei cõminatio, per peccatorũ uaria flagella, uariasq; correptiones, peccatorẽ admonet, ut in tempore pœniteat, & resipiscat. Alias erumpat ignis necesse est, et ardeat. Ascendit itaq; fumus in sceleratos, per omnia aduersa, bellorũ scilicet stragem, pestem, incognitos sæpe morbos, ipsa peste formidabiliores, famem, uarias, ipsasq; calamitosas alias afflictiones, quibus ad uindictã creatis, ut iã diximus, pro mĩa benigne admonet. Fumus itẽ, et arrogãtes, et sceleratos, qui per obduratã maliciã deo aduersantur, significat, qui facile ut fumus euanescunt. Nam quæres (inquit) locum eius, et nõ inuenies, et deficient quemadmodũ fumus, etc. Rumores etiã significat, non tam quod per aerem uolant rumores, ut fumus, q̃ quod non aliter, q̃ ut fumus, nõnunq̃ euanescunt. Pro omni quoq; iusto tumure

Fumus.

Varia flagella.

Psal.36.

Esai. 14. aliquãdo reperitur. Ab aquilone (inqt Esai.) fumus ueniet, etc. Inanem gloriã, fœdãq; dei ignorantiã significat. Gloriã, quia eleuatur, sed statim euanescit. Ignorantiam, ob tenebrarũ densitatem. Domus impleta est fumo, inquit Esai. Lege Hiero. ad Damaß. to. 4. in Epl'a incipiente. Et factũ est. Si uero historiã in hoc loco inspicimus, terribilem tempestatẽ describit, qua deus ut supradiximus, ut sua diuĩa potentia inimicis manifesta sit, eos terrere solet. Et tum quidem fumus, atra ipsa nebula est, quæ tempestatem pręcedit, uel potius adfert, quã postea aquam adeo tenebrosam appellat, ut cœli se inclinare uideantur. Ignis, fulgetram, et coruscationes illas, carbones, tela illa fulminea significat, de quibus omnibus hic euestigio, quæ omnia a facie dei irati emanant. Nam ab eo immittuntur, ut, si non per beneficia, terrore saltẽ admoneãtur scelerati. Sed ad nostrũ sensum reuertimur. Fumus (inquit) ascendit, hoc est, dei magna comminatio in hos ecclesię hostes.

Esai. 6.

De historia.

Et ignis a facie eius exarsit.

Qui hominẽ uehementer iratũ oratione depingit, præter trucem uultum, oculos quoq; uelut igne micantes narrat, id quod iram magis magisq; exasperatã docet. Superbia repletus (inquit historia) ignem spirans animo in iudęos, &c. Inde ad similitudinẽ ait. Ignis a facie eius, a facie dei exarsit, a terribili uultu eius, qui est super facientes mala, ex ore eius emissus est ignis, ut alius uertit. Nam post fumũ, ignem immittit. Ignis ingentem iram dei, & asperrimã afflictionẽ significat. Si enim fumus, hoc est, admonitiones, et minæq; quis asperæ non sufficiant, non satis admoneant, tunc non fumũ, sed ignem immittit deus, asperiora flagella, quæ exardeant, & consumant iniquorum scelera, a facie eius. Crescit enim, & iure quidem, ira dei, crescente hominis contumacia. Hic est ignis deuorans. Vertit itaq; Felix. Et ignis ex ore eius deuorabit. Sic ab irato domino accensus est ignis (inquit Moses) et deuorauit extremam castrorũ partem. De tremenda itaq; dei uindicta, in ecclesiæ aduersarios, uerbis quibus potest ardentißimis docens, Ignis (inquit) exarsit, simul et

Machabeorũ. 9.

Ignis.

Ira dei crescit, crescẽte contumacia.

Nume. 11.

Carbones succensi sub ab eo.

Carbones illos tetros, et mortuos peccatores, intelligit, quos deus per ignẽ, qui exarsit a facie eius, succendit, comburit, & consumit penitus, quando alia nulla correptione sanari possunt. In eos enim eiaculati sunt carbones ardentes, ut uertit Felinus, qui eos absumãt, et e medio iustorum tollant. Et hi carbones, succensi sunt ab irato deo. Aliter. Carbones quidẽ sunt prunę, iam extinctę et absq; igne, quæ sceleratis, et iniquis comparãtur, in quibus nulla est mica ignis, hoc est, charitatis, uel boni luminis probitas. Cæterũ per hmôi admonitiones, perq; aßidua aliquot asperiora illa flagella, iniquos iã peccato mortuos, iam paulo ante tetros, absq; ullo bono lumine, deus succendit, ad uitã reducit, charitatis, et boni luminis igne beatificat, peccatũ consumit, et hominẽ saluat. Est enĩ ignis consumens deus, nõ charitatẽ, sed priores fœditates. Hunc ignẽ uenit mittere in terrã Christus. Neq; quisquã alius est, qui hos carbones succendere potest, nisi per gratiã solus deus. Prior sensus germanior mihi uidet. Nũc primũ Christi aduentũ docet ꝓpheta, ut discamꝰ unde nobis, et Christi eccl'ię, hoc auxiliũ. Ab ipso scil3, qui in terrã descendit, qui suę eccl'ię susceptor est, et liberator. Nã ideo misit deus filiũ suũ, ut saluetur mundus per ipsum. Ait itaq;. Qui priores carbones succendit.

carbones

Tetros carbones, succendit deus.

Deute. 4.

Luc. 12.

Ioan. 3.

Inclinauit cœlos & descendit.

Paucißimis maxima docet. Inclinauit cœlos deus pater, quãdo filiũ suũ æqualem sibi, humanę redẽptionis causa, in terrã demisit, qui seipsum exinaniuit (ut ait apost.) serui formã accipiens. Deus itaq; pater inclinauit cœlos, et descẽdit ĩ terrã deus filius, postq̃ aliter ad gratiã, et æternã hęreditatẽ restitui, cõmode nõ poterat humanũ genus, uel quia sic uisum est bea

Cherub.

est benignissimo deo. Quid non cœlos inclinauit, cũ ipse cœli dominus in carne ad hmõi inferna descẽderit, nostra carne uelatus, uerus deus pmanens, regnũq; cœlorũ, et ęternã gloriã, nobis secum adferens? Notas etenim nobis fecit uias uitę. Et per hãc inclinationẽ, carbones nostros accensit, clarũq; lumen populo, qui ambulabat prius in tenebris attulit, suę ecclesię firmũ auxiliũ prębens, et omnes eius inimicos suppeditans. Sic uisus est ipsos cœlos inclinare in terrã, qui ad nos tanta uenit potentia, tanto gaudio, tãto beneficio oĩbus recipientibus eum certa fide, ut ipsum cœlum, in terrã attulerit. Sub cuius pedibus omnis caligo est, omnis tenebrosa potestas. Hinc ait. Inclinauit cœlos.

Benigni Christi beneficia.

Et caligo sub pedibus eius.

Non alienũ est, ut caligo censeatur de pctõrũ et ignorantię tenebris, quę Christus sub suis pedibus subiecit. Peccatũ enim non fecit, nec dolus inuentus est in ore eius. Nos quoq; per spiritũ sanctũ omnẽ ueritatẽ docuit, caliginis loco, scientię uerã lucẽ, uitęq; doctrinã adferens. Peccati remissionẽ attulit, opera tenebrarũ fugauit. Caliginis causam, hoc ẽ, illud ueteris testamenti uelamẽ sustulit, per eum a nobis quidẽ detractũ est, ut modo nõ obscurã literã, sed spũs splendorem habeamus. Vt in summa quoq; dicã, ita fuit caligo sub pedibus eius, ut oĩm rerũ caliginẽ, et obscuritatẽ, suo aduentu fugauerit, oẽs principes tenebrarũ uicerit, ignorãtię nebulas depulerit, et sciẽtię claritatẽ docuerit. Nam ipse hãc caliginem, hoc diuinorũ secretorũ operimẽtũ, quo prius erant in tenebris omnia, sustulit. Iure ait igitur propheta, quod caligo erat sub pedibus eius. Quid non scientiã rerum oĩm bonarũ docuit ipse, uel a quo potius traderetur, q̃ ab eo, qui scientiã omnẽ transcenderit? Hinc ait uates, postq̃ ita inclinauerit cœlos.

Omnẽ caliginẽ sustulit Christus.

Ascendit super cherubin.

Cherub, masculini generis est, & singularis numeri, pluralis, cherubin. Cherub, scientiæ plenitudo interpretatur, uel scientię multitudo, uel magister, uel multiplicans, uel intellectus, ut docet Beda, in lib. de tabernaculo, & uasis eius. Tam itaq; absoluta fuit rerũ oĩm in Christo scientia, ut ascẽderit sup cherubin, super omnẽ scientię plenitudinẽ. Nã fuit eius scientia incõpræhensibilis, ut ait apost. Haud igitur mirũ, si oĩs caligo sub pedibus eius fuerit, omnẽq; caliginem fugauerit, et sub pedibus eius suppresserit, ne amplius in mundum euolaret. Cherubin ideo scientię plenitudinẽ uel multitudinem, ut supradiximus, significare apud iudæos aiunt, propterea quod sup propiciatorio, hoc est, operculo arcæ fœderis, factæ sunt duæ alatorũ angelorũ imagines, duorum instar iuuenum, mutuo se aspicientium, de quorũ medio, Mosi responsa dabat deus, et ad omnia loquutus est. Cherubin ideo uocabantur, uelut scientiæ plenitudinem habentes, cum uelut ex eorum ore daret responsa deus. Inuocatũ est nomẽ domini exercituũ sedentis in cherubin, super eam, inquit Dauid. Sed hos Cherubin longe ascendit, et superauit, qui inclinauit cœlos, & omnes caligines, quibus plena erant illa responsa, posuit sub pedibus eius. Legẽ enĩ impleuit, &c. Auem proprie significat Cherub. Hinc alis ideo pingitur, quod Cherub uocant. Angelos item in supremo ordine, Cherubin uocamus. Ascendit uero Christus super omnes Cherubin, hoc est, in cœlum, super angelorũ ordinẽ illũ primariũ, ubi est ipsa claritas, splẽdor, absolutissimaq; rerũ oĩm scientia, et perfectio, patri æqualis, eius dextera sedens.

Cherub.

Beda.

Christi scientia. Rhom. 11.

De duob. cherubin.

2. Paral. 5.

2. Reg. 6.

Ezech. 10.

Et uolauit. Hinc ad patrem, cũ ascenderet. Quãuis Christus ascendens, neq; pennas, neq; corporeum uolatũ haberet ullũ, sed incompræhensibili sola sua diuina potentia, eleuaretur, homo tamen doceri non potest, nisi per humana uerba, & illis quidem, quæ proxime ad rem quę docetur, accedunt. Ideo ait propheta, Christũ uolare in cœlum, cum nos rem corpoream non cernimus in aerem tolli, nisi pennis & uolatu. Instar itaq; uolucris, se pennis in aerem subleuantis, ascendebat

debat Christus deus, & homo, iuxta id quod ait Lucas. Eleuatus est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Et quo magis tã ascensus altitudinẽ, q̃ celeritatẽ doceat, iterũ repetit. Act.1.

Volauit super pennas uentorum.

Poetæ, alas flantibus uentis tribuunt, quãdo in aere celeriter feruntur. Felix itẽ, & Hiero. hunc locum sic uertunt. Equitauit super cherubin, & uolauit, et uolauit super alas uenti. Non solũ (inqt) ascendens uolauit Christus, sed uolauit super pennas uentorũ, hoc est, uel ascensus celeritate, uentum ipsum celerrimũ uicit, uel super uentũ, hoc est, super aerẽ illũ altitudine ad patrem in cœlum ascendit, qui creaturarũ oĩm dominus est. Bis uolare repetit, alludẽs (ut ego conijcio) ad binos illos in ꝓpitiatorio alatos Cherubin, quos ambos longe uicit scientię perfectio, et plenitudo in Christo. Alijs data est ad mẽsurã gratia (inqt apost.) in Christo autẽ complacuit omnẽ plenitudinem inhabitare. Volauit itaq;.

Volare super pẽnas ventorũ.

Collos.1.

Et posuit tenebras latibulũ suum.

Latere deus filius dicitur, quia deus et homo post ascensionem oculo corporeo uideri iam amplius nõ potest. Sublimatur enĩ super stellarũ uerticem, ut ait Iob, & nubes latibulum eius. Posuit enim aeris obscuritatẽ Christus (ut paulo craßius loquamur) inter eũ ubi latet corpore clarificato, etiã corporeus, a conspectu nostro in cœlo, et nos hoĩes, qui deorsum in terra sumus, tam alte uolauit sup pennas uentorũ. Videntibus nanq; illis, eleuatus est, (inquit Luc.) et nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Non autẽ ut ibi maneat, tanq̃ in loco circũscripto, eleuatus est Christus in nubes, uel supra nubes, cum sit ubiq; pręsens, potentia, maiestate, & bonitate. Nec separatur a diuinitate, humanitas. Tandem itaq; uidebimus filiũ hominis uenientẽ in nubibus, &c. ut ait euãgel. post hoc mortale corpus depositũ, in die postremi iudicij. Neq; uidetur interim deus, nisi tanq̃ in nube. Lege Chrisost. Math.17. Videmus nũc per speculũ in enigmate, &c. Sunt qui corda fidelium, has tenebras intelligunt, ubi latet deus per fidem, in alto & occulto animi recessu, & delectat se deus illo latibulo. Ideo ait. Posuit tenebras latibulũ suũ. Quid enim magis in tenebris, magis occultũ, q̃ cor et cogitatio hominis? Christus per fidem habitat in cordibus hominũ, in hoc latibulo, quod est templũ dei. Vel posuit tenebras latibulũ suum, quia mortalis nemo, ꝑfecte uidet cœlestem illã maiestatẽ. Habitat enim lucẽ inaccesibilẽ, ut ait apost. Nam hic uidemus in enigmate, uelut per speculũ. Sic deũ nemo uidit unq̃. Hoc loco in hũc sensum usus ẽ Dionisius Ariopagita, de mistica theologia, ca.1. Christi incarnationem has tenebras, hoc latibulũ intelligunt quidã interpretes, quando natura deus, humanã carnẽ suscepit, qua tegebatur, & latebat diuinitas, ut in tenebris. Hinc ait in omnem sensum.

Iob.22.

Latibulũ dei.

Ephe.3.

1.Corin.3.

1.Corin.

1.Cori.13.

Dionisius

In circuitu eius tabernaculũ eius.

Christus, tabernaculũ, et cœlestem suam domũ superne in aere constituit, postq̃ ascenderit, ubi est nubiũ uel aeris densitas, quã habet pro tabernaculo ĩ circuitu eius, eo modo quo iamiam diximus. Aere enĩ uelatus est, & circũdatus. Sublimiorem illũ locũ, ut digniorem deo tribuendum putat humanus erga deum adfectus, nõ sine scriptura teste. Nos qui uiuimus (inquit apost.) simul rapiemur cũ illis in nubibus, obuiam domino in aere. Videntibus illis (inquit Luc.) eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Locũ quoq; tribuere filio, scriptura solet, propter carnis assumptionẽ, quem ideo patri a dextris sedere ait scriptura, cum uerum corpus habeat, q̃uis glorificatũ. A dextera igit sedere, dicitur, id quod supremã potestatẽ, siue regnũ significat. Oĩa quidẽ dedit ei pater, in manus eius, regẽ uniuersorũ cõstituens. Est quoq; ut iam diximus, tabernaculum dei, cor uniuscuiusq; uere credentis. Hoc tabernaculũ semper deũ circuit, hoc est, circueundo quærit, quia de eo meditatur semper, et in eius circuitu deus est semper,

Cœli enĩ in supernis.

1.Tessa.4

Act.1.

Locꝰ Christo tribuitur.

a dextera

semper, apud quẽ manet, ut eum iuuet, et conseruet per gratiã. Tabernaculũ etiã Christi in carne, erat diue uirginis Mariæ uterus, in quo mansit uelut ĩ tabernaculo, & domo pro tẽpore constructa, ubi latuit quoq; eius diuinitas, & circũdata est nostra carne. Et illud est tabernaculũ quod sanctificauit altißimus, ut ait idẽ propheta. Idem quoq; tabernaculũ intelligamus, quod paulo ante latibulũ diximus, illũ locũ potißimũ, quẽ cœlũ uocamus, secundũ literam ubi est in circuitu eius.

Psal.45.

Tenebrosa aqua in nubibus aeris.

In nubibus aeris tenebrosæ aquę sunt, quę ut dixi, cõspectũ nobis eripiũt, quia nubes suscepit eum ab oculis eorũ, inqt Luc. Vertit itaq; Felix. In circuitu tugurij eius obscuritatem aquarũ, densitatẽ nubiũ posuit. Hinc ait ĩ alio psal. Nubes & caligo in circuitu eius. Alius hunc locum sic uertit, ut clarũ efficiat hunc sensum. Fecit sibi latibulũ, circũsundẽs undiq; tabernaculo, tenebras, obscuras aquas, densas nubes. Tenebrosa est malis, et pctõribus, alijs uero lucida hæc nubes. Lege Chrisost. Math.17. Nec alienũ est, ut tenebrosã aquã, obscurã doctrinã in nubibus cœli, in scripturis prophetarũ ĩtelligamus. Et ualde cõuenit hic sensus cũ eo quod eue stigio sequitur, præ fulgore &c. Sunt q totã huius psalmi partẽ, ab illo loco, Cõmota est &c. ad locũ usq;. Et misit sagittas, de mõte synai secũdũ historiã intelligũt, quando dominus descendebat terribilis, et loquutus est Mosi. Cœperũt etenim audiri tonitrua, micare fulgura, & nubes densißima operuit montẽ, inquit Moses, uelut hic propheta nõ aliud ageret, q̃ illã referre historiã, ut inimicos magis terreret, docens et dei summã potẽtiã, et pręsentaneã eius bonitatẽ erga suos. Sed quę prædiximus, gratiora nobis uidenĩ. Nã hęc oĩa de Christo pbe intelligunt, qui postq̃ uolauit super pẽnas uentorum, nubes suscepit eum ab oculis nostris, ut ait Luc. et caligines sustulit. Hinc sequitur.

Act.1.

Psal.96.

Obscura aqua.

Exod.19.

Act.1.

Præ fulgore in conspectu eius nubes transierũt.

Nubes, hoc est, prophetarũ tenebrosa, & obscura illa dicta post Christi aduentũ, paßionẽ, & ascensionẽ, & sancti spũs afflatũ, transierũt, euanuerũt, adimpleta sunt, perspicua facta sunt. Nam oẽs prophetarũ doctrinę, et obscura dicta, ĩ Christo completa fuerũt, et suis aperuit oculos, ut ueritatis splendorẽ perspicerẽt. Pręfulgore ergo, et splendore, qui fuit in conspectu eius, in aduẽtu, in doctrina eius, apud oẽs qui eum receperunt, et eius doctrinæ fidẽ habuerunt, nubes, et obscuritates transierũt, quia spiritũ suum misit, qui omnẽ ueritatẽ docuit. Venit (inq̃) spiritus sanctus, tanq̃ ignis &c. Et hoc splendore, populus qui prius ambulabat ĩ tenebris, uidit lucem magnã. Habitantibus in medio umbræ mortis, lux orta est eis, & repleti erãt spũ scõ apli. Hinc Corinthios admonet apost. Nolo uos ignorare (inqt) fratres, quoniã patres nostri oẽs sub nube fuerũt &c. In obscuris locis, non parũ desudaui fateor, ut legenti perspicuã explanationẽ relinquerẽ, psalmi sensum cõnectens, ne ex uno psalmo, uarios cantus, uariaq; negotia longe extra causam tractaret idẽ psalmus. Id quod sentire alienũ uidetur in uno cantu, q̃uis per occasionẽ diuersa nõnunq̃ inserãtur, suggerente spiritu. Cui igitur melius aut iudicium, aut diuinior coniectura potius dabit, et præstitæ gratiæ soli deo datori gratias agat, & nostrã aßiduã uolũtatẽ, quæso nõ improbet, at ut æquum est, boni cõsulat. Si enĩ meliora dedisset deus, gaudens oĩbus porrexissem. Non enĩ donũ dei occultassem. In oĩbus quę dixi, aut aliquando dicturus, aut scripturus, sum, saniori, maturiori, rectioriq; sententiæ, me lubens subijcio. Nolo quod a catholico iudicio alienũ uidebitur, aut adserere, aut tueri. Me hominẽ fateri necesse est, ut errẽ et pronũ, et facilẽ. Me quoq; hominẽ fateor, a pertinatia et arrogantia alienũ. Errori igitur, si aliquando obrepserit, ignoscat lector, cum sit ignorantia, non uoluntas in causa. Sed redeo ad explanationẽ. Non dũ euasimus pręrupta

Nubes.

Per Christum, oĩa clara.

1.Cor.10.

Auctoris protestatio, de scriptis suis.

Act.1. debat Christus deus, & homo, iuxta id quod ait Lucas. Eleuatus est, & nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Et quo magis tã ascensus altitudinẽ, q̃ celeritatẽ doceat, iterũ repetit.

Volauit super pennas uentorum.

Poetæ, alas flantibus uentis tribuunt, quãdo in aere celeriter ferũtur. Felix itẽ, & Hiero. hunc locum sic uertunt. Equitauit super cherubin, & uolauit, et uolauit super alas uenti. Non solũ (inq̃t) ascendens uolauit Christus, sed uolauit super pennas uentorũ, hoc est, uel ascensus celeritate, uentum ipsum celerrimũ uicit, uel super uentũ, hoc est, super aerẽ illũ altitudine ad patrem in cœlum ascendit, qui creaturarũ oĩm dominus est. Bis uolare repetit, alludẽs (ut ego conijcio) ad binos illos in ꝓpitiatorio alatos Cherubin, quos ambos longe uicit scientię perfectio, et plenitudo in Christo. Alijs data est ad mẽsurã gratia (inq̃t apost.) in Christo autẽ complacuit omnẽ plenitudinem inhabitare. Volauit itaq;

Volare super pẽnas ventorũ.

Collos.1.

Et posuit tenebras latibulũ suum.

Latere deus filius dicitur, quia deus et homo post ascensionem oculo corporeo uideri iam amplius nõ potest. Sublimatur enĩ super stellarũ uerticem, ut ait Iob, & nubes latibulum eius. Posuit enim aeris obscuritatẽ Christus (ut paulo craßius loquamur) inter eũ ubi latet corpore clarificato, etiã corporeus, a conspectu nostro in cœlo, et nos hoĩes, qui deorsum in terra sumus, tam alte uolauit sup pennas uentorũ. Videntibus nãq; illis, eleuatus est, (inquit Luc.) et nubes suscepit eũ ab oculis eorũ. Non autẽ ut ibi maneat, tanq̃ in loco circũscripto, eleuatus est Christus in nubes, uel supra nubes, cum sit ubiq; pręsens, potentia, maiestate, & bonitate. Nec separatur a diuinitate, humanitas. Tandem itaq; uidebimus filiũ hominis uenientẽ in nubibus, &c. ut ait euãgel. post hoc mortale corpus depositũ, in die postremi iudicij. Neq; uidetur interim deus, nisi tanq̃ in nube. Lege Chrisost. Math.17. Videmus nũc per speculũ in enigmate, &c. Sunt qui corda fidelium, has tenebras intelligunt, ubi latet deus per fidem, in alto & occulto animi recessu, & delectat se deus illo latibulo. Ideo ait. Posuit tenebras latibulũ suũ. Quid enim magis in tenebris, magis occultũ, q̃ cor et cogitatio hominis? Christus per fidem habitat in cordibus hominũ, in hoc latibulo, quod est templũ dei. Vel posuit tenebras latibulũ suum, quia mortalis nemo, ꝑfecte uidet cœlestem illã maiestatẽ. Habitat enim lucẽ inaccessibilẽ, ut ait apost. Nam hic uidemus in enigmate, uelut per speculũ. Sic deũ nemo uidit unq̃. Hoc loco in hũc sensum usus ẽ Dionisius Ariopagita, de mistica theologia, ca.1. Christi incarnationem has tenebras, hoc latibulũ intelligunt quidã interpretes, quando natura deus, humanã carnẽ suscepit, qua tegebatur, & latebat diuinitas, ut in tenebris. Hinc ait in omnem sensum.

Iob.22.

Latibulũ dei.

Ephe.3.

1.Corin.3.

1.Corin.

1.Cori.13.

Dionisius

In circuitu eius tabernaculũ eius.

Christus, tabernaculũ, et cœlestem suam domũ superne in aere constituit, postq̃ ascenderit, ubi est nubiũ uel aeris densitas, quã habet pro tabernaculo ĩ circuitu eius, eo modo quo iamiam diximus. Aere enĩ uelatus est, & circũdatus. Sublimiorem illũ locũ, ut digniorem deo tribuendum putat humanus erga deum adfectus, nõ sine scriptura teste. Nos qui uiuimus (inquit apost.) simul rapiemur cũ illis in nubibus, obuiam domino in aere. Videntibus illis (inquit Luc.) eleuatus est, & nubes suscepit eum ab oculis eorũ. Locũ quoq; tribuere filio, scriptura solet, propter carnis assumptionẽ, quem ideo patri a dextris sedere ait scriptura, cum uerum corpus habeat, q̃uis glorificatũ. A dextera igit sedere, dicitur, id quod supremã potestatẽ, siue regnũ significat. Oĩa quidẽ dedit ei pater, in manus eius, regẽ uniuersorũ cõstituens. Est quoq; ut iam diximus, tabernaculum dei, cor uniuscuiusq; uere credentis. Hoc tabernaculũ semper deũ circuit, hoc est, circueundo quærit, quia de eo meditatur semper, et in eius circuitu deus est semper,

Cœli enĩ in supernis.

1.Tessa.4

Act.1.

Loc⁹ Christo tribuitur.

a dextera

semper, apud quē manet, ut eum iuuet, et conseruet per gratiā. Tabernaculū etiā Christi in carne, erat diuę uirginis Mariæ uterus, in quo mansit uelut ī tabernaculo, & domo pro tēpore constructa, ubi latuit quoq; eius diuinitas, & circūdata est nostra carne. Et illud est tabernaculū quod sanctificauit altißimus, ut ait idē propheta. Idem quoq; tabernaculū intelligamus, quod paulo ante latibulū diximus, illū locū potißimū, quē cœlū uocamus, secundū literam ubi est in circuitu eius.

Psal.45.

Tenebrosa aqua in nubibus aeris.

In nubibus aeris tenebrosæ aquę sunt, quę ut dixi, cōspectū nobis eripiūt, quia nubes suscepit eum ab oculis eorū, inqt Luc. Vertit itaq; Felix. In circuitu tugurij eius obscuritatem aquarū, densitatē nubiū posuit. Hinc ait ī alio psal. Nubes & caligo in circuitu eius. Alius hunc locum sic uertit, ut clarū efficiat hunc sensum. Fecit sibi latibulū, circūfundēs undiq; tabernaculo, tenebras, obscuras aquas, densas nubes. Tenebrosa est malis, et pctōribus, alijs uero lucida hæc nubes. Lege Chrisost. Math.17. Nec alienū est, ut tenebrosā aquā, obscurā doctrinā in nubibus cœli, in scripturis prophetarū ītelligamus. Et ualde cōuenit hic sensus cū eo quod e uestigio sequitur, præ fulgore &c. Sunt q totā huius psalmi partē, ab illo loco, Cōmota est &c. ad locū usq;. Et misit sagittas, de mōte synai secūdū historiā intelligūt, quando dominus descendebat terribilis, et loquutus est Mosi. Cœperūt etenim audiri tonitrua, micare fulgura, & nubes densißima operuit montē, inquit Moses, uelut hic propheta nō aliud ageret, q̄ illā referre historiā, ut inimicos magis terreret, docens et dei summā potētiā, et pręsentaneā eius bonitatē erga suos. Sed quę prædiximus, gratiora nobis uident. Nā hęc oīa de Christo pbe intelligunt, qui postq̄ uolauit super pēnas uentorum, nubes suscepit eum ab oculis nostris, ut ait Luc. et caligines sustulit. Hinc sequitur.

Act.1.

Psal.96.

Obscura aqua.

Exod.19.

Act.1.

Præ fulgore in conspectu eius nubes transierūt. Nubes, hoc est, prophetarū tenebrosa, & obscura illa dicta post Christi aduentū, paßionē, & ascensionē, & sancti spūs afflatū, transierūt, euanuerūt, adimpleta sunt, perspicua facta sunt. Nam oēs prophetarū doctrinę, et obscura dicta, ī Christo completa fuerūt, et suis aperuit oculos, ut ueritatis splendorē perspicerēt. Pre fulgore ergo, et splendore, qui fuit in conspectu eius, in aduētu, in doctrina eius, apud oēs qui eum receperunt, et eius doctrinæ fidē habuerunt, nubes, et obscuritates transierūt, quia spiritū suum misit, qui omnē ueritatē docuit. Venit (inq̄) spiritus sanctus, tanq̄ ignis &c. Et hoc splendore, populus qui prius ambulabat ī tenebris, uidit lucem magnā. Habitantibus in medio umbræ mortis, lux orta est eis, & repleti erāt spū sctō apli. Hinc Corinthios admonet apost. Nolo uos ignorare (inqt) fratres, quoniā patres nostri oēs sub nube fuerūt &c. In obscuris locis, non parū desudaui fateor, ut legenti perspicuā explanationē relinquerē, psalmi sensum cōnectens, ne ex uno psalmo, uarios cantus, uariaq; negotia longe extra causam tractaret idē psalmus. Id quod sentire alienū uidetur in uno cantu, q̄uis per occasionē diuersa nōnunq̄ inferātur, suggerente spiritu. Cui igitur melius aut iudicium, aut diuinior coniectura potius dabit, et præstitæ gratiæ soli deo datori gratias agat, & nostrā aßiduā uolūtatē, quæso nō improbet, at ut æquum est, boni cōsulat. Si enī meliora dedisset deus, gaudens oibus porrexissem. Non enī donū dei occultassem. In oībus quę dixi, aut aliquando dicturus, aut scripturus, sum, saniori, maturiori, rectioriq; sententiæ, me lubens subijcio. Nolo quod a catholico iudicio alienū uidebitur, aut adserere, aut tueri. Me hominē fateri necesse est, ut errē et pronū, et facilē. Me quoq; hominē fateor, a pertinatia et arrogantia alienū. Errori igitur, si aliquando obrepserit, ignoscat lector, cum sit ignorantia, non uoluntas in causa. Sed redeo ad explanationē. Non dū eusimus pręrupta

Nubes.

Per Christum, oia clara.

1.Cori.9.

Auctoris protestatio, de scripsis suis.

loca, uel potius latentes scopulos. Transierunt (inquit) nubes, &c. Simul et

Grando & carbones ignis.

Grando. Adde, transierūt ab illis, qui Christi uerbum accipiūt. Grando, hoc est, ueteris testamēti, aspera cōminatio, & dura, quæ fuit sub lege, transiuit, et lenitatis & gratiæ tempus attulit Christi benignitas. Carbones ignis. Carbones ignis, hoc est, igniti carbones, iuxta phrasim hebraicā, hoc est, dei ardentes indignationes, quę consumunt, et deuorant nulla misericordia, uelut ignis, quę illico in ueteri testamēto peccamē sustulerant, & delebant, iam transierūt, iam euanuerunt. Modo quidem per Christi bonitatē, quę nos patri reconciliauit, transierunt, & sublata sunt, in quorū locum benignitatis dei gratia successit. In suauitatē, cōuersa est oīs amaritudo. Christi ergo nūc doctrina, non ut quondā grando est, &c. sed suauis est, benigna est, credentibus ipsa salus est. Deus patiens nunc est, et longanimus. Neq; modo latet doctrina sub nubibus, non occulta iacet, nō paucis innotuit huiusmodi Christi benignitas, sed ut ait propheta.

Intonuit de cœlo dominus.

Verbi dei vis. Tāta est uis uerbi dei, ut nō loqui, sed tonare dicatur deus. Tā alta uoce (inq̄) loquutū esse Christū scimus, tanta uocis magnitudine, uel diuina uirtute potius, ut in omnē terrā exierit sonus eius, & discipulorū suorum, tamq; uehementer eum docuisse perspicuum est, ut bene christianū neminē non terreat, (ut conueniat comparatio) qui sciens eius doctrinā neglexerit. Terremur verbo dei. Terrere enī solent tonitrua, dic ī psal. 28. Et quis tā deploratus, est christianus, qui sceleris cōscientia nō urgetur, si contra euangelij doctrinā, et dei pręcepta cōmiserit? De cœlo igitur (ait propheta) unde oīs perfecta doctrina oēs alias euacuans, ut ait apost. 1. Cori. 13. nō exili humana uoce loquitur, sed tonat dominus, ut nullus non audiat. Non mediocriter docet, ut pędagogus, sed oīa perfecte, ut summus præceptor. Perfecta Christi doctrina. Et sicut bonis iucunda pollicetur deus, ut pro dulcedine sua sponte accurrāt, maximeq; gaudeant, ita & sceleratis, tremēda minatur, ut terreat. Suos apl̄os, quos ad prędicandū euāgeliū emiserat Christus, boanarges, hoc est, tonitrui filios nominauit, eo docēs ineffabilē uim et uirtutē uerbi eius. Marc. 3. Ex hac quoq; electorū eccl̄ia, procedūt (inquit Ioan.) et fulgura, & tonitrua. Apocal. Et per hæc quidē tonitrua trāsierunt priores nubes. Intonuit itaq; de cœlo dominus, et

Altissimus dedit uocem suam.

Non enī mortalis quisq̄ huius tonitrui uocē edidit, sed altissimus. Non ad rem præsentē attinet, ut gentiū poetas adferā, qui hęc aut similia, suis dijs tribuūt. Solet quoq; nōnunq̄ de humano sermone per hyperbolē dici, quod tonet oratio. Haud igit alienū est, si illā orationē tonare dicat ꝓpheta, quā ore suo loquit ac docet altissimus deus. Hinc ait ī alio psal. Psal. 45. Dedit uocē suā, et mota est terra. Hęc est altissimi dei uox, qua cōturbata sunt priora fundamenta. Intonuit itaq; de cœlo dominus, & ille dominus oīm altissimus, dedit uocem suā, loquutus est per uerbū ad omnes, tam bonos, q̄ malos. Bonis quidē, bonum odorem tribuit hmōi uox, quibus bonum odorem suum manifestauit, ut ait apost. Malis autem.

Grando & carbones ignis.

Postq̄ uenit Christi lex perfecta, & benigna eius gratia, illis, qui hanc oblatam gratiā nō accipiūt, uox illa, grando est acerba, admonitio dura & aspera, quibus, si parū flectentur, tum quidē uox illa carbones ignis ꝓfert, hoc est, ut quidā uertit, tela ignea, quibus obstinatus peccator configitur, et ęterna morte uulneratur, Malis, terrori, uox dei. si per tonitrua, magnas, & crebras doctrinæ uoces, quibus admonetur non resipiscat. Altissimus itaq; dedit uocē suā, dedit doctrinā suā inter hoīes, quę grando est malis, et sceleratis, et ecclesiæ persequutoribus, de quibus in hoc psal. Et nō modo grādo est, sed etiā carbones ignis eiaculatur deus in sceleratos illos. Non est eiusmodi uerborū repetitio apud septuaginta, sed a quopiam addita

sunt

sunt, ex hebręica litera. Neq; modo sua uoce docuit nos deus ipse, cũ inter hoĩes uersaret, uerboq; suo admonuit, sed in sceleratos, uerbiq; sui cõtemptores, suos suorũq; hostes, qui ecclesiã, & suos persequuntur iustos, etiam

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos. *Apostoli fuerunt, & sunt apostolici uiri omnes uerbũ dei annũciantes, qui ad hoc missi sunt, sceleratis et pc̃tõribus sagittę.* Sagittæ sceleratis. *Cum hac enim absoluta admonitione missi erant apostoli, mittuntur itẽ & uerbi dei annũciatores, ut qui eis crederẽt, & baptizatus esset, saluus fieret, aliter condemnaretur.* Marc.vlt. *Itẽ tolerabilius erit terræ sodomorũ &c.* Math.10. *O tela ignea, O sagittas acutas. Et per has quidẽ sagittas dissipauit Christus idololatras, sceleratos homines, et ab eis priorẽ uitã fugauit, nouos homines fecit, ueterẽ dissipauit. Hinc admonet apost. Expurgate uetus fermentũ, ut sitis noua conspersio* 1.Corin.5 *Itẽ in alio loco. Hoc igitur dico in domino, ut non ambuletis, sicut et gentes in uanitate sensus sui, tenebris obscuratũ habentes intellectũ etc.* Ephe.4. *Sed renouamini in spũ mẽtis uestræ. &c. Has igitur misit sagittas, quę ueterẽ hominẽ dissiparent, ut nouũ scdm spiritũ formarẽt, quę admonerẽt, et conscientiã uulnerarent, ut excusationẽ nõ haberent. Neq; modo sagittas misit, sed et*

Fulgura multiplicauit, & conturbauit eos. *Fulgura ex priore tonitruo, euangelicę quoq; doctrinæ sunt, quæ ut fulgura claritatẽ adferũt, aduersarios terent atq; perimũt, suis charitatẽ iniurunt, errorisq; tenebras fugãt.* Sacræ doctrinæ fulgura. *Hęc fulgura, per uarias euãgelij doctrinas, multiplicauit Christus, suos doctrinæ claritatẽ docens, aduersarios ualde conturbans. Vt hæc fulgura multiplicaret, priores sagittas emisit, qui diligenter ea denunciarent oĩ creaturæ. Hinc Timotheũ admonet apost. Testificor (inqt) corã deo, &c. pdica uerbũ, insta oportune, importune, atque, obsecra, increpa. &c. Has quidẽ euãgelij doctrinas, & grandines, & ignea tela, & sagittas, & fulgura appellauit, tam propter crebritatẽ, & uelocitatẽ, q̃ penetrabilẽ ictũ, et letale uulnus quod inferunt, si respuantur. Rerũ enim corporaliũ quid sagitta uelocius, quid penetrabilius? Incorporaliũ, quid fulgure? Doctrina uerbi dei, quid crebrius, quid sollicitius, quę docet, hortatur, admonet, minat?* Verbi doctrina. *Et q̃ illa quidem non recepta, uel reiecta, quid penetrabilius, quid exitiosius, utpote quę una cũ corpore, aĩam perpetuo in gehennã ignis demittit. Viuus est eñi sermo dei, et efficax, et penetrabilior oĩ gladio ancipite &c.* Hebrę.4. *Duo quidẽ facit doctrina uerbi dei, et sanat, et interficit. Sanat quidẽ audientes omnes, et tũc fulgura in pluuiam facit, hoc est, dum sic terrítat, bonos fructus, & beneficia præstat.* Doctrinæ dei vis. *Alias uero, si tandem non se audientem prębuerit, toties admonitus pc̃tõr, uere enecãt, et animã perimũt illę sagittę uerbi dei. Nam tolerabilius erit terrę sodomorũ etc. Priores illi tonitrui filij, apostoli, et uerbi ministri, hęc fulgura eiaculantur, syncerũ dei uerbũ enunciant, et quidem solicite. Iam eñi perfecta est doctrina, quia intonuit de cœlo dominus.*

Et apparuerunt fontes aquarum.

Prius obscuri, & in caligine, ut supra in hoc psal. Abundantes, & perspicuę enim sunt illæ doctrinæ, quę iam (inquit) per Christi incarnationẽ apparuerũt, qua inclinauit cœlos, ut supradixit, et cœlestem sapientiã attulit ex utroq; fonte, & noui, & ueteris testamenti. Et inde apparuerunt nobis, & reuelati sunt, non riuuli, sed ipsi aquarũ fontes, ab homine prius nõ satis intellecti. Christus enim legẽ adimpleuit, quia quæ de eo scriptæ sunt, in eo cõpletę sunt omnes scripturæ, docuitq; omnẽ ueritatẽ, & quæ prius (ut dixi) erant in caligine, aperta, & manifesta fecit. Legẽ quoq; adimpleuit, quia legis omnia pręcepta seruauit. Legẽ adimpleuit Christus. *Non enim peccatũ fecit. Legẽ adimpleuit, ampliauit, perfectam reddidit. Non uenit soluere, sed adimplere. Legẽ adimpleuit, cum non suæ legis participes uocentur iudęi tantum,*

tum, sed etiam & gentes modo omnes, qui credunt. Fecit enim Christus utraq; unum, ut ait apostol. Eius itaq; aduentu, apparuerunt fontes aquarum, omniũ bonarũ doctrinarum, ex utroq; testamento. Ex his nempe duobus fontibus, emanat, atq; effluit, omnis uera, & certa doctrina, tam ad bonorũ consolationem, quàm ad malorũ increpationem. Omnes uero aliæ doctrinæ si cum hac euangelica conferas, riuuli sunt, uel paludes potius, cœnosam aquam, nisi ex his fontibus hausti sint, præbentes. Hæ doctrinæ uere, sunt aquarum fontes, quorum non deficiunt aquę, ut ait Esai. In his namq; fontibus perspicitur, & cognoscitur scientiæ plenitudo, quæ est Christus. In Christo (inquit apost.) recondita sunt uniuersa, in cœlis & in terra, uisibilia, & inuisibilia. Et paulo post. Ipse est (inquit) ante omnes, et omnia in ipso constant, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare. Per ipsum itaq; omnia cognita, & reuelata sunt. Nam per ipsum & fontes aquarum apparuerunt.

Ephe.2.

Vera doctrina.

Esai.58.

Collos.1.

Et reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Prius obscura, occulta, & ignota. Nam posuit Christus fundamentum (inquit aposto.) præter quod, aliud nemo ponere potest, hoc est, ueram & absolutam, fidei, spei, & charitatis doctrinam. Et hæ doctrinæ sunt uere fundamenta orbis terrarum. Nam qui super fidei fundamentum non edificat, qui secundum has doctrinas uitam suam non componit, plane corruet quicquid edificatur. Et ex his fundamentis in sceleratos multiplicata sunt fulgura, quę eos arguunt, increpant, & deterrent. Hinc ad deum se uertens ait.

1.Corin.3.

Ab increpatione tua domine.

Emanant sup. eiusmodi fulgura. Non enim hominis, sed dei increpationes sunt. Sic increpantur superbi, ut in alio psal. & maledicti nunciantur, qui declinant a mandatis dei. Peccatis nempe irascitur deus. Omnes itaq; Christi, & prophetarum doctrinæ peccatoribus increpationes sunt, quia peccatum detestantur, cuius amore detinetur peccator, et peccatorem obiurgant, illiq; minantur. Per has itaq; increpationes, apparuerunt illis certa fundamenta, & aquarum fontes, quibus docti, admoniti, & increpati maligni homines, nisi resipiscerent, certo scirent se futuros, non beatorũ, sed dæmonum socios perpetuo. Neq; ab homine est hæc doctrina, sed (deum alloquens) emanat (inquit) domine.

Psal.118.

Increpationes uerbi in peccatores.

Ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Peccatoribus etenim irasceris, quos admones, & increpas, tua inspirata doctrina, quæ de sursum uenit de tuo sancto spiritu. Hinc ait concinne quidem ad hunc locum explicandum, apostol. Omnis scriptura diuinitus (inquit) inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum &c. Hac etenim inspiratione spiritus iræ suæ, minatur, et terret benignus deus, ut si nullo amore, increpatione terrectur peccator, ut timore, & increpationis formidine, saltem abstinere incipiat a prioris uitæ fœditate, sicq; paulatim abhorreat sceleratus, seq; agnoscere incipiat, simul & reconciliatorem agnoscere benignum deum, qui eum, non ut meritus est, aut neglexit, aut contempsit, sed sanis admonitionibus, & increpationibus, ad ouile errantem ouem reducere uelit. Peccatores etenim sic uocat deus. Vocat (inquam) ut prudens paterfamilias filium, quem corripit, quia diligit. Vocat ut bonus quoq; medicus, ubi opus est, uel cauterio sanitatem præstando. Vult enim omnes saluos fieri. Neminem repellit, neminem excipit, resipiscere uolentem. Increpat foris sana doctrina, & intus eos inspirat suæ benignitatis gratia, quos uult. Increpant prophetæ non ipsi, sed ab inspiratione spiritus. Increpabãt apostoli, discipuli, & quotidie qui recte docent boni pastores, increpant, sed ab eodem docti spiritu. Non enim a se loquuntur, sed doctrinã eius, qui misit eos Christi, annũciant. Omnes igitur ab

2.Timo.3

Hebr.1.
Ioan.14

Increpationũ utilitas.

Dei benigna increpatio.

Inspiratio ne loqui.

tur ab inspiratione loquuntur, qui bene loquuntur. Hac inspiratione loquuti sunt prophetæ, & ad eos loquutus est deus. Neq; nõ loquutus est deus priscis patribus, Abrahæ in hospitis forma, Iesu, militis, Mosi, in igne, cum e rubo loqueretur, sæpe etiam e nube. At in summa duobus tantum modis hominem alloquebatur deus in ueteri testamento, aut per seipsum hoc est, per angelum, aut per inspirationem. Loquebatur nonnunq̃ sine uoce, aut uerbis, aut sillabis, sola inspiratione, internoq; afflatu cor & spiritum docebat, mentemq; illustrabat. Hanc reuelationis illustrationem habuerunt prophetæ, qua futura docuerunt. Cum uero per angelum, aliquando uerbis tantum, aliquando uisibili, sed uaria forma, simul cum uerbis, aliquando imaginibus in somno, sine uerbis loquebatur deus. Sic uidit Ioseph manipulos in agro. Per angelum (inq̃) loquebatur deus, quia deum patrem nemo uidit unq̃. Tandem uero gratię plenitudinem, & doctrinæ absolutam perfectionẽ noui testamenti adferens, loquutus est nobis deus pater in filio, ut ait apostol. per quem & audiuimus & uidimus patrem ipsum. Philippe (inquit) qui uidet me &c. Per hunc uero filium reuelata sunt nobis totius orbis terrarum solida illa fundamenta quæ supradiximus quem de summo & de suæ maiestatis sede deorsum in hunc mundũ ea causa misit deus pater. Christi igitur ecclesia, quę tam diu a iudęis, a gentibus, a sceleratis & peccatoribus diuexata fuit, audacter & gaudens sic ait.

Genes. 18.

Duobus modis alloquutus est hominẽ deus.

Hebr. 1. Ioan. 14.

Misit de summo & accepit me.

Misit benignus (inquit) deus pater de summo filium suum, qui cœlos inclinauit, ut supra in hoc psal et accepit me, amplexatus est me, tutatus est, & liberauit me.

Et assumpsit me de aquis multis.

Hoc est, de uarijs populis, & accepit, & fecit, & exaltauit, & auxit me, non modo de iudęis, sed & potissimum de gentibus, apud quas erat superstitionis, & idololatriæ mira fœdaq; uarietas. Neq; alienũ uidetur, ut populum significent aquæ, adhuc ambulantem in tenebris, & absq; gratia facile fluctuantẽ in huius sæculi undis. Ab illis tenebrosis aquis, in quibus antea demergebatur populus, uel admodum periclitabatur, assumpsit me, inquit Christi ecclesia, & multos & fœdos illos fluctus, qui æternã mortem humano generi minabãtur, depulit, & sedauit benignus deus, simul et noxios humores prioris fœditatis per singularẽ suam gratiam exiccauit. A qua, uarias habet significationes, bonam scilicet doctrinam, item & malam, persequutiones, molestias, luctus, populũ, doctrinarũ uarietatem, inimicitias, &c. Nubes uero, & prędicatores, & scripturam sacram, & prophetas, & eorum dicta significant. Assumpsit me de aquis multis, hoc est, uel de uarijs populis ut supra, uel de persequutionibus, uarijs quidẽ & multis, quibus tã iudęi, q̃ gentes (inquit ecclesia) contra me desęuiebant. Cęterum assumpta per eum, qui ad hoc missus est, de aquis multis, inquit ecclesia.

Aquę populũ tenebrosum significãt.

Aqua.

Nubes.

Aquę, persequutiones.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis.

Quos potuit fortiores inimicos, & persequutores habere ecclesia, in Christi aduentu, & nõnullis annis post eius ascensionem, q̃ Rhomanos, mundanarũ rerũ dominos, q̃ iudęos sacrarum rerum peritissimos, q̃ summos philosophos, omnis humanæ doctrinæ eruditissimos, q̃ robustissimos reges & principes, huius sęculi potentes, q̃ ferocissimũ deniq; uulgus, effrenem illam belluam, q̃ malignitate teterrimos deniq; hęreticos? Et de omnibus his, eripuit dominus ecclesiam suam, exaltauit, & auxit. Sunt ecclesiæ, hoc est, fidelium alij externi, alij occulti, & latentes, maxime cauendi, inimici. Quo enim nobis uicinior est inimicus, eo parati or ad nocendum est, & ab eo cautiores simus oportet. Ab ea quę dormit in sinu tuo (inquit Mich.) custodi claustra oris tui. Non

Ecclesiæ hostes.

Mich. 7.

Inimicorum duo genera. enim est alia tam pernitiosa pestis, q̃ domesticus inimicus. Inimici ecclesię remotiores, infideles homines sunt, externi illi persequutores, turcę, idololatræ. &c. Viciniores uero, hæretici, qui cum esse uideantur de eadem domo, sunt tamen alienissimi, uere domestici

1. Ioan. 2. hostes. Hi sunt, qui ex nobis exeunt, sed non sunt ex nobis. Dæmonis quotidianas insidias, qui circuit quęrens quẽ deuoret, nullus ignorat, cuius uires fregit Christi aduentus. Eum enĩ destruxit, qui prius habebat mortis

Hebr. 2. imperiũ, inquit apostol. Ab his oĩbus (inquit Christi ecclesia, fidelis populus) eripuit me.

Et ab his qui oderunt me.

Liberauit me. Qui enim inimicus, qui hostis est, odit. Et ideo quidẽ persequitur, quia odit. Ecclesiam Christi odio persequuti sunt priores illi omnes inimici, iudęi potissimũ, qui ecclesiam & eius ministros, ut delerent persequebantur. De externis hostibus suos admo

Math. 10. net, et cõsolatur Christus. Odio (inquit) oĩbus hominibus eritis, propter nomẽ meũ etc. Item paulo post. Nolite timere, &c. Item

1. Tessa. 2. apost. ad Tessalo. Imitatores mei facti estis fratres &c. quia eadem passi estis & uos, a cõtribulibus uestris, sicut & ipsi a iudęis, qui et dominũ occiderũt Iesum, et prophetas, & uos persequuti sunt &c. Sed de his (inquit) eripuit me deus. Me tamen (inqt) persequuti sunt, & oderunt magna spe uincendi.

Quoniã confortati sunt sup me.

Nam longe fortiores, longe plures erant, & facile quidem uicissent, nisi opem pręstitisset deus. Et quẽadmodũ fortiores erant, sic & pręualere uisi sunt sibi, quoniã filios, & ministros meos (inquit eccl'ia) deiecerũt, fugarũt, crudeliter interfecerũt, inde spem habentes, aliquãdo memoriã mei delendi. Sic erant apud se confortati, & scelerata spe roborati contra me. Et id quidẽ fecerũt, quia me oderũt, hoc est, ministros meos qui eos increpabant, ut supradixit. Felix sic uertit. Quoniã multiplicati sunt super me. Erant (inq̃) longe plures, & ideo huius sęculi iudicio, fortiores. Hinc uersum est ab Hiero. Quoniã robustiores sunt me. Suis quoq; astutijs, et dolis, quo magis (inquit) super me confortarentur.

Pręuenerunt me in die afflictionis meę. Erant quidẽ soliciti ut nocerent. Me igitur ignorante, ne suspicãte quidẽ, compositis fraudibus, et dolis, quo et facilius expugnarent, et delerent me, inopinatã (inquit ecclesia) sæpenumero aggressi sunt, & illis pręuẽtionibus me affligere conati sunt. Hoc est, quod ait in die afflictionis. Quoties enĩ affligere pios cupiunt impij, pręueniunt dolis, laqueis prœoccupãtes, ut supra ĩ hoc psal. Id quod de ecclesia dicitur, de quolibet fideli intelligere oportet. Non enim est aliud eccle

sia, q̃ fideliũ conuentus. Eadem malignitate, pręuenire Christũ ecclesię caput, conati sunt iudęi. Nam principes cõuenerũt in unũ ut in Ecclesia.

secundo psal. Exeuntes pharisei (inquit euan Psal. 2.

gel.) consilium faciebant aduersus eum, quomodo perderent eum. Item censiliũ inierunt, Math. 12.

ut eum caperent in sermone. Et ut Christum Math. 22.

ecclesiæ caput pręuenire tentabant iudęi, ita ecclesiam, & fideles, quotidie pręuenire conantur eius inimici, & persequutores, dolosi potissimũ hęretici. Sed non pręualuerũt (inquit ecclesia) q̃uis ita præuenerunt. Nam & assumpsit me deus.

Et factus est dominus protector meus. Et ideo eripuit me ab illis quãlibet inimicis, ut supradixit. Benignissimus etenim deus, & contra inimicorum sæuitiam opem fert in tempore, & quæ inimicis illis, quantumlibet præueniant respondenda sunt, suggerit oportune, iuxta illud euangelij,

Nolite pręcogitare, quid loquamini, sed quod Marc. 13.

datum uobis fuerit in illa hora id loquamini. Non enim uos estis loquentes, &c. Hinc ait

apostol. Pręmimur, sed non angustiamur, la- 2. Cor. 4.

boramus, sed non destituimur, persequutionẽ patimur sed non derelinquimur. Non pręualuerunt igitur inimici pręuenientes in die af-

flictionis

flictionis, nã & dominus (inquit) protector meus factus est.

Et deduxit me in latitudinem.

Non coangustiauit me (inquit) intra me, hoc est, non reliquit me uiribus meis, quę angustę sunt, et imbecilles, ne his afflictionibus cederem, et ab illis uincerer, ne ue tentarer (ut ait apost.) supra id quod possum, sed deduxit me in latitudinẽ, & libertatẽ spiritus, non enim timere docens, qui corpus tantũ occidere potest, sed eum, qui potest & animã & corpus perdere in gehennam. Rectos itaq; gressus meos ampliauit, & dilatauit, ne per abrupta, et inimici angustiatas semitas, mihi ignorãti paratas, & dolose fabricatas, præcipitarer. In tribulatione dilatauit me, nam speraui in illo, et ideo mecũ præsens est, in tribulatione, ut me eripiat. Aliter. In latitudinẽ deduxit me, (inquit ecclesia) hoc est, ampliauit me. Nam ita factus est mihi adiutor dominus, ut per sæuitiam, & inimicorũ persequutionem, credentiũ numerus ampliatus sit. Per martyrium quidem creuit fidelis populus, & per omnẽ terram dilatata est fides. Et sic deduxit me, (inquit ecclesia) uelut per manũ dirigens in latitudinem, ampliauit me in omnes nationes, Quia in omnẽ terram exiuit sonus integritatis, & doctrinæ meæ, & fecit me regnare per totum orbem, quia docuit manus meas ad prælium, & dilatauit gressus meos, ut hic ait paulo post. Ab his igitur inimicis omnibus, inquit.

1.Cori.10. — Math.10. — Persequutione creuit Christi ecclesia.

Saluum me fecit. *Nam & fortiter per gratiam restiti, & cum in persequutionũ angustijs adeo illaqueatus essem, ut euadendi spes nulla superesse uideretur, deus tamen eripiens me ab illis angustijs, deduxit in latitudinem, & saluum fecit.*

Quoniam uoluit me.

Non enim ex operibus iusticiæ, quæ facimus nos, sed secundũ suã misericordiã, (inquit apost.) saluos nos facit. Et prius quidẽ uoluit nos, non quod nos dilexerimus eum, (inquit Ioan.) sed quod prior dilexit nos. Et oblatus est, (inquit Esai.) quia ipse uoluit. Hinc uertit Felix. Quoniam dilexit me. Me ergo uoluit, & quia uoluit uocauit, atq; elegit. Saluũ itaq; me fecit per gratiam.

Ad Tit.3. — 1 Ioan.4. — Esai.53.

Et retribuet mihi secundũ iusticiã meam. *Afficiet me beneficio salutis suæ, postq̃ me uocauit, et elegit, et docuit facere uoluntatẽ suã, ut eum super omnia diligam, et proximũ sicut meipsum. Hãc iusticiã qui facit, illi retribuet dignam mercedẽ, pro innocentia sua, quia diues est deus in retribuendo, & in misericordia, ut ait apost.*

Ephes.2.

Et secũdũ puritatẽ manuũ mearũ, retribuet mihi. *Secundũ puritatem, hoc est, secundũ innocentiã, mundiciã & integritatẽ manuũ mearũ, hoc est, meorũ operũ. De suis fidelibus loquitur ecclesia, quorũ opera placent deo. Idem uidetur repetitũ in hoc loco, nisi priorẽ locũ de sola fide intelligere malis, hunc uero locũ de operibus. Secũdũ iusticiã, & puritatẽ quidẽ operũ uiuere, aliud non est, q̃ deum cum primis agnoscere, uerbis eius fidẽ habere, in eum uere credere, illum super omnia diligere, & pro dilectione operari bene. Hoc est, deum et proximũ diligere. Cõueniat ergo operũ puritas, cũ fide, et animi synceritate, ad salutẽ necessariũ est, Opus est enim & fide & operibus, quæ duo, uitæ uiã continent. Neq; alio modo erga deũ dilectio cognoscitur, q̃ per boni operationẽ, Ex fructibus eni noscitur arbor. Neq; gratus esse deo potest, qui non studet bene operari. Si diligitis me, mãdata (inquit) mea seruate. Hoc (inquit) persuasum habeo, & certo certius spero quod retribuet mihi &c.*

Secundũ iusticiam uiuere. — Absoluta iusticia. — Fides & opera requiruntur.

Quia custodiui uias domini.

Eius mandata pro uiribus seruaui, & in lege eius meditatus sum die ac nocte, ut in psal.1. Hæc est ecclesia sine macula, & ruga. Neq; non Paulus ait. Cursum consummaui, fidem seruaui. Neq; non fidelis, & pius christianus ait, Custodiui uias (inquit) domini, hoc est, stu-

Psal.1.

est, studiosus fui, ut custodirem, et deus praeterea adiuuit me, qui est fortitudo mea, & imputauit mihi ad iusticiã, benefaciendi studium. Sic non mihi imputatũ est, sed retributionis beneficiũ accepi, quia custodiui &c.

Nec impie gessi a deo meo.

Impie gerere a deo, est a deo, uel per infidelitatem, uel sceleratos mores, longe discedere, a deo deficere, & seruire demoni. De impio, dic in psal. 1. Quamuis humana fragilitate aberret, & in peccatum incidat etiam pius aliquando christianus, non tamen contra deũ agit impie, quia non malicia sed fragilitate peccat. Iniquitatem non diligit, sed delicti poenitet. Is est, qui custodit uias domini. Alius itaq; sic uertit. Nec improbus defeci a deo meo. Et ideo custodiui (inquit) tutius, ut a deo meo impie non gererem, ab eo non deficerem.

Psal. 1.

Peccati error nõ est impietas.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo. Hoc est, uerborũ, et mandatorũ eius memor diligenter fui, quae me admonuerunt, ne aberrarem, quia fuerũt mihi solicite in conspectu Haec est assidua meditatio in lege domini, die ac nocte, quae semper dabit fructum suum in tempore suo, fructum (inq̃) salutiferum, per sanctae uitae conuersationem, tam erga se, q̃ erga alios, probitatis exemplo, de qua meditatione, in psal. 1. Fuerunt itaq; in conspectu (inquit) meo iudicia eius, & in mandatis eius studiosus fui, ante oculos meos ea constitui.

Iudicia dei in cõspectu habere.

Psal. 1.

Et iusticias eius non repuli a me.

Christi priorem doctrinam non reieci a me, id quod est impiorum. Nullis non sunt utiles Christi doctrinae, nisi repellentibus, & se auersantibus. Ait igitur. Non repuli. Qui non repellit, audit, & recipit. Is est qui non impie se gerit erga deum, quia uerbo eius credit. Eius itaq; iudicia, praecepta, doctrinam, in conspectu, in praesentia, in memoria semper habet. Estq; iusticia dei, eius bonitas, quae parata est omnibus quaerentibus eum in ueritate, et non reijcientibus eum, ut hic ait. Has (inquit) iusticias non repuli a me, non contempsi quascunq; increpationes. Nam si me afflixerit aliquãdo deus, uel ut probaret, uel quod ita merui, cum nihil ignorẽ ab eo fieri, quod non iustum sit (iustus enim dominus) non repuli (inquit) a me per indignationem, aut contemptũ, sed per patientiam humiliter sustinui, sub onere non deficiens, Iob illius iusti uiri exẽplo, & huius nostri David prophetae. Suos enim affligit deus quos diligit, quoties opus est, ad eorum haud dubie salutem. Ne reuelationum magnitudo (inquit apostol.) me extollat, datus est mihi stimulus carnis meae, angelus sathanae ut me colaphizet. Neq; cõtempsit, sed humiliter ter dominũ rogauit quoad hoc responsum acciperet. Sufficit tibi gratia mea. Hoc responsum sola fide (quorũdam sententia) accepit. Sed cum uoce, & coelesti nuncio confortatũ, uere sentio. Haec omnia ad populum loquitur, & fidelium ecclesiam propheta, spiritus sancti loco ut doceat quomodo possit ita placeri deo, ut benignior efficiatur. Iusticias dei a se maxime repellit, qui fugit, ne uerbũ dei audiat, ne doceatur, qui dei doctrinam contemnit. Repellit etiam qui negligit, qui obliuiscitur, qui non cupit doceri, qui non scrutatur, ut ueritatem agnoscere possit, qui non uult intelligere ut bene agat, atq; ut in summa dicam, qui non ita diligit iusticias dei, ut eas uelit, & cupiat, tam scire, q̃ seruare, illas plane repellit. Ait itaq; ecclesia, aut ipsius bonum membrũ. Propterea quod iusticias eius non repuli a me, sed illas in conspectu meo semper habui, & uias dei per gratiam custodiui, certum est quod & mihi retribuet pro misericordia.

Quib⁹ est utilis doctrina dei.

Affligit deus benigne.

Iusticiam repellere, quid.

Et ero immaculatus cum eo.

Ille solus est qui mũdat et lauat super niuem, ut in psal. 50. Itaq; per gratiam (inquit) inimicos meos repellam, iudicia dei ante oculos meos

meos habebo, non uiribus meis fidam, sed quia uoluit me deus, ut supradixit, & fauet mihi, gratiam præstabit, certamq; habeo fiduciam in eius misericordia. Ero igitur immaculatus cũ eo, hoc est per gratiã a peccati fœditate abhorrebo, ambulans in lege eius uere beatus, ut in psal. 118.

Et obseruabo me ab iniquitate mea.

Iniquitas hominis. Ecclesiæ hoc est, hominũ maxime fidelium, uel iusti cuiusuis uiri iniquitas est, uetus homo carni seruiens, pronusq; in peccatũ, quiq; peccato delectatur, natiua ex primo parente concupiscentia, ignorantia dei potißimũ, & infidelitas. Ab hac (inquit) iniquitate mea obseruabo me, hoc est, solicitus ero ut obseruem me ab iniquitate mea. Non enim repellam iusticias tuas a me domine, sed eas cum gratia custodiam, ut supradixit. Hic nõnihil uidetur tribuere hominis arbitrio. Neq; enim nihil est, neq; bene potest absq; gratia. In peccatum efficax est uoluntas nostra. Nam peccatum (inquit August. in libro primo de Genesi ad literam) est per prauum libere uoluntatis assensum, cum inclinatur ad ea, quæ iusticia uetat. Neq; non ualet in uitæ innocentiam pia uoluntas. Sed absq; gratia plane inefficax est. Gratia sum id quod sum, inquit apost. preueniat gratia necesse est, opem ferat nobis dum agimus, & in bonum finem ut agamus perficiat. Simus ergo soliciti, ut cũ dei gratia, cooperemur, ut currentes cũ gratia, comprehendamus. Conuertamur ad dominum, sicut ipse ad nos benigne se conuertit. Quod offert, e manu eius lubenter excipiamus. Hoc est hominis arbitrium, quod sine gratia bene non potest operari, & per eandem gratiã, non se auertit ab oblata gratia, sed illi obsequitur. In hac re uicit omnes Erasmus Roterod. in collationis suæ libro, cui postea hyperaspisten adiecit, ut interim de August. contra Pelagianos, et Manicheos, in libr. de gratia & libero arbitrio, et alibi, de Fausto, deq; ueteribus alijs taceam. Lege apud eos, ut ueritatem discas. Ad explanationem redeo. Ero (inquit) cum eo immaculatus, & obseruabo me, &c.

Hominis arbitriũ.

vicit erasmus.

Et retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam, & secundũ puritatem manuũ mearũ in conspectu oculorum eius.

Quia obseruaui me ab iniquitate mea. Hoc idem repetit quod prius præmisit, ut magis, magisq; persuadeat hanc retributionem fieri a deo suis omnibus, quos uult, &c. ut supra dixit. Erit (inquit) mea merces, mea retributio, secundum iusticiam meam, fidem, & innocentiam meam, quæ per gratiam seruaui in conspectu oculorũ eius, qui nihil ignorat, nihil non uidet. Certum est iudiciũ dei, qui omnia recte iudicat, quãuis mundus, & huius sæculi homines, de me non ita (inquit ecclesia) iudicent, qui internum hominem & ueram iusticiam, ueramq; pietatem non cernunt. Nunc uiam demonstrat & docet, qua posset quisq; per gratiam, tutius, et securius, hanc pietatem adsequi, & seruare, hominẽ, siue genus humanum sic alloquens.

Cum sancto sanctus eris, & cum uiro innocente innocens eris.

Expertus docet hoc propheta, qui semel unico mulieris aspectu, in fœdam illam concupiscentiam illectus erat. Quid exploratius, quid ferme certius, quám ꝗ moribus eorum inbuimur, quibuscum conuersamur? Si enim colloquia mala (ut ait apostol.) corrumpunt bonos mores, quanto magis diuturnior cum improbis conuersatio? Admonuit itaq; sapiens. Ne emuleris (inquit) uiros malos, nec desideres esse cum eis. Cogimur enim quasi non alios esse, quám sint illi, apud quos uiuimus. Contra uero. Sceleratum quempiam uersari cum probis (nisi fuerit deploratißimus) aut certe pudebit ualde, aut prioris uitæ cito pœnitebit. Nihil est, quod magis monet,

1. Cor. 15

Prouerb. 24.

vix potest similis nõ eẽ homo illis, quibuscum cõuenit.

monet, aut tantopere trahit, q̃ pręsentaneum exemplum, quotidianaq; conuersatio, siue in bonum siue in malum. Iuuant non parum, quę scribuntur historiæ illustrium, sanctorũq; uirorum, qui probe uixerunt. Eorũ itaq; uitas laudant, extollunt, prædicant probi uiri, ut exemplum alijs relinquant, quo in similem uitæ splendorem trahantur. Et illa quidẽ pro magna parte, imaginũ in deo dicatis templis utilitas est, quãdo per earũ aspectũ, illius nõnunq̃ uitę quem refert imago memoriã excitat, christianũq; uirũ transactę suę persanctę cõuersatiõis admonet, cuius rei memoria admonitus, & suæ uitæ turpitudinẽ facilius detestatur, & ut resipiscat, animi stimulos haud dubie sentit, nisi alienus fuerit a gratia. Cum probis itaq; cõuiuito maxime, ut probus ipse sis. Cũ innocentibus delectare, ut innocentiã imbibas. Sanctorũ cõmerciũ quærito, nisi nõ sanctus esse uelis. Nam cum sancto sanctus eris, & cum innocente innocens eris.

Imaginũ utilitas.

Cum sanctis uiuendum.

Et cum electo elęctus eris.

Idẽ repetit alijs uerbis, ut sepe solet, hic propheta, alios charitatis ardore docendi. Electus alius est nullus, nisi quem deus uult. Cur autem illum uult, illum uero non uult, seu potius non uocat, quia nõ prędestinauit, (ut ait apost.) dei incõprehensibili iudicio relinque. Cum illis uero conuersemur, qui beatę huius uitæ, honestam speciem præseferunt. Eligamus nobis quoad fieri potest optima, ut si quod in optimo est decipiamur, longe tamen fugiemus ab eo quod peßimũ est. Quo enim a peste remotiores fuerimus, eo plane securiores erimus. Eligamus igitur nobis, ut cũ electis, uel cum maxime probis cõuersemur, ut nostros mores eorum moribus componamus, ne si cum improbis conuixerimus, improbi efficiamur, id plane, quod prope necesse est. Nam ut hic ait propheta.

Electus quis.

Rhom. 8.

Eligenda quę uidentur optima.

Cum peruerso peruerteris.

Est enim naturalium rerum innata quædam potentia, ut similes res omnes propinquitate sibi attrahat similitudo, eademq; qualitate afficiat. Vsq; adeo quidem hoc uerum est, ut si qua fœmina proba, meretricis uestem, quę habet audacem impudentiã induerit, uel secum habuerit speculũ, quo ipsa quotidie utebatur, eodemq; utatur proba fœmina, periculum est, (ut autumant phisici,) ne audax, impudens, libidinosaq; efficiatur, alias proba fœmina. Quoties itaq; hortatur diuina scriptura, malorũ conuersationem fugere? Denunciamus autẽ uobis (inquit apost.) in nomine domini nostri Iesu Christi, ut subtrahatis uos ab omni fratre ambulante inordinate. Item, nolite iugum ducere cum infidelibus. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te, inquit Ecclesiastic. Et non solum cauendum a malorum conuersatione, admonet apostol. sed etiã, si inter multos unus sceleratus fuerit, illum abijciendum admonet, ne modicum fermenti totam maßam corrumpat. In eundem sensum est, quod ait Moses. Auferas malũ de medio tui. Lege præterea quæ diximus in psal. pri. Aliter. Aliud nihil certius est bone deus, q̃ quod tu retribues unicuiq;, secundum iusticiam, & puritatem manuum suarum. Nam cum sancto (inquit) pro tua bonitate, sanctus eris, quia sicut ipse sanctus est, qui innocenter uiuit, ita tu, qui uere sanctus es, sancte eum recipies, & uera gloria tractabis, & sanctus eris cum ipso, et tecum ipse. Nam in eo manes, & ipse in te. Et sicut innocens est, ita pro innocentia, tu qui uere bonus es, uere innocens, illi propitius eris. Et sicut per tuam gratiam, electus est, ita eris cum illo electus. Nam pro electo & filio erit tibi, & tu semper cum illo. Et cũ eo, qui peruersus est, sceleratus, & alienus a te, peruerteris a solita benignitate tua, & sines obscurari cor insipiens eius, ut tradatur in desideria cordis eius in immunditiam, ut ait apost. Hunc intellectum docet unus interpres, qui sic uertit. Etenim bono te bonum exhibes, & uiro simpliciter integro, integrum te præstas. Cum puro purum agis,

2. ad Tessalo. 3.

1. Corin. 6

Ecclesi. 7.

1. Corin. 5

Deute. 17.

Psal. 1.

Bonis bonus deus, sceleratis sceleris ultor est.

Rhom. 1.

agis, et cum prauo prauum. Neq; certius est quicq̃, q̃ quod tu (inquit) bone deus, reddes unicuiq; secundũ innocentiam suam.

Quoniam tu populũ humilẽ saluum facies, & oculos superborũ humiliabis. *Humilem populũ, sanctũ et electũ, priorẽ illũ populũ uocat, cum neq; sanctus, neq; electus esse potest, qui non humilis, et spiritu pauper est. Erit in gloria (inquit) qui humiliatus fuerit, et qui inclinauerit oculos ipse saluabitur. Nisi efficiamini sicut paruuli (inquit Christus) non intrabitis in regnum cœlorum. Nam deponit potentes, hoc est, superbos, et exaltat humiles, inquit Lucas. Hinc ait. D. Petr. Inuicem humilitatem insinuate. Quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiã. Peruersum uero populũ, et alienum a deo, superbum uocat, cũ sit nihil magis aduersum deo, q̃ superbia. Hinc ait. Populũ humilem saluum facies, oculos autem superborum humiliabis, deijcies, prosternes. Oculũ ponit pro animi affectu. Sic ait in euang. Si oculus tuus simplex fuerit &c. Oculus enĩ est animi index. Iubet itaq; Christus, ut oculum eruamus, si scandalizet, hoc est, fœdos affectus, neq; non corporeum illũ oculũ, potius q̃ a deo impediret, eruere oportet. Quod ait oculos superborũ &c. superbiã pro omni fœditate & oĩ malicia hominis ponit, & iure quidẽ, cum sit omnis pctĩ et caput, et radix. Dic in psal. 18. Neq; non esse improbũ, et peruersum potest. quod a superbo fit per superbiã, cũ nihil possit probum, aut sanctũ fieri, nisi ab humilitate proficiscatur. Nam ubi est superbia, ibi nõ potest non esse omnis sanctitatis, & probitatis contumelia. Oculos igitur superborũ, & aduersariorũ suorũ, humiliabit deus, qui odio habet omnes peccatores. Hi sunt piorũ persequutores, quorũ sũpbia ascendit usq; ad cœlũ, ut ait Iob. Sed tandẽ eorũ oculos humiliabit, callidaq; nequitiã frustrabit deus, eritq; in uersa uictoria. Eos etenim inimicos fugabis domine, & cadent subtus pedes meos, ut postea sequitur. Me autem (inquit ecclesia) saluam facies, ne in cęcitate aberrem.*

Innocens populus. Iob.22. Math.18. Luc 1. 1.Petr.5. Math.6. Oculus. Psal.18. Superbos si iniquitas. Iob.20. Malorum astutia nos cerenõ potest in deo sperãtib⁹.

Quoniã tu illuminas lucernã meã domine. *Lucerna est, prior ille bonus oculus, ut ait euãgel. Lucerna uarias in sacra scriptura significationes habet Reges, Episcopi, Principes, Magistratus, quiq; populo pręfecti sunt, lucernę dicuntur, uelut alijs uitę lucẽ præbentes. Ad Episcopos, & uerbi ministros, si quidẽ probi sint, sic loquit apost. Inter quos lucetis (inquit) sicut luminaria in mũdo, uerbũ uitæ continentes. Ad quos etiã ait Christus. Vos estis lux mũdi. Iustus etiã quisquis est, cęteris quoq; suo exemplo, uitæ lucerna est. Sic est lucerna suis subditis Rex, populo magistratus. Qualis enĩ rector ciuitatis, tales inhabitantes &c. Sacra scriptura nobis itidẽ lucerna est, cum primis. Lucerna pedibus meis uerbũ tuum, inquit in alio psal. Est & lucerna impiorum, quæ extinguetur, inquit sap. Et quęnã sit huiusmodi lucerna, in cap. 21. docet idẽ. Item, Lucerna (inquit Salomon) est pręceptũ legis. Hominis lucerna, qua maxime dirigitur, utilis & bona doctrina est, quæ dat intellectũ. Vtilis uero doctrina, est uerbum dei. Sed tum quidem utilis est, si illam in nobis illuminet deus. Nisi deus quidem illuminet, erimus (ut ait apost.) semper discentes, & nunq̃ ad scientiam ueritatis peruenientes. Bona quoq; opera sunt lucernæ ardentes in manibus nostris, teste euang. Sed in pręsenti loco, pij uiri lucerna est, scientia uoluntatis dei, & studium fugiendi peccata, & faciendi mandata dei. Id quod ut faciamus, cum simus ex nobis insufficientes, & proniores in malum, gratia dei præstat. Gratia dei sum, id quod sum, inquit apostol. Idem hic ait. Tu illuminas (inquit) lucernam, intellectum, fidem, studium bene operandi, ut mihi retribuas secundum innocentiam meam, quam a te accipio, cum sine te, nihil bene agere ualeam, in his quæ animæ saluti*

Lucerna. Ad Phil. Math.5. Eccles.10. Psal.118. Prouer.13 Prouer.6. Quomodo vtilis doctrina. 2.Timo.3 Luc.12.

Coronat in nobis sua beneficia de⁹.

saluti consulũt. Sic mihi retribuis tua beneficia, quæ mihi antea tribuisti, & in me tua beneficia coronas. Hinc orat non aliter q̃ orabant apostoli, Domine adauge nobis fidem. Sic orat humilis populus.

Deus meus, illumina tenebras meas. Non solum orat ut lucerna, per dei gratiã illuminetur, ad recte sciendũ, & credendũ, operandũq; bonũ sed etiã, ut tenebræ illuminentur, hoc est noxij appetitus, infidelitas &c. ut per gratiam abstineat, ab omni malo, tam doctrinæ, q̃ reliquæ uitæ, ne prudentia carnis fortior sit spiritu. Sic ergo admonet apost. Nolite (inquit) esse participes malorũ. Eratis aliquando tenebræ nũc autẽ lux in domino. Vt filij lucis ambulate &c. Illumina igitur oculos meos, ne unq̃ obdormiam in morte. Certam etenim spem habeo, quod illuminabis (inquit) tenebras meas, & fugabis hostes meos, & a doloribus inferni, (ut in psalmi principio) liberabis me.

Ephes. 5.

Psal. 12.

Quoniã in te eripiar a tẽptatione. A dolo, a fraude, ab astutijs inimicorũ, ne me suis præuentionibus (ut supra ĩ hoc psal.) decipiant, neue in tenebras trahant. Nam nisi tua gratia (inquit) præuenerit, & opem tulerit, sicut bonũ facere nõ ualeo, ita nec peccati stimulis, et frequẽti tentationi resistere. Ita oratur in dominica prece. Et ne nos inducas in tentationẽ. Non ibi tamen oratur (inquit August.) ut nõ tentemur, quod nõnunq̃ perutiles nobis tentationes sint, sed ne per tentationem uincamur. Faciet deus, cũ tentatione prouentum, modo quæramus auxiliũ illius, et non fidamus uiribus nostris. Qui se existimat stare, uideat ideo ne cadat, inquit apost. Fit ab utroq; hoste, tam corporali, q̃ spirituali tentatio, neq; nõ et fraudes omnes, quibus aggredi, & uincere poßint, fabricãt. Sed qui in domino confidit, credat cum propheta, & certa fiducia dicat, in te, in ea fide, quam habeo in te, in auxilio gratiæ tuæ, eripiar, & liberabor a tentatione.

Gratiæ auxilio tẽtationi resistere.

Aug. in 2. sermone de mõte.

Tentatio utilis.

Ad Corinth. 10.

Et in deo meo trãsgrediar murũ. Non detinebor in ciuitate eorũ, quantũcunq; dolis, & humanis uiribus munita sit. Est enĩ ciuitas malignorum, quã destruit deus, ut in psal. 9. cuius muros circumdat iniquitas, ut idem ait. Sed in deo (inquit) meo, hoc est, in dei nomine, & diuino auxilio, murum inimici trãsgrediar, uincam eius fraudes, insidias & facile effugiam. Sicut murus eripit nobis rei conspectum, quantũlibet dilectæ, & optatæ, ita nobis obijciunt inimici, minas, fraudes, dolos, humanã omnẽ uim, peccatorũ congeriem, uelut murũ, quæ sunt fortißimæ tentationes, ut nos secludant a deo, et impediamur uelut fortißimo muro, ne cœptum iter ad deũ pergamus. Cæterũ, quis (inquit apost.) nos separabit a charitate Christi? Tribulatio, an angustia, an fames &c. Nullus murus, nulla uis, nulla potentia, ne portæ quidem inferi, aduersus eum præualere poßunt, qui spem in deo ponit, & cuius tenebras illuminat deus. Transgrediar (inquit) non diruam, non delebo hunc murũ inimicorũ. Nam q̃diu in hac uita sumus, huiusmodi murũ, huiusmodi obices, nobis obuios et aduersarios sicut habuimus semper, ita & ut perpetuo sint, euitari non potest. Non enim prorsus demoliri potest huiusmodi murus, quin potius reuiuiscũt nõnunq̃, ut hydræ amputata capita, inimicorum fraudes. Sed cum dominus sit illuminatio mea, quem timebo? inquit idem! Et certo (inquit) spero, quod mihi adest.

Psal. 9.

Rhom. 8.

Murus inimicorũ.

Psal. 26.

Deus meus. Qui me iuuabit, postq̃ in eo solo confido. Et potens quidem est (inquit) ut me liberet ab oĩ improbo conatu inimicorũ, et me docebit uias suas, ut longe fugiam a tenebris inimicorum. Est enim

Vnicus ... lus deus

Psal. 117

Impolluta uia eius. Et sicut illa est impoluta, pura syncera, ita immaculatos, fortesq; contra omnes inimicos efficit eos, qui per hãc uiã ambulant, in eo spem suã constituẽtes. Beati igit̃ immaculati (inquit idẽ) qui in uia domini ambulãt. Vere est impoluta uia dei,

Via dei.

dei, quã docet uerbũ dei. Dic in psal.18. Nam

Eloquia domini igne examinata.

Sicut aurũ, aliaq; metalla, igne probãtur, sint ne pura, uel adulterina, ita sunt eloquia dei examinata, purgata, purissima. Examinata sunt uelut argentũ igne, purgatũ septuplũ, ut in psal.11. Dic ibi. Non est ad puritatẽ integritatẽ, ueritatẽ eorũ opus nostra examinatione. Iam enĩ examinata sunt, absoluta, perfecta. Ait itaq;. Eloquia domini non examinanda, sed iam examinata esse, ut aliud nihil superesse doceat, q̃ ut uerbo dei, et huiusmodi eloquijs, indubitatã fidem habeas, et ea totis uiribus obserues. Qui igitur dei eloquia recipiunt, in eiusq; gratia et auxilio, et promissione, spem omnẽ suam ponunt, illis, aut peccati, aut inimicorũ quãlibet fortis murus, obstare non potest, cum sit deus.

Eloquia dñi pura.

Psal.11.

Protector omniũ sperantiũ in se.

Non in uiribus proprijs. Et uere quidẽ protector est, et qui pro bonitate suis opem ferre uult, et pro absoluta potestate potest.

Quoniam quis deus pręter dñm?

Qui possit ĩ necessitate succurrere? In cuius manu sunt oẽs fines terrę, cui omnia subdita sunt, quæ in cœlo, quæ in terra, quæq; in mari sũt. Quis ergo deus est, pręter hũc dominũ?

Aut quis deus pręter deũ nostrũ?

Nam omnes dij gentiũ dęmonia. Nullus ergo deus est, nisi quẽ nos (inqt) agnoscimus, et colimus qui potest sperãtes in se ptegere, et seruare, qui, ut omnia creauit, ita & regit, gubernat, pro uolũtate disponit oĩa. Domine deus uirtutũ, (inquit in alio psal.) quis similis tibi? Dominus mihi adiutor est, (inquit idem) et ego despiciã inimicos meos. Huic igiť domino seruiamus, hunc solũ deũ adoremus, qui nõ modo ptegit nos, sed etiã et uires tribuit, quoties oportunũ est, cũ sit ipse (inqt) solus.

Vnicus solus deus.

Psal.117.

Deus qui pręcinxit me uirtute.

Suo exemplo omnes alios docet propheta, ut certa fiducia oẽm spem ponãt in deo. Multas tribulationes, acerbissimasq; persequutiones, sustinuit Christi ecclia. Sustinent et quotidie propter iusticiam, simplices, & iusti uiri. Sed contra hmõi omnia, deus (inquit) meus pręcinxit, præmuniuit, undiq; uallauit me uirtute, fide scilicet, spe, animiq; constãtia, et fortitudine ne imparatum expugnarent inimici, ne ue deficerẽ. Sunt uere pij uiri arma cõtra omnes inimicos, certa fides, quę iusticiã operatur. Galea salutis, spes est, scutum patientia, gladius quo repellitur, et confoditur inimicus, uerbũ dei est, qui est gladius spiritus. His (inquit) armis præcinxit me deus.

Pii viri arma.

Et posuit immaculatã uiã meam.

Quia per gratiã eius, nocere non potuerunt hostes. Nam docuit me impolutã uiã suã ut supradixit, et pręcinxit ne aberrarẽ. Nõ ego (inquit) posui, & constitui mihi immaculatã uiam huius uitæ, sed benignus deus hanc resistendi, & uincendi artem docuit me.

Qui pfecit pedes meos tanq̃ ceruorum.

Si hystoriã uelis, pręter corporis robur in milite plurimũ ualet uelocitas. Vtrumq; seruo suo Dauid pręstitit benignus deus. Hinc ait sacra hystoria, militũ eius uelut laudes pędicans. Facies (inquit) eorum, quasi facies leonis, & ueloces erãt, quasi capreæ in montibus. Sed allegoriã quærimus. Velocissime fugiens, currit ceruus, adeoq; transilit sepes, & quicquid occurrit aliud, uel teneras ipsas aristas, ut uix præ uelocitate, per hyperbolen, eas tangere dicatur. Ita (inquit) pedes meos, animi affectus, & desideria, gressus, & peregrinationẽ meã, in huius sęculi & uitæ uelocissimo cursu perfecit, & solidauit deus, ut quoties inuitauerint peccatorũ illecebræ, in tempore per gratiã, uelocissime fugerim, ne hærere possent ne ue apprehendere. Quod ait perfecit pedes meos, tanq̃ ceruorũ, citioris fugæ utilitatem docet. Fugere uelociter a peccato, est principijs, & primis motibus resistere, cum illis non inire gratiã, non delectari illis, ne in animi, & cogitatiõis

1.Paral.12

Cerui velocitas.

Pedes.

Pii viri fortitudo.

Fuga ad resistendū pctō vtilis.

gitationis arcē quouis modo ita irrumpāt, ut superiorē locū habere incipiāt. Docet igitur hic propheta, utilius esse nihil, ut in hac uita uiā seruemus immaculatā ꝙ peccati insidias, et occasiones omnes, et cito, & uelociter fugere. Hoc etenim certaminis genus, fugam lōge potius, ꝙ assultū quęrit, ut securior euadas, inquit. D. Cyprianus. Sed hāc fugā nō quærit caro, quare opus est auxilio spiritus, et gratia, quę perficiat. Perfecit itaq; pedes (inquit) meos, constituens immaculatā uiam meam deus.

In sermōe de ieiunio Christi.

Et super excelsa statuens me.

Tanta (inquit) uirtute pedes meos perfecit, ut nec huius sęculi astuti, dolosi, fortes, et potētes inimici, uincere poßint, nec excelsa, nec sublimia terrere. Ille enī sup oīa huius mūdi excelsa constituit, qui in solo deo omnē spem suā ponens, quęcunq; terrena sunt terriculamēta, iusticię, et dei causa, paruifacit atq; contemnit. Illa nāq; fiducia, tam alte attollit eū super oīa, quęcūq; excelsa, et sublimia uidentur, ut nō poßint eius pedes, affectus, et animi uoluntatē erga deum ullo modo uincere. Statuere, est firmare, solidare, stabilire. Concinne igitur ait, perfecit pedes meos, & pręcinxit me uirtute, statuens, & stabiliens me sup excelsa, ut supradiximus. Excelsa quoq; appellantur in sacris literis, sacrificia, et gentium abominationes. Duxit enim ad excelsa Baal, inqt Moses. Oīa gentiū excelsa uastate, inquit idē. Asa (inquit sacra historia) qui quod bonū, & placitū erat deo fecit, & subuertit altaria peregrini cultus, et excelsa. Itē Succiderūt (inqt) lucos, demoliti sunt excelsa, et altaria destruxerūt. Hęc idola, et sacrificia abominatus est Dauid. Non illis abominationibus corrūpebatur, quantūuis nō semel ad gentes, et idololatras, salutis suę causa, fugere coactus erat, uerū nempe deum agnouit semper. Sic & Christi ecclia, hoc est, populus fidelis, super oīa hęc excelsa statuitur, in uerū deū credens, quia deus (inquit) perfecit pedes meos, & ipse solus est.

Super excelsa cōstitutus.

Nume.22 &.33.

2.Paralip. 14.&.31.

Qui docet manus meas ad preliū.

Me igitur oīm, uictorē efficit hostium, qui in hoc sclo mecū preliātur. Hinc gratias agens in alio psal. Benedictus (inqt) dominus deus meus, qui docet manus meas ad preliū. Quādiu quidē in hoc sęculo uiuimus, in prelio uersamur. Semper pugna nobis perpetua est cū uitijs, cum huius mūdi illecebris, cū malignis hominibus, cūq; illis excelsis. Hinc ait beatus Iob. Militia est uita hominis super terrā. Ad fortiter in hoc itaq; prelio pugnandū, manus nostras, corporis, & animi uires, docet Christus per fidē, ut iusticię, et dei causa, nō timeamus eū, qui nō potest ultra corpus sęuire, & tyrannidē exercere. Tu igiẜ bone deus (inquit) et docuisti manus meas ad prelium.

Psal.143.

Vita nrā perpetua pugna.

Iob.7.

Math.10.

Et posuisti ut arcū æreum brachia mea.

Tu (inquit) solus posuisti, & solidasti brachia mea, uires, potentiā, & fortitudinē meā, longe præter humanā omnē expectationē, quibus & huius sęculi blandicijs, minis, persequutionibus, & excelsis restiti. Posuisti (inquit) brachia mea ut arcū æreum qui flecti nequit, nisi magna ui, uel si flectatur aliquando, non tamen rumpi, uel fatigari potest, quin statim ad priorem formā, & ad pristinas uires redeat. Sic est animus, sic sunt uires eius quē deus ad preliū docet. His enī brachijs, his uiribus, et hostem repellimus & fidei, atq; spei clipeo, ictus oēs facile recipimus. Vere (inquit) sic docuisti manus meas, sic posuisti brachium meum benigne deus.

Brachium

Arcus æreus.

Pii viri arma.

Et dedisti mihi protectionē salutis tuæ.

Non enī est protector nisi tu, neq; salus, nisi a te. Quem igitur saluū uult deus, saluus sit necesse est. Saluum me fecit (inquit prius in hoc psal.) quoniā uoluit me. Neq; saluus esse potest quisquam, nisi uelit deus per gratiā, quae benigna est, & quidem parata oībus, eam inuocantibus in ueritate, in certa fiducia, & animi simplicitate. Quis (inquit Eccl'iastic⁹) mansit in mandatis eius, et derelictus est? Quoniam pius, & misericors

Gratia dei parata.

Eccle.2.

cors est deus, & protector omnibus exquirentibus eum in ueritate. Neq; tamē inuocari in ueritate potest, nisi per gratiā. Inuocatur quidē ab eo, in ueritate, qui eum diligit ex toto corde &c. quia fidē habet uerbis, & doctrinæ eius. Fides etenim ex auditu. Et qui credit in illū, non confundetur, inquit apost. Qui uero sic credit, deo se totum cōmendat, ab eo petit oīa, & sperat, & expectat omnē salutem ab eo solo, & quęcūq; dederit deus, siue prospera, siue aduersa, & fert patienter, et supplex agit gratias, cum non nesciat fieri omnia pro dei uoluntate, qui omnia potest, illumq; adeo benignum esse erga suos, ut nihil non faciat in eorū utilitatem. Oremus igitur et supplices, et assidue, cū apostolis. Domine adauge nobis fidem, elargire gratiam, & da mihi protectionem salutis tuæ. Alij clipeum, alij scutum uertunt, quæ protectionē significant, contra omnes quoscūq; uel insultus, aut malignitatem inimicorū. Et illa quidem protectio sola est, quæ nos tuetur in omni tempore oportuno. Sic dedisti mihi protectionem (inquit) salutis tuæ.

Inuocare deum in ueritate.

Rhom.10

Pii uiri pi' animus.

Et dextera tua suscēpit me.

Inde omnis protectio, et salus. Dei dextera, uel dei fauor, uel potentia, uel ipse Christus est. Hic, ut de Christo intelligamus, secundū huius psalmi figuram, (mea sententia) germanior sensus est, qui ecclesiam suam suscepit, ut ab omnibus inimicis tueretur. At ipse quoq; est, & dei patris potentia, per quem omnia facta sunt, & fauor, qui nos reconciliauit, per quem accessum habemus ad deum patrem, ad quem uenit nemo, nisi per eum. Is est, (ut inquit apost.) qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. In alio loco ait ecclesia, dextera illius amplexabitur me. Iam amplexatus est ecclesiam suam Christus, iam suscepit, iam tutatur. Hęc est protectio salutis dei, quæ pijs omnibus ueram salutem pręstat. Est etenim necesse ut nos dirigat huiusmodi dextera. Hanc salutem docet uerbum dei. Neq; non, & suos corripit deus, ut digni sint dextera illius. Hinc ait. Et dextera tua suscepit me.

Dextera dei.

Christus nostra pro tectio.

Ioan.14.

1.Cori.1.

Cantic.8.

Et tua disciplina correxit me in finem.

Vt essem digna, quam suscipias, inquit ecclesia. Corrigit deus quem diligit. Et illa est dextera dei, fauor eius, qui corrigit. Ait itaq; apost. Ne reuelationū magnitudo extollat me, datus est mihi stimulus carnis meę, angelus sathanæ qui me colaphizet. Hęc est disciplina dei, ne superbiat caro aduersus spiritum. Amoris dei, hoc maximum indicium est, si non omnia nobis eueniant ex sententia, si nonnunq̄ aduersis plectimur, si corporis infirmitate si amicorum, rerum ue amissione afficimur, si falsis delationibus, incarcerationibus, corporisq; cruciatibus, pro ueritate, & Christo urgeamur. Nā hæc (inquit) tua disciplina correxit me in finem optimū, uel perpetuo, ut ab alijs uertitur. Quoties enim oportuit, & mihi expediebat, me admonuit, me nonnunq̄ in corpore afflixit, (inquit ecclesia) ut fortiorem spiritum meum efficeret, &c. Dei quidem disciplina est, non modo quæ corporis afflictiones adfert, ut iamiam documus, sed etiam ipsa sacra scriptura, quæ docet, hortatur, admonet, increpat, minatur tandem, ut supradiximus. Felix quidem ille, quem deus in hoc sæculo corripit, et qui per gratiam eandem correptionē humiliter recipit. Nam gloriam pręcedit humilitas, ut ait sap. Beatus itaq; qui corripitur a domino, (inquit Iob) hoc est, qui benignam dei correptionem humiliter recipit. Hanc dei disciplinam, alius itaq; interpres, benignitatem uertit, alius uero, mansuetudinē, ut doceamur diuinam correptionem, eius benignitatem & mansuetudinem nobis indicare, ut tum quidem gaudeamus, quoties illam correptionem, & disciplinā sentimus, inde, quod nos deo curæ esse non ignoremus. Lege apostol. in priore loco. Et tua igitur hactenus disciplina (inquit) correxit me.

Corin.12.

Inditium amoris dei.

Disciplina dei.

Prouer 15

Iob.7.

Benigna dei correptio.

Et tua disciplina ipsa me docebit.

Ipsa tua disciplina me admonebit, ut a prauo itinere fugiam, tuæq; correctionis disciplinã æquo animo feram, ut ab optimo medico, salutiferam ultro oblatam medicinã iocundeq;, et cum gratiarũ actione suscipiam, & libenter sustineã. Deus enim & uulnerat, & medetur, inquit Iob. Et tum quidẽ suos maxime diligit, quando corripit. Qui dei igitur correptionem sentit, spontaneam patientiã habeat, ut sanißimæ medicinæ utilitatem accipiat, necesse est. Qui uero huic rebellat, sap. audiat admonentẽ. Qui increpationes odit, morietur, inquit. Et auris quæ audit increpationes uitæ, in medio sapientũ cõmorabitur. Eximia quidẽ res est patientia, & quæ christianum maxime decet. Hanc docet Christi sola doctrina, qua discimus priorẽ disciplinã. Nec inferũtur persequutiones, ut probos deleant, sed ut probent, exerceantq;, atq; per exercitium, patientiam acquirant, quæ ualde utilis & grata est deo. Tribulatio, patientiã operatur, patientia probationem, inquit apostol. &c. Apostolorũ itaq; exemplo, & correptiones, & tribulationes omnes, uel ipsam mortem, gaudentes pro ueritate & iusticia patiamur. Ibant enim apostoli, non solũ fortiter, sed etiam gaudentes a conspectu concilij, quod digni habiti sunt, pro nomine Iesu contumeliam pati. Huius rei causa, & patrẽ, & matrẽ, & uxorẽ, &c. relinquamus oportet. Hanc patientiam docet ipsa eadem dei disciplina. Hinc ait sap. Doctrina uiri, per patientiã noscitur. Curramus igitur per patientiam ad propositũ nobis certamen, iuxta apostoli consilium. Quod si fecerimus, tum quidem haud dubie, adiuuantem dei gratiam sentiemus, ut iocunde cũ deo sic loquamur.

Disciplinæ dei utilitas. — Iocũde ferenda dei disciplina. — Iob. 5. — Prouer. 15 — Patientiæ uirtus. — Rhom. 5. — Prouer. 19 — Hebr. 12.

Dilatasti gressus meos subtus me.

Gressus hominis sunt, huius uitæ tota peregrinatio, in qua nobis aduersantur multa, blandaq; nõnulla solicitãt. Adoriuntur mellitæ pestes, huius sæculi illecebræ & uoluptates (lucta est enim cũ uitijs perpetua) præter externos hostes, qui nonnunq; urgent. Hinc orat in alio psal. Perfice gressus meos in semitis meis, ut non moueantur uestigia mea. Nos quidem imbecilles sumus, et proni in uitia, faciles in ruinam. A deo igitur petenda est animi constantia, id quod est, dilatare gressus nostros, uires prebere, et nos in latitudinem deducere, (ut supra in hoc psalmo) ut firmi sunt pedes nostri, ne per inimicos in angustijs prosternamur, & uincamur. Sonat in malam quoq; partem dilatari, hoc est inflari, arrogantia efferri, tumide superbire. Hic est, qui se iactat, & dilatat, ait sap. Sic impius populus recalcitrauit, incrassatus, et dilatatus. Alius hunc locum uertit. Viam muniuisti mihi, ne offense ingrederer, hoc est ne per uitia, quibus plurimum offenderis domine, huius uitæ cursum peragam. Ambulamus quidem in hac tota uita, quæ & incerta, & laboriosa est, ut aliam tandem perpetuam ingrediamur. Dic in psalmo decimoquarto. Sed pro bonitate (inquit) tu dilatasti, roborasti meos gressus, per protectionem, perq; salutis dexteram, et disciplinam.

Gressus hominis. — Psal. 16. — Dilatare gressus. — Prouer. 28

Et nõ sunt infirmata uestigia mea.

Quia per gratiam tu uires præstitisti mihi ad resistendum. Steti igitur fortiter in prelio, quando tu docuisti & direxisti manus meas ad hoc prelium, tantasq; uires, ac tantã animi stabilitatem attulisti, ut nullis aduersis, infirmata, & debilitata sint uestigia mea, gressus mei, itinera mea, in huius uitæ peregrinatione, sed omnia aduersa per tuam gratiam sustuli, inimicos, & uici, & fugaui. Mihi ergo persuasum est, quod per hãc tuam protectionem, non solũ posthac eandẽ uictoriã de inimicis mihi (inquit) præstabis, sed etiam

Persequar inimicos meos, & comprehendã illos.

Sunt quidẽ pio cuiuis uiro multi, et quidẽ uarij inimici (ut historiã de Dauide omittamus) fœda scilicet cogitatio, noxius appetitus, pernitiosus cõsensus, de-

Pii hominis inimici.

sus, detestanda opera, caro, mūdus, diabolus, maligni homines, iustorū persequutores, hæretici, & omnia deniq; carnis opera, quæ recenset apost. Quos quidē inimicos persequimur, quādo cominus per pugnam, adiuuante gratia a nobis fugamus. Persequimur uero, et comprehendimus, dum adeo uictū, & prostratū inimicū tenemus, ut accedere, aut moliri nō audeat, toties prostratus hostis, desperās de quouis prospero successu, post tot fugas, et strages. Nam illos hostes uere persequimur et comprehendimus, quos uincimus, et apprehensos ita sub nostra potestate possidemus, ut nocendi uires non habeant. Eos etenim ita fugantes, sub pedibus tenemus, ne nostri dominentur, quantūuis conentur, et irruant. Nunq̄ tamen ita comprehendimus, ut ad defectionē non sint parati, aliud non quærentes, q̄ nocendi oportunitatem. Est igitur necesse, ut uel perpetuo pugnemus, uel in statione simus, ad pugnā perpetuo parati. Non enim prostrati cedunt prorsus inimici hmōi, nec uicti dant manum, sed identidem repetita uersutia, circūeunt quærentes, non solum ut uincant, sed prorsus ut deuorent. Parandus est igitur contra eos uirtutum exercitus, ut superbiam persequatur humilitas, iram, et inuidiam patientia, & proximi dilectio, accidiā solicitudo auaritiam eleemosina, rerūq; contemptus, gulam, et luxum abstinentia, libidinem corporis labor, ieiunia, uigiliæ, fuga, addo quod semp prodest, superq; omnia utilissimū est, aßidua oratio iuncta cum ieiunio, cū certa fiducia in bonitate dei. Contra externos quidem hostes, piorū hominū persequutores, hæreticos, & id genus alios, uitæ integritatē, patientiam, certam in deo spem obijciamus. Neq; nō ad magistratus ptinet, sceleratos, & flagitiosos homines persequi, et dignis pœnis afficere, qui sunt deo inimici, eos (inq̄) comprehēdere, & confringere debent, ut postea sequitur. Dic etiam in psal. 2. Sic per gratiam hos (inquit) omnes priores inimicos persequar, & comprehendam.

Galath. 5.

Victoria de hostibus.

Inimici semper soliciti.

Virtutum exercitus contra uitia.

Magistratus officiū in malos.

Psal 2.

Et non cōuertar donec deficiant.

Donec debilitentur, donec eorum uires deficiāt, donec illos consumā, ut uertit Felix, non cōuertar, non fugabor sperās in nomine domini, qui præcinxit me uirtute, non cedā, hosti locū non dabo. Nam dißipabuntur, & fuga (ut sequitur) dabūt dorsum inimici. Neq; tamen nō semper erit inimicorū insultatio, q̄diu fragilis caro, hoc seculum incolit. Si hoc, uas electiōis Paulus, de se fateatur, quis ampliorem, aut quietem, aut securitatē sperare potest? Condelector (inquit) legi dei, secundū interiorē hominē. Video autem aliam legē in membris meis, repugnantē legi mentis meę. Neq; de externis hostibus alia securitas est. Nam omnes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persequutionē patientur. Semper igitur perseuerandū est, et paranda pugna in persequendis uitijs, & inimicis huiusmodi, ne oscitantes opprimant. Sunt (inq̄) perpetuo persequendi, ut sic paulatim deficiant, ne resumptis uiribus, si pigrescentem hominē inuenerint, fortiores redeant. Sed dei (inquit) auxilio, persequar eos, &c.

Rhom. 7.

Pii viri necessaria solicitudo.

Et confringam illos. Prorsus eorū uires frangam, huius sæculi hostium scilicet omniū, & carnis uitia, per mortificationem, et gratiam. Neq; desunt christiano uiro tela, quibus confringantur, gratia dei scilicet, quę omnium præcipua est. Addamusq; ex nobis oportet, adiuuante illa gratia, ne diabolus inueniat nos dormiētes, aßiduā orationē, uigilias, frequens ieiuniū, et ampliores eleemosinas, & corporis, & animi indefessas solicitudines, & id genus alia. Ne uero nostris uiribus fidamus, per totum hūc psalmū docuit propheta. His prioribus armis, & mundum & diabolum (inquit) confringam.

Arma christiani viri.

Nec poterunt stare. Aduersum me, inqt ille, quē deus docuit sua disciplina, quiq; omnē spem suam in deo ponit. Portæ enim inferi, potentiæ, uires, diaboli, stare non possunt, non præualebunt, ut ait euangel. Non

Portę inferi.

Math. 16.

igitur aduersum me poterunt stare. Quia
Cadent subtus pedes meos.
Et prosternētur prorsus. Hoc certo promittitur, si dei auxiliū inuocantes, cum illa fiducia, quā supradiximus, restiterimus. Hi etenī soli uincunt regna, leonū ora obturunt, ignis impetū extingunt, fortes fiunt in bello. &c.
Rhom.11. ut ait apost. Sic prostrauit, sic confregit, sic sibi subiecit omnes inimicos, Christi ecclesia. Sed hęc (inquit) nō ago meis uiribus. Nam
Et pręcinxisti me uirtute ad bellū.
Alias enim succubuissem, nisi tu me uirtute, fide, spe, patientia, & fortitudine præcinxisses, et muniuisses ad hoc bellū. Hoc est, quod pio cuiuis christiano audaciam præstat. Expectemus itaq; & speremus certa fiducia, dei benignā gratiā, & fortiter sustineamus, non dantes locū hosti, quia in tempore oportuno auxilium dabitur. Ter etenim, hoc est, sepius
2.Cori.12. dominū rogauit ap'ls, ut discederet ab eo spūs sathanæ. Sed responsum accepit a domino. Sufficit tibi gratia mea. Hęc eadē quoq; gratia est, qua suis omnibus fidam tuitionē largitur benignus deus. Audacter igitur ait propheta, Cadent subtus pedes meos, nam et pręcinxisti me uirtute, ut eos confringam.
Et supplantasti insurgentes in me subtus me. Insurgentes contra me, ut illi putabant magnis uiribus, inimicos (inqt) omnes meos supplantasti, prostrauisti, incuruasti, ut ab alio uertit, subtus me. Fefellit eos opinio, qui me uincere sperabant, cū inuersa sit uictoria, et eos mihi subiecisti usq; adeo, ut eos & sub pedum meorū plantis, et subiectissimos habeam. Hæc est eximia uictoria, quā præstat benignitas dei, omnibus inuocātibus eam, et spem certā in ea constituentibus. Sic me fecisti (inquit) omnes inimicos uincere.
Et inimicos meos dedisti mihi
Inimicos fugat de' dorsum. Tu enī fugasti eos, nō ego, neq; uires meę. Alius itaq; uertit perspicue. Effecisti, ut terga darent hostes mei. Admo=
Eccles.4. net igitur persancte Eccl'iasticus. Certa usq; ad mortē p iusticia, & deus expugnabit pro te inimicos tuos. Hmōi auxiliū quo pacto sit a domīo petendū, docet egregie noster pro=
pheta, in. 34. psal. Oībus certa doctrina est, Psal.34. magnis potißimū regibus, ne suis uiribus ui=
ctoriā tribuāt. Dic ut in psal 9. et. 32. Meos Psal.9, &.32. igitur inimicos uicisti, et dedisti (inquit) mihi dorsum, quia fugiebant, & ego eos a tergo persequebar, nam tu ipse
Odientes me disperdidisti.
Hoc ait et Christi eccl'ia. Id, bonū eius quodcūq; membrū, et dicere, et sperare potest. Nā
uultus domini super facientes mala, ut perdat Psal.33. de terra memoriā eorū. Id quod ad hęreticos cōmode pertinere potest, quos deus non sinit esse unanimes, sed hęresis uarietate, sibi inuicem aduersantes. Illos itaq; disperdit, diuidit,
in uariasq; partes scindit, et tandē fugat, dißi Hęreticos
pat, et extinguit. Esse quidē nō potest, ut sint unanimes tinus.
unanimes hęretici, qui p uiribus ueritatē expugnant, simplicitatē abijciunt, fraudes medi tantur, omnē dolū excogitāt, mendacijs rem agunt, oīa deniq; simulant, dißimulātq;. Veritati (inq̄) aduersantur, hoc est, Christo qui ipsa ueritas ē, et eius purę doctrinę. Pugnēt igitur cū ueritate necesse est. Nā qui non est
mecū, cōtra me est, inquit Christus, et qui nō Math.12. colligit mecū, spargit. Secum inuicē ergo digladiantur dogmatū uarietate, relinquentes
rectā, et simplicē uiam iusticiæ. Omnes itaq; Dißidiū
ecclesiam suā odientes, & præ odio, eius pia hæreticorum.
membra persequentes, dißipat, disperdit, & delet, dei tandem benignitas. Et illi quidem sic fugati, dispersi, & iam prostrati.
Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret. Nam auxiliū petentes nō sunt exauditi, nō repertus est, qui eos saluos faceret, quippe qui saluatorē, a quo salus petenda est, iā pridē nō modo nō recte agnouerūt, sed multis pbris, et cōtumelijs affecerūt, et īprobe afficiūt, nulla pœnitētia ducti, tā hęretici, q̄ cęteri eccl'ię psequutores. Clamauerūt (inqt)
Ad dominū, nec exaudiuit eos.
Indigni

Indigni qui exaudiātur, qui ipsum dominū in ecclesia, et sponsa sua, et odio habent, et persequuntur, quia pctōres, quia iniqui, quia impij sunt, quos non exaudit deus, quia iniuste sunt preces eorū, a quibus auertit faciē suā. Nec tamen nō exaudiuit eos, q̄d benignus et misericors nō sit dominus, sed quod malignū animū nō deponerent. Deus autē pctōres nō exaudit, nisi resipiscāt, et animū a priore uita abalienauerint. Inuocabūt me (inqt sap. in dei persona) et nō exaudiā eos. Lege cętera quę scribit ibi sap. Quomodo (inquit apost.) inuocabūt eum, in quē non crediderūt? Christi ecclesiæ hostes, in Christum haud dubie non credunt, quia uerbum eius non audiunt. Non enim eius tum pia membra persequerentur. Neq; omnis qui dicit domine domie, intrabit in regnū cœlorū. Deus igitur, et ab eis auersatus est, & mihi ualidissimas (inquit) uires prestitit. Non solū igitur persequar, & confringam (inquit) hmōi inimicos meos, sed

Quos nō exaudit deus?

Prouer. I.

Rhom. 10.

Et cōminuam eos ut puluerē ante faciem uenti. Prophetā hūc psalmū scripsisse putāt, (ut dixi in principio) post fugatos, deuictos, & deletos, oēs hostes suos. Id quod hæc priora loca satis indicant, si ad historiā referas. Cōminuere est, in minutissimas partes secare, uel confringere. Et quid minutius q̄ puluis, qui ante faciē uenti (ut ait) fugatur, frangitur, & dissipatur, uilis, sterilis, & abiectissimus. Ita (inquit) cōminuam inimicos meos, ut nō sint potentiores ad nocendum ante faciē meā, q̄ sit puluis ante faciem uenti. Non magis potentes, ut mihi resistant, q̄ sit pulueris tenuitas uento inualescenti exposita. Quāuis ad omnia, quę spiritualē hominē molestant, quęcūq; dicit propheta, referri possunt, maxime tamen de hæreticis, et iustorū persequutoribus intelligere licet. Quos omnes, sicut hactenus fugauit, et prostrauit, ita & semper fugabit, & prostrabit, & cōminuet tandem deus. Nam non prævalebunt in uanitatibus suis. Ariditate consumentur, alieni ab omni diuini humoris gratia. Hi sunt impij, de quibus in psalmo. I. Psal. I.
Hoc ait, qui omnē spem suam ponit in dei auxilio. Non modo igitur, cōminuam (inquit) ut puluerem, sed etiam

Vt lutum platearum delebo eos.

Animaduerte, quantū inimicos omnes contemnit, qui totus in deo fidit? Quid enī contemptius, q̄ pedibus protrudere & conculcare? Platea, latior uia est, & longe totius ciuitatis frequentior, ubi luti si quid est, pedibus maxime teritur. Nec luto illo quicq̄ aut uilius, aut despectius. Ita cadent inimici subtus pedes (inquit) meos, & cōminuam &c. Nam eos & delebo, & pedibus calcabo, sicut lutum illud platearum pedibus teritur. Quicquid enim in me fabricabunt, aut mihi obijcient, ita contemnā prorsus, ut apud me maioris non fuerit precij, siue blandientes, siue minantes conabuntur, q̄ lutum illud platearū, nec maioris roboris, q̄ puluis qui omni uento dissipatur, quia positi erunt in conculcationem, quasi lutum plateaū, inquit Esai. Esai. 10.
Hanc certam (inquit) fiduciam habeo in benignitate tua domine, quia tu solus

Inimici dei q̄ sint contemptibiles?

Eripies me de cōtradictiōibus populi. Populum intellige, pro his omnibus, in hoc loco, sint uel e plebe, uel e proceribus, qui nolunt erudiri, quiq; nolūt intelligere ut bene agāt, peruersi et maligni iustorum persequutores, ecclesiæ, uel potius dei aduersarij. Ii bonis contradicunt semper, & aduersantur, & contra illos contendunt, tam uerbo q̄ opere, & illos odio prosequuntur. Hanc contradictionē sustinuit Christus (inquit apost.) nobis prebens exemplū, ut itidē feramus, neq; fatigemur, &c. Hi quoq; sunt de quibus Moses in cantico suo. Generatio praua, & peruersa, quę dereliquit deū factorem suum. Gens (inquit) absq; consilio, & sine prudentia, utinam saperent, et intelligerent. Et cum omnis malignus contradicat, tum hæreticus maxime, & qui hæreticis adhærent, fauent, opem in malignitate feruntes.

Ecclesiæ aduersarii.

Hebr. 12.

Deute. 32.

Hi sunt

Hi sunt maxime insignes ecclesiæ, fidelisq; populi hostes. Hunc malignũ populũ in hoc loco, quemadmodum in psal. 2. solos iudæos intelligunt nõnulli, qui semper Christi ecclesiæ maxime aduersabãtur, ut nõ modo euangel. sed & Paulus, & apostolorum acta sępe testãtur. Multis item uerbis hoc indicat Moses, in prædicto cantico suo. Ab huius populi (inqt) contradictionibus me domine eripies, quia hunc populũ subiugabis & delebis, et

Constitues me in caput gentium,

spretis iudęis, qui Christo indigni erãt. Gentes uero, de more ueteris testamenti appellabantur omnes, qui non erant iudæi. Item & nationes deum non agnoscentes. Constitues me (inquit ecclesia) in caput gentiũ, non iudęorum. Non enim iudaicus modo populus, sed gentiũ populus, erit dei populus, & ecclesię Christi membra, iuxta illud Pauli, et Barnabæ. Vobis oportebat primũ loqui uerbum dei, sed quoniam repellitis illud, & indignos uos iudicatis æternæ uitæ, ecce conuertimur ad gentes. Nam dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, ut ait Hieremias. Non enim fuerunt digni, (inquit Christus) iudęi ab eo toties inuitati, qui ad nuptias recipiantur. Inde dolens ad eos apud Micheam ait. Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui. Dico uobis (inquit Christus) quia auferetur a uobis regnum cœlorum, & dabitur genti facienti fructus eius. Populi ergo illi priores ingrati quidem, abiecti sunt, inquit Christi eccl'ia, et

Iudaici populi abiectio.

Act. 13.

Hiere. 2.

Miche. 6.

Math. 21.

Populus quem non cognoui, seruiuit mihi.

Neq; Christus, neq; Christi ecclesia, gentes idololatras cognouit, quia deum uerum non cognouerunt, nec adorauerunt illum, sed idola, & creaturas. Deus enim eos non noscit, quos non probat, pro alienis reputat, qui eum non agnoscunt. Nunq̃ (inquit) noui uos. Postea uero q̃ uocatæ sunt gentes, inter eas gentes magnificauit dominus gloriam suã. Et ille populus, mihi seruiuit, (inquit ecclesia) mihi obediuit, inter quos antea non uersabatur Christus sponsus meus, nec eos cognouit, quia deum patrẽ non cognouerũt. At modo digni sunt illi, qui uocentur populus meus, quos antea nesciebam. Hinc ab alio perspicue uertitur. Populus seruiuit mihi, de quo nihil sciebã. Sic ait deus apud Esai. Inuenerũt me, qui non inquisierunt me. Ecce ego ad gentẽ, quæ non inuocabat nomen meũ, &c. Dignus quidem est huiusmodi populus modo, per gratiã, qui recipiatur, inquit Christi ecclesia. Nam

Math. 7.

Esai. 65.

In auditu auris obediuit mihi.

Huic loco plurimũ conuenit, quod ait apost. ad Rhoma. 10. legito, & confer[t]o. Non uidit, sed tantum audiuit populus gentium, qui prius ambulabat in tenebris, de Christo, per apostolorũ prædicationem, & obediuit Christi doctrinæ, quia uerbo eius credidit, illamq; beatitudinem adsequutus est, quã docet Christus. Beati qui non uiderunt, & crediderunt. Hi sunt qui fidem ex auditu acceperunt, bis terq; beati, audientes uerbum dei, & custodientes illud. Ab alio itaq; sic uertitur. Simulatq; de me audierunt, ultro ad me supplices uenerunt. Accelerauerunt quidem, ut in alio psalmo. Adeo (inquam) accelerauerũt, ut uideres, inquit Eusebius, una alloquutione integros populos ad dei cultum adduci. At illi iudæi, ad quos missus est Christus, illum spernebant, & illo se indignos effecerunt, degeneresq; filij facti sunt, quantuuis se filios Abrahę iactitabãt. In eos itaq; ait propheta.

Ioan. 20.

Luc. 11.

Psal. 15.

Filii alieni mentiti sunt mihi.

Non erant quidem uere filij Abrahæ, iudæi, qui tantopere illi in operibus aduersabantur, ut ait Christus. Iudæi igitur, carne filij Abrahæ sunt, sed fide, & operibus, filij alieni, filij ingrati, digni qui exhęredentur, quia secundũ patrem eorum diabolum (ut ait Christus) mendaces fuerunt, rebelles, deo patri non modo aduersantes, sed etiam deum, & redemptorem turpissima morte adficientes.

Filij

Filij quoq; alieni sunt omnes ecclesiæ persequutores, hæretici, & male, & obstinate uiuentes, qui uere mentiuntur, quia ueritati, hoc est, Christo, & eius sponsæ ecclesiæ aduersantur. Filij tamē dei sunt omnes per naturā, quia factura, & plasma dei sunt, sed per opera filij alieni, filij diaboli effecti. Ita docet Irenęus in cap.79. Mentiti ergo sunt, et

Filii alieni inueterati sunt.

Non modo mentiti sunt semel iterū atq; iterū sępißime, sed iam in malignitate inueterati sunt, ad senium usq; deducuntur, & obdurati longo malignitatis usu, effecti sunt alienißimi, ueterem hominē adeo mordicus retinentes, ut nolint resipiscere, id quod de iudæis recte dicitur, qui in hunc usq; diem, increduli manent, Vere filij alieni, alienigenæ, seu extranei, ut ab alijs uertitur, effecti. Nam & rectam uiam prorsus deseruerunt, uel contempserunt potius.

Et claudicauerunt a semitis suis.

Sunt duæ semitæ, quæ nobis cœleste regnum demonstrant, uetus & nouum testamentum. Iudæi tam adhæserunt ueteri, ut nouum (sine quo saluus esse nullus potest) reliquerint, & spreuerint. Neq; uetus, nisi ad corticem seruare uoluerunt. Vno pede adeo itaq; claudicauerūt, uel utroq; potius, et in præsentia ita claudicant, ut neutiq; nisi resipiscant cœlorum regnum intrare poßint. Erat quidē iudęicus populus electus, cui diuinæ leges dabantur, cuiq; prophetę peculiariter futuram Christi gloriā denuntiabāt. Ad eosq; ait se Christus missum, ut superius dixi. Christi igitur semitæ, quibus monstrat iter ęternę uitæ, iudęorū semitæ præ cæteris gentibus fuerunt, si non aberrassent, & eas per malitiam spreuissent, seq; illis indignos fecissent. Illi igitur a suis semitis claudicauerūt, et facti sunt filij alieni. Neq; non ecclesiæ persequutores, hæretici, & maligni homines, qui hoc mundo maxime delectantur, eodem modo claudicant. Non enim possunt Christi ecclesiam persequi, & deo nō ingrati esse. Non enim possunt gaudere cum mūdo, et corregnare cum Christo. Hoc enim esset duobus aduersis dominis seruire, quod attestante euangelio, fieri nequit. Hinc est quod ait Elias, Vsq; quo claudicatis ī duas partes? Si dominus est deus sequimini eum, si autem Baal sequimini illum. Vtrumq; etenim sequi non potuerunt. Tales igitur & claudicauerunt, & claudicant a rectis semitis, hoc est, deseruerunt deum suum qui recta docet, et mandata eius non custodierūt. Sunt enim omnium hominū semitæ, uitæ mandata, cum non sit apud deum personarū acceptatio. Nec est aut iudæi, aut græci, aut barbari differentia. Quisquis igitur homo est, illius sunt huiusmodi semitę. Qui ergo ab illis aberrat, a suis semitis claudicat, recta non incedit. Vt rectos igitur gressus faciamus, ne errantes, & claudicantes erremus, monet apostol. Qui uero dei sapientiam abijcit (inquit sap.) infœlix est, & sine fructu sunt labores eius, & inutilia opera eius. Hęc fecerunt, quia deum non agnouerūt. Sed

Claudicare a rectis semitis.

3.Reg.18.

Populus claudicans.

Hebr.12.

Sap.3.

Viuit dominus. Phrasis est, & quidem frequens ueteris testamenti, & hæbręę linguæ loquendi modus quādo lęti gratias agunt deo, uel deum iurantes, in testem uocant homines. Viuit (inquiunt) dominus, id cupientes significare, se spem suam ponere in deo uiuo, in deo, qui solus opem ferre potest, neq; iurare per deos mortuos, ut gentes, sed per deum uiuum, qui non solum uiuit ipse, sed etiam omnibus dat uitam. Satis est in præsentia ut unum locum adferam. 2. Regum.18. Dei quoq; iuramentum est in ueteri testamento. Viuo ego dicit dominus. In nouo, Amen amen, ut non semel in euangel. Non aliud (inquam) est, uiuit deus, quàm uiuens deus est, quē ueritas non latet &c. qui suis opem fert &c. cui gratias ago, a quo est omne donum perfectum, & scio (inquit) quia potens est deposituū meum seruare &c. Hæc sunt uere fidentis uerba, uel in medijs persequutionibus. Viuit ergo deus, & uiuet perpe-

Viuit de⁹.

2.Reg.18.

Sunt duæ semitæ

perpetuo (inquit ecclia) qui mihi tantā opem pręstitit, qui omnia uidet, quiq; omnia pro uolūtate moderatur, et disponit, fortitudo mea, et refugium meum, qui me eripuit ab inimicis meis, & potens est semper eripere, ut supra in hoc psal. Viuit ergo deus in animis (inquit) piorum hominum.

Et benedictus deus meus.

Hoc est, glorificetur a pijs oībus, qui ita uiuit qui erga suos tam benignus est, et sanctificetur nomē eius, ut in dominica prece. Idē fere ait apost. Benedictus (inquit) deus, qui consolatur nos in oī tribulatione nostra. Optare deum benedictū non aliud est, q̄ optare, ut ab omnibus et agnoscatur, et pro dignitate laudetur, & prædicetur, eiusq; gloriam, & magnificentiā canāt omnes, qui eum agnoscūt, quiq; eius gratiam sentiunt, ut nullus ignorare poßit hunc deū esse uiuum, a quo omnis salus. Ab uno itaq; sic uertitur hic locus. Laudetur propugnator meus. Et

2. Cori. 1.

Optare deū benedictū.

Exaltetur deus salutis meę.

Deū salutis digne appellat, qui in tot aduersitatibus, contra tot persequutores, in tempore auxiliū tulit, malignos homines, hęreticos subiecit, prostrauit, deleuit. Exaltetur, et magnificetur (inqt) deus ille salutis meę, qui solus deus salutis est. Dedit enim mihi protectionem salutis suæ, ut supra in hoc psalmo inquit ecclesiā. Idem admonet in alio psalmo. Magnificate (inquit) dominū meū, et exaltemus nomen eius inidipsum. Exaltatur nomen domini, quando eius laudes & beneficia, sic apud alios prędicantur, ut ipsi quoq; deū adiutorē agnoscant, et in eo spem omnē suā ponant. Dilatatur etenī, & ampliatur cognitio dei. Sic pro uiribus ī hoc psal. exaltauit propheta nomen dei, alios eius beneficia docens. Iterū itaq; ad deū sermonē uertit. Vere (inquit) tu es deus salutis meę. Nā tu solus es.

Deus salutis.

Exaltare nomen domini.

Deus qui das uindictas mihi.

Alius est quidē nullus, qui potens est me uindicare, pręter te. Das (inqt) mihi uindictas, non ut ego me uindicem, sed tu ipse me uindicas. Hoc etenī docuisti me. Mihi uindictā, et ego retribuā dicit dominus. Ne dicas reddā malū (inquit sap.) expecta dominū, & liberabit te. Mihi igit das uindictā (inquit) qui hostes et persequutores meos ad nihilū redigis, et ira pfligatos, et me uictorē tuo auxilio efficis, ut colla submittant. Mihi igit uindictam das, quia uires mihi præstas, quibus inimicos uincam. Tu igitur uincis. Nam

Deo vindicta.

Rhom. 12.

Prouerb. 20.

Et subdis populos sub me.

Tu qui mihi es in angustijs, in aduersis, in periculis.

Liberator meus de inimicis meis iracundis.

Qui nam in Christi ecclesiā inimici tam iracundi, tamq; furentes, esse potuerunt alij, q̄ iudæi, q̄ hęretici, q̄ immites tyranni, q̄ Christi & ecclesię immanißimi persequutores. Ab oībus his, suā ecclesiā, suum fidelem populū deus liberauit. Hi sunt quos antea contradictores appellabat, quos nunc iracundos uocat. Sic in probos ira, uel potius insania excitantur improbi. Ait itaq; ecclesia ad deum certa fiducia, contra tot contradictores, et iracundos. Vere (inquit) liberator meus es. Nā et subdis populos sub me.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me.

Nam ipsi (ut supradixit) cadent subtus pedes meos, eorūq; cōtradictiones, & improbi conatus delebuntur, & ego per tuam gratiam exaltabor. Nam constituisti me in caput gentium. Insurgebant maxime in Christi ecclesiā iudæi, qui modo per orbem dispersi, & despecti fere ab omnibus sunt. Christi uero exaltata est ecclesia, eleuata, & in omnē terram propagata. Insurgunt hęretici, & persequutores, sed tandem euanescūt, & funditus pereunt, Christi uero ecclesia, nobilior reuiuiscit, uel potius hęresis pugna reintegratur. Nec timeo (inqt) quospiam igitur insurgentes in me. Nam

Ecclesiæ victoria de inimicis.

A uiro iniquo eripies me.

Sicut hactenus eripuisti. Vir iniquus, uel diabolus, uel hæreticus, uel tyrannus, & persequutor

Iniquus.

sequutor, uel iudęus adhęrens ueteri legi, & Christi euãgeliũ despiciens, omnis deniq; maleuole agens & obduratus peccator, iniquus est. Iniqui sunt, quod deo, qui uere iustus est, & ęquus, aduersantur. Scio (inquit ecclesia) et certo certius credo, quod semper eris mihi adiutor, eripies me &c.

Propterea cõfitebor tibi in nationibus domine.

Confiteri domino. Cõfiteri domino est, et acceptũ beneficiũ agnoscere, et pro eo gratias agere. Et hoc (inquit) agam, agnoscendo, annunciando, et prędicando hoc beneficiũ tuũ in nationibus inter gentes, quae in sacris Nationes literis, nationes a iudaeis appellatae sunt. Et ideo ait se hoc annũciaturũ inter gentes, non autẽ inter iudaeos, Christi ecclesia, quia deus suã ecclesiã (ut prius in hoc psal. dixit) constituit in caput gentiũ, non iudęorum, qui se in- Act.13. dignos tanto beneficio fecerunt. Confitebor (inquit) tibi apud nationes, quod tu es deus solus, qui & pro bonitate uis, & per potentiã solus potes seruare sperantes in te. sicut me a tot periculis liberasti.

Et nomini tuo psalmũ dicam.

Hoc est, tibi soli laudes canã apud oẽs, ut nullus ignoret, hoc diuinũ tuũ nomen, in quo est oĩs maiestas, oẽ auxiliũ, oĩsq; salus. Laudabo Psal.68. (inquit idẽ) nomẽ dei, cũ cantico, & magnificabo eum in laude. Ipse solus est a quo oĩa, et per quẽ oĩa, ut ait apost. Ipsi igitur honor & Psallere domino. glĩa, in sc̃la sc̃lorũ. Psalmũ domino uere dicit, hoc est, psallit, & cantat, qui deũ uere amat, pro eo quod deus est, in eo solo fidit, illiq; se totũ cõmittit, quiq; pro beneficijs ita gratias agit, ut pro dilectione erga deũ, uitę innocentiã seruare conetur, in dilectione proximi sollicite exercetur. Et qui sic confidunt in illo, Sap.3. ueritatẽ intelligent, inquit sap. Confidere nõ potest, qui nõ agnoscit, nõ diligit. Neq; diligit, qui pro uiribus mandata non seruat. Dilectio enim dei est, mandatorum obseruatio. Dilectio dei. Qui igitur deum diligit, eius plane mandata seruare conabitur. Si diligitis me, mandata mea seruate, inquit Christus. Nec aliud a nobis exigit deus, q̃ ut eũ diligamus, & pro dilectiõe erga eũ, innocentiã seruare conemur, et facere bonũ. Neq; tamen eget benefactis nostris. Nõ igi͠ a nobis hoc exigit sua causa, sed nostra, p̃ suo amore erga genus humanũ. Tuo igi͠ nomini (inq̃t ecc̃lia) psalmũ dicã.

Ioan.14.

Sua causa nihil a nobis exigit deus.

Magnificans salutes regis eius.

Mutat personã, non deũ, sed alios alloquens, et docens, ut magis magisq; mirificũ dei patris nomen apud omnes magnificet. Psalmũ (inquit) dicam nomini tuo. Est (inquit) hoc dignissimũ (ad omnẽ fidelẽ populũ sermonẽ conuertens) cũ sit nomen dei patris, hoc est, ipse deus pater, magnificãs salutes regis eius hoc est Christi filij, qui a patre rex constitutus est, quẽ regẽ, non modo suae ecclesiae, sed oĩm cõstituit deus pater, ut diximus ĩ psal.2. Psal.2. Est enĩ rex uniuersorũ Christus, ut ait apost. Hebr.1. Est suę ecclesię suorũq; fideliũ rex. Est enim rex oĩs terrae. Quas uero salutes attulit ecclesiae, pluribus docuit propheta in hoc psal. Psal.15. Has autẽ multiplices salutes Christi, magnificauit deus pater, et mirificauit, ut ait in alio psal. Sic enĩ clarificauit deus pater, ut ait euãgel. Sic ait se a patre accipere oĩa. Hoc est er- Ioan.12. &.17. go nomẽ dei patris, dignũ cui psallamus, magnificans salutes regis eius, hoc est, filij sui, qui est uere oĩm salus, quẽ regem uniuersorũ constituit deus pater, magnificãs hãc salutẽ.

Et faciẽs m̃iam Christo suo dauid

Filio suo Christo, hoc est uncto, prę omnibus participibus suis, ut in alio psalmo. Qui uere Psal.44. Dauid prae omnibus dilectus & fortis est. Hic est enim fortis leo, de tribu Iuda, radix Dauid, de quo in Apocal. Ioan. Hic est dile- Apoca.5. ctus, in quo sibi complacuit pater. Illi iam homini facto m̃iam fecit deus pater, qui semper sibi adfuit a dexteris, ut docet psalmus.15. Psal.15. Est ergo deus pater magnificãs salutes regis eius, et faciẽs m̃iam huic Christo suo Dauid.

Et semini eius usq; in sęculum.

Semini (inq̃t) illius Dauid. Est enĩ Christus de semi-

de semine Dauid. Pius uero christianus Christi semen est, semen huius Dauid. Erat enim granũ mortuum, ut hunc fructũ produceret Christus. Semẽ itaq; huius regis est eius ecclesia, hoc est oẽs beati fideles qui eius membra eius proles, eius soboles, qui & filij eius, et cohæredes sunt, quibus deus pollicet' mĩam suã, hoc est, auxiliũ & opem suã. Nã sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit deus pater oẽs uoluntates meas, inquit Christus in alio psal. Et hoc auxiliũ semini huius Dauid non semel, nec ad breue tẽpus pollicet' deus pater, qui per hũc Dauidẽ humano generi reconciliatur, sed usq; in seculũ, hoc est perpetuo. De promißione facta Dauidi, & semini eius, sic docet clare scriptura. Ego (inqt deus pater, cũ loqueret' Dauidi per Nathan prophetam) suscitabo semen tuũ post te, quod erit de filijs tuis, et stabiliã regnũ eius, ipse ædificabit mihi domũ, & firmabo solium eius usq; in æternũ. Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filiũ, et mĩam meã, nõ auferã ab eo. Et statuã eã in domo mea, et in regno meo usq; in sempiternũ et thronus eius erit firmißimus in perpetuũ. Cui nã alij cõuenire potest hmõi pmißio q̃ Christo, q̃ nostro Dauid? Vt hãc mĩam adsequamur, eiusq; participes simus, supplices & deũ oremus patrẽ, & Iesum Christũ eius filiũ, qui oĩbus uolentibus in eũ credere, eandem paratus est impartiri. Nã uos amici mei estis (inquit Christus) si feceritis quæ ego præcipio uobis, hoc est, si fidem uerbis meis habueritis, & eam fidem operibus ostendere conabimini. Nã & manebitis (inquit) in dilectione mea, si præcepta mea seruaueritis. Qui uero sic manserit, tutus est.

Semẽ Dauid.

Semen Christi.

Psal. 15.

1 Paral. 17

Seminis promißio.

Psalmus Dauid. 18.

Titulus.

In finem. Explanatio.

Cœli enarrant gloriã dei. Parum attinet ut historicum sensum adferam, cũ non sit tanti momenti, & cuiuis præterea perspicuus est. Quis nescit, qui ratiõis usum habet, cœlos ipsos hoc est, firmamentũ, & solẽ, & lunã, & sydera, & ineffabilẽ rerũ illarũ machinã, dei gloriã, et maiestatẽ, qui ea condidit & perpetuo regit, enarrare, ut sit nullus qui hoc non prædicet, nõ fateatur? Quis non dei prudentiã admiratur, qui (ut ait in hoc psal.) rerũ oĩm certũ ordinẽ, dieiq; ac noctis uicißitudines perspicit? Cui nõ indicant res hmõi, & diuinã dei potentiã, & rerũ oĩm absolutã scientiã? Quis uiuens, ista nõ ita uidet, ut ex eorũ solo aspectu, magnũ deũ aliquem, rerum hmõi, & conditorẽ, & gubernatorẽ sentiat? Quis ignorat (inquit Iob) quod hæc oĩa manus dei fecerat. Nec aliquãdo fuit gens tam barbara, quis in uero deo, terreni hoĩes prorsus errarent, qui nõ rerũ hmõi summũ aliquẽ fabricatorẽ existimarent. Viderũt eteni oẽs populi hanc gloriã eius, ut in alio psal. Inde est quod ait apost. Gentes postq̃ quod notũ est deo manifestum est illis, per ea quæ fecit deus, in huius mundi pulcherrima machina, quibus deum cognoscere naturali ratione potuerunt, gloriã incorruptibilis dei tamen non extulerunt, etc. Nã a magnitudine speciei, et creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum uideri, inquit sap. Sunt qui huius psalmi principiũ, de illa stella quæ magos ad Christi præsepium adduxit, intelligunt. Hinc ait hic August. Cœlum etiam quodãmodo narrauit gloriã dei, quando nato domino stella noua, quæ antea nunq̃ uidebatur, apparuit. Taceo amplius de historico sensu, ut in spirituali diligentius uersemur.

Iob. 12.

Sap. 13.

In summa.

Et a quibus docetur dei ineffabilis gloria, & ueteris & nouæ legis diuinã uim docet propheta in hoc psalmo. Hinc uelut admonitus, Christi incarnationẽ pariter, et ascensionem perspicue prædicit. Euangelicam ipsam doctrinã in gloriam dei laudibus extollit. Orat dei adiutoriũ propheta, ecclesiæ, hoc est, omnium fidelium nomine, quo poßit, & euitare delicta, & placere deo.

Explana-

Explanatio.



Cœli enarrant gloriam dei. Prophetę primũ in ueteri testamento, futurũ Christum prędixerunt. Post eius uero aduentũ, et ascensionem, et piorũ prophetarũ testimonio, & noua spiritussancti doctrina, Apostoli, Euangelistæ, Christiq; ecclesię probi doctores, qui consonantissime omnes appellantur cœli, oĩ creaturæ gloriã dei enarrarũt, & enarrant quotidie. Hi sunt cœli, qui enunciarunt iusticiam eius. Cœli sunt (inqt August.) eleuati a terra. Enarrant enim gloriam dei, ut non ignoremus maiestatem eius, potentiam, bonitatẽ, iusticiam, misericordiam, quæ superat omnia opera eius. Docent pręterea ut simus quoq; digni qui appellemur cœli, si nostrã conuersationẽ in cœlis habeamus, et ea quæ ipsi docent cogitemus, & faciamus. Hinc omnes admonet apost. quæcũq; sunt uera, quæcunq; pudica, quęcũq; iusta, quęcũq; sancta, quęcũq; amabilia, quæcũq; bonæ famæ, si qua uirtus, si qua laus disciplinæ, hæc (inquit) cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, et uidistis in me, hæc agite, & deus pacis erit in uobis. Qui hanc igitur cœlestẽ eruditionẽ docent, recte cœli dicuntur, quorũ cõuersatio est in cœlis, quiq; non humana sapientia, sed cœlitus docti sunt, nec humana docent, sed cœlestia. Sapientiã (inquit apost.) non huius sęculi, sed dei loquimur in mysterio. Nec potest hmõi rerũ enarratio probe fieri nisi a cœlis, hoc est, dei spũ plenis. Hi etenim sunt, in quibus spũs patris loquitur, ut ait euãgel. qui dei regis cœlestis gloriã enarrãt, docent, manifeste explicant. Hominis uero omnis glĩa, pręterq̃ in deo, inanis est, & stercore uilior. Est enim maliciæ & pctõris gloria, quã deus destruet, et euellet. Ne efficiamur itaq; inanis gloriæ cupidi admonet apost. In eodẽ loco, pleraq; egregia scribit Hiero. de utraq; gloria tam proba, q̃ improba. Si ab hominibus quęratur, uitiũ & peccatũ, si quidẽ a deo, uirtus est. Lege Chrisost. ad Titũ, homelia.2. Omnis uero alia glĩa, omnis humana magnificẽtia, omnis huius sęculi rerũ oĩm splendor, omnis popularis deniq; fama, in qua non deũ quærimus, et eius beneficiũ agnoscimus, uere peccatũ est, etiã in opere alias quãlibet quidẽ optimo. Eleemosina inanis gloria fit, si hoĩs nõ Christi gloriã quęrat, qui facit. Admonet igitur apost. omnia fieri debere in gloriã dei. Tantũ itaq; abhorreat, ut humanã gloriam quærat, qui uult bene operari, ut nesciat sinistra, quid faciat dextera, inquit euang. Intelliget sinistra quæ facis, si interno affectu nõ dei, sed hoĩm gratia feceris, ut ab hominibus non a deo gloriã habeas. Est plane quod facis sinistrũ, prauũ, ingratũ deo. Sic est omnis caro fœnũ, et oĩs gloria eius quasi flos fœni. Nihili res est hæc gloria. Spũs enim, & indignatio domini contra hanc insufflat, et exiccata est, in nihilum redacta, ut ait Esai. Quã narrant igitur, et docent priores cœli gloriã, requiramus, cum illi uerã gloriam enarrent.

Christi fi= dicatores cœli.

Psal.96.

Philipp.3.

Cur cœli nomĩe digni sunt.

Math.10.

Humana gloria.

Psal.51.

Galath.5.

Math.6.

Esai.40.

Et opera manuum eius annunciat firmamentũ. Idem repetit, ut lectori persuasum relinquat. Cœlum etenim firmamentũ, a soliditate uocatur. Vocauit deus firmamentũ, cœlum, inquit Moses. Hoc firmamentũ, cœlos illos priores interpraetari, non alienũ quoq; est, adeo iam confirmatos, & in Christi doctrina solidos, & constãtes, ut pro fide, et Christi nomine, libenter quidẽ omnia q̃libet sæua, crudeliaq;, nullo metu sufferrent, simul et clari, splẽdidiq; adeo effecti sunt uniuerso mũdo, ut stellæ, luna, & sol ipse, in firmamento non magis. Nã in omnẽ terrã exiuit sonus eorũ &c. Hoc igitur firmamentũ, hoc est, priores cœli, firmati fide, et doctrina, qui animi constantiã a deo acceperũt, annunciant orbi, opera manuũ eius, hoc est, magnitudinẽ eius, qua omnia potest, qua oĩa fecit, regit & gubernat, bonitatẽ & mĩam in genus humanũ, quibus nobis bona quęcũq; sunt omnia, gratis conferũtur, docentes et admonentes

Genes.1. Firmamentũ.

Vtilis doctrina de gloria dei

nentes in hac uita, nihil esse aut bonum, aut utile, quod non sit opus manuū eius, quod nō factū a deo, quod non ab eo solo datur. Hæc annūciant priores cœli, ne dei gloriā, potentiam, bonitatē, & maiestatē ignoremus. Vel aliter. Firmamentū, hoc est stabilitas rerum, quas condidit deus, annunciat, declarat, eius esse opera. Nā & res quidē perpetuantur, et earū ordo, aut nunq̄, aut raro, secundū uoluntatē eius, uacillat. Inde est, quod non creaturarū, sed solius dei esse opera cōstat, qui dicit et factū est, quiq; immutabilis, et ęternus est. Hæc secundū literalē sensum. Hinc sequitur. Dies diei eructat uerbū &c. hoc est, dierū solidus ordo, & cursus, noctiūq; uicissitudines, indicāt gloriā dei, cū fieri tā solida et ꝑpetua, nisi a deo nequeāt. Sed historiā relinquamus. Priores cœli enarrāt glīaz dei, sed credētib⁹. Et quoties illis q̄dē hęc prędicāt, qui credūt.

Dies diei eructat uerbum.

Priores etenī cœli, fideli ꝑplo, qui fide splendet, ut lux clara, hoc uerbū dei, hanc gloriā eructant, strennue prædicant, solicite denunciant. Sic dies diei eructat uerbū. Dies sunt prędicatores, et q̄ fide uerbū recipiūt. Ambo clari et ut dies, in dei conspectu splendentes. Deus quoq;, qui uere dies est, et lux uera, hāc doctrinam manifestauit diei, hoc est, ecclesiæ sponsæ suæ, et eius ꝓphetis, apostolis, euāgelistis & doctoribus, et q̄bus reuelare dignatus est, qui diei instar, fide, et uirtute ꝑ gratiā splendet. Hunc locū, in quodā sermone, de. D. Ioan. baptista, itelligit Augus. de nouo et ueteri testamēto. Vetus quidē testamentū, quo nobis per ꝓphetas loquutus est deus, eius noticiā docet, uoluntatē eius manifestat oībus quoquo modo clare, sed longe clarius ī nouo testamento, sine umbra, sine figura, quando loquutus est nobis in filio, sublato omni uelamento. Sic dies diei &c.

De ueteri & nouo testamē-to.

Hebr. 1.

Et nox nocti indicat scientiam.

Sicut enī dei benigna promissio ex euangelij uerbo, recipiētibus dies est, et ueritatis clara lux, quę hominē credentē uerbo illuminat, ita et legis increpationes, nocti comparant, quia noctē, et gehennā ignis, et damnationis sententiā nō resipiscentibus minant. Huius uero rei scientiā ne ignoret mūdus, nocti, hoc est, ꝑplo qui pctorū tenebris delectat, indicat legis noticia, per uocē, et denūciationē priorū cœlorū. Hāc etenī scientiā, enarrarūt, et quotidie enarrant priores cœli. In utroq; narrat glīa dei. Probi etenī, uerbū recipiūt, et eo firmant, ut gloriā dei magnificēt. Improbi uero ideo īcrepant, ut glorā dei agnoscāt, quā nisi recipiant, dignis pœnis in dei quoq; gloriam iudicandi sunt. Alias quoq; nōnullas adferūt in hoc loco allegorias interpretes. Quando Christus splendor patris, loquebatur aplīs et discipulis, tūc dies diei eructabat uerbū. Erāt enī illuminati radijs splendoris eius, hoc est, benigna gratia et cœlesti doctrina. Quando uero Iudas, qui Christū tradidit, loquebat cū iudæis, ut Christū eis uenditū traderet, tunc nox nocti idicat scientiā prauā, abominabilē, tenebris exteriorib⁹ dignā, ubi erit fletus etc. Neq; alios fructus ꝑducere potest arbor tam mala. Id quod de quouis īpio uiro intelligere licet, qui malā doctrinā, inter malos, et iā antea corde deprauatos, docet, ꝑmouetq;. Qui uero cum alijs tractat proximū decipere, aut quouis modo lędere, dolis et fallacijs, nox est ipse, quia facit opa tenebrarū, et nocti, hoc est alij impostori, pnitiosam doctrinā īdicat, qua proximū decipiat. Alr. Caro, nō alia, q̄ quæ sunt carnis indicat, & demōstrat, id q̄d nocti recte comparat. Nam qui male agit, hoc est, qui carnis desideria sequit, odit lucē. Tetraq; et tenebrosa sunt peccata carnis. Hinc tenebrarū opera uocat aplus. Quod ergo prius de doctrina spūs dixit, diem scilicet diei eructare uerbū, hic cōtra ait de doctrina carnis. Nam sicut doctrina spūs, spiritualia, et cœlestia spiritui, ita carnis doctrina, fœda peccata carni ingerit. Nox itaq; nocti indicat hanc scientiā. Aliter. Obscura litera, q̄uis obscura ut nox, alteri alias tamē obscurę, claritatē, et obscu

Luc.

Verentes, nocti indicat scientiam.

Olm li... guis lo... bant ap... Act. 2.

Rhom. ...

obscuritatis ueram sciẽtiã pręstat, perspicuũq; intellectũ efficit, si q tractat, spũ dei ducatur. Nox itaq; &c. Aliter longe. Pater qui lux est ipsa, uerbũ, sibi æqualẽ filiũ eructauit, & produxit. Vterq; lux, & dies clarißimus. Et hoc est, lumen de lumine, et dies de die. Verbũ lucis, eructauit deus pater filio. Ait etenĩ filius omnia se accipere a patre, & ab eo doceri. Sed lux ista posterior, in uirginis matris utero, obscurior facta est. Velut enim nocte, & in tenebris, occultabatur eius diuinitas. Illa tamẽ nox, et ignota lux adhuc, Ioanni baptistę ĩ utero quoq; matris Elizabeth, prius sterilis, illi (inq̃) uelut nocti, & matris etiã uentre tecto, sui & noticiã, & scientiam indicabat. Factũ est, (inquit Lucas) ut audiuit salutationẽ Marię Elizabeth, exultauit infans in utero eius. Nox ergo nocti &c. Alr. Cum Christus factus esset homo, humanitate, eius diuinitas, ita obscurabatur, ut tanq̃ in tenebris, et nocte, uideri nõ posset. Hęc tamẽ nox nocti, hoc est, populo q prius ambulabat in tenebris, tam sua doctrina, q̃ postea diuinitatis manifestatione, scientiam dei indicabat, suos, et in eum credentes, ab errorũ tenebris in ueritatis clarũ lumẽ deducens, quã scientiã enarrarunt priores cœli. Hæc, & similia dei opera, enarrabãt, et annunciabãt priores illi cœli, oĩ pp̃lo, et oĩ linguæ. Hinc ait. Luc.1.

Nõ sunt loquelæ neq; sermones, quorũ non audiantur uoces eorũ.

Loquebantur enĩ apostoli uarijs linguis magnalia dei. Quomodo (inquiunt) audiuimus unusquisq; linguã nostrã in qua nati sumus? Parũ eorũ sententiã probandã sentio, qui nõ alia lingua loquutos ap̃los docent, q̃ sua propria, auditores uero, eos miraculo ĩtellexisse. Ait enĩ aperte scriptura, ap̃los uarijs linguis loquutos. &c. Alias enĩ (ut ait Beda) de auditoribus fuisset miraculũ, nõ autẽ de apostolis loquentibus. Sed mihi uisum est, ingens fuisse miraculũ de utroq;. Loquuti sunt etenĩ apostoli uarijs linguis, simul & cum unus apostolorum, una lingua loqueretur, eum intelligebant, qui astabant omnes, uariatũ linguarum homines, ut unã fidẽ reciperet linguarum uarietas. Nam sicut unitatẽ linguarum (inquit Beda) babilonis superbia dispersserat, sic ecclesiæ humilitas recollegit. Neq; tamẽ quidlibet garriebant, (inquit Chrisost.) sed admiranda quædam oracula loquebãtur. Vnusquisq; omnũ gentium sermone loquebatur (inquit Hiero. in Ep̃la ad Marcel. to. 3. pag. 58. Neq; ullus Christianus est, qui non loquitur omnibus linguis, cum sit membrum unius corporis, ut ait August. super Ioan. tractatu. 32. to. 9. Quin ad ap̃los redeo. Non alienum uidetur, ut eos earum linguarum uarietatẽ retinuisse sentiamus, quã acceperunt miraculo, qui statim in omnes fines terræ, ad oĩm linguarũ genera mittebantur. Lege Eusebium libr. 3. cap. 1. Vt uaria, uidentur poni loquelæ & sermones, forte ut loquelæ sunt linguæ uulgares, sermones uero, doctiores, et perfectiores linguæ. Rhomani enim, latine tum loquebantur, Græci uero grãmatica lingua. Erant quidẽ & aliæ barbaræ lingue, Parthi, Medi &c. Omnium linguarum uiri erant apostoli. Id quod diuinitus factum est, ut ad omnes gentes eorum sermones, et doctrinæ, quæ ab omnibus intelligerentur, dimanarent. Vnde ait.

Olm linguis loq̃bant ap̃li. Act.2.

Loquelæ & sermones.

Act.2.

In omnẽ terrã exiuit sonus eorũ.

Ad omnes gentes, quæ terrã incolunt, quiq; mortales sunt omnes, sonus eorum apostolorum, & discipulorum Christi, exiuit ab eis, per aßiduam prædicationẽ uerbi dei. Sonus (inq̃) sanæ doctrinæ, sonus puræ cõuersationis, sonus piæ uitæ, sonus miraculorũ eorum, sonus ex uerbo dei erga pios consolationis, in impios uero, durißimæ increpationis, ita in omnẽ terrã exiuit, ut nullus, hoc est, nulla natio, adeo nõ audiuerit de uerbo dei, et Christo, ut ne huius mundi quidem angulus esset, quẽ Christi doctrina non penetraret, in eoq;, a nõnullis audita esset. Nam uiderunt omnes terræ salutare dei nostri, inquit idem. Nunquid non audierunt, inquit apostolus? Et quidem in

Sonus apostolorum.

Psal.97.

Rhom.10.

R.2.

[illegible] uarijs linguis apostoli

dem in omnē terram exiuit sonus eorum.

Et in fines orbis terrę uerba eorū. Repetit, ut lectori penitus persuadeat, apl'orū scilicet, & discipulorū Christi loquelas, sermones, et uerba, in fines, et ulteriores terminos totius orbis, ut ignorātia neminē excusaret, exijsse, & neutiq̄ cessasse, quoad suū cursum in oēs orbis partes, compleuisset. Vertit Felix. In omnē terrā exiuit cursus eorū. Velociter enī currit hic sermo dei, ut ī alio psal.

Psal.157. Diuinitus ideo dabatur illis aplis, ut olm linguis loquerētur. Hinc, ut oī creaturę prædicarent, mādabat Christus. Non igitur notus dumtaxat in iudęa deus modo est, ut quondā canebant iudęi, sed in uniuerso mundo prędicatum est hoc euangeliū, et a multis receptū. Non igitur ignorari potest. Nam

In sole posuit tabernaculū suum. Dei tabernaculū est Christi ecclia, ī qua nos, q̄diu hic sumus, ut milites uiuimus, et miliciā exercemus, cōtra tenebrarū pricipes. Dic ut

Psal.14. ī psal. 14. Hoc tabernaculū, et eius doctrinā adeo posuit deus ī sole, in propatulo, in manifestatiōe, p priores cœlos, ut nullus eā nescire magis posset, q̄ solis claritudinē. Nā in omnē terrā exiuit sonus huius tabernaculi ministrorū.

Ecclīa oībus patet. A deo inq̄ est oībus obuia Christi fides, et ecclesia, ut sol ipse nō magis. Sicut benignus quoq; deus solē suū oriri facit super bonos et malos, ita parata est Christi ecclia, nō magis bonos retinere qui in ea sunt, q̄ malos, qui interim exulant, si resipiscāt, obuijs (ut aiunt)

Apoca.21. ulnis recipere. Hęc est ciuitas (ut ait Ioan in apoc.) quę neq; sole, neq; luna eget, ut luceāt in ea. Nā claritas dei illumīabit eā, et lucerna eius est agnus, et ambulabūt gētes in lumine eius &c. Et hic sensus, meo iudicio, conuenit priori literę. Alr. Christi tabernaculū erat humana caro, in qua latebat diuinitas. Hmōi tabernaculū ī sole, et manifestatiōe tandē posuit Christus, quando quę prius latebat, diuinitatē indicabat. Nā manifestauit gloriā suā,

Ioan.2. inqt euang. Hęc est glia, quā enarrāt priores cœli. Ex hoc tabernaculo, emanat oīs uirtus. Alr. Christi tabernaculū, quādo nostrā carnē sumeret, ut homo efficeretur, erat uirginis matris uterus. Et q creauit me, requieuit ī tabernaculo meo, inqt ecclīast. Ipsa qdē mater dei electa erat ut sol, inquit sap. Posuit itaq; Christus, quem tantopere enarrabāt priores cœli, tabernaculum suum in sole, in uirginis matris utero, unde prodijt sole clarior. Ecclesi.24 Cantic.6.

Et ipse tanq̄ sponsus procedēs de thalamo suo. Concinne quidē sponso ad nuptias de thalamo suo pcedenti, q nascit ex uirginis utero cōparat Christus. Seipsum enī sponsum uocat. Et quē admodū ille spōsus est, cui uirgo spondet, quiq; adhuc uirginis ītegritatē nō minuit, ita Christus, cū de thalamo suo, hoc est, uirginis utero egrederet, & in mundū prodiret ut sponsus, quia uerbū dei, cū uirginis utero, hoc est humana carne, sponsalia fecit, uirginis puritatē nullo pacto īminuit. Ipse ergo qui in sole posuit tabernaculū suū, tanq̄ spōsus est pcedens de thalamo suo, hoc est, de uirginis utero, uirginē relinquens. Sponsus etiā cū de suo thalamo progredit, et comptus, et ornatus procedit, pariter et multis amicis comitatur. Christus itidem, cū de thalamo, & utero uirginis matris prodiret, comptus oī puritate, uirginis synceritatē nō uiolās, absq; uirilis seminis cōmixtione, ornatus oī ptāte, bonitate, et diuina uirtute, pcessit. Neq; nō comitatus pcessit, tā cœlestibus q̄ terrenis amicis. Angeli aßistebāt canētes, Glia in excelsis deo. Stella inseruiebat, magi, terreni illi sapientes, eum muneribus adorauerūt. Quis alter sponsus usq̄ aliquādo tā ornate, tātoq; & tam splendido cū comitatu processit de thalamo suo? Et ideo uenit tanq̄ sponsus, ut sibi suā spōsam ecclesiā efficeret. Probe iungunt. Nā uterq; uirgo, & sine macula permāsit. Christus est sponsus, qui peccatū nō fecit, similēq; sponsam reliquit. Ecclesiā (inquit apost.) gliosam fecit Christus, nō habentē maculā, aut rugā. Suos itaq; aplos et discipulos, sponsi filios appellat Christus ipse. Aliter. Mos tam fuit, q̄ adhuc apud iudæos Math.9. Cur Christus sponsus uocatus. Ephe.5.

dæos est,(ut fertur) dũ sponsus sponsam accipit, ut tegatur sub uelamine, uelut sub tentorio,in suo thalamo sponsa, ad quã ingreditur sponsus. Quo iterũ exeunte cum sponsa, magnã hilaritatem præ se ferũt astantes comites omnes. Christus itidem uere sponsus ecclesiæ suæ, ad eam quæ adhuc apud iudæos sub uelamine latebat, ingreditur. Suos itaq; discipulos, filios thalami uocat. Tandẽ uero procedens in lucẽ,& agnitus una cũ sponsa, quã apud suos hic reliquit, mirã hilaritatem suis omnibus contulit,qui credentes omnes a captiuitate redimit,dei patris gratiæ restituit suis omnibus æternam salutem, et pollicetur, et præstat. Eam quidem hilaritatem denunciabat,simulatq; natus est, angelus pastoribus. Ecce (inquit) euangelizo uobis gaudiũ magnũ,quia natus est saluator mundi, qui est Christus. Et sic procedẽs de thalamo suo.

Luc.5.

Luc.2.

Exultauit ut gigas ad currendã uiã.

Postq̃ de utero matris processit, & uenit in hunc mundũ, exultauit Christus gaudens, ut humanũ genus redimeret. Non enim inuitus passus est. Exultauit (inq̃) ut gigas, uir potens,qui diabolũ,et hũc mundũ uicit. De eius potentia prædixit Micheas. Veniet (inquit) potestas prima. Illũ eteni destruxit,qui habebat mortis imperiũ. Ipse(inqt eccl'iast.) oĩpotens est,sup oĩa opera sua. Terribilis est dominus,& magnus uehementer, & mirabilis potẽtia illius. Exultauit igi',ad currendã uiã, ut gigas. Quãuis eni in hoc sc'lo uixit,et nostrã fragilẽ carnẽ portauit,nõ tamẽ hui' sc'li uiã sequebat,neq; regnũ eius erat de hoc mũdo. Sed uiã aliã quã suis attulit,purã et ĩmaculatã currit,nobis prebens exemplũ, ut sequamur uestigia eius, qui peccatum nõ fecit, inquit Petr. Hanc uiam cu currit & perfecit, quia postq̃ apud nos paruo tempore uersatus est,sicut de cœlo descendebat, ita in cœlũ redijt, nobis uiam uitæ relinquens. Non eni de terra uenit ad nos huiusmodi gigas, sed

Mich.4.

Ecclef 43

A summo cœlo egressio eius.

Egredi' a summo cœlo, a sede maiestatis dei patris,nõ iam nouus,sed qui ab æterno,æqualis fuit patri. Dixit enim angelus. Ne timeas Maria,inuenisti gratiam apud deũ. Nam spũs sanctus supueniet in te,&c. A summo igitur cœlo egreßio eius. Egressus est (inquit) de sede dei patris,ĩ uterũ uirginis matris. Et sicut de summo cœlo egressus ẽ,ut homo fieret hoĩs causa,ita et post cursum eius completũ, hoc est,paßionẽ,qua completæ in eo erãt oẽs scripturæ,ascendens,in cœlum redijt. Nam

Luc.1.

Et occursus eius usq; ad sũmũ eius

Hũc locũ paucis narrat apost. Qui descẽdit, ipse est (inquit) et qui ascendit supra oẽs cœlos,ut impleret oĩa. Nam occursus huius gigãtis,hoc est,reditus,seu cursus,ut ab Hiero. uerti',seu reuolutio,uel circuitus (ut ab alijs) usq; ad summũ dexteræ dei patris, fuit, cum sit ipsi æqualis,cui iam sedet a dexteris,ut ait apost. Non est igitur, quod quis occultari se putet ab eo, qui est deus ubiq; potens, quiq; in sole posuit tabernaculum suum, quia

Ephe.4.

Hebr.1.

Nõ est q̃ se abscõdat a calore eius

Hunc dei calorẽ missum spiritũ sanctũ, tertiã trinitatis personã interpretantur nõnulli. Is est, qui, ut promittebatur, a Christo sponso missus, oẽm ueritatẽ Christi spõsam ecclesiã docuit. Qui ideo calor dici potest, uel quod in dei amorem fidelium inflammat corda, uel quod in ignea forma descenderit, uel quod aperte,et splendide omnia manifestauit,et (ut supradictũ est) ĩ sole posuit. Is est spũssancti calor,qui repleuit totam domũ, ubi erant apostoli omnes sedẽtes,seditq; sup singulos eorũ tanq̃ ignis, & uarijs linguis cœperunt loqui. Ab hoc calore,hoc est, ab huius spũs doctrina,non est qui se abscondat, uel abscondere poßit,ut ignorantia se excuset, quia in fines orbis terræ &c. Hunc quoq; calorẽ,Christũ ipsum ĩtelligere licet,qui ignis est cõsumens, igneq; ut in terrã mitteret,uenit,q in sole posuit tabernaculũ suum, ut nemo nesciret, qui scire uellet. Dignißima ẽ hmõi doctrina dei, quæ in sole ponatur, ut eam discant omnes, et in fines orbis terrarum exeat. Nam

Spiritus sancti calor.

Hebr.12.

Luc.12.

Lex dñi imaculata couertens animas. Immaculata (inquit) est, nullo dolo, nulla fraude, nulla ambitione lata, nullo humano adfectu, pura, simplex, utilis. Et quẽadmodũ est pura, et imaculata lex domini, ita et diuinas uirtutes habens, a uitijs, et huius sc̃li fœditate, ad sinceritatẽ conuertit aĩas. Nam perfecta est, ut ab alio uertit, et ideo perfecte docet, hortatur admonet, ut resipiscamus, ut abijciamus opera tenebrarũ, et induamur arma lucis, ut filij lucis ambulemus. &c. Docet ipsam innocentiã, ut hoĩes imaculati, puriq; sint. Docet ut ab iniquitate cõuertat se, et uiuat pc̃tõr. Docet uitæ nouitatẽ. Sic ipsa immaculata, cõuertit aĩas, sua sana doctrina, & ab omni macula purgat. Est enĩ eloquiũ quod uiuificat animas, ut ait idem. Huic igitur legi, certam fidem habeamus. Nam

Lex domini. | Rhom.13. | Ephes.5. | Psal.118.

Testimonium domini fidele.

Neminẽ enĩ decipit. Est & stabile, ut ab alio uertit, ideo nec mutari, nec fallere põt. Semp enĩ est idẽ. Est ĩ sermone eius est, est. Fidelis (inqt apost.) est, qui uocauit nos. Estq; fidelis in oĩbus uerbis suis. Hoc testimonium est uerbũ domini, quo ueritas docet. Est pmissio quę fidelis est, et certa. Pręcepta oĩa, et iussa dei, sunt eius testimonia, quia nobis de eius uolũtate testãtur, et multis testibus tradunt. Dixit ideo Christus, se non perhibere testimoniũ de seipso. Lege Hillarium in psal. 118. Illi igitur per oĩa fidendũ est, tota animi securitate, nullo prorsus scrupulo, qui tã fidele testimoniũ attulit, conuertens animas, et

Tessalo.5 | Psal.144. | Testimonia dei. | Ioan.5. | Psal.113.

Sapientiam prestans paruulis.

Pręstat enĩ lex dei, nõ huius sc̃li, quę est stulticia, apud deũ, neq; carnis sapiam, quæ mors est, sed illã sapientiã, quæ docet scientiã dei, quã dominus dat. Et hãc nõ pręstat, nisi paruulis, hoc est, humilibus, qualis, ut cũ primis sit oĩs Christi discipulus, admonet euangel. Nisi efficiamini (inqt) sicut paruuli, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ. Hãc sapientiã abscondit deus a sapientibus, & reuelat eã paruulis suis. Ista est declaratio sermonũ dei, quę illuminat, et intellectũ dat paruulis. Neq; manet hæc sapiẽtia, nisi in his paruulis. Suscipit enĩ mansuetos, et erigit, humilians autẽ pc̃tores usq; ad terrã. Nã ubi est humilitas, ibi est sapientia, et ubi fuit supbia (inquit sap.) ibi erit cõtumelia. Hęc est eadẽ sapiẽtia, quã pręstitit deus, rudibus illis, et indoctis alias discipulis, qua rhetores, philosophos, et omnẽ huius mũdi sapientiã uicerũt. Non enĩ de se loquebant, sed spũs sanctus loquebat in illis. Qui igit in deo confidit, et eius uerbis, eius sacris eloquijs fidat, necesse est. Id quod si fecerit, securus cum nostro propheta cãtabit. Lętatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum domini ibimus. Sunt enim & recta, & certa, & læta dei testimonia credentibus, quia

Paruulis datur sapientia. | Math.18. | Math.12. | Psal.118. | Ibidem. | Prouer.11

Iusticię dñi rectę letificãtes corda.

Quid rectius, q̃ benignissimũ deũ, unicũ oĩm rerũ creatorẽ, ipsarũq; perpetuũ gubernatorem, bonarũ rerũ oĩm datorẽ agnoscere, amareq; super oĩa? Quid cõgruentius, q̃ quod tibi fieri nõ uis, ut nõ facias alteri? Hoc est, proximũ, et uere fratrẽ, qui tecũ unũ deũ patrẽ, unũ Iesum Christũ reconciliatorẽ, unam fidem habet, unã deniq; æternã gloriã, tecũ habiturus est, uti teipsum diligere? Quid lætius, q̃ dei gratiã consequi, q̃ in certa spe ueritatis uerbi dei, quo promittitur gratia eius pro misericordia, pacatã in hac uita conscientiam habere, et post hanc uitã æternã gloriã adsequi? Hoc est euangelium, hæc sunt læta nuntia quę docent iusticiæ, testimonia, et uoces uerbi dei. Sic regnũ cœlorũ enarrabãt hi priores cœli. Hinc ait idẽ. Lętabor ego super eloquia tua, doctrinã tuã, promissiones tuas, sicut qui inuenit spolia multa. Hæc est firma spes, quã docet solida fides. Gaudete igitur ait Christus, & exultate, quoniã merces uestra copiosa est in cœlis. Orat itaq; apostol. Deus (inquit) spei, repleat uos omni gaudio. Ille uero oĩ gaudio repletur, qui persuasa fide hãc certã spem habet. Neq; talem cõtristare possunt, quæq; terrena sunt. Neq; abscondite sunt

Iocundũ uerbũ dei. | Psal 118. | Math.5. | Rhom.15.

sunt huiusmodi iusticiæ, quibus (ut prædictū est) præstitit deus sapientiam, sed claræ sunt, et omnibus patent, obscuraq; omnia dilucidant. Est enim illud dei testimonium.

Præceptum dñi lucidū illuminans oculos. Cognitu facilia saluti necessaria dei præcepta sunt, his qui Christū quærūt, et mentis oculos illuminatos p gratiā habēt. Qui enī sequitur Christum ex aīo, indies & doctior, et clarior sibi mens erit erga deum, spiritalis intellectus, et salutaris intentio. Sic orauit p Colloss. apost. Non cessamus (inqt) pro uobis orantes, et postulantes, ut impleamini agnitione uoluntatis eius in oī sapiētia, et intellectu spūali, in oī opere bono fructificantes, et crescētes in scientia dei. Ait quoq; ī alio psal. Exquisiui dominū, et exaudiuit me. Accedite ad eum, ut illuminamini. Est enī ille solus, qui illuminat cæcos, ut ait idē. Ille uero ad deum uere accedit, ut illuminetur, qui tota mente quærit, quiq; spiritu feruet, ut ea discat quæ præcipit deus, ut eadēq; studiose seruet, eiusq; uoluntatē adimplere poßit. Hic est, qui meditatur in lege eius die ac nocte. Qui uero ita quærit, illi et præceptū domini lucidū erit, et animi oculos illuminatos habebit, ut p gratiā tenebras fugiat, fugetq;. Fugat enim oēs peccatorū tenebras, et piorū hoīm oculos illuminat, scientia præceptorū dei, cū gratia, ut sint ad resistendū & uincendū fortes. Veterisq; testamēti tenebras, depellit Christi doctrina, desperationē tollit atq; timorē, amorē adfert, fidem præstat. Fides enim ex uerbo. Est nihilominus donū dei, quod credimus uerbo. Fides igitur est donū dei. Donum dei est, quicquid bonum est, undecunq; prodeat. Alij uertunt hunc locū. Præceptū domini purum, siue mundū, hoc est, sine macula, et (ut antea dixit) immaculatum, sua puritate fideliū oculos illuminans, ut ab oī fœditate abhorreant, ut deum agnoscant, in eumq; certo credant. Sic ab infidelitatis tenebris, ad fidei splendorem fidelium oculos illuminat hæc doctrina. Qui uero sic illuminatos oculos habent, et deum amāt propter bonitatē, et offendere ppetuo timent, propter amorē. In his etenī

Quib⁹ præcepta dñi lucida.

Colloss. 1.

Psal. 33.

Psal. 145.

Accedere ad deū.

Psal. 1.

Verum lumen christiani pectoris.

Fides.

Timor domini sanctus permanet in sæculum sæculi. Qui deum recte amat, sancto et puro quodā timore, perpetuo solicitus est, ut eius uoluntatem faciat, & ei placeat per omnia. Et hoc est uere meditari in lege domini. Et huiusmodi timor apud bonos & gratia præditos, & manet semper, et manebit perpetuo. Idem est absens & præsens. Hinc filialis timor dicitur, qui non tam metu, q̄ amore, et ea quæ grata sunt facere, et quæ ingrata sunt fugere cogit. Huic itaq; sic timenti (inquit in alio psal.) miseretur dominus quomodo filiorū miseretur pater. Neq; tamē non timet iudicia dei, & æternā mortem, quæ est peccati stipendiū, sed quoties per peccati agnitionē terrore afficitur, statim ad memoriā reuocat, beneficiū remißionis p Christū, et certa fiducia in mīa dei erigitur, et consolatur. Hunc timorē rectū dei cultū intelligimus, qui non tam metū, q̄ reuerentiā docet. Dic in psal. 2. et. 5. Qui priorem sapientiam habet, quā docuit in hoc psal. hunc timorem habeat necesse est. Est enī ipsa sapientia (inquit Iob) timor domini, et sic recedere a malo, est ipsa intelligētia. Hinc ait sap. egregie. Per misericordiā, & fidem (inquit) purgantur peccata, per timorē autē domini declinamus a malo. Est etiā sanctus timor, dei causa, alium neminem timere, q̄ eum qui potest mittere in gehennam ignis. Perutilis quoq; timor est, metuenda futura iudicia dei in malos, formidare, & ea in conspectu, in oculis, et aßidua memoria retinere, ut hoc fræno, coerceatur nōnunq̄ carnis tyrannis. De hoc timore lege Chrisost. 2. ad Thessalo. cap. 1. Orat itaq; noster propheta. Confige timore tuo carnes meas, a iudicijs enim tuis timui. Timenda (inq̄) sunt huiusmodi iudicia, quia

Psal. 102.

Sanctus timor.

Psal. 2. & 5.

Iob. 28.

Prouerb. 15.

Luc. 12.

Vtilis timor.

Psal. 118.

Iudicia domini uera. Quæ uitam æternā uere credentibus, et uolūtatē dei facientibus, certo certius pmittūt, et persoluūt.

Contra

Contra uero, impijs & peccatoribus æternũ ignem. Neq; fallũt, aut falluntur hæc iudicia dei, Nã ego (inquit) sum uia & ueritas &c. Et illa ueritas domini manet inæternũ, semper est, eademq; erit semper. Vera (inquit) sunt iudicia dei, leges, & uerba, & minæ, & promißiones dei, & ideo stabilia, perpetua, et certa, & certo certius credenda. Et ideo uera sunt, quia pendent a nullius alterius uel uoluntate, uel potestate, q̃ ipsius dei, qui est ipsa ueritas. Sunt enim

Vera iudi tia dei.

Iustificata in semetipsa. Nam ab eo ipso sunt iustificata, qui dedit, quiq; neminẽ fallit. Leges pplorũ (inquit Hiere.) uanæ sunt, dominus aũt deus uerus. Sũt ergo iustificata iudicia dei in semetipsa, hoc est, eo ipso, quod eius iudicia, mãdata, leges, et uolũtates sunt, certo credas quod fidelia sũt, quod uerã sapientiã docentia, quod recta, quod iocunda, quod uerũ lumẽ præstantia, quod pbata satis et absolutißima. Alia litera clariorẽ sensum efficit. Iudicia domini (inqt) uera, iustificata sunt simul. Nã eo ipso quod sunt iudicia dei, uera sũt, pariter, et eadẽ sola causa iustificata sunt, quia dei sunt, qui bonus est, q oĩm iudex, qui ipsa ueritas est, q nõ facit quicq̃, nisi quod iustißimũ est. Ille etenĩ ipse qui ueritas est, et sua iudicia iustificauit, & roborauit, et certa, ueraq; dedit, non alius, aut cœlestis quisq̃, aut mortalis. His igitur iudicijs, huic uerbo dei, firmam fidem habeamus, & in illis meditemur die ac nocte. Sunt etenim

Hiere.10.

Certa iuditia dei.

Desiderabilia super aurũ & lapidem preciosum multum.

Quid apud homines tam desideratur, q̃ aurũ, quid tam ĩ precio q̃ gẽmę, q̃ preciosi lapides? Tam preciosa tamẽ sunt dei iudicia, iusticiæ, uitæ precepta, timor sanctus, læta redẽptiõis nostrę nũtia, ut super aurũ, sup diuitias quascũq;, sup lapidẽ quẽlibet preciosum, sup omnẽ deniq; huius mũdi gloriã, aut potentiã deside rãda sint. Vel potius prę illis iudicijs, legibus et sapientia dei, quæ ex uerbo eius discuntur, spernenda sunt cętera, quę ab ĩperitis existimantur huius mũdi præciosa oĩa. Hinc ĩ alio psal. Bonũ mihi lex oris tui, super milia auri et argenti. Aliud enĩ ad corpus, aliud ad animã pertinet. Quãto igĩ aĩa prestantior est, tanto cęteris desiderabiliora sunt, quę animę salutẽ conferũt. Quin uerius, & corpori, & animæ utilißima sunt iudicia dei. Quæ præterea ad corpus pertinẽt priora illa, lõge sæpius nocent q̃ prosunt. Hęc uero alia utilißima (inq̃) semper sunt, uel potius illa sola utilia sunt. Longe igitur desiderabiliora sunt. Accipite (inquit sap.) disciplinã meã, & non pecuniã, doctrinã magis q̃ aurũ eligite. Melior est enim sapientia, cunctis preciosißimis, et omne desiderabile ei nõ potest comparari. Nam omne aurũ in comparatione illius arena est exigua, inquit sap. Sunt igitur, et desiderabilia iudicia dei super aurum &c.

Iuditia dei q̃ pciosa.

Psal.118.

Prouer.8.

Sap.7.

Et dulciora super mel & fauum.

Ait itaq; in alio psal. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. Item & ecclesiastic. Nihil dulcius q̃ respicere in mandatis domini. Huius enim rei tanta est suauitas, ut cętera si conferantur, amara sint oĩa. Vere ergo dicit illa dei iudicia tam esse desiderabilia, quia dulciora super mel & fauum. Quæ nam comparatio lucis cũ tenebris? solis cũ stella, auri cum plumbo? rerũ huius sęculi cum cœlestibus? Dulciora igitur sunt super mel & fauum. Aurum & lapides, huius sęculi diuitias intellige, mel, & fauũ, res alias quæ ad reliquã uitã pertinent, uel selectißimas. Neq; illa tamen, neq; aliud quicq̃ in hoc mundo, apud homines est, quod euangelio, et sacræ eruditioni comparari potest. Nam mecum (inquit sap.) sunt diuitię et gloria. Beati igitur (inquit) qui custodiũt uias meas. Hæc docet propheta. Neq; ignarus id loquor, (inquit) sed expertus, exercitatusq;. Sermonem itaq; ad deũ, quem uelut in testem uocat, uertens. Non me latet benignißime (inquit) deus, hæc priora iuditia tua uera esse, & dulciora super mel & fauum, &c.

Psal.118.

Eccles.23.

Aurum.

Mel.

Prouer.8.

Etenim

Etenim seruus tuus custodit ea.

Huic etenim tali pio uiro, qualis erat noster propheta, diuina suauitas fragrat, et alij quidem q̃ sui similibus nemini. Abhorrens tamẽ ab arrogantia, non ait, ego ea mandata tua custodio, sed seruus tuus (inqt) creatura tua, ea custodit, non suapte potestate, non suis uiribus. Nam qui seruus est, pro nutu, & uoluntate domini facit omnia, & ab eo doctus, et cum opus fuerit ab eo adiutus. Alius itaq; sic uertit. Seruus tuus cautus fuit in ipsis. Cautus fuit in ipsis (inquit) obseruandis, hoc est, astutus, prudens, & studiosus, ut ea quæ mãdaret deus obseruaret, quia omnẽ conatũ adhibuit, totũ animũ in earũ rerũ meditatione constituit. Sed a propheta quæri potest, qua ratione se dicat mandata custodire, cum non modo doceat ipse omnẽ hoĩem mẽdacẽ esse, neminẽ facere bonũ usq; ad unũ, sed etiã eius maxima peccata narrãt scripturæ. Dicamus id certo certius esse, neminẽ sine peccato uiuere, neminẽ posse legem adimplere, pro humana imbecillitate. Iustos tamen homines uocat scriptura, qui iniquitatẽ non diligunt, sed cupiunt placere deo, peccata, quoad humana fragilitas patitur fugientes, et ab eorũ fœditate abhorrentes. Quod si aliquãdo inciderint, pœnitet eos ualde. Cuius pœnitentiæ formam a nostro propheta discere licet. Hoc superest remediũ post naufragiũ. Qui hoc remedio per gratiam bene utitur, probe custodit mandata dei. Sic itaq; exercitatus ppheta, suauitatẽ huius obseruationis gustauit. Neq; aliud a deo tã uehementi studio petijt noster ppheta, q̃ ut haberet intellectũ, & disceret seruare mandata dei, id quod abunde docet psal. 118. ut sic eius exemplo orare doceamur. De illo igit̃ ait deus. Inueni hominẽ David filiũ Iesse, secundũ cor meũ. &c. Neq; tamen non ualde aliquando inĩq̃ peccauit, ut eius quoq; exemplo, et doceamur q̃ simus ex nobis imbecilles, & quanta cũ celeritate, & pœnitẽtia, resipiscamus, & q̃ prona erga nos est dei misericordia. Non igit̃ (inquit) nescio, q̃ desiderabilia sunt tua testimonia, ut discamus ea custodire. Nam oĩ procul dubio.

Iustus. Recte iudicat nemo nisi expertus. Psal. 118. Act. 13.

In custodiẽdis illis retributio multa.

Non enĩ est iniustus deus, ut ait apost. ut obliuiscatur operis uestri. etc. Multa quidẽ et amplissima est illa cœlestis retributio. Est enĩ copiosa (inquit euãgel.) merces in cœlis, sed his qui mãdata dei custodiunt, hoc est, ut custodiant studiosi sunt, & qui iustũ timorem dei habent, ut si aliquando aberrauerint, facile resipiscant, dolentes in tam benignũ deũ peccasse, & omnẽ spem habentes in misericordia eius. Pollicitus est (inquit Moses) populo suo deus beneficia, si tamen custodierint mandata eius. Beati igitur qui audiunt uerbũ dei, & custodiunt illud. Nam in custodiendis illis, (ut hic ait noster propheta) retributio multa. Quæ nam maior potest esse retributio, aut quæ tanta, q̃ æternã uitam consequi? Quem non ad obseruantiã excitat tantę gloriæ spes? Quẽ non hortatur, monet, atq; stimulat uehementer, ut tam deũ per fidem diligat totis uiribus, q̃ in eo solo, eiusq; misericordia speret, eius omnẽ alias uoluntatẽ adimplere studeat per operationem, cui tantum deus promittit pro obseruatione premium? Dissolui igitur cupiebat apostol. & esse cum Christo, cũ non sit alia uera uita, q̃ Christus. Sic igitur mori huic mundo, maximũ lucrum est. Scimus (inquit idem) si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluat̃, quod ędificationẽ ex deo habemus, domũ nõ manufactã ęternã in cœlis. Et propterea ingemiscimis habitatoinẽ nostrã, quæ de cœlo est supindui cupientes, si tamẽ uestiti, et nõ nudi inueniamur. In qbus uerbis, insigniter nos docet, quantũuis apost. et quotidie pro Christo assiduis afflictiõibus, persequuti sunt eũ fidei hostes, q̃ non fidit sibi, sed multa quidẽ et certa spe, dei bonitati. Nam quod bene, aut bonũ facimus, dei donũ est. Sumus enĩ ex nobis insufficientes, &c. Vere ergo dicit ppheta, dei retributionẽ esse, qui pro sua bonitate, sua dona ĩ nobis coronat, et remunerat. Hęc oĩa predicta

Psal. 88. Benigna retributio dei. Deute. 19. Magnum dei premium. 2. Corl. 5. Fidendũ in misericordia dei.

prędicta in dei gloriã enarrãt cœli, de quibus supra disseruimus. Hęc uerba eructabãt, hęc euãgelica, et lęta nũtia, per omnẽ terrã denũtiabant. Simus itaq; et cauti, et studiosi oportet, pariter et ualde soliciti, gratiã dei ĩ auxiliũ impetrãtes, ut nobis adaugeatur fides, cũ sint nõnunq̃ tam uicina uirtutib⁹ uicia, tamq; nobis aut inuitis, aut nescientibus obrepũt, et insultãt, ut absq; gratia euitare nõ queamus. Neq; uiuit quisq̃ qui non peccat, cum sit nullus, qui legem adimplet. Hinc ait.

Absq; gratia nõ euitatur peccatum.

Delicta quis intelligit? Hoc uisus est propheta dicere, sibi timens, ut nos quoq; timere doceat, nimis ne uiribus nostris fidamus. Peccatorũ etenĩ uires tantę sunt, quantus est diabolus eorũ pater, qui semper quęrit quẽ deuoret. Cecidit itaq; noster ꝓpheta nõ semel quantũuis sanctus. Hinc ait. Delicta qs intelligit, qs resistere potest, qs potest dicere se mundũ cor habere? Si enĩ, peccatũ dixerimus nos nõ habere, ueritas in nobis nõ est, cũ sit nemo qui faciat bonũ usq; ad unũ. Peccamus quidẽ oẽs. Non est igit qui faciat bonũ, qui aliquando nõ labit, qui nõ eget gratia dei. De pctõrũ, et delictorũ discrimine, lege August. libr. quest. sup Leuitic. cap. 3. Verũ est, et certũ quod ait neminẽ intelligere, et scire delicta. Quis ita prudẽs est, qs tam sui cõstans, et delictorũ intelligens, ut ĩ externis, et crassioribus illis delictis nõ aliquãdo fallat, erret, uel ignorantia, uel ĩbecillitate, et naturę pronitate? plane nullus. Hĩc ait Iob. Verebar oĩa opa mea, sciens quod nõ parceres deliquenti. Item apost. Nihil mihi (inquit) conscius sum, sed nõ in hoc iustificatus sum. Septies in die cadit iustus. Ait enim apost. se id agere quod nõ uult, hoc est, concupiscere. Id tamen quod contingit sine reatu, si non illi consentiamus. Nulla qdẽ sine cõsensu culpa est. Lege Aug. lib. 1. ad Valeriũ, cõtra Pelag. to. 7 pag. 569 Peccatũ tamen carnis est, non uoluntatis, ait itaq; apost. Iam nõ operor istud, &c. et ideo nõ imputatur. In hac carne sine hoc peccato, uiuere nemo potest. Neq; nõ periculũ est, ut sępe alliceat, nõnihilq; inescat. Supplex igitur ad dei misericordiam confugiens, ut nobis exemplum relinquat, sic orat.

Hominis imbecillitas.

Nemo nõ peccat.

Rhom. 7.

Cõcupiscẽtia sine consensu, non esse peccatũ.

Ab occultis meis munda me. Ne mihi imputẽtur pctã, ut in psal 31. ne me uincãt. Lege Augus. in Enchiridio. Qui hũc locũ de originali pctõ intelligũt, uiderint illi, Priorẽ sensum tractamus. Ab occultis (inqt) munda me, qui solus occulta nosti. Multa enĩ in hoc sæculo placent, quę planę legis diuinæ puritati aduersantur, uel non adeo saltẽ nobis nonnulla displicent, ut par est, id quod ex originalis peccati reliquijs est, & corruptæ humanæ naturæ uicio, quo trahimur, peccati quadã uiolentia. Quotidie quidẽ plurima cogitat humana imbecillitas, cupit, dicit, facit, quæ deo non grata sunt, peccatũ nescit, peccare tamen se fateatur necesse est. Concupiscentiam cordis euitare non potest. Deũ ut tenetur satis diligit nemo, nõ timet, in eo non fidit satis, ab eo non expectat oĩa, afflictiones ægre fert, nõ se penitus dei uoluntati cõmittit. Hoc est, quod ait euangeliũ. Spiritus sanctus arguet mundũ de pctõ, quia in Christum saluatorẽ non satis credit &c. Quotidiana nõnulla quoq; peccata appellat Augus. quæ eleemosinis, ieiunijs, et orationibus purgant, inquit. Addit Erasmus in suo symbolo, boni alicuius opis pensationẽ, corporisq; dominici sumptionẽ. Eadẽ uenialia dicimus, uenia facile digna. Noli tamẽ contemnere, quia minora sunt (inquit Augus.) quia plura sunt. Multę (inqt) minutissimę bestię tandẽ necãt. Tam enim infirma est humana natura, ut minutissimis bestijs interimi possit. Minutissimę sunt maris arenæ, quæ tamen magno cumulo nauem mergere possint. Minutæ sunt pluuiæ guttę, flumina tamẽ implent, domos deijciũt, et durissimos lapides penetrant. Quotidiana itaq; pctã modica sunt, sed cauete (inqt) quia plura sunt. Quis non sepe uel in semet hoc expertus est? Quantũuis iustus fuit ille primus Abel (inquit August.) risit tamen aliquando immoderatius, uel animi remissione iocatus

Psal. 31.

Nullus nõ quotidie peccat.

Quotidiana pctã.

Ioan. 16.

Quib⁹ deleantur uenialia peccata. Erasm⁹

Venialia peccata.

iocatus est, uel aliqd uidit ad concupiscendū, uel aliquando immoderatius poma decerpsit, uel plusculo cibo crudior fuit, uel cum oraret cogitauit aliqd, uel deū nō satis dilexit, ī quo nullus quātūuis sanctus nō peccat. Quis audet se dicere, ab his, & similibus, mundū cor habere? Est enī deus q mūdat, qui pctā remittit, et delet. Nō enī nos mereri possumus. Dic in psal. 31. Me igit (inqt) ab occultis mūda.

Et ab alienis parce seruo tuo.

Peccata aliena. Aliena uocat pctā, quæ maxime aduersantur deo, ut sunt, ignoratio dei, idololatria, infidelitas, queq; per obstinatiā, aut superbiā fiunt, quę prorsus aliena ab homine recte dici possunt. Quid enim ab homine tam alienū, q̄ dei creatoris leges spernere, q̄ eundē legis conditorem nihili facere, uel contemnere potius, q̄ deū nō agnoscere, non ut deū glorificare, ut ait apost. id quod fit ab iniqtatē diligentibus? Tales itaq; filios alienos appellat i alio psal. (Psal. 17.) qui uere mendaces sunt. Vertit hunc locum Hiero. A superbis libera seruū tuum. Ab his ergo superbis, qui per contemptū et superbiā peccare uidētur, se petit liberari, qui suis moribus inficiūt. Omniū quidē peccatorū, supbia primum est, omnis innocentię nouerca. (Superbia innocētię nouerca.) Orat itaq; in summa, ut a superbis, qui deum non agnoscunt, liberet eum deus, ne eum uel inficiant, uel uincant, qui sunt alieni ab omni sapientia dei, quā deus non præstat nisi paruulis, & humilibus, ut supra in hoc psal. Et hic uidetur esse germanus sensus. Vere etiam aliena pctā sunt, quando mouemur, illicimur, prouocamur, & uelut trahimur alieno exemplo, uel solicitatione in peccati foueam. Plena quidē periculis res est, mala societas. Dic in psal. 1. et pręcedēte pximo. Aliena quoq; peccata nostra dicūtur quoties ex nobis oritur in alios peccatū, & in causa sumus, ut peccent alij. Sic apud quē est potestas, si delinquentes non corripiat, peccatū alienū facit. Sic uocat alienū peccatū Paulus, (1. Timo. 5.) quia alienis peccatis cōmunicamus, & participes peccatorū efficimur. (Rhom. 1.) Qui peccatis, & male agentibus fauent, alienū uere peccatū faciunt, qui suo fauore audaciā pręstant alijs, ut licentius peccent, quia digni sunt morte, non solū, qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus, ut ait apostol. Vt tam a suo quouis, uel uolūtario, uel occulto, quā a prioribus igitur alienis delictis emundetur, orat. Parce seruo (inquit) tuo, qui suis uiribus resistere nō potest, ne ab huiusmodi inimicis uincar. Nam

Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero.

Non orat, ut prorsus ab omni peccato liberetur, neue aliquando non peccet, neue erret, ne inimicorū insidijs molestetur, id quod fieri nequit (ut supra diximus) in hoc fragili corpore, sed ne ab illis uincatur, & sui ne dominentur inimici, diabolus, caro, mundus, infideles, hęretici, ueritatis persequutores, peccati fœditate se delectātes, ut peccati seruū efficiant. Si id (inquit) impetrauero, ut mei nō dominentur, ut me captiuū non detineant, non suis moribus illaqueent, ero immaculatus, & mundus.

Et emundabor a delicto maximo.

Hoc est, ab omni graui peccato. Genus ponit, omnē speciem complectens. Huius delicti maximi radix, est superbia. (Superbia.) Initium etenim omnis peccati, (ut diximus) est superbia, quæ gignit maliciā, contemptū, duritiam cordis &c. Per hanc superbiā cecidit diabolus, omnis peccati parens. Orat itaq; liberari a superbia, ab insidijs diaboli, ab ipso diabolo, ab īfidelitate, id quod maximū peccatū est, ut uocat Moses. (Exod. 32.) Hoc est peccatū alienū a pplo dei, de quo iā dixit. Hęc est supbia hoīs, apostatare a deo, ut ait ecclesiast. (Eccles. 10.) Iure ergo delictorū oīm, et maximū, et caput dici debet superbia, quæ efficit apostasiam, id quod est deficere a deo, & rebellare, ut docet ille Luciferi, & angelorum casus Adamiq; primi parentis nostri incredulitas, qui mādato dei fidem non satis habuit, sua sorte non contentus erat, uoluit esse similis deo, scientia boni & mali, unde nata est inobedientia, quo suo solo

Malum ex primo parente.

solo delicto posteros omnes, prona in malũ, corruptaq; natura, mortalitate et damnatione affecit. Si ergo peperceris seruo (inquit) tuo, et mei non fuerint dominati priores inimici, et emũdabor (inquit) a delicto maximo.

Et erunt ut complaceant eloquia oris mei. Non erũt ingrata mea uerba tibi, ponam custodiam ori meo. Erunt uerba mea moribus, et innocentiæ consona, ut quæ dixerim, in laudem sint tuam. Hæc faciam ope tua, si peperceris seruo tuo, & me defendas ab inimicis, ne mei dominẽtur. Aliter uertit Hiero. Sint (inquit) placentes sermones oris mei &c. Nostra autem æditio pro certa fide, quã habet pius christianus, in uerbo dei, ut supra diximus, adserendo uertit. Hoc unicum est, & præcipuum uniuscuiusq; pij uiri uotum, ut poßit fide, & innocentia placere deo, fugere peccatum, quo irritatur deus, & si ceciderit, facile suum peccatum agnoscere, et ad misericordiam dei, ut remißionem impetret, confugere. Sic emundabor a delicto (inquit) maximo. Sic erunt tibi placita uerba oris mei. Nam

Eloquia grata deo

Præcipuũ votũ christiani viri.

Et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Erit sup. aßidua, quia nihil nisi te cogitabo, me semper apud te esse existimabo, huius sæculi quicquid est, prę te despiciam, et nihilipendam. Te adesse, teq; præsentem, & me uidentem, & audientem arbitrabor in omni loco, in omni congressu, in omni colloquio. Hoc est, probe meditari in lege domini die ac nocte. Qui uero sic meditatur, solicite cauet, ne quid cogitet, neue agat potißimũ, quod sit ingratum deo. Scio (inquit) te domine scrutatorẽ esse cordium, quia tu finxisti, scio quæ cogitamus oĩa te intelligere, quæq; loquimur aut facimus, priusquam facere cogitamus. Non aliud igit uel cogitabo, q̃ quæ sunt digna cõspectu tuo. Neq; loquar alia, q̃ quæ sunt tibi grata. Qui sic recte cogitat, & meditatur, nõ potest esse non studiosus ut paria sint opera meditationibus. Hic est, cui foliũ non defluit, et omnia quæ facit prosperantur. Erit itaq; cordis mei meditatio (inquit) in conspectu tuo semper. Neq; tam iuuat quicq̃ aliud, a peccato ut abhorreat, quisquis est, qui abstinere a peccato cupit, q̃ si id persuasum habeat, quod certißimũ est, nullã esse animi cogitationẽ quã deus non uideat, quã non perspiciat, quã deniq; nõ pernoscat. Ita enim metuet mali quicq̃ meditari. Quis nõ ueretur sub oculis terreni principis, fœdũ aliquod opus facere, quod illi futurũ ingratũ existimat? Quanto itaq; magis uerebitur, qui sub dei aspectu se omnia facere existimat, & credit. Hanc uero meditationẽ habere, magna est beatitudo. Dat enim prudentiã super omnes inimicos, & super senes dat intelligentiã, ab omni uia mala prohibet pedes, omnẽ deniq; uiã iniquitatis, odere facit. Absolutam itaq; sapientiã & intellectũ, pręstat dei paruulis huiusmodi doctrina, quę non solũ facit abhorrere ab oĩ mala actione, sed etiã a fœdis, aut sermonibus, aut cogitationibus. Hæc solicite ut faciam (inquit) conabor, certa spe auxilij tui, quia tu es

Psal. 1.

Psal. 32.

Animi medicina.

Perfecta sapientia in verbo dei.

Domine adiutor meus, & redemptor meus. Adiutor in periculis, in neceßitate, ut fortiter inimicis omnibus resistam. Redemptor a delictis illis occultis, et alienis, a prioris uitæ fœditate, qua redemptione per tuam gratiã, & misericordiã reuocamur, retrahimur, & resipiscimus, et gratiã impetramus. Nemo (inqt Christus) uenit ad me, nisi pater meus traxerit eũ. Trahimur nõ tamen inuiti, sed p oblatã gratiã inuitati, quã si respuimus, tractus nõ pdest. Nobis inobedientia nostra mortis causa est, quę oritur ex superbia, et contumeliã parit. Cõtra hęc tam aliena peccata nostra, opus ẽ dei gratia, quæ adiuuet, & mĩa, quæ redimat. Hinc ait certa fiducia, Dominus adiutor meus, quẽ solicite precor, ut resistendi, aut resipiscẽdi auxilium ferat, et redemptor meus, ad cuius misericordiã confugio, ut ignoscat & remittat.

Omne auxiliũ a deo.

Ioan. 6.

Psalmus

Psalmus Dauid.19.

Titulus.

In finem.

Hunc psalmũ scdm historiã cecinisse uidetur propheta, post partã ingentẽ aliquã uictoriã. In quo pro salute regis, proq; eius uel futura, uel parta iã uictoria, et deũ orandi, et gratias illi agendi formã, tradit populo. Neq; non et a quo salutẽ petant, et in quo solo spem omnẽ suã constituant uel reges, uel populus, docet. Oẽm (inq̃) populũ pro regibus tum maxime orandum docet, quoties reip. necessitatis, uel iustę utilitatis causa, ad bellũ, seu alia grauiora negotia, proficiscuntur. Orationes, et obsecrationes assiduas fieri oĩ tempore, pro regibus, et p oĩbus qui in sublimitate sunt, hortatur, et admonet apost. Id quod docuit apte Baruch, propheta, qui pro Nabuchodonosor, orandũ admonet. Cuilibet ergo regi obediẽtiã præstemus oportet per oĩa, modo nõ imperet quę euãgelio, et uerbo dei aduersentur. Est enim illi data potestas a deo. Qui igitur illi resistit, dei ordinationi resistit. Estote ergo illi subditi (inquit Paulus) nõ solũ propter iram, sed etiã propter conscientiã. Et reddite oĩbus debita, cui tributũ, tributũ, &c. cui timorẽ, timorẽ, cui honorẽ, honorẽ. Deũ (inquit. D. Petr.) timete, regẽ honorificate. Solicite ergo deũ oremus, ut regẽ in tranquillitate prosperetur deus, et sua, et regni causa, ut sub eo quietam uitam agant subditi, ut ait apost. Meminerit oportet rex, se quoq; mortalẽ esse, eadẽ esse natura corporis, qua subditus, eundẽ esse introitũ, & exitũ utriq;, inquit sap. populi pastorẽ a deo constitutũ. Efficit uero maior potestas, ut maiorẽ deo rationẽ reddat. Fortioribus etenim, fortior instat reddenda ratio. Orat quidem populus in hoc psalmo, ut regẽ exaudiat deus, ut eũ protegat, tueatur, ut ei tribuat secundũ cor suũ, ut meminerit deus pbitatis & religionis ipsius erga eũ, omne deniq; consiliũ ipsius confirmet, & roboret, uotiq; compotem efficiat

Orandum pro regibus.

1. Timo. 2.

Baruch. 1.

Obediẽdũ regibus.

Quid maxime orãdũ pro regibus.

1. Timo. 2.

Sap. 6. & 7.

deus. Sic orandum docet Tertullianus, in suo apologetico, aduersus gẽtes, ca. 30. Oramus (inquit) pro imperatoribus, uitam illis prolixam, imperium securũ, domũ tutã, exercitus fortes, senatũ fidelem, populũ probum, oĩbẽ quietum, &c. Gaudet itaq; populus de rebus ipsius prosperis, de manifesto dei beneficio erga eum, de prostratis inimicis. Orat deniq; ut nõ modo in pręsentia, sed etiã quoties periculũ contigerit, regem saluum faciat deus, eosq; exaudiat pro eius salute inuocantes. Et hoc ĩ summa docet totus psalmus, tam in historico, q̃ in morali sensu. In quo unũ quidẽ illud precipue animaduertere licet, reges alia non inire bella debere, q̃ iusta, q̃ necessaria, q̃ suæ reip. causa, non pro uoluptate, nõ pro inani gloria, non p uindicta propria, nõ prauo, aut priuato quouis affectu. Qui enĩ sic ineũt bella, non possunt in domino sperare. Sed hi sunt (ut ait in hoc psal.) qui neglecto deo, in suis equis, & curribus confidere, & sperare uidentur. Pro his itaq; non potest orare deũ populus, ut ipsis tribuat secundũ cor eorũ, ut ue consilium eorũ confirmet, impleatue petitiones, uolũtates, et conatus eorũ, quę praua sunt. Tales enim orationes, quæ honestati, et charitati aduersantur, nõ exaudit deus. Oret tamen solicite populus regi salutem, eo quo supradiximus modo, ut deum iudicem suum agnoscat, ut ei, & eius uoluntati obedire discat, ut ab illis potissimũ duobus uicijs conseruet eum deus, quę plerosq; in sublimitate constitutos, prę alijs possundãt, superbia scilicet, et auaritia. Efficit superbia, ut nihil pensi habeant rerum faciendarũ, dei non satis meminerint, pro uoluntate quæcunq; lubet, faciãt. Efficit (inq̃) ut erga proximũ, omnis charitatis, omnis lenitudinis obliuiscantur. Auaritia quidem, nõ sinit, ut iuste cum subditis agant. Nã fortitudo est sibi lex iniusticię, ut ait sap. His duabus perniciosis belluis, paucis admodum, sed asperis uerbis admonens, uel potius increpans, occurrit ecclesiast. Quid (inquit) superbit terra & cinis? Cum enim morietur, hęredi=

Tertullianus.

Iusta bella

Superbię morbus.

Auaritia.

Sap. 2.

Ecclesi. 10.

In superbiam.

hęreditabit serpentes, & uermes. Est quidē omnis peccati initiū superbia, quā qui tenuerit, replebitur maledictis, et subuertet eum in finem. Et sedes superborū destruet deus, & mites pro eis sedere faciet. Aliaq; multa in eundem sensum sequuntur, quæ satis hominē sanæ mentis admonerent, ut seipsum hominē cito moriturū, terræ putredinē agnoscat. De

Auaritia. Esai. 56.

auaro quidē, eo (inquit) nihil scelestius est, iniquius nihil. Hinc Esai. Propter iniquitatē (inquit) auaritiæ eius, iratus sum, et percußi eum, & indignatus sum. Auare, proximos tuos calumniabaris, mei oblitus, inquit deus

Ezech. 22.

per Ezechielem. Ecce complosi manus meas super auaritiā tuā, quā fecisti. Nunquid sustinebit cor meū, aut præualebunt manus tuæ? Ego dominus (inquit) loquutus sum, et faciā, & dispergam te in nationes. Hactenus ille.

Hebr. 13.

Sint igitur mores uestri (ait apost.) absq; auaritia, ea potißimū, quæ (ut ait Aug.) quarumlibet est rerum insatiabilis, & inhonesta cupido. Neq; tamen non ferendū est in principe. Nulla prorsus causa, rerū, aut negotiorum huius sæculi, aut uerbis regi maledicendum est, aut maleuolo animo irascendum illi, aut improbo conatu, uel facto, faciendum est illi negotiū, ut quouis modo turbetur publica pax, sed aßiduis (ut dixi) precibus orandum est, ut dei, a quo potestatē accipiūt, meminerint, de mansuetudine, & temperātia, doctrinam accipiant, in clementiam proni, utq; deo

In clementiā proni sint reges

non minus se subditos agnoscant, q̄ eorū iussis, et legibus obedientes, subditos habere cupiant. Populus, regni & corpus, & membra sunt, rex omniū membrorū caput. Tanta igitur affinitate iuncti sunt, tam arctoq; amoris

Regis cū pplo suo, q̄ arcta necessitudo.

uinculo, iure uelut naturæ, ut quemadmodum rex, & amare, et tueri, et ut filios corripere, suos subditos, sua mēbra tenetur, sic & membra capiti parere, illi omnē opem ferre, illum regem suum, & corporis uiribus, et omnium fortunarum copia iuuare tenentur, ne aliena et degenera membra sint, illumq; post deum, honorificare super oīa, ut ait. D. Petr. Hæc adieci secundū historiam, & moralē sensum. Sed & longe nobilior est sensus mysticus, ut hunc psal. intelligamus de propheta, nomine fidelium populorū orante pro Christo omniū rege, qui tot angustias, & tribulationes pro nobis pateretur. Pro hoc optimo rege, huius psal. oratio, per omnia conuenit. Hunc sensum in explanatione tractamus.

In summa.

Orat ecclesia, & fidelis populus pro Christo ad patrē, tam ut eum in uarijs persequutionibus tueatur, q̄ ut eius sacrificiū, & paßio, in utilitatem redemptionis eorū abundet. Orat (inq̄) populus, ut deus pater, Christi consiliū & uoluntatē confirmet. Id quod deū patrem fecisse, in spiritu uiderat iam propheta. Lætatur itaq; de certa spe huius salutis. Hanc spem non habent impij, qui dei parū memores, in suis uiribus fidunt, & ideo a salute cadunt. Imprecatur populus iterum, tam ut saluet Christum regem deus pater, q̄ ut exaudiatur ipse, in quacunq; die inuocauerit. Hic est rex ille, cuius salutes magnificauit deus pater, ut in fine psal. 17.

Explanatio.



Xaudiat te dn̄s in die tribulationis. Preuidit Christū uenturū, & pro fidelis populi redemptione passurum, propheta. Orauit igitur christiani ppli nomine, ut eum dominus pater exaudiat, in die tribulationis, in oī angustia, in toto tempore paßionis. Te (inquit) exaudiat deus pater, & ut omnia perficias, quę ad salutem nostram pertinent.

Protegat te nomen dei Iacob.

Christū ipsum alloquitur. Pro homine homo imprecatur, in qua oratione Christū uere futurū hominē demonstrat. Nomen dei Iacob, est illud nomen, de quo paucis diximus in. 8. psal. Modus est loquendi in ueteri testamen-

Deus Iacob.

to, ut deus Iacob, & deus Israel, deus Isaac, & deus patrū dicatur. Deus (inquit Moses) patrū uestrorū, misit me ad uos, deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Abraham pater fuit multarum gentium, pater Isaac, qui fuit pater Iacob, qui postea uocatus est Israel, a quo duodecim patriarchę, e quibus duodecim tribus. Horum uero deus ideo maxime uocatur, quia (ut perspicue docet Genes.) nō solū aliorū patres fuerunt, sed etiam, & deū recte agnouerunt, et cum his familiariter loquutus est deus. Neq; non & uerū deum agnoscere alios docuerūt. Iudæorum quondā deus itaq; appellatus est solū, propterea quod in peculiarem populū filios Israel elegit deus, quem illi agnouerunt, cum reliquæ gentes omnes idololatrę essent. Hinc ait psal. Notus in iudęa deus &c. Modo gentiū quidem deus est, quia dereliquit iudęus factorem suum, & recessit a deo salutari suo israel Idem tamē est dominus omniū. Neq; est distinctio iudæi, & gręci. Est enim diues in omnes qui inuocant eum, hoc est, qui credūt in eum. Sed quia fide Christi indigni, inuenti sunt iudæi, quia credere noluerunt, ideo transmigrauit uirtus dei ab illis ad gentes præcipue. Et in conspectu gentium reuelauit iusticiam suam deus. Orat ergo solicite populus, qui Christum recipit, Protegat te nomē dei Iacob, maiestas, et potentia, dei patris, qui est deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, &c. Et

Genes.32. 35.&.46.

Deuté.32.

Rhom.10.

Act.13.

Mittat tibi auxilium de sancto.

Hoc est, de sancta sede maiestatis suę, ubi uere est sanctū sanctorū, a quo loco omne auxilium est petendum. Ab alio itaq; sic uertitur. Mittat tibi auxiliū de sanctitate. Non loco tamen pręscribitur deus, qui est ubiq; et per oīa potens. Sed hoc sanctū, siue hanc sanctitatē dei, templū in monte syon uocabāt iudęi, quia et illic præcipuus erat orādi locus in templo, et ab illo loco futurū redēptorē expectabāt, prophetarū testimonio. De syon exibit lex, inquit Hiere. Dominus de syon rugiet, inquit Ioel. In mōte syon erit saluatio, inqt Abdias.

Hiere.2. Ioelis.3. Abdias.1.

Hinc ait. Mittat itaq; tibi (inquit) auxilium.

Et de syon tueatur te.

Ab illo (inq̄) loco expectabāt auxiliū iudęi, quia ego deus uester (inqt Ioel) habitās in syō. Dic ī psal.2. Vt uero magis ac magis tibi auxiliū mittat.

Memor sit omnis sacrificii tui.

Omniū & primū & summū est, crucis Christi sacrificiū, quando dignatus est filius, serui formam sumere in similitudinem hominis factus, et habitu inuentus ut homo, factus obediens usq; ad mortem, humaniq; generis causa mortem pati uoluit, mortem autem crucis. Recte igitur orat pius populus, postq̄ Christus deus, factus est homo, ut hominem redimeret, huius humillimæ mortis suæ hominis causa, deus pater ita sit memor, ut eum in oībus prosperetur. Is est, qui semetipsum obtulit immaculatum, ut emundaret conscientias nostras, ab operibus mortuis, qui mortuus est propter peccata nostra, et unus pro omnibus mortuus est. Quod autem hic ait, omnis sacrificij tui &c. secundū historiā, de multiplici oblatione sacrificiorū, quæ in ueteri testamēto ad placandū deū fieri solebant, intelligit, in quibus, & solicitus, & frequens erat noster propheta, Christi typus. Sed nos de unico nostro sacrificio intelligimus, in quo uno, est et omnis uirtus, & omnis uera placatio, & propiciatio. Vt ergo omnis, hoc est, summi huius sacrificij, in quo omnia quęcūq; sunt fideli populo utilia, pręstantur, sit memor deus pater, precatur, et fidelis, et pius populus sibi sup oīa, illius sacrificij beneficiū, redemptionē scilicet, atq; a priore captiuitate liberationē, et dei patris gratiā per filiū uehementissime cupiens. Est enī hoc sacrificiū, quod recte dici potest, sacrificiorū sacrificiū. Omnia namq; sacra in se complectitur, cū extra illud quicqd est, aut sacrū, aut sanum, aut sanctū esse, nullo modo potest. Quicquid enim nō est, in huius sacrificij fide, gratum esse deo non potest, uel uerius peccatū est, ut ait apost. Hoc est unicū sacrificiū, quod abūde sufficit pro pctīs oīm, quia semel pro pctīs nostris mortuus est. Sic

Philipp.3.

Hebr.9.

1.Petr.3.

In Christo omnis bonitas.

Rhom.14

1.Petr.3.

igitur omnis, sacrificij tui memor, inquit,

Et holocaustum tuũ pingue fiat.

Erant apud iudęos, et holocausta, et uictimę, & hostię pacificę. Oblationum, & sacrificij nomina fuerunt, de quibus, & eorum more, in Leuitico pluribus uerbis docetur. Sed holocaustũ erat sacrificiorũ maximũ, & primũ, non offerendũ nisi in rebus maxime serijs, et grauibus. Totũ quoq; holocaustum concremabatur, unde dictũ holocaustũ, quod est totũ combustum. Huiusmodi holocaustũ pro nobis erat Christus, qui non membrũ, aut corporis partẽ aliquã in cruce obtulit, uel potius per impios oblatus est, nõ quidẽ coactus, sed quia uoluit, ut ait Esai. sed totũ corpus, totũ sanguinem fudit, ut nos igne charitatis suæ adimpleret. Ille erat pro nobis aries in holocaustum, masculus de armento, hoc est, de genere, nostro, quia factus est nobiscum homo. Orat igitur propheta fidelis populi nomine, ut huiusmodi holocaustum pro nobis pingue fiat, hoc est, abundans, quod nos totos, et integros perfecte charitatis igne ardeat, sicut ipse nostra causa, totus oblatus est, ut carnis in nobis nihil remaneat, sed omnia sint spiritus, consumãtur prorsus carnis opera, ut spiritus bona, libera, & perfecta sint. Qui per gratiam, huius sæculi quicquid est, abnegare plenißime potest, holocaustum is uere dicitur, inquit Isichius. Is etenim se totum deo offert, per intelligibilem ignem spiritus, non iam terrenus sed spiritualis, & quodãmodo cælestis effectus. Is est, cuius conuersatio in cælis est, iam effectus Christi imitator, ut admonet apostol. Non est huiusmodi oratio, Christo seruatori nostro quouis pacto, aut necessaria, aut utilis, qui prorsus non eguit precibus nostris, uere deus æqualis patri sed totius futuri christiani populi nomine, orat propheta, ut omnes doceat huius orationis uehementia, q̃ erat futurũ nobis utile holocaustũ huiusmodi, quãq; omnibus optandũ. Hinc duo maxime intellectu necessaria docet. Primum est, quod admonet, atq; doctus a spiritusancto

Christus nobis holocaustũ.

Esai. 53.

Isich. super Leuitic. cap. 6.

Ephe. 5.

Cur pro Christo orabant.

prędicit hunc futurũ saluatorem, in redemptionem omni credenti. Alterũ est, quod cum doceat sic orandum, simul docet, atq; omnes homines pręmonet tam de amplißimis beneficijs, per eundem saluatorem recipiendis, de quibus maxime gaudeant, (ut postea in hoc psal. Letabimur (inquit) &c.) q̃ de grauißimis tribulationibus, quas nostra causa pateretur benignitas saluatoris, ut earum recordatione, illũ ex toto corde diligamus, qui pro nobis sic pati uoluit, et prior dilexit nos &c. Adhuc itaq; orat uehementius.

Tribuat tibi secundũ cor tuum.

Cum aliud non sit cor tuum, uel uoluntas, q̃ ut nos redimas a seruitute, & filios efficias patri reconciliatos, qui prius eramus irę filij, et inimici. Hic apponitur uerbum, Sela ut sic moniti, erigamus omnẽ sensum in laudem Iesu Christi, qui sua sponte sic uoluit pati, humani generis causa. Tribuat itaq; deus pater tibi secundum cor tuum inquit, secundum benignam uoluntatẽ tuam, erga genus humanum, qua illi consulere paras.

Sela.

Ephes. 2. Rhom. 5.

Et omne consilium tuũ cõfirmet.

Id quod se impetrasse docet Christus in euangelio, Pater (inquit) gratias ago tibi, quoniam audisti me. Ego autẽ sciebam, quia semper me audis &c. Et ego (inquit) rogo pro eis, non pro hoc mundo, sed pro eis, quos dedisti mihi. Et ego ueni ut uitam habeant, & abundantius habeant. Rogat itaq;, ut hoc oẽ consilium suum, quo parat humanũ genus redimere, confirmet, corroboret, completum, et perfectum faciat deus pater, qui modo diues est in misericordia, quia propter hunc redemptorem, cum prius essemus illi inimici, in eius gratiam recepiti sumus, usq; adeo reconciliati, ut facile, & benigne, orantes exaudiat, ac pœnitentibus, peccatorũ remißionem elargiatur, & indignos, ęterna secum gloria afficiat. Hoc est consilium Christi, quod intelligetur in nouißimis diebus, ut ait Hiere. Id quod modo completũ cernimus. Nam nouißimis diebus istis, loquutus est nobis in filio,

Ioan. 11.

Ioan. 17. & 10.

Ephes. 2.

Beneficiũ Christi.

Hiere. 23.

Hebr. 1.

lio, inquit apost. Est (inquit idem) nouissimus Adam, qui factus est in spiritũ uiuificantem, ut populũ, qui alias p hominẽ mortuus erat, per hominẽ a peccato uiuificaret. Huius itaq; futuri consilij, certa spe gaudebant prisci illi patres, qui certa fide hanc redemptionẽ expectabant. Hinc aiunt.

Lætabimur in salutari tuo.

In hac (inquiunt) salute tua, quã uere futurã credimus (ut æquum est) lætabimur, quandoquidem huius salutis nos perticipes efficies. Hac certa spe exultauit Abrahã, ut ait euangel. &c. Hoc erat gaudiũ magnũ, quod iãiã, cũ nasceretur Christus, euangelizabat angelus, quia natus est (inquit) nobis hodie saluator, qui est Christus. &c. Et lætabimur ergo

Ioan.8.

Et in nomine dei nostri magnificabimur.

Quia per eum redempti, ex seruis liberi erimus, ex inimicis amici, ex captiuis fratres, ex alienis filij. Hoc est enim nomen, quod est super omne nomen, in quo nomine, salui facti sumus, & magnificabimur a terrenis ad cœlestia, a seruitute in libertatẽ, a tenebris in lucẽ, a perpetua deniq; morte, in sempiternã uitam, effecti dei filij, & Christi coheredes. Quid aliud tam magnificum. Hic est uere deus noster. Quod autem ait in nomine dei, modus est loquendi in sacris literis, ut nomen dei, pro ipso deo, aut eius maiestate ponatur. Præ nimio itaq; gaudio, & huius rei uehementi desiderio, uersus ad Christum, precatur iterum fidelis populus.

Christianorũ magnificatio.

Nomen dei.

Impleat dñs oẽs petitiones tuas.

Qui pro nobis deum patrem tantopere rogasti, ut docet Ioan. Sit igitur holocaustum tuum pro nobis pingue, ut per tuam passionẽ reconciliati, efficiamur filij dei, et cohæredes tui. Maximopere quidẽ optabãt ueteris testamenti patres uidere hunc diem, & fide uiderunt. Id quod nunc docere uidetur.

Ioan.8.

Nunc cognoui quoniã saluũ fecit dñs Christũ suũ.

Prorsus (inquit) et fide certus, nihil dubito. More igitur prophetarum, certo rem futurã præuidens, usus præterito tẽpore, uelut iam præteritã docet. Saluũ fecit (inqt) dominus pater, Christũ filiũ suũ, quia mundũ uicit per ipsum, et diabolũ pstrauit, humani generis redẽptionẽ adimpleuit, oĩa deniq; cõsummauit. Hæc (inquit) oĩa, nũc cognoui, tam longe priusq̃ fiant, per dei benignã reuelationẽ, et fidẽ, quoniã saluũ fecit &c. quia uoluit, quia petijt a patre, qui

Exaudiet illũ de cœlo sancto suo.

Vt quicqd uelit, aut petat, impetrauerit. Non semel in euangelio Ioannis, rogauit patrem Christus, et patri gratias agit, quod exaudiuit illum. Sic ait propheta. Iam saluum fecit, et saluum quoq; faciet, exaudiet (inquit) illũ orantem pro suis, ut saluos faciat eos pater, hoc est, ut per eum patri genus humanũ reconcilietur, cum non sit in aliquo alio salus. Hæc est potestas absoluta, hæc est fortitudo, qua uincuntur aduersarij omnes, cui resistere nemo potest. Nam

Ioan.11.

In potẽtatibus salus dexteræ eius.

Hoc est ĩ fortitudine (ut est alia litera) est salus dexteræ eius. Nam solus est potens deus pater, qui saluũ facere potest p dexterã eius, hoc est, filiũ, q est patris dextera. Vel p dexterã dei, eius fauorẽ, et gratiã ĩtellige, sine qua nulla salus est. Neq; tã potẽs est quisq̃ extra eum, a quo uel præstari, uel sperari salus põt. Hæc est uera potentia, uera fortitudo, qui oĩa pro uolũtate põt. Dicit enĩ et facta sunt. Illa est dextera, de qua canebat Moses. Dextera tua domĩe, magnificata est ĩ fortitudine. Alij uero sunt, qui in alijs uiribus, in alia potentia, nõ in dextera, sed in sinistra spem suã ponere uidẽtur, stolide quidẽ, & seipsos decipientes. Non est enim potentia, nisi in manu dei. Qui uero aliam potentiam requirunt.

Dextera dei.

Vera salus.

Hi in curribus & hi in equis.

In suis uiribus mũdanis, totã spem suã ponũt. Hi sunt, qui Christi parũ meminerint, qui ad huius psalmi modũ orare nõ possunt, qui deũ non satis agnoscunt, uel eius potius obliuisci

 uident.

uidentur. Currus, pugnæ genus est, prelium ineundi preter equites. De his curribus, quos etiam nos Angli per Cæsaris historiam, aliquãdo exercuisse uidemur, sufficit in presentia, locus ille Exodi, ad quem alludere uidetur propheta. Tulit (inqt) sexcentos currus electos, et quicquid ĩ Aegipto curruũ fuit. Hos currus, & equos, pro omni humano robore, ponit propheta, in quibus nõ est speranda salus, Pharaonis, & compluriũ aliorũ exẽplo, de quibus in sacris literis. In his uereor nimium ne fisi sint pleriq;, nomine, quod ad hoc attinet, tantũ christiani, quod dolendum est, obcæcati, parumq; dei memores, qui tota, ut aiunt, uia aberant. Nam fallax equus est ad salutẽ, ut in alio psal. Non enĩ in fortitudine sua roborabitur uir, quoniã dominus fortitudo plebis suæ. Id quod utinã nostri qui christiani censentur, principes, memoria satis tenerẽt. Rariora tum essent bella inter eos, rarißimaq; prelia. Valeãt igit (inqt fidelis populus) qui in curribus, et equis spem suã ponũt.

Exod.15.

Psal.32.

Psal.27.

In deo cũ primis spẽ suã ponãt pricipes.

Nos autem in nomine domini dei nostri inuocabimus.

Quoties urgebit periculum, non sperabimus in equis, et curribus, nõ in uiribus nostris, et humana potentia, sed inuocabimus nobis auxiliũ, in nomine domini. Non enim in fortitudine equi, uoluntatẽ habebit dominus, nec in tibijs uiri beneplacitũ erit ei. Ad deũ igitur pro auxilio clamandũ est, & eius solius in angustijs memores simus, ut ab eo petamus, quod cupimus, modo conemur, et id agamus, quod deo non sit ingratũ. Persuasum quidẽ habeamus necesse est optimũ deũ, scelerati animi adiutorẽ non esse, sed osorem. Ita igitur uelimus, et optemus honesta, ut auxiliũ ĩuocare liceat in nomine domini. Et tum quidem certa spe petamus. In omnibus itaq; nomen huius domini nostri Iesu Christi inuocandũ est, & in eius nomine omnia sunt petenda. Si quid petieritis (inquit) patrem in nomine meo, dabit uobis. Qui autem non sic petunt,

Nomẽ dei quis recte inuocat.

Ioan.14.

Ipsi obligati sunt & ceciderunt.

Ipsi qui in curribus, & in equis spem suã ponebant, non autẽ in domino, obligati (inquit) sunt per cæcitatẽ, præ nimia superbia, sui obliuione, huius seculi rerũ ambitione, auaritia, suis deniq; illaqueati sunt sceleribus, suis uiribus omnia facere cupientes, uelut auxiliũ dei aut spernentes, aut paruifacientes, plane non agnoscẽtes deũ. Alius uertit, Incuruati sunt. Alius, Depreßi, et ceciderunt. Alius, Incuruauerunt se. Et recte quidem, quia ceciderũt a cœlestibus, ad terrena. Et sic igitur obligati ipsi, qui in curribus spem ponebãt, uere ceciderunt, tam corpore q̃ anima. Aliter (inquit fidelis populus) nobiscum agitur.

Nos autẽ surreximus, & erecti sumus.

Quia inuocantes nomen domini, in eo solo speramus. Est enim turris fortißima nomen domini, inquit sap. ad ipsam currit iustus, et exaltabitur. Surreximus huius nominis uirtute, ab his terrenis inquit, quibus aliquando etiã obligati eramus, & erecti sumus, ad cœlestia sola suspicienda, per Christi seruatoris auxiliũ. Eratis aliquando tenebræ (inqt apost.) nunc autẽ lux in domino. Surge (inqt) qui dormis, et illuminabit te Christus. Vt filij igitur lucis ambulate, probantes quid sit beneplacitũ deo. Principes, et reges terræ aduersus Christũ cõuenerũt, ut ait in psal. 2. in curribus, & in equis suis, spem ponebant, et ideo ceciderunt, & prostrata est eorũ iniquitas. Qui uero in deo confidit, nõ confundetur. Moses in solo deo fidebat. Quamdiu itaq; manũ ad deũ leuabat, superabatur Amalech, si autem paululũ remittebat, uincebatur Israel. Qui ergo uult uincere, qui uult preualere, qui uult omnẽ inimicũ prosternere, quicquid facit, id totũ in dei nomine faciat. Neq; aliud est in dei nomine facere, q̃ quod docet apost. ut omnia in gloriam dei faciamus, nobis nihil tribuentes, ne conantes quidẽ quicq̃ sine dei memoria, & eius petito auxilio, nihil uelimus iniuste, omniaq; dei uoluntati tribuamus.

Prouerb. 18.

Ephes.5.

Psal.2.

Exod.17.

In dei nomine facere.

1.Cor.10.

mus. Et hoc facie͞tes (inquit fidelis populus) surreximus per illud dei benignum auxilium a priore captiuitate, et laqueis diaboli, et erecti fuimus, ad cœlestem, et æternā uitam expetendā, & magna, & certa fiducia. Secundum historiam, de uictoria intelligi potest hic locus, quā dei beneficio adeptus est propheta. Hinc gaudet populus, & lete canit. Nos surreximus etc. quia uicit rex, pastor, & caput nostrū. Idemq; fidelis populus iterū orat.

Domine saluum fac regem.

Iesum Christum, quem uere regem appellat, quiq; uero omniū rex est, & quidem immortalis, ineffabilis, omnipotens, a quo omnia bona speranda sunt. Saluum igitur fac hunc regem, (inquit ꝓpheta) et dominū dominantiū, ut holocaustū eius pingue nobis fiat, et omne consilium eius confirmes. Et sicut uere nunc exaudisti nos, quia quod optabamus præstitisti, ut supra in hoc psal. ita posthac.

Et exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Hoc est, quacunq; hora, tui recordati simus, & auxilium a te petierimus, benigne deus pater nos exaudi, ut uictoriam cōtra omnes inimicos impetremus, per auxiliū gratiæ ipsius, cuius omnes petitiones adimpleuisti. Id quod ꝓmittit Christus. Quicquid petieritis patrē in nomine (inquit) meo, dabit uobis. Felix aliter sic uertit. Domine saluum fac; rex respondebit nobis, in die qua clamabimus, hoc est, saluū fac regem nostrū Christū, sicut nūc cognouimus quod saluū fecisti, ut superius in hoc psal. Et tum quidē ipse rex ipse Christus, quē regem cōstituisti, nobis respondebit per auxilium gratiæ suæ, in quacūq; hora clamabimus ad eum. Quia paratum, & propitiū illū habemus, apud te pro nobis interpellantē patronū. Arnobius uero huius psalmi finem intelligit (mea quidē sententia) probe, & cōmode, ut post populi priorem illam scilicet orationem, Domine saluum fac regē, statim certa fiducia, ad ipsum Christum iam resuscitatum, & in patris dextera

Psal.2.

sedentē, sic orat fidelis populus. Nūc Christe saluator, posteaq̄ uere credimus, te omnia uicisse, tuo nutu omnia regi, patremq; omnia in manus tuas tradidisse, et impleuisse omnes petitiones tuas, & tu nos exaudi, pro quibus toties orasti, in die qua inuocauerimus, hoc est, quotiescunq; inuocauerimus te. Qui certa fide sic orat, nunq̄ non impetrat, nunq̄ non accipit, uel quod petit, uel quod illi utilius erit solicite oranti.

Psalmus Dauid.20.

Titulus.

In finem.

In summa.

Tam de Christo, q̄ de quouis uere fideli uiro intelligi potest hic psalmus. Vtriusq; gaudiū de salute, gloria, & æterna retributione, simul & uindictam dei in illos, qui iustos odio prosequuntur docet. Non mireris si ea, quæ de Christo homine tractantur, ad suū quemq; uirum iustum trahantur, quem sibi in filium adoptat deus pater, cuiq; hereditatis portionem promittit, & interim in eo manet, eiusq; templum est, filij coheres, quem fratrem appellare dignatur Christus. Nam qui facit iusticiam, iustus est, quemadmodum ille iustus est, inquit Ioan. 1.Ioan.3.

Explanatio.



Domine in uirtute tua lętabitur rex. Ad deum patrem loquitur propheta. Domine (inquit) pater. Rex filius ille tuus (regē se ait constitutum a patre, in.2.psal.) lętabitur, & gaudebit, in uirtute, in fauore, in potestate tua, quā ipsi homini facto dabis, quia populū in tenebris, nullā antea lucem, uel subobscurā uidentē, totius luminis, & scientię tuę diuinę claritate participem efficiet, ueterē legē, sua noua doctrina, suo aduentu adimplebit, illi in manus

Psal.2.

Fœlicissima potēstia data Christo.

p salute salutare ponit

manus omnia dabis, humanum genus restituet, a morte ad uitã liberabit. Aliter. Quisquis iustus est, qui deũ recte agnoscit, in eum credit, certa fiducia omnẽ spem in eo constituit, idem et rex est, quia nulli legi subijcitur, hoc est regale sacerdotiũ in pijs christianis, qui sua sponte se offerunt deo, & non pœnæ aut suppliciorũ metu, sed pro dilectione dei, uolentes ac lubentes, ea quæ ad officiũ christiani uiri pertinent, erga proximũ faciunt, & studiose abstinent ab illis oĩbus flagitijs, quę lex prohibet, pœnasq; p illis minatur. In hos iustos, lex nõ habet quod agat. Neq; his est lex posita (inquit apost.) sed iniustis &c. Iustus non est amplius sub legis pædagogia, euangelicã libertatẽ adeptus, non quod non faciat quæ lex pręcipit, sed quod sua sponte facit, quæ legis sunt. Iam hæres est adulta ætate prẹditus, non amplius sub tutoribus, ut ait apost. Rex (inquã) est iustus, quia carnẽ, domesticum illum inimicum regit, mundum, diabolum, & ipsam concupiscentiam, omniũ uitiorũ matrẽ, uincit. Is rex (inquit ppheta) domine pater, lętabitur in illa uirtute tua, quã ei pro bonitate pręstas, qua uincit omnes aduersarios, et lętabitur in illa pręcipua uirtute tua, quę a te proficiscitur, hoc est, in filio tuo, qui est uirtus, dextera, & potestas tua, cum per eum facias omnia, cuius uirtute, & gratia effectus est iustus.

Regale sacerdotiũ.

1. Timo. 2

Virtus dei patris.

Et super salutare tuũ exultabit uehementer.

Idem rex, & filius tuus, tua uirtus, super salutem tuam, quã per eum pręstabis, cum genus humanũ redemeris, & saluaueris, uehementer pro sua bonitate exultabit. Corde enim & lingua lætabitur, & exultabit, ait idem in psal. 15. Quantũ uero gauisus est benignus deus Christus, de hac salute humani generis, cum in alijs plærisq; locis, tum in cap. Ioannis. 17. pluribus docetur. Aliter. Iustus homo, domine pater, super salutare tuum, pro illa salute tua, qua liberatus est, uehementer, ut æquum est, exultabit. Phrasis est huius uulgatæ æditionis, id quod nõ semel admonui, ut p salute, salutare ponat. Exultabit (inqt) et quidẽ uehemẽter. Est enĩ exultationis, & lęticiæ maxima causa, quia

Psal. 15.

Ioan. 17.

Desideriũ cordis eius tribuisti ei.

Filio tuo, ut genus humanum redimeret, id quod uehementer cupiebat, simul & abundantißime compleuit, & effecit. Desiderio (inquit) desideraui hoc pascha manducare uobiscum. Opus (inquit in alio loco) consummaui, Et ista est benignitas saluatoris erga nos, de qua apost. Aliter. Iusto illi, cordis, et animi sui maximũ desideriũ tribuisti, non solum redemptionem scilicet a perpetua seruitute, sed etiam, ut per tuã gratiã iustus uiuat, tandemq;, ut ad æternam gloriam perueniat. Sic enim tribuisti ei cordis desiderium.

Luc. 22.

Ioan. 17.

Ad Tiũ. 3

Et uoluntate labiorum eius, non fraudasti eum.

Voluntas erat labiorũ Christi erga hominẽ, ut eum sua morte, a diaboli seruitute redimeret. Si non possit (inquit) transire a me calix iste, fiat uolunta tua. Ego pro eis (inquit) rogo. Postulauit item a patre, & dedit illi gentem hęreditatem suam. Fuerunt item uerba labiorum eius, & uoluntas, quando discipulos docebat quod traderetur in manus hominum, & occiderent eum, & occisus tertia die resurgeret. Fuit uoluntas labiorum eius, ut qui baptizatus crederet in eum, saluus esset. Hæc (inquam) & his alia similia, fuerunt de uoluntate labiorũ Christi, & huiusmodi uoluntate labiorum eius, (ait ad patrem propheta) non fraudasti eum, Quia sicut uerbis promisit, & sua benigna uoluntate fieri uoluit, omnia subsequuta, & facta sunt a patre. De Christo loquitur, ut de homine, sed de patre misso, qui humanũ genus redimeret, per datã sibi a patre potestatẽ, sicut ipse Christus de se nõ semel testatur. Facio (inquit) uolũtatẽ patris mei, qui in cœlis est. Item. Meus cibus est, ut faciã uolũtatẽ eius qui misit me. Item. Data est mihi oĩs ptãs etc. In priore psalmo proximo, precabat fidelis populus, ut Christi omnes

Voluntas Christi.

Ioan. 7.

Psal. 2.

Marc. 9.

Marc. 16.

Ioan. 4. & 5.

Math. 28

omnes petitiones impleret deus pater &c. Hic autē eas docet impletas. Adde quę diximus in psal. 15. Aliter. Iustum hominē non fraudasti labiorum eius uoluntate, cui semper assidue erat oratio hunc redemptionis diē uidendi. Hunc diem gaudens, & exultans, per fidem, uidit Abraham, inquit Christus. Hunc diem tantopere uidere optabat Symeon, homo ille iustus, qui simulatq; Christū in ulnas acceperit, prae gaudio dissolui ab hoc mundo cupiebat. Veteris testamenti patres omnes hunc diem uidere optabant, ut in psal. 12. uiderunt per fidem, & non sunt fraudati, uoluntate labiorum, quia uenit, quemadmodum prophetarum oraculis promisit, & ipsi futurum crediderunt, & fidei suae fructum acceperunt. De uerbo dei quod processit ex ore eius, & absoluta Christi doctrina, hunc locū interpretantur nōnulli, quae non sunt fructu suo fraudata. Nam uerbum dei, et illa uoluntas labiorum Christi, eius (inq̄) coelestis doctrina, quae profecta est, a uoluntate, & bonitate, labiorum, eloquiorum dei, quondam per prophetas, nouissime autem per filiū, ut pro sua bonitate cupiebat, iam uniuersum mūdum penetrauit, & fructū redemptionis credentibus prestitit. Nam omni credenti fit ad salutem. Et ideo (inquit) domine pater, tam prospere Christo, uel iusto uiro successit.

Psal. 15.
Ioan. 8.
Dies Christi optat°.
Luc. 2.
Psal. 12.
Hebr. 1.

Quoniam pręuenisti eum in benedictionibus dulcedinis.

Sela.

Apponit uerbū Sela, ut magis magisq; huius benedictionis dei, quae oēm bonitatē pręstat, memores simus eamq; altius in animum demittamus. Pręuenisti (inquit) eum in benedictiōibus dulcedinis, quia muniuisti eum tua gratia. Quid hac dei benedictione dulcius? Est quidem beneficium dei, & eius ultronea gratia super omnia suauis, & dulcis, cuiuis pio uiro. Nam sine ipsa amara sunt omnia, inutilia, infructuosa. Nisi enim ipsa praeueniat, fieri nihil bene potest a nobis. Sumus enim insufficientes ex nobis. Nisi dominus ciuitatem aedificauerit, in uanum &c. et nisi dominus custodierit frustra uigilat, etc. Quē igitur benedicit deus, cui suam benignā gratiam pręstat, foelix est, et desiderium sui cordis habet, nec illis rebus fraudabitur, quas optat, & petit. Aut eadem plane accipiet, aut quae utiliora sunt. Scit enim pater noster coelestis &c. Per hanc itaq; dei benedictionem, uictor euadit uterq; rex, de quo in psalmi principio. Se omnia a patre accepisse fatetur. Christus. Iustus uero boni quicq̄ non habet, nisi a deo, qui de hoc mūdo uictoriam pręstat. Hinc in uictoriae signum, deum patrem sic alloquitur propheta.

Dei prÿeuenienս gratia.
Math. 6.

Posuisti in capite eius coronam de lapide precioso.

Nam uicit Christus mundum, carnem, diabolum, inimicos omnes. Victoriae igitur coronam meruit. Coronasti eum regem, qui per benedictionem, gratiam, et auxilium (inquit) tuum, de hoste triumphauit. Prius regem appellat, hic uero, ut regi conuenit, coronam tribuit. Praeciosissima est huiusmodi Christi corona, de lapide (inquit) precioso, cuius uirtus aut extingui, aut falli non potest. Noli somniare de huius mundi quauis corona, quia regnum meum (inquit) non est de hoc mūdo. Coelestis igitur triumphus, diuina uirtus, immarcessibilis corona, omniūq; praeciosissima est. Secura (inq̄) huius uictoriae corona est, quam nullus hostis eripiet unq̄. Coronabatur Christus corporea, spineaq; corona apud mundū, huius mundi spinas, nostra causa calcando, ut nos itidē eius exemplo, eiusq; gratia, eadem calcaremus, cuius coronę praeciosissimus lapis, erat eius caro, eiusq; sanguis, quibus splēdidissime ornabatur, in omniū inimicorū uictoriā, et humani generis salutem. Hic lapis est a iudaeis reprobatus, qui nobis factus est in caput anguli. Hic (inq̄) est summus ille angularis lapis, Iesus Christus. De quo apost. Lapis (inq̄) angularis, qui & totius aedificij structuram continet, eamq; solidam facit, & duos illos

Victoria Christi.
Ioan. 18.
1. Petr. 5.
Psal. 117.
Ephes. 2.

illos parietes, antea disiunctos, iudæum & ethnicum, bona fide coniungit. Vel si id malueris, uetus & nouũ testamentũ, huius ædificij, hoc est, christianę fidei fundamentũ, & quidẽ solidũ, et perfectũ, cui nihil potest addi, connectit Christus adeo, ut separari nequeant, neq; non per eũ absolutissima sunt, postq̃ in eo cõpletę sunt omnes scripturę. De Christo quidẽ seruatore perspicuum est, coronã, deum patrem, illi in capite posuisse, de lapide pręcioso. De iusto quouis uiro, si interpretetur quisq̃, uitæ coronã, æternã gloriam esse dicamus, quã promittit deus diligentibus se, ut ait Iaco. quã immarcessibilẽ appellat Petrus, quæ ornata est illo precioso lapide, redemptionis per Iesum Christũ. Quia dignus est corona iustus ille, postq̃ (ut ait apostol.) per dei gratiã, legittimã certationem perfecerit, fide uictoriam adeptus, qua uicit mundum. Neq; corona dignus est, nisi qui legittime certare conetur. Cum ergo tu sis, (inquit ꝓpheta ad deũ patrẽ) a quo omnis uita, omnis salus, omne beneficiũ emanat, hic rex

Corona iusti uiri. Iacobi.1. 1.Petr.5. 2.Timo.2. 1.Ioan.5.

Vitam petiit a te.

Christus a patre uitam petijt, non tam pro se, q̃ pro suis. Sic orauit, ne eum derelinqueret pater, sic spiritũ suũ in eius manus cõmendabat. Pro suis uero sic petijt. Ego (inquit) pro eis rogo. Serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Non enim pro hoc mundo rogo, sed pro his, quos dedisti mihi. Nam ego (inquit) ueni, ut uitã habeant, & abundantius habeant. De iusto uiro perspicuum est, quia omnia & petit, & sperat a domino. A quo nam alio speraret? Quis enim deus sicut deus noster? Desiderium itaq; cordis eius tribuisti ei, & posuisti coronã &c. Quia uitam petijt a te, hoc est, tuæ uoluntati cõmisit omnia, a tua quoq; bonitate expectauit omnia.

Christi petitio. Psal.21. Ioan.17. Ioan.10.

Et tribuisti ei longitudinẽ dierũ, in sęculum & in sęculum sęculi.

Non sunt res momentaneæ, dei beneficia, nõ est peritura Christi gloria. Tribuisti igitur uitam (inquit) ei Christo filio tuo, qui eam a te petijt, non temporariam, sed in longitudinem dierum, id quod alijs uerbis exponit, hoc est, in sæculum sæculi, æternitatem scilicet, ei tribuisti, qui tibi sedet a dextris potentiæ & perpetuæ gloriæ tuæ, futurus in fine sæculi omnium iudex. Vertit Felix. In sæculum, & semper. Non enim aliud est sæculum sæculi, q̃ sempiternitas, & ęternitas. Loquendi phrasis est, potissimũ in psalmis. De Christo certa res est, & perspicua. Neq; non idem de quouis iusto uiro intelligi potest, cui deus uitam tribuit longęuam in hoc sæculo, per singularem gratiã. Longeuam (inquit) uitam, non ut annos numeret, sed ut uitam deo placentem seruet, futuram æternam gloriam, fiducia misericordiæ dei certo certius expectans. Nam illud uere est in hoc sæculo uiuere ad longitudinem bonorũ dierum. Hoc est diligere dies uidere bonos, bene & innocenter uiuere. Id quod non aliud est, q̃ ad aliam uitam festinare lente, ut ait Prouerbium, & probe maturare, ut dierum securam æternitatem acquirat tandem, ubi erit in sæculum sæculi perpetua uita, cũ æterna gloria. Hinc ait propheta.

Sęculum sęculi. Lõgæuitas pii uiri. Psal.33.

Magna est gloria eius in salutari tuo.

Hoc est, in salute tua deus pater, magna est gloria eius, uel filij tui, uel iusti cuiusuis uiri. Haud igitur mirum est, si uehementer exultauerit de hac gloria, ut supra dixit. Quænam maior, aut tanta gloria esse potest, q̃ per hanc dei salutem huius uitæ inimicos uincere, uicia sub pedibus calcare, innocentiæ integritatem seruare, & æternam gloriam tandem consequi? Quidam sic perspicue hunc locũ uertit ex hebręo, non uerba, sed sensum referens. Magnum illi decus accessit, propter opem, quem illi tulisti. Hanc gloriam de Christo, eius resurrectionem intelligunt nõnulli. Voce (inquit in alio psal.) clamaui ad dominũ, & exaudiuit me & exurrexi, quia dominus suscepit me. Suscitauit

Vera gloria. Psal.3.

eum

1. Tessal. 1. eum a mortuis deus pater, inqt apost. cui uere data est lõgissima uita, quia mors illi ultra non dominabitur, cũ sit dominus, & uitæ & mortis. Inde ait ppheta, quod magna est gloria eius in hac salute a patre pr̨stita, qua sic resurrexit, uel quia datum est ei nomen super omne nomen, uel quia tum de oĩbus hostibus triumphauit gloriosissima uictoria, qua genus humanũ redemit, cuius gloriæ mensura æternitas est & illi, et oĩbus in eum uere credentibus. De Christo hoĩe loquitur. Quanta uero gloria ornatur iustus, per salutem quam habet a deo, nullus nescire potest, cum ab eo solo, omnis sit salus iustorum. Hinc ait in utrumq; sensum.

Gloriam & magnũ decorẽ impones super eum. Est enim perexigua illa prior huius scl̃i gloria, ad eam quę adhuc futura est. Nam impones super eum (inquit) aliam gloriam, & maiorem decorem, quando post resurrectionem, & ascensionem, Christum filium, ad dexterã in cœlestibus tecum collocabis. Erit quidẽ absoluta illa gloria, cui addi nihil potest. Et ideo post magnã priorẽ gloriã, dicit eum adhuc decorandũ, alia gloria, quæ neq; magna, neq; maxima dici potest, cũ sit longe plus q̃ maxima. Tam etenĩ absoluta est, tamq; consummata, omnis iusti uiri æterna illa gloria (ut de Christo huius glorię rege taceam) ut sit homini incomprehensibilis, ut pote, quã nec uidit oculus, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascẽdit, quã præparauit deus his, qui diligunt eum, inquit apostolus, quando & reformabit corpus humilitatis nostrę, configuratum corpori claritatis suæ. Quoniam similes ei erimus, inquit Ioan. Hæc gloria neutiquã ex nobis est, sed dei donũ est, qui insufficientes sumus ex nobis aliquid cogitare, quod salutem adferat. Sua itaq; dona in nobis coronat, benignitas dei. Gratia dei sumus, quoties bene sumus. Sed hanc gratiã appræhendamus, illi assentientes necesse est, id quod tribuit quoq; gratia. Neq; tamen non cooperatur uolũtas hominis. Quod autem ait, gloriã, & magnum decorem impones super eum, aliud non est, q̃ quod, priori glorię addes, et superpones longe aliam gloriã, & magnũ decorem, hoc est, æternæ uitæ pulchritudinẽ, quæ erit in cœlo. Appositissime igit̃ uerbo ĩpones, quod significat uel dare, uel superponere, usus est interpres. Hoc (inquit) a te pater, accipiet tam Christus filius, q̃ pius christianus.

Margin notes (left column): Gloria iusti uiri. — 1Corin. 2. — 1. Ioan. 3. — Gratiæ beneficium.

Quoniam dabis eum in benedictionem, in s̨eculum s̨eculi.

Ita uallabis, & præmunies eum tua benedictione, tua gratia, tuo auxilio, in hac uita, ut mereatur illã gloriã ̨eternã in sæculũ sæculi. Tu igitur dabis eum (inquit) in hanc benedictionem, non a se habebit. Hęc est dulcedinis benedictio, seu gratia, de qua supra ĩ hoc psalmo, quæ præuenit, eademq; est, quæ iuuat, & perficit. Id quod Christo abundantissime datum est, & a patre accepit secundũ humilitatem. Nam in ipso benedicuntur omnes gentes, hoc est, ab eo, & per eum, in alios omnia bona emanant. Neq; ulla est benedictio, seu rerum bonarũ beneficium, nisi ab eo, qui traditus est propter delicta nostra, et resurrexit propter iustificationem nostram. Magnum igitur decorẽ deus pater imponet super eum, qui est splendor gloriæ suæ, ut ait apostolus. Iustum uirum dabit deus in benedictionem in sæculũ sæculi, quando eum decorabit perpetua gloria, cũ sanctis eius. Quod nam aliud tantũ beneficium, tam prosperũ, tam optandum accidere, aut optari potest? q̃ omni genere bonorum, perpetuo affluere, in cœlesti gloria, ubi nulla rerũ cõmutatio, uicissitudinis nullus metus, ubi nec erugo, nec tinea demolitur, ubi nec a furibus effodi, aut eripi diuitiæ illæ perpetuæ possunt, ut ait euang. Ad te igitur ueniet, apud te erit, in cõspectu (inquit) tuo, & cum hac gloria.

Margin notes (right column): Varia dei gratia. — Rhom. 4. — Hebr. 1. — Absoluta fœlicitas. — Math. 6.

L̨etificabis eum in gaudio cũ uultu tuo. Vbi tanta est alia læticia, ubi aliud tam absolutum gaudium, q̃ frui diuino

uultu,

uultu, hoc est aspectu, et dei præsentia? Hęc est Christi hominis absoluta lęticia, et adesse cum patre, & illi a dexteris sedere, & suis, pro quibus passus est, eandem gloriam præstare, ubi sunt delectationes usq; in finem. Et ideo hæc omnia regi nostro imposita, & data sunt.

Psal.15.

Quoniam rex sperat in domino. Non in sua uirtute, & suis uiribus. Nã uitã petijt a domino, ut supra ĩ hoc psal. Quis hoc toties hoĩm animis inculcat, quoties noster diuinus propheta, et uere sapiens, quia hoc cũ primis docet paßim, ut spem omnẽ in deo habeamus, ut non fidamus uiribus nostris? Rex noster Christus homo, in domĩo sperat, illiq; se totum cõmittit, et ideo inquit tantã gloriã adsequutus est. Pater (inqt Christus) in manus tuas cõmendo spiritũ meum. Item in alio psal. Conserua me domine, quoniã speraui in te. De quouis iusto uiro, q cupit esse beatus, q̃ sit necessariũ, ut totus in deo speret, pspicua res est. Qui ergo sic sperat, lętificabit (inqt) cum uultu dei, & roborabitur eius gratia.

In deo sperandum.

Psal.15.

Et in mĩa altissimi non cõmouebitur. Nam & uerã gloriã adsequetur, et sic sperans in huius altißimi mĩa, ĩęternũ ab illa glĩa nõ cõmouebitur, nec decipietur, ut uertit Hiero. sed ĩ ea in sclm scli permanebit. Illinc nõ erit transmutatio &c. Fretus enim altißimi bonitate, nutare nõ potest, ut ab alio uertit, sed p spem certã, ad illã gloriã perueniet, atq; in ea in sclm scli pmanebit. Christũ inducit propheta ut hoĩem tam ĩ hoc psalmo, q̃ in plęrisq; alijs, oĩa petentẽ, & accipientẽ a deo patre, simul & in eo sperantẽ, nõ ut deũ ęqualẽ patri, sed ut hoĩem auxilio egentẽ, nõ tam ut Christũ uerũ hominẽ, q̃ ut fragile genus humanũ doceat, eius exemplo q̃ nihili res est, et q̃ longe a salute sit, quęq̃ de se, suapteq; uirtute sperare, & q̃ eget quisq; dei auxilio, neq; boni quicq̃ sperari posse ab alio quouis, q̃ a deo per gratiã. Hactenus de dei mira benignitate erga suos, deq; solidißima securitate oĩm in eo sperantiũ, simul et de pręsenti, et de futuro ĩeffabili cœlestis gaudij pręmio. Nunc in Christi, & aliorũ iustorum inimicos orat, ut contra inimicos qui improbe urgent auxilium impetret, ne noceant, neue a priore gloria, eorum nequitia impediatur iustus. Sic itaq; orat. Sunt enim qui in te non sperant, qui te non agnoscũt, sed contemnunt potius, inimici (inquit) tui qui tuos molestãt, et persequuntur, quare supplex oro.

Iacobi.1.

Certa solidaq; spes in deo.

Inueniatur manus tua oĩbus inimicis tuis. Ab hoc loco (inquit Arnobius) pater filiũ alloquitur, Illum legito. Nos uero institutum nostrum sequemur. Propheta tam optat, q̃ pędicit. Optat (inq̃) ut alias sępe ut cõuertant in infernũ, et pereãt dei & iustorũ inimici, qui non lętificabuntur in gaudio, cum diuino uultu, longe aliter de deo male meriti. Inueniat itaq;, & manifeste appareat manus tua, diuina (inquit) tua potentia, oĩbus inimicis tuis, contra oẽs inimicos tuos, in eorũ afflictionem, ut alios non lateat, tuos tibi curæ esse. Extende igitur hãc manũ tuã in hostes, et inimicos tuos iudęos, hęreticos, ecclĩæ tuę persequutores, impios, improbosq; oẽs, hoc est, iniquitatẽ diligẽtes, ut si qui sint q amore nolunt, terrore saltem & resipiscant, illi, uel pereãt, ut alijs sint exemplo, qui deũ metuãt. Paulo clarius uertit Felix. Inueniat (inquit) manus tua, omnes inimicos tuos. Eos enĩ manus dei, haud dubie inuenit, quos corripit, affligit, dißipat, uel e medio tollit deus. Manus enim dei correptionẽ, seu diuinã afflictionẽ, aut potentiam significat. Vtrũq; docet Iob. Nemo (inqt) de manu tua potest eruere. Item Manus domini tetigit me. Alius uero sic uertit hunc locũ. Manus tua hostes tuos uniuersos adsecuta est. Alius uero sic. Inueniet plaga tua omnes inimicos tuos. Has uarias interpretationes adfero, ut ex illis, & certior et manifestior sensus appareat, ex multorum ingenijs, qui uarie, hoc est, nõ eisdem uerbis, eundem sensum uertendo exprimũt, cum obscurus in litera nostra uideatur loquendi modus, quis trito nostro sermone, quando alteri mina-

Cõtra inimicos oratio.

Manus dei.

Iob.10. &.19.

minamur, dicere nõnunq̃ solemus. Ego te inueniã, hoc est, Inueniã aliquando & cõmodũ locum, & tempus, quas meritus es referendi gratias. Sic orat propheta, ut in oportuno tẽpore inueniat deus inimicos seruorũ suorũ, ut eos ita deijciat deus, ne suis pro libidine noceant. Sic enĩ perspicient alij, qui uel iusti, uel interim medij adhuc fluctuantes sunt, & deũ latere nihil, et nostra omnia, suos maxime, illi esse curę, ut et suos consoletur, & sceleratos terreat. Orat igit̃ uehemẽtius idẽ repetens.

Dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Prius dixit de manu, & potestate dei, nũc de dextera. Neq; nõ idem est. Alludit enĩ ad humanas uires, quę ĩ dextera, q̃ ĩ sinistra robustiores esse solẽt. Aliud itaq; orare non uidetur, q̃ ut cõtra tot et tam ualidos hostes, exurgat deus, et dexterã, hoc est fortiorẽ, et ualidiorẽ potentiã suã in eos excitet, qui uere deũ odio habent, posteaq̃ suos tam inimice persequuntur. Hinc ait euãgeliũ. Scitote, quia me priorem uobis odio habuit. Hinc dei inimicos uocat, deũ odio habentes, qui eius membra persequuntur. Durũ est hoc uerbũ sceleratis, quod deum odio habent, quo nihil est uerius, quia eũ spernũt, ut ait euang. Est igit̃ (inquit) certißimũ, quod eos inueniet dextera tua, qua tuos uindicare soles. Nam

Dextera dei. *Ioan.15.* *Deũ odio habẽt sceslerati.* *Luc.10.*

Pones eos ut clibanũ ignis in tempore uultus tui. Tremendã dei sententiã ĩ priores sceleratos, doctus ipse a spũ, docet. Admonui non semel in sacris literis uultũ dei, tam de suauißima eius pręsentia, et cœlesti gaudio, amore, et fauore, q̃ de ira deq; terribili, & tremendo eius iudicio in sceleratos intelligi. Vtrũq; hic psal. probat. Antea docuit absolutã esse lætiçiã in uultu dei, nunc uero eius uultus terrorẽ docet. In alio itaq; psalmo ait. Vultus autẽ domini, super facientes mala. Felix uero hũc locum sic uertit, In tẽpore iræ tuæ. Pones (inquit) eos, in tẽpore metuendißimi uultus tui, uel quando morientur, uel potißimũ, quando iudicabis uiuos, & mortuos, sceleratos illos inimicos tuos, qui oderunt te, qui te non agnouerunt, ut clibanũ ignis. Facientes iniquitatẽ, (inquit euãgeliũ) mittentur in caminũ ignis. Ignis paßim in sacris literis, uel pro magnis afflictionibus, uel pro ipsa inferni pœna reperitur. Sed quod in hoc loco addidit, clibanũ ignis, rei mysteriũ quęramus, quia similitudinẽ ponit propheta. Eos (inquit) pones ut clibanũ ignis. Clibanus, quo uocabulo, tam gręci, q̃ latini utũtur, uas est, uel ex ære, uel ferro, sub quo, ad furni similitudinẽ, quicq̃d supponitur coqui põt. Neq; tamen ignis est, quod coquit sub clibano, nam ignis uel detrahitur calefacta area, uel superponitur, ut quod subtus est coquat. Non igitur sub clibano carbones ignei sunt, hoc est, non corporale quicq̃, sed ignis calor, et quidem ingens, intelligibilis sensibilis, ardentißimus uapor, incorporalis, atq; inuisibilis, & urit uelut in occulto. Ioan. uero in apocalipsi, stagnũ ignis uocat. Diuinus itaq; propheta doctus a spũ sancto, docere uidetur infernalis illius ignis uelut speciem, et qualitatẽ, quo ponendos scilicet dei inimicos ait, uelut sub clibanũ ignis, ut crucientur, & incogitabilibus pœnis afficiantur, sed inuisibiliter, uelut in calore sub clibano, ubi non est ignis, ut diximus sed ardens uapor. Illis uero qui cruciãtur, infernus, hoc est, gehenna, quæ pro cruciatorũ loco ponit̃, clibanus est, quos igni damnatos, ita operit, ita undiq; circũdat, ut nõ pateat exitus, uel usquã fuga, nec perpetui ignis ardor diminuitur. De hoc pluribus in psal. 10. Hic uero inferni locus, nobis incertus est, sicut pœna incerta. Spũalia sunt omnia, quæ spiritũ torquent, deiq; iudicio relinquenda. Sua uero cuiq; conscientia, sicut in hoc sc̃lo in impiũ hominẽ uelut carnifex est, et clibanus ignis, intus nõ intelligibili quodã ardore urens, ita & in futuro, eadẽ sua conscietia, sceleratũ unũquẽq; damnabit, pœnisq; adficiet. Quantũ uero interest inter iustũ & impiũ, inter seruientẽ deo, & nõ seruientẽ, et in hoc psalmo docti sumus, & docet pulchre

Vultus dei. *Math.13.* *Ignis.* *De clibano ignis.* *Apoc.10.* *De inferni loco.* *Psal.10.* *Conscientiæ iudicium.*

Malach.

Malach.in.3.& 4.cap. Quod ad hunc uero locũ attinet. Ecce (inqt Malach.) dies ueniet succensa quasi caminus, et erũt omnes supbi, et omnes faciẽtes iniquitatẽ stipula, et inflã-mabit eos dies ueniens &c. Erunt hæc in die furoris domini. Et orietur uobis timentibus deũ sol iusticię &c. Hinc ait noster propheta personã mutans, uere omnes admonens, & docens, ut impios terreat, & iustos consoletur. Nolite eos metuere, qui iusticiam sequimini, quandoquidem certum est, quod

Impiis terrendũ iudicium.

Dñs in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. In postremo illo iudicio, oĩbus sceleratis, & eius inimicis, de quibus antea diximus, iratus ualde apparebit deus, et in illa sua ira illos conturbabit, contristabit, pauore afficiet, atq; de iustorum consortio, in tenebras illas exteriores, ubi ignis deuorabit eos deijciet. Neq; tamẽ consumetur ignis, neq; consumet, nã æterna erit pœna, Ignis nõ extinguetur, nec uermis eorũ morietur. Is etenim ignis est inextinguibilis (ut ait euang.) qui paleas comburet. Cõsummatio eorũ erit ignis, inquit eccliastic. Inimicis quidẽ suis dicet Christus. Discedite a me in ignẽ ęternũ. Neq; modo pones (inqt) eos in clibanũ ignis, per cõscientiæ ardorẽ in hoc sclo, et in inferni cruciatũ in futuro per desperationẽ gloriæ pręsentiæ tuæ, sed etiam

Ignis inextinguibilis.

Marc.9.

Eccles.21.

Fructum eorũ de terra perdes, & semẽ eorũ a filiis hominũ. Quoniam declinauerũt in te mala, cogitauerunt consilia, quæ non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum, in reliquiis tuis præparabis uultum eorum.

Per hos tres uersus interpretantur nõnulli, prędictũ ĩ hoc psalmo de iudęis, qui dominia, et suã terrã oẽm, p mundũ exules ipsi uagantes, prorsus amitterent, semẽq; eorũ, hoc est, posteritas. Quod impletum est, qui non tam longe, postq̃ Christũ morte adfecissent, uelut a filijs hominũ, quibus data est terra fugabantur, quia declinauerũt in te mala (inquit) domine, hoc est, suos spurcissimos aĩos, pessimosq; conatus contra te parant, & a uijs rectis declinauerũt, et omne malũ quoad potuerũt, promouerũt contra te, quãdo consiliũ ineuntes ad inuicẽ, ut morti filiũ tuum traderent, cogitantes consilia, quibus eum delere possent. Sed illa consilia non poterant stabilire, nec perficere, quia contra eum insurgebant, qui diuina sua potentia ponet eos dorsum, hoc est, qui eos fugabit, uel facile uincet, deprimetq;, ac faciet, ut dent tergũ. Vel ideo hmõi consilia cogitauerunt, quia sustulisti ab illis tuam gratiã, nec recto uultu, quæ recta sunt aspicerent, sed cæci, seu potius obstinati, dorsum uerterent, hoc est, omnia proba consilia, omnẽ uirtutem despicerent, & ab omni timore dei uultum auerterent. Vel pones eos dorsum, hoc est, erunt uelut nati, nõ ad quietem, sed ad labores, ad onera, oĩbus seruientes, postq̃ proieceris eos, et separaueris a filijs hominũ. Erũt oĩbus uelut dorsum, et uile iumentũ ad omnes sarcinas. Sic erunt oĩbus dorsum, ut impune cuiuis ppe liceat, flagris, et uerberibus eos afficere. Id quod fere licet ubiq; gentiũ nunc in illos iudæos. Nullus enĩ est, qui illos contemptui non habet, & quos, uel probris, & incõmodis, omniq; contumelia afficere non delectant omnes. Eos igitur (inquit) pones dorsum, & in reliquijs tuis præparabis uultum eorũ. Non enim uultum ad te habebunt, sublata gratia, sed dorsum, et ideo sines eos habere uultũ in reliquijs tuis, hoc est, in his quę sunt literę, cui adherent iudæi mordicus, ut huius sæculi mercedes tantum somnient, spiritus uero nihil. Quæcunq; uero huius sæculi sunt, reliquiæ dei sunt, quia non ea solum reliquit deus huius sæculi hominibus, sed etiã suos, ut relinquerent, ne ab eis possideantur, admonuit. Inde ait propheta, quod præparabit deus, hoc est patietur ut ruant, & sinet eorum uultum, oculum et animum in eiusmodi suis reliquijs manere, quia sola terrena cogitabũt, & non cœlestia. Per suam

Pones eos dorsum.

Iudęorũ calamitas.

Præsciena tia. suam igitur præscientiã, sic eos præparabit, hoc est, præparari sinet, ut hunc solum animũ habeant, huc tantũ respiciant. Non tamen ut tales sint, cogit deus, q̃uis eos tales futuros præsciuit, præscientia infallibili, sed sinit hominem suo malo arbitrio ruere. Cuius præscientiæ uis, & causa, soli deo cognita est. Causa quidem peccati, est diabolus, et praua libertas uoluntatis hominis. Futurum tamen erat (quod ad dei præscientiã attinet, quæ falli nõ potest) necessario, necessitate cõsequente non absoluta. Postq̃ deliquit homo, nõ potest iam nõ peccasse. Nec tamen coegit deus, qui nullius mali auctor est, nec futurũ nescire potuit. Hęc tamen dei pręscientia, nõ tollit uim libertatis humanę prorsus. Valet quoq; in bonis operibus, cum gratia, liberũ hominis arbitrium. Non autem cogit gratia, nisi uoluntatẽ nostrã gratiæ applicemus, et amplectamur oblatam. Sic ait apost. Gratia dei sum, id quod sum. Et gratia eius in me uacua non fuit. Non est igitur res nihili, liberũ hominis arbitrium. Lege Erasmũ in hyperaspistẽ, & in sua collatione. D. August. de gratia & libero arbitrio. Adde et Faustum, de libero arbitrio. Sed ad explanationẽ redeamus. Videtur patens, et perspicua litera, sic de iudęis interpretata. Aliter. De sceleratis quoq; alijs, et peccatorũ onere grauatis, & diligentibus iniquitatem, hæreticis, & piorũ persequutoribus potissimũ, non minus intelligi potest hic locus. Nam & deus fructum eorum perdet de terra, quia mala eorum opera delebit. Alium enim fructum non adferunt tam malæ arbores. Et semen eorum perdet deus, et a filijs hominũ, a pijs uiris agnoscentibus eum, impiorũ semen, hoc est, posteritas, uel prolium, (si patrũ uestigia sequatur) uel malorũ operum, separabitur. Recte pios uiros, hominũ filios appellat. Natura etenim inest homini, ut deum creatorem agnoscat, id quod perspicue docet apost. Qui igitur deum non agnoscit, haud homo dici meretur, quia rõne qua cæteris animantibus præstat, nõ fruitur, quæ deũ aliquo modo cognoscere potest ipsa natura. Deum ergo ipsa natura aliquo modo cognoscens, ipsa eadẽ natura non potest aliquo modo non appetere, ut tam magno deo placeat, quẽ & rerũ creatorem, & gubernatorem, nõ nescit. Hominũ itaq; filios, in bono sensu hic appellat, ut ĩ alijs locis plęrũq;, q̃uis etiã in malã partẽ nõ rarius. Dixi in psal. 4. Qui uero non sunt eius modi filij hoĩm, perdentur. Sunt quidẽ dignissimi, qui sic perdantur priores illi peccatores, quia oĩa sua mala, oĩa sua scelera, aduersus deũ pararũt, & declinauerunt. Est etenim illa peccatorũ malicia, uel stultorũ potius cõtumelia (ut ait sap.) nolle intelligere, ut bene agant, sed scientes, et prudentes, impie contra dei uoluntatẽ, consilia inire, & operari scelerate. Et ita facientes contra deum, consilia quædã (inquit) cogitauerunt apud se, quæ non potuerũt stabilire, aut perficere, ut alius uertit, quia contra deum fuerunt, & ideo stabilia esse nõ potuerunt. Non enim stabit quicq̃. quod non est ex deo, ut ait Luc. Et ideo non stabit, quoniã tu (inquit) pones eos dorsum. Dorsum non semel in sacris literis, pro inobedientia, & animi nimia duritia ponitur. Auertent se (inquit Baruch) a dorso suo duro. Pones eos igitur dorsum, hoc est, ut ait apost. quia deum, non sicut deũ glorificauerunt, obscuratum est cor insipiens eorum, & traditi sunt in reprobum sensum, in desideria cordis eorum in immunditiã, ut contumelijs afficiant corpora sua in semetipsos, ut faciant ea quæ non cõueniunt, repleti omni iniquitate, et malicia, deo odibiles, superbi, elati, malorũ inuentores, et cętera quæ sequuntur, quę hunc locũ egregie explicare uidentur. Neq; non idem esse uidetur quod hic sequitur. In reliquijs (inquit) tuis præparabis uultum eorũ, hoc est, trades eos in desideria cordis sui, ut faciãt quæ tu maxime nolis. Nam oculos suos statuerunt declinare in terram, ut in alio psalmo, hoc est, ut prius dixi, in huius sæculi caducis rebus, & uitæ fœditate, quæ uere sunt reliquiæ dei, ut

Peccati causa. Psal. 4. Prouer. 11 Impiorũ maliciæ Liberum arbitrium in bonum quoq; ualet. Act. 5. Dorsum. Baruch. 2. Rhom. 1. Filii hoĩm Execratio. Rhom. 1. Psal. 16.

pote, et quæ contemnat, et ut ea sui contemnant, solicite admonet deus. Cogitauerunt itaq; consilia contra te, deus pater, per sceleratā uitam, quia in peccatis (inquit) delectabantur, neq; in alia re fuit eorū cogitatio, & oblectamentū, q̄ in oī fœditate. Id quod perpetuare, & frui optabant semper. Non enim sunt pauci, qui turpem uitā suā, qua oblectantur, cum quauis alia q̄libet cœlesti, non cōmutarēt, uel si daretur optio, haud dubie de cœlesti glīa increduli. Longe aliud est quod ait apostol. Scimus quoniā si terrestris domus ista, huius (inquit) habitationis dissoluat, etc. Posteaq̄ ea igitur non potuerunt stabilire, & optatis caruerūt, scelerati uiri, & semetipsos fefellerunt, in inferno tandē sepulti. Et ideo dorsum dabūt a uultu dei deiecti, in gehennā ignis. Id quod erit damnatis maxima pœna, diuini scilicet uultus priuatio. Præparabit igitur deus uultū eorū in reliquijs, (ut aliū quoq; sensum huius loci, meo iudicio nō alienū addamus) hoc est, cum diabolo & angelis eius, ut eos semper in uultu & conspectu habeāt, qui sunt uere reliquiæ dei, quando a sede & loco illo cœlesti, per superbiam deiecti sunt. Postq̄ itaq; suos aduersarios & inimicos deiecit deus, quemadmodum supradictum est, deum sic alloquitur propheta.

Suauis uita sceleratis.

2. Cori. 5.

Exaltare domine in uirtute tua.

Erige diuinas tuas uires, et attolle te, (ut perspicue uertit Felinus) tā ut inimicos deijcias, q̄ ut tuis subuenias, in uirtute, & magna potentia tua. Toties attollit se in uirtutē deus, quoties, & suis prospicit, & suorū inimicos deijcit. Probe itaq; orat, ut exaltetur deus, hoc est, ut de cœlo manifestetur eius potestas, qui altißimus est, qua uere exaltabitur, quia consolabūtur pij, & deiecti timebūt impij, id quod illis utilißimum esse potest, si per gratiam, huius timoris causa, a scelerata uita abhorreant, et tandē resipiscāt. De huius timoris utilitate, lege Chrisost. 2. ad Thessal. cap. 1. Qui uero nō timebunt, prorsus deplorati, & in scelera toti dediti, dolebunt, plangent, & perpetuo luctu ululabunt, per hanc uirtutē tuā deiecti, & ponentur ut clibanum ignis, ut supra in hoc psal. Nos autē, qui salui facti sumus per te, & diuinā mīam tuā.

Vtilis timor.

Cantabimus, & psallemus uirtutes tuas.

Non modo interne gaudebimus, sed etiā eandē tuā uirtutē, cantabimus, annunciabimus, psallemus, celebrabimus, & q̄diu in hoc seculo uiuemus, oībus prædicabimus, ut eandē tuā diuinā potentiā, qua sceleratos afficis, nō ignorent, et bonitatē, qua liberanī tui, a sceleratis īimicis, nullus nesciat. Frequenter admonet noster propheta, ut & uirtutes, & potentias, & beneficia dei, sedulo apud omnes denunciemus. Historiā sciens prætereo, satis in allegoria uersatus, qui huius nucis uere nucleus est, & spiritalis cibus. Qui malit historiam, Felinum legat.

Denūciare oportet et potētias, et bonitates dei.

Psalmus Dauid. 21.

Titulus.

In finē pro susceptione matutina.

Quid aliud tam in optatū finem cantari, aut celebrari potest, q̄ Christū ipsum canere, hominē factū, passumq; nostra causa, ut peccata nostra tolleret, et nos misericordiæ dei patris restitueret, qui prius eramus oēs iræ filij, etc. de quo redemptore, expreßißime ī hoc psal. multa prænunciantur. Pro susceptione matutina adijcitur huic titulo. Mihi uisum est, susceptionem, pro appræhensione intelligi non alienum esse. Sic appræhensus est Christus, ductus ad Pilatū, accusatus, cruci affixus, de quibus in hoc psal. Præsens igit psalmus erat reuelatus per sanctū spiritū, prophetæ Dauid ut eum caneret in finem, hoc est, in mysterij crucis cōsummationem, pro illa susceptione matutina, hoc est, apprehensione Christi, per cohortē militū, & pontificum ministros, (ut ait Ioan.) quo illam futurā paßionem, tanto tempore priusq̄ fieret, uelut iam præteritam, credere uolentes, doceret. Neq; solū Christi nudā in hoc psal. paßionem docet, sed etiam (quod erit tibi in psalmo perspicuum) Christi uerba,

Ioan. 18.

uerba, et totius ꝑpe paßionis historiã, quod ad Christi humanitatẽ attinet. Aliter. Susceptionẽ hãc matutinã, post oĩa cõsummata, quæ de Christo scripta erant, gloriosam eius resurrectionẽ intelligũt nõnulli, quę fiebat, ut ait euãgeliũ, primo sabbati, hoc est, proximo die post sabbatũ, summo mane. Hinc ait Ioan. Mariã ad monumẽtũ uenisse, una sabbati mane, cũ adhuc tenebrę essent, et uidit sublatũ lapidẽ, quia iam resurrexit, & susceptionẽ matutinã fecit, hoc est, illo mane a mortuis resurgens, suscepit corpus ĩcorruptibile, et amplius ĩmortale. Et illa fuit Christi diuina susceptio matutina. Aliter. Titulũ apponũt alij, loco susceptiõis, Pro cerua matutina, uel pro ceruo matutino, ut Hiero. uertit. Illãq; matutinã ceruam, Christum ipsum intelligunt, pro quo, ut eum caperent, uenabantur iudęi, quærentes oportunitatem, & ut uoluit, inuentus, noctis hora prima captus est, nõ ductus, sed cõtumeliose tractus ad Pilatũ. Depræhensus namq; a militibus, & immaniter tractatus est. Ad eum quidẽ ueniebant, tanq̃ ad latronem milites, sequebantur iudęi, molestißimis, et insolentißimis latratibus. Hinc ait in hoc psal. Et aperuerũt super me os suũ, sicut leo rapiens, et rugiens. Et iterum. Canes multi circumdederunt me. Non absurde, ceruo seu ceruæ, comparatur Christus. Narrant quidem phisici, illam naturæ uim ceruino generi inesse, ut uel olfactu e suis cauernis, serpentes extrahant, et enecant. Id quod Christi diuinæ bonitati conuenit, qui solus diabolum, humani generis serpentem, e sua cauerna, facile uelut solo olfactu, et uelut solo flatu turbauit, quando ad infernũ descendens, non modo priscos illos patres ab illis carceribus liberauit, sed etiã totum humanũ genus ut redimeret, quemadmodũ pro oĩbus tum mortuus est, mortis portas confregit. Facile etenim, & sola uolũtate, et nutu uelut, humani generis serpentem ita extraxit e cauerna sua, ut priores uires suas pro magna parte sustulerit. Eum quidẽ destruxit, qui habebat mortis imperiũ. Hebraica lingua docti uerbum illud hebraicum quod huic titulo apponitur, sic scriptũ latinis literis, aieleth, uel instrumentũ musicũ, uel carminis speciem, uel stellã, uel uirtutẽ, uel fortitudinẽ, uel ceruã, aut caprẹam significare adserũt. Quorũ esse nullus sensus uidetur, qui huic matutinæ diuinitati Christi, non cõuenire poterit. Si quidẽ hoc matutinum, de resurrectione intelligas, egregie consonat, ut pro organo, hoc est, instrumento musico matutino, propter resurrectionis gaudiũ, intelligas. Stellã quis non intelligit Christũ, & quidẽ oĩm splendidißimam dici debere. Stella quidem est, ex alto oriens, et uere matutinus lucifer, priores tenebras fugãs, et uerũ lumen adferens. Stella inq̃ est, de qua uaticinabat Balaam. Orietur (inquit) stella ex Iacob. Stella (inquit Ioan.) splendida et matutina uirtus est, seu fortitudo, diuina illa potentia, hoc est Christus, qui est principiũ, & finis, quem nemo nescire potest, ut in psal. 18. De ceruа iam diximus. De hac matutina susceptione, scripsit Ambr. in sermone. 3. Cuiuis licet apud eum uidere.

Ioan. 22. — Ceruũ natura. — Christi ad infernum descẽsus. — Hebr. 2. — Num. 24. — Apoc. 22. — Ambros.

In summa.

Christi adeo futurã fere totã paßionẽ prædicit, ut prope in euangelio, post paßionem scripto, non dicatur expreßius. Ordinẽ non seruat ꝑpheta, præ animi forsitan angustia, cum de redemptoris quem expectabat, tam acerba paßione, prędiceret. Nunc Christum ad patrem clamantem efficit, nunc pro suis, pro quibus pateretur deprecantem, nunc irridentes iudęos, simul et blasphemantes, nũc suas angustias, suos dolores, suas anxietates, suamq; deniq; mortem patri narrantem. Iterum ad dolores, & angustias narrandas redit. Atq; ut nihil non memoret, uel super uestem illius inconsutilem, missam per milites sortem non tacet. Descensumq; tandem, ad infernum docet. Post eius reditum, et resurrectionem, doctrinam, quã fratribus, apostolis, discipulis, & per eos suis omnibus reliquit,

liquit, prędicat. Voce prophetę, se promittit, pro ecclesia, hoc est, suis fidelibus, ad patrem oraturum, acturumq; laudes, & gratias patri pro suis oĩbus, timentibus eum. Christi pauperes, hoc est, eius humiles, & in eum uere credentes, in eorũ salutẽ, & spiritualẽ omnẽ saturitatẽ, sana doctrina pascendos præmonet. Omniũ gentiũ ad Christum futurã conuersionem docet propheta, simul & pro redemptionis tanto beneficio, omnes illas gentes ipsum adoraturas. Populus ad Christum uere conuersus, cognitus erit deo patri, per ipsum Christũ reconciliatus. Ex hoc psalmo, et alijs sacrę scripturę similibus locis perspicuum est, nõnullos patres ueteris testamẽti, certam & explicitã fidem de Christi aduentu, et eius beneficijs erga genus humanũ habuisse. Sic ait Christus Abrahã uidisse eum, et gauisum esse. Addit preterea in huius psalmi fine, ut cõuersos, et eũ uere agnoscẽtes, lętiores, magisq; cõsolatos reliqueret christus, futuros suos doctores, et uerbi eius prędicatores apud eos, qui omnẽ ueritatẽ, futuro illi fideli pplo annunciabũt. Ex hac summa, quis nescire potest, nostri prophetæ diuinũ admirandũq; uaticiniũ, qui uerbis tã expreßis, futurũ nõ iudęorũ, sed oĩm credentiũ iam præsentem meßiam, uelut digito demonstrat?

De certa fide ĩ chrĩstũ, quã ueteris testamẽti pr̃es habebãt.

Explanatio.



Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti?

Nihil est quod te admoneã christiane lector, duas scilicet inesse Christo naturas, diuinã, & humanã. Quis enim christianus hoc nescit? In huius itaq; psalmi magna parte, loquebatur nuda Christi humanitas, & illa humana anima, quæ in mortem usq; tristis erat, et ille homo, qui præter peccatum, omnia secundũ carnem passus est, ut homo. Similis enim factus est nobis (inquit apost.) et habitu oĩno ut homo inuentus. Sic igitur patrem nũc alloquitur, in cruce pendens inter inimicos, uelut omniũ ope destitutus. Deus deus meus, respice in me, benignũ oculũ tuum converte ad me, ut in tempore angustię mihi opem feras, id quod in præsentia non facis, postq̃ de me, quæ uolunt inimici, faciunt, nec me orantem, ut transeat a me calix, exaudis. Quare igitur dereliquisti me? Hæc sunt apud euangelistam Christi uerba, Hely, hely, lamasabtani, hoc est, deus deus, &c. Quid nostro propheta magis euangelicum, qui tot annis antea tam expresse euãgeliũ refert? Omnia uero quæ Christus fecit, dixit, orauit, nostra causa facta sunt omnia, qui sumus membra, siue corpus eius, ipse uero caput. Lege August. ĩ psal. 77. Quod igitur ait, Deus deus meus respice in me, hoc est, in meos, & in me (inquit) credẽtes, respice, ut mea causa suscipias, & eos tuearis, cum ego hinc abiero. Timebat suis ouibus, quas per suam mortem dispergi sciebat, & persequutiones pati. Sed et hęc ne metuerent apostoli, sua diuina promißione, et eos, & eorũ noĩe fideles omnes, priusq̃ abiret, his uerbis consolatus est. Non relinquã uos (inquit) orphanos, &c. Et uobiscũ sum usq; ad consummationẽ scl̃i. Theophilactus, de sola iudęorũ gente, hũc locũ intellgit. Sed potior erit sensus (meo iudicio) ut de oĩbus intelligatur, tam iudæis, q̃ gentibus, cum sit oĩm deus, oĩmq; causa passus sit. Orat itaq; uehementer suorũ causa, ut supra. Quantũcũq; tamen ego (inquit) oro.

Christus oĩa patit ut homo.

Philipp. 2.

Ioan. 12.

Math. 27.

Math. 28.

Longe a salute mea, uerba delictorum meorũ. Hebraica litera, huius obscuri loci sensum aperit. Longe a salute mea (inquit Felix) uerba rugitus mei. Alius sic uertit. Longe abest a mea uociferatione, ut mihi opem feras. Item alius. Vt quid dereliquisti me elongatus a salute mea, & uerbis rugitus mei? Vides Christũ pendentem in cruce ad patrem magna uoce (ut ait euangel.) clamasse, heli &c. Illa erat humanitas, quæ a morte abhorrebat. Verba illius igitur carnis,

carnis, uerba delictorum suorum uocat, quia spiritui aduersatur caro, neq; in ipsa carne, aliud q̃ peccatum est. Sed diuinitas, quæ neq; pati, neq; quicq; ignorare potest, ait. Quamuis ego clamem ad te pater mi, ut transeat a me calix iste, utiq; ut a paßione liberer, illa tamen uerba clamoris, uociferationis, & rugitus mei, hoc est, carnis meæ, longe absunt (inquit) a salute mea, quia non iuuabunt, nullo modo præualebit caro, quæ mortẽ nollet. Nam nos decreuimus, ut ita pateret. Est enĩ et uoluntas tua, & mea. Non igitur liberabor per hos rugitus, per has uociferationes. Sunt enim uerba delictorũ, uerba carnis, etc. Aliter. Quãuis ego uelim (inquit) liberari a morte, uerba tamen delictorum meorũ, hoc est, uerba & preces hominũ peccatorũ, hoc est, totus mundus prędestinatorũ, omnes homines, qui per meam paßionem liberari cupiunt, longe sunt a salute mea, quia petunt, et efflagitant, ut ego patiar. Eorum igitur causa ut patiar necesse est. Hominũ peccata, sua delicta uocat, postq̃ uoluit fieri homo, et pati humani generis causa, ut peccata tolleret. Hęc inq̃ sua uocat peccata. Suos enim renes, homines appellat, in psal. 15. Hanc redẽptionẽ ueteris testamenti patres omnes optabãt. Alij hunc locum intelligunt, de iudęis tantũ, quos delicta sua uocat Christus, qui in eum non credent. Et ideo longe sunt uerba eius ab hoc hominũ genere, ut saluentur per ipsum, quãuis ad eos missus est, &c. Hinc ait. Verba huiusmodi delictorũ, longe sunt a salute mea, quia utilitatis nihil accipiunt, &c. Christi clamorem, & rugitum, & uociferationem appellat propheta. Ait enim euangel. quod uoce magna clamauit. Preces, (inquit apostol.) in diebus carnis suæ fecit, cum clamore ualido &c. Hic est dominus, qui de syon rugiet, ut ait Ioel. Longe tamen a salute mea, erit meus (inquit) eiusmodi clamor. Quoniam hoc certo scio.

Psal. 15.

Hebræ. 5.

Ioel. 3.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies, & nocte, & non ad insipientientiam mihi.

Non ego, pater, filius tuus cœlestis clamabo, sed filius hominis factus, & caro, quæ tristis est ad mortem clamabit. Clamabat Christus ad patrem, paulo anteq̃ passus est, ne pateretur. Nam ut ait euangeliũ, tertio orauit, hoc est forte quod ait, per diem clamasse. Nocte uero clamauit, cum in cruce penderet, in ipso noctis, hoc est, mortis puncto. Deus meus, ut quid dereliquisti, &c. Vel die, et nocte clamare, est solicite clamare. Sic orauit tertio. Sed hos clamores nõ exaudies, (inquit) quia uolui pati. Et quãuis hoc a me factum stulte huic sæculo uidebitur, potius uelle (inquit) mori, q̃ liberari, non tamen erit mihi aut meis ad insipientiam, nec erit stultitia, sed ipsa erit salus oĩbus uere credentibus. Id quod postea manifestum erit. Hanc sanam & diuinã stultitiam qui uelit uidere, primum cap. 1. ad Corinth. legat. Hunc locum uertit Hiero. ex hebræo, Nec erit silentium mihi nocte, hoc est, incessanter clamabo, & die & nocte. Silentium solet nox adferre, et quietem. Sed irrequieto silentio clamabit benignus Christus, omnes inuitans, et cupiens omnes saluos fieri. Sic ad deum patrem solicite clamabit, non per insipientiam, (ut a septuaginta uertitur) ut sibi poßit imputari quod temere, aut stulte clamauerit, quia multis proderunt huiusmodi clamores (inquit) mei, omnibus scilicet credentibus, & paßionem meã agnoscentibus. Quia placuit deo per stultitiã prędicationis, saluos facere credentes. Pro nobis hæc oĩa, et patitur, & loquitur, & omnia facit Christus. Pro nobis etenim passus est, &c. Ad te igitur pater (inquit) clamabo, qui omnia potes, in cuius manu sunt oĩa. Nos hic in terra deorsum manemus imbecilles.

Marc. 14.

Esai. 53.

1. Corin. 1.

Tu autem in sancto habitas.

In loco tuto, in loco puro, in loco maiestatis tuæ, uere sanctus, bonus, & omnipotens, a quo omne bonum. Ad te igitur clamabo, pro omnium salute, qui uere appellaris

Laus

Laus israel. Hoc est, omniũ fideliũ, oĩm credentiũ, qui sunt populus tuus sanctus, quia tu sanctificas illũ, cum quibus habitas, & illi tecũ. Vere dignißimus est, qui dicaĩ laus israel deus, siue gloria (ut ab alio uertitur) oĩm fideliũ, cũ ab eo, quicquid laude dignũ, quicqd gloriæ habemus, datur. Erat magna glia israelitici populi, apud oẽs natiões, dei magno beneficio, ut docent historiæ Exod. Iudic. & Regũ, qui modo parũ sunt digni ut uocentur israelitici, hoc est, uidentes deũ, seu prçualentes, siue dominantes, quia filiũ dei negãt, redemptorẽ abijciunt. Sed qui credunt omnes, deum patrẽ sic alloquuntur, & hanc purã de cœlo contemplationem habent. Tu autẽ bone deus in sancto habitas, laus israel, fortitudo, firmamentum, & refugium. Et ideo

Israel.

In te sperauerunt patres nostri.

Quibus auxilio fuisti, quia crediderunt. Et ideo ad te clamauerunt. Ad te igitur clamo (inquit Christus) sicut illi clamauerunt, qui sum ex semine patrum, de domo Dauid, ut simili modo in te sperent omnes, meo exemplo, qui me et doctrinas meas sequentur. Sic in te sperarunt patres nostri.

Sperauerunt & liberasti eos.

Propterea liberasti eos, quia spem omnẽ in te posuerũt. Et spem, & spei fructus repetit, ut uehementius doceat, in quo solo sperandum est. Sperauerunt, (inquit) et ideo

Ad te clamauerũt, & salui facti sũt

A te petebant auxilium, in te solo fidebant, et non in alio. Nam ideo clamauerunt certa fide, & salui facti sunt, quia

In te sperauerũt, & nõ sunt cõfusi.

Non sunt pudefacti, nõ sunt fraudati spe sua, sperantes in te auxiliũ petierũt, et acceperũt, inimicos suos uicerũt, a seruitute Aegipti liberati sunt, de captiuitate Babilonis restituti sunt. Nõ igitur erubescebãt oĩbus manifestũ facere, in te solo se sperare, quia per te salui facti sunt. Vult eteñ deus, ut ab eo petamus, magna spe impetrãdi, eũq; aßidue, et magno cordis affectu oremus. Sic enim iubet euangel. Petite, etc. Iterũ, atq; tertio repetit, sperauerunt, ut certo certius doceat, spem omnẽ in deo constituendam, et eadem ueritate credere, spe nõ frustrari eum, qui sic sperat. Sed me, (inquit) hoc est, illam carnem meam, quæ a morte abhorret, quantũuis nunc orantem, nõ exaudisti deus pater, cum sit indigna quæ exaudiatur.

Ego autẽ sum uermis, & non homo. Quod ad hunc clamorem attinet. Quia non est ratio, non est intellectus, non est spiritus, qui nũc ad te clamat, ut liberetur, sed sola caro, uermis ille, qui tantopere a morte abhorret. Hoc ait ut carnis uilitatẽ doceat spiritui aduersantem, quæ uermis est, & uermiũ esca. Aliter. Quãuis ego ad te clamẽ, et omnẽ spem in te constituam, qui mihi pater es, & mihi opem in tempore feres, uideor tamen uermis esse, apud hos iudeos, qui me tot probris afficiũt, falso accusant, mihi mortẽ uociferationibus efflagitant, conspuũt, crudelißime tractant, deniq; non ut hominẽ, sed ut uermem, et quauis pecude uiliorem, despiciũt. Sic uoluit tractari filius hominis, ut hominẽ redimeret. Hinc factus sum apud eos.

Opprobrium hominũ, & abiectio plebis. Opprobrium (inquit) factus sum, quia me despexerũt, omniq; infamia affecerunt, peccatorem, uini uoracem, hoc est, delitiosum, luxuriosumq; hominẽ, seductorẽ, diabolica arte operantẽ me uocantes, de me mẽtiti sunt. Plebis uero abiectio factus sum, quia eiecerunt e templo, lapidibus fugarunt, Barrabam, mox insignem latronem, qui liberaretur clamabant, me perditũ iri efflagitantes, ut uirum inutilem, uita indignũ. Quis non perspicit me factum (inquit) abiectionẽ plebis, & sperni ut uermis, atq; uiliter ab omnibus contemni, quando

Omnes uidẽtes me deriserũt me.

Tam iudęi q̃ gẽtes, tã prĩcipes uiri, q̃ plebes. Vere cõuenit euãgelio. Stabat (inqt Lucas)

Omnes, pro maxima parte.

populus expectans, et deridebāt eum principes cū eis. Quāuis hic dicat omnes &c. nō tamen genus uniuersale, de singulis quibusq; intelligere licet. Nam erāt qui nō deridebāt, uirgo mater, Ioan. apost. Sequebatur itē multitudo (ut ait euāg.) quę plangebāt eū. Factū est tamē a maiore longe multitudine, ut semp sunt plures mali. Vel oēs intelligo, q Christo aduersabantur, & inimici erant. Me (inquit) et contempserunt, & deriserunt. Nam

Locuti sunt labiis, & mouerunt caput.

Eccles.12.

Sic sua capita mouere solēt inimici, et plaudere manu, ut ait ecclesiast. Nam pręterevntes (inquit Marcus) blasphemātes eū, mouētes capita sua, prae odio, et magna indignatione. Quid significet capitis hęc motio, dic in psal. 43. Loquebant (inquit) cōtra me labijs, falsa quidē mendacia, & quae poterant uirulēta opprobria dicētes, Vah, qui destruis templum dei, &c. pariter, & iactitabant.

Mouere caput. Psal.43.

Marc.15.

Sperauit in dño, eripiat eum, saluū faciat eum, quoniam uult eum.

Marc 13.

Blasphemia iudęorū.

Math.17.

Id quod Marcus his uerbis narrat. Saluū fac teipsum descēdens de cruce. Alios saluos fecit, seipsum nō potest saluū facere. Sed multo propius nostrū prophetā refert Matheus. Confidit (inquit) in deo, liberet eum nunc si uult. Dixit enim, quia filius dei sum. Non aliud esse uidetur, quod hic ait propheta, Saluū faciat eum, quoniam uult eum, diligit eum, quia filiū dei se dicit &c. Hęc in me (inquit) deridentes loquuti sunt, labijs dolosis, magna atrocitate, prae inuidia. Sed quicquid illi blasphemantes dicant, tu uere pater meus es, qui saluum me facies, inquit Christus. In te igitur, sicut patres nostri sperauerunt, sic spero, quicquid inimici dicant, cum tu sis, qui me misisti in hunc mundum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de uentre.

Tu me hominē fecisti (inquit) fieri, in aluūq; uirginis matris descendere, ubi fouisti, nutriuisti, & iuuasti, ut talis exirem, nouo modo, sine uirili semine, tui spiritus solo afflatu. Ne timeas Maria (inquit euangel.) Spiritus sanctus &c. Non humano more exiui. Diuina igitur tua potentia, me extraxisti. Ab alio sic uertitur. Tu es eductor meus ab utero. Se fatetur hominem Christus, patris figmentum esse, quē admodum se omnia a patre accipere, non semel fatetur in Euangel. Non enim nascimur sine auxilio dei, & bene nascimur solo eodem auxilio. Ita et uere hominem se docet Christus. Hinc ait cōmode. Et me de uentre extraxisti, & ideo tu es

Spes mea ab uberibus matris meę

Hoc est, uel ab eo tēpore, quo de uentre exiui, seu ab eo tempore, quo matris ubera reliqui, hoc est, quo per tuā gratiā sapere cœpi, boni, & mali iudiciū habere, tu es spes mea, qua te noui eductorem meum esse, boniq; nihil habere posse nisi a te. Loquitur Christus homo, & idem in alio loco. Tu es (inquit) spes mea a iuuentute mea. Vel tu es spes mea longe, alia ab uberibus matris meę, quia non spero in homine, ubi uana salus est, sed in te spero. Ab uberibus quidem, nihil aliud discitur, q̃ quod humanū est. Diuinum intellectum a te accepi, ut certa fide omnē spem meam in te constituam. Tu es ergo ab uberibus spes mea. Hinc uertit Felix: Sustentas me sup ubera matris meę. Alius uero. Confidere me facis, super ubera, &c. quia

Psal.70.

In te proiectus sum ex utero.

In te, hoc est, in illa spe auxilij tui, uel per opē tuā, ut hęc oīa hūani generis causa patiar, et faciā, piectus sum, ex utero, ex uētre. Quod ait piectus, uilitatē humanę carnis, ut supra, indicare uidet. Nā proijcere est, rem uilē contemptim uelut abijcere. Sic et q in hūc mūdū nascimur, uelut proiecti simus, ad uilitatē, & miseriā. Id quod cū oībus euenerit, tum maxime Christo dei filio, q descēdēs de cœlesti sede, I hāc terrā factus hō, nostra causa piectus est, ex utero, et cū sceleratis reputatus est, ut ait Esai. opprobriū hoīs, &c. ut pauloante.

Carnis nostrae uilitas.

Esai.53.

Non

Non igit in hoie (inqt) sperabo, sed in te solo spes mea est, q me traxisti, et sic piecisti i huc mundu. Vel in te proiectus sum ex utero, hoc est, te sic uolente, et p humani generis salute sic disponente, ut ego in huc mudu descenderem. Spem igit certa in te solo constitui, quia

De uentre matris mee, deus meus es tu. In quo solo, ego spem mea constituo, & tu solus es, a quo omne opem expecto, & a quo solo prestatur omne auxiliu, quia ex utero matris mee confirmasti me, ut idem ait. His docet, deu semper nobis, a tempore quo nati sumus benigne puidere, quado nec eum, per ætatem, agnoscere, nec illi gratias agere possumus. Sed hec est dei bonitas, quæ sua gratia gratis largitur, no ex operibus iusticie quæ facimus nos, sed secundu sua misericordia. Incumbamus igitur, simulatq; per ætatem licet, ut deu certa fide agnoscamus, illi per oia obediamus, & eundem totis uiribus diligamus, et pro dilectione, qua obligamur erga deu, proximi quoq; dilectionem demonstremus, per assidua nostra bona opera. Simus ergo semper huius rei memores, quod a matris utero, solu deum habemus, & eductorem, & enutritorem, & adiutore, & protectore. Docemur quide exemplo Christi, qui oia ad nostra doctrina dixit & fecit. Cum ergo uere sis deus meus, (inquit Christus) in quo solo spem habeo, supplex queso,

Spes in deo.

Psal. 70.

Dei bonitas gratis.

Sic agnoscendus deus.

Ne discesseris a me. Non me derelinquas, ut in psalmi principio. Quauis in maximis angustijs constitutus est, et auxiliu aliquadiu differtur, neutiq tame desperat, sed firma spe, assidue, instater, et importune orat, suo exeplo nos docens, ut firma simus fiducia de mia dei, quia liberabit oportune sperantes in se. Longe nobis utilius est, nonunq no tam cito exaudiri. Benign eteni deus (siquide ei fidimus) et i maxime oportuno tepore, et de optimis pspicit. Vehementius (inqt) oro, ne discesseris a me, sed presens mihi adesto.

Oportune & optime prospicit deus.

Quonia tribulatio proxima est. Ingens (inqt) tribulatio proxima est, no tam mihi, qui sum passioni proximus, et ab inimicis sæuissime tractatus, q oibus meis, postq ego hic eos reliqua, ut supradiximus in hoc psalmo. Mors etenim mea proxima est, uicina est. Eos igitur nunc (inquit) pater mi, adiuua. Nam ego abibo.

Et non est qui adiuuet, Nisi tu solus. Ideo ne discesseris a me. Ait enim Christus. Pater cu essem cu eis, ego seruaba eos i noie tuo, &c. Nunc autem ad te uenio &c. Meos igitur adiuua, quia mihi proxima est tribulatio, ut hinc per mortem abeam. Nam

Ioan. 17.

Circudederunt me uituli multi. Vitulos, plebe seu uulgus appellat, a tepli sacerdotibus, scribis, et pharisæis seducta, & a Christo alienata, in ipsum ut solet facile uulgus, uere furente. Hi uituli circudederut christu, cu gladijs et fustibus, etc ut ait euang. Et surges ois multitudo eoru, duxerut illu ad Pilatu, ut ait Lucas. Vituli ideo fortassis appellati sut uel quod simplices, & crassi, uel quod uerboru magna petulatia Christu insectabatur, que illusionibus subsannabat, et dicterijs multis irridebat, eius suaue iugu a se pijcientes, ut diximus i psal. 2. Vel ideo uituli, qa robustioribus tepli sacerdotibus, scribis et pharisæis parebant, et p eos seducti, eoru insania sequebant. His quide uitulis iugu imponebat sacerdotu principes, quod illi ne digito quide tangere uoluerut, ut ait Lucas. Et no solu hi (inquit) uituli circumdederunt me, qui multi fuerunt, quia turba erat multa, sed etiam

Vituli qd.

Luc. 23.

Luc. 11.

Tauri pingues obsederunt me. Vt expugnarent, morti traderent, delerent, dolis, & mendacijs obsederunt me (inquit) tauri, quibusq; poterant machinis omnibus circumuenerunt. Fuerunt hi non uituli, sed tauri, uitulorum ductores, principes sacerdotu, & populi seniores, qui Christum accusabant, ut eum morti traderent (inquit Matheus) & uinctum duxerunt eum &c. Qui ideo tauri pingues dicuntur, quia magnis diuitijs,

Tauri pingues principes sacerdotu.

Math. 27.

uitijs, magnaq; potestate prędi i fuerunt, & inde superbi facti sunt, de quibus in alio psal. Adipem suũ concluserũt (inquit) os eorũ loquutũ est superbiã. Superbi (inq̃) fuerunt, ut tauri, et fortes secundũ carnẽ, et feroces, nec deũ uerũ prę superbia, & auaritia agnoscentes, nec innocentię per ferociã parcẽtes. Vel tauri pingues dicti sunt, quia uẽtri & uoluptati deditі aĩales hoĩes erãt. Hi (inquit) oẽs uituli, et potißimũ tauri, et obsederũt me, et — Psal. 16.

Aperuerunt super me os suũ, sicut leo rapiens & rugiens.

Accusabãt quidẽ tauri, et falsis testibus urgebãt, clamitabant uituli, Tolle tolle crucifige eũ. Itẽ & sępius, crucifigatur. Aperuerunt igi sup me os suũ, sicut leo solet, prędam nactus magnis uociferationibus ingentiq; rugitu, me rapere cupiẽtes, et unguibus atq; dẽtibus dilamare. Potentißimos, atrocißimos, et infestißimos in se hostes memorat, et eos, sicuti leonẽ, qui prędã corripit, & rugitu, ferociã testatur, in se desæuisse docet. Solet quidem rugire leo, prædam nactus. Id quod docet Amos propheta. Hi igitur Christum, ut prædam nacti, in eum rugierunt leonis instar, truculentißimæ belluæ. In tanto igitur terrore constitutus, ait præ ingenti timore Christus homo. — Amos. 3.

Sicut aqua effusus sum.

Omnia tum membra, mihi tam erant dissoluta, et exhausta, nullo robore, sed aquę ĩstar adeo fluitantia, ut nullũ, (inqt) suũ officiũ facere posset. Nõ insolita est similitudo in sacris literis. Sic enĩ ait Iosue. Pertimuit cor populi, et adinstar aquæ liquefactũ est. Quid non effusus est sicut aqua Christus homo, cuius sudor in agonia factus est sicut sanguinis guttę ĩ terrã decurrentis. Cuius latus aperuit miles lancea, unde effundebãtur copiose et sanguis & aqua. Aliter. Sicut aqua effusus sum, hoc est, eiectus ab inimicis, ut res uilis, quæ foras quasi aqua, & res nihili proijcitur, & effunditur, tam nihili me estimabant, & tam eram a iudęis contemptus, (inqt Christus) ut uermis, & non homo, ut antea dixit. Prior sensus, mea sententia germanior est & cum eo quod sequitur pbe quadrat. Tormẽtis (inqt) uarijs qdẽ, afficiebãt me, ĩ crucẽ tollẽtes me. — Iosue 7.

Et dispersa sunt omnia ossa mea.

Ita distractus eram per oĩa membra, ut uelut dispersa, & a corpore (inquit) separata uiderentur. Sic enĩ uertit Hiero. id quod pspicuitatẽ huic literę adfert. Aliter. Non solũ ego (inquit) effusus sum, distractus, et eneruatus, quod ad corpus attinet, atq; despectus, sed & ossa mea, hoc est apostoli, et discipuli mei, qui mecũ laborarunt, & mihi solicite adhæserunt magno animi robore, dispsa (inqt) sunt hmõi ossa, quia me relicto, fugierũt, ut uaticiniũ ad impleret, quo prędictũ est. Percutiã pastorẽ, et dispergentur oues. Hinc prę timore (inqt) non modo sicut aqua effusus sum, sed et — Allegoria. Math. 26. Zachar. 13

Factum est cor meũ tanq̃ cera liquescens, in medio uentris mei.

Non uidetur alienũ, si Christi cor, in hoc etiã loco sentiamus discipulos, & aplos, quos ut uiscera dilexit, illisq; cordis archana patefecit Christus, ut alijs denũciarent. Hi diffluebãt, hinc atq; hic fugientes, et liquescẽtes ut cera, uiribus destituti, quos tamẽ p nimia dilectiõe non deseruit, qui uere habitabãt ĩ medio uentris eius, quia mansit in eis, & illi in Christo. De uerbo liquescere, dic ĩ psal. 74. Quin ad priorẽ sensum reuertamur. Timebat christus mori, ut homo. Cor itaq; ĩ medio intestinorũ (ut uertit Felix) prę metu elanguit, uiresq; amisit. Totus mortalis hõ terrore affectus est, pariter & defecit. Sicut enĩ externę admotę sæuitiæ, externas partes dißipant, sic pauore animus, et interior homo fatiscit, deficit, et ut hic ait noster ppheta, tanq̃ cera liquescit. Foris uastat gladius, et intus pauor, inqt Moses. Per oẽm, qua poßit hipbolen, et iudęorũ sęuitiã, et christi uere hoĩs et langorẽ et timorẽ, legentiũ oculis obijcit, ut utroq; magis, magisq; erga Iesum afficiamur. Tot igit doloribus et tristicijs (inqt Christus) plane exhaustus. — Allegoria. Psal. 74. Deute. 32.

Aruit tanq̃ testa uirtus mea.

Duo sũt, quę corporis uires potißimũ, et conseruãt, et augent, modo non exundent nimis, calor scilicet, atq; humiditas. Quibus aduersantur ariditas, & frigiditas. Tam humiditatẽ, q̃ natiuũ calorẽ, ingens animi anxietas, et pauor, non modo debilitat, sed etiã extinguit. Anima enĩ tristis (inquit sap.) exiccat ossa. Multis angustijs afficiebatur Christus, cum undiq; cingeretur ab inimicis illis prioribus, uitulis, et tauris. Erat itaq; ad mortem tristis. Inde factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis &c. Hinc illa ariditas. Sic ait Iob. Cutis mea aruit, & contracta est. Vt huius itaq; ariditatis nimietatẽ in Christi corpore doceat propheta, hãc de testa comparationẽ adfert apposite. Quid enim aridius exiccata testa, quæ cũ e sui natura q̃libet recens minimũ humoris habeat, tum arefacta, aridißima quidẽ res est? Quid enĩ non exaruit in Christo, aut quę corporis pars nõ erat oĩ humore exhausta, cuius pręter animi terrores, et anxietates, atq; corporis alios dolores, quibus a planta pedis, usq; ad uerticẽ capitis nõ erat in eo sanitas, latus quoq; aperuit unus militũ, unde et sanguis & aqua exiuit? Virtus quoq; aplorũ, (ut priorẽ illũ sensum nõ omittamus) interim p Christi paßionẽ exaruit, bonũ fidei succũ amisit, quia fugientes absconderunt se, quoad per spiritũ sanctũ corroborati erant. Neq; interim, aut loqui, aut docere quicq̃ ausi sunt. Hinc ait forte Christus in psona eorũ.

Prouerb. 17.

Luc. 22.

Iob. 7.

Allegoria

Ioan. 20.

Et ligua mea adhęsit faucib⁹ meis.

Vere fuerũt apostoli, Christi lingua, quando per eos docuit uniuersum mundũ. Terrore tamen tacuerũt ad tempus. Sed ut literã quoq; explanemus, natura euenit, ut uel nimia siccitate, uel ingenti pauore, ita hæreat lingua faucibus, ut nesciat moueri, gutturi adhęrẽs, ut ait Iob. Quoties aiunt poetę? Et uox faucibus hęsit. De pauore iã diximus de siti uero, ipse docet Christus. Sitio (inquit) Et uere quidẽ sitiebat homo Christus humana siccitate, qui humanos oẽs dolores sustinuit. Sed diuina eius bonitas, humani generis salutem sitiebat. Sic enim aruit p nimia siccitate tanq̃ testa uirtus mea (inquit Christus) corporisq; uires exhaustæ sunt. Et hęc omnia (inquit ad patrem) te iubente sustinui, qui me de matris utero extraxisti.

Apostoli, Christi lingua.

Iob. 29.

Christi siccitas.

Et i puluerẽ mortis deduxisti me.

Patrem alloquitur, quem in psalmi principio precatus est, ut eum respiceret, & non derelinqueret. Tu (inquit) pater, deduxisti me in mortis puluerẽ, quia uoluisti, ut hanc mortem subirem. Mors quidẽ in puluerẽ, & in nihilũ omnia redigere uidetur. Quãuis hic dicat in mortis puluerẽ deductũ esse Christũ, longe tamen fuge, ut sentias carnem eius corruptã esse. Non enim dabis sanctũ tuũ uidere corruptionẽ, inqt in alio psal. Lege quę ibi diximus. Aliud non est, In puluerẽ me deduxisti, q̃ mori me effecisti. Non me fugit in his uersibus, me non oĩno sequutũ esse quorũdã ueterũ solitã interpretationem, quã nõ reijcio, sed lubenter amplector. Hanc nostrã, ut spero, neq; malã, neq; lectori ingratam attulisse uidebimur, quę uersum uersui, (id quod cũ primis per omnes psalmos conabor) connectit, neq; nõ, esse consonã literę, et mea coniecturã satis germanã arbitror. Nec alienũ est, ut se timere tantopere doceat Christus homo, cuius caro in mortẽ ingenti tristicia, ad sanguinis usq; sudorẽ afficiebatur, ut se homini per omnia similem, pręterq̃ in peccati fœditatem ostendat. Quid nostro propheta diuinius, qui tot annis priusq̃ eueniret, tam apte integrã paßionem pędixerit? Iterũ redit, ut pędixi in psal. argumẽto, nõ seruato ordine, ad docendã iudęorũ sęuitiã. Nec miret quisq̃ (inquit Christus) de me uero homine facto hominis causa, si pręingenti timore, et aruerit uirtus mea, et adhęserit lingua faucibus.

In mortis puluerem deducere.

Psal. 15.

Quoniã circũdederunt me canes multi.

Tam scelerati sunt, ut non homines, non peccatores, sed canes per pphetã appellet iudæos Christus, qui eum nõ morte solũ efficere, cupiunt, sed pro insana truculentia, etiã dentibus uelut lacerare, seu mandere

potius, sine quauis causa, ut canes, et latrare, et mordere solent. Latrant enim in quempiã transeuntẽ, nulla prorsus causa canes. Neq; modo latrant, sed etiã mordent, interficiunt, dilaniant ꝑ ferocitate. Id quod iudei in Christum fecerunt, instar canis, & despectissimæ et inuidiosissimæ bestiæ. Faciunt item et scelerati in bonos, hęretici potissimũ in catholicos, canibus plane deteriores, quod in beneficum neutiq̃ irruunt illi, ut hi canes nostri. Quot eteni in hac misera nostra tempestate in ecclesiasticos, quos uocamus et cleros (ut prisco noĩe utamur) latrãtes perspicimus, nõ ut ab errore in uiam reuocent, sed pro animi malignitate, iniquo odio, ut ꝑsequantur? Non inficior malos mores irrepsisse multos, sed non conuicijs, non blasphemijs, nõ hæresibus corripiẽdos. Absit hoc malũ tam a modestia, q̃ ab integritate christiana. In sacerdotes dei quoscunq; insanientes docet, atq; his uerbis admonet Chrisost. Sacerdotes (inqt) maiore quidẽ honore q̃ ipsos parentes honestare debemus &c. Qui igit hos despiciunt (inquit) et contemnunt, multo sceleratiores, meo iudicio, & maiori supplico digni sunt, q̃ erat Dathan &c. Et inde (inquit Cyprianus in Ep̄la ad Corneliũ Rhomanũ episcopũ) obortę sunt hęreses, quod sacerdoti dei non obtẽperatur. Illa fuit semper hęreticorũ præcipua machina, apud populũ, Episcopos & sacerdotes traducere, infamia conspurcare, ut fidẽ illis tollant, ut parui aut nihili estiment, quo facilius ipsi suas insanas quidẽ adinuentiones promoueant. Qui rectius itaq; sapiant, ab hęreticis, a malignis non discãt, probis oĩbus odiosam maledicentiã. Neq; hæc loquor ut malos, aut episcopos, aut sacerdotes quouis pacto tuear, sed ut christianũ animũ admoneã fraternæ dilectionis, ut fratrẽ nõ acerbius corripere uelit, q̃ cupiat ipse corripi. Neq; ꝓbus quisq̃ est, qui complurũ, & Episcoporũ, & sacerdotũ improbos mores, non doleat, non detestetur. Nemo uere christianus est, qui nõnullorũ, uel ex primarijs, aut crassam inscitiã, aut improbã negligentiã, aut sui ordinis turpẽ obliuionem, aut barbaricum fastum, aut ostentosam pompã, aut insatiabilẽ auaritiã, atq; intolerabilẽ ambitionẽ, aut plusq̃ secularẽ eorũ uitã, non ualde doleat. Quid autẽ de uulgi magna parte sacerdotũ addã aliud, q̃ quod ex animo doleã, pręter oẽm prorsus illiteraturã, nebulonicos (ut ita dicã) & uere corruptissimos, & mores illorũ usq; adeo abominabiles uidere, ut nullũ reperias aliũ nebulonẽ, cui uel ab illis omnẽ impudentiã non discere liceat. Hęc episcoporũ ĩcuria cõtigerũt. Quin ad psalmi explanationẽ redeo. Hi canes (inqt christus) circũdederũt me. Et ego erã matutina ceruã, de qua diximus in titlo, quã hi canes ꝑsequebantur oĩ immanitate, oĩbusq; dolis. Hinc ait,

Sceleratì in alios latrãt nulla causa.

Non maglignitate corripiendus est frater.

Sacerdotum contẽptores quãto supplicio digni.

Fraternã correptio nẽ optat.

Clericorũ dolendi mores.

Consiliũ malignãtiũ obsedit me.

Nam principes sacerdotũ, & seniores consiliũ inierũt aduersus Iesum, ut eũ morti traderent, inquit euãgel. cõmoti nulla iusta causa, sed pro malignitate & odio, quia oderũt eum gratis, ut in alio psal. Hinc ad eos dixit Christus. Nũc me quęritis interficere, hominẽ qui ueritatẽ uobis loquutus sum. Sic erãt aduersantes (inqt) mihi sine causa. Consiliũ itaq; malignantiũ, et odientiũ (inquit) obsedit me, undiq; cinxerunt me maligni, iniqui, impij, ut dolis, mendacijs, & falsis testimonijs expugnarent, meq; tandẽ cruci affixerunt. Nam

Math.17.
Ioan.8.
Psal.3.

Foderũt man⁹ meas & pedes meos.

Magnis illis clauis me crucifigentes, man⁹ et pedes ꝑforarũt, et ĩ cruce extẽdẽtes.

Dinumerauerũt omnia ossa mea.

Corporis enĩ oĩa mẽbra, ut pauloante in hoc psal. distẽdebãt. O q̃ mortis acerbitatẽ quãq; uerã Christi paßionẽ recenset, atq; docet ꝓpheta. Dinumerauerunt (inqt) oĩa ossa mea, hoc est, numerare facile potuerũt, tam erant in cruce per distentionem separata.

Ipsi uero considerauerunt, & inspexerũt me.

Ipsi (inquit) canes iudæi, pro malignitate considerauerunt & inspexe-

spexerũt me, nõ compatientes, sed ut dolorẽ super dolorẽ adijcerent, secum cõsiderãtes, si quo modo possent, acerbiores pœnas inferre. Considerauerunt (inquit hic Aug.) & uelut secũ expendebãt Christi passionẽ, sed gratiã nõ acceperũt, ut intelligerẽt passionis mysteriũ. Inspexerũt quidẽ, sed terreno, et maligno oculo. Intus itaq; cęci, rei sacramentũ nõ uiderũt, quia noluerũt intelligere, ut bene agerent, sed apud se considerauerũt, ut maliciam explerent. Neq; aliud est, quod ait Math. Et sedẽtes seruabãt eum. Aliter. Considerauerunt, et pie inspexerũt, iuxta Marci euangel. Videns autẽ centurio, qui ex aduerso stabat, Vere (inquit) hic homo, filius dei erat. Sequit quoq; in eodẽ loco. Erant autẽ et aliæ mulieres etc. At idẽ expreßius narrat Math. Centurio (inquit) et qui cũ eo erant, custodientes Iesum, uiso terremotu, timuerũt ualde dicentes. Vere filius dei erat iste. Addit Lucas. Reuertebantur pcutientes (inqt) pectora sua. Hi sunt qui bene dinumerauerũt ossa Christi, et sano aĩo eum cõsiderauerũt, et inspexerũt. Qui uero de maligna consideratione, & inspectione iudęorũ, hunc locũ interpretantur, etiã scdm euangeliũ sentiunt. Prætereuntes (inquit Marcus) blasphemabãt eũ, mouentes capita sua, et dicentes, Vah qui destruis templũ dei etc. Hinc uertit hũc locũ Felix. Considerabunt (inquit) totũ inspicient in me. Id quod odiosum uultũ indicat. Postq̃ eteni cruci affixus est, et corpore sic distentus, & per omnes partes distractus Christus Iesus, considerauerũt, et inspexerunt canes, & maligni illi, non cõpatientes, sed gaudentes, quod optata malicia potiti sunt. Est igitur qui sic uertit. Illi sic adfectũ inspicientes, et intuentes, optata uolũtate fruuntur. Post eorũ itaq; maligna cõsilia cõtra me, spoliatis uestibus, cruci (inquit) me affixerunt, & milites.

Malignitas iudęorũ in Christum.

Math. 23.

Math. 27.

Luc. 23.

Marc. 15.

Diuiserunt sibi uestimenta mea.

Hũc locũ docet aperte Ioan. Milites (inquit) acceperunt uestimenta eius, et fecerunt quatuor partes, unicuiq; militi partẽ, et tunicam. Tunica autem erat inconsutilis, desuper contexta per totum. Mire ergo prædicit Christi paßionis historiam. Diuiserũt (inqt) inter se alia uestimẽta mea, scindentes ea partiti sunt.

Et super uestẽ meã miserũt sortẽ.

Vide nũc una cũ propheta euangel. Dixerũt ergo ad inuicem (inqt Ioan.) Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Et milites quidẽ hæc fecerunt, inquit. Dicit itaq; noster propheta (ut per oĩa cũ euangelio cõueniat) Diuiserũt sibi uestimenta mea. Et super uestẽ meã, hoc est, illã inconsutilẽ tunicã (nõ dicit, super uestimenta) miserunt sortẽ. Alia quidẽ uestimenta diuiserũt. Vbi nam alia reperitur historia perspicua magis, q̃ hoc uaticinium de Christo? Adeo (inq̃) aperte uaticinatur, ut de alio nemine, aut alia re quauis intelligi psalmus poßit, q̃ de Christi morte, & paßione. Iterum nunc precibus patrem alloquitur. In his (inquit) afflictionibus

Tu autẽ dñe ne elongaueris auxiliũ tuũ a me.

Prius orabat, Ne (inqt) discesseris a me. Nũc uero, ne elõgaueris, etc. Eadẽ uidet esse repetita oratio. Qui enĩ orat ne discedat, simul orat ne elongetur. Ne igit elongaueris, sed propius (inquit) accede, et

Ad defensionẽ meam conspice.

Hoc est, ut ab Hiero. uertit. Ad defensionem meã festina, ut nõ moriar si fieri poßit, orans ut trãseat a me calix. Vel defende me, hoc est genꝰ humanũ, cuius causa patior, ut paßionis utilitatẽ accipiat. Ad defensionẽ igitur meã (inquit) conspice deus pater, & festina, et

Erue a framea deus animã meam.

Hoc est, a maligna potentia priorũ oĩm inimicorũ. Framea, lancea quidẽ est, qua uel cominus, uel eminus uulnerare licet. Tam apta est in utrũq;, qua usi sunt aliquãdo germani, inqt tacitus. Neq; non recte cõuenit, uel maligni hominis, qui prępotens nimis est, uel diaboli insidijs. Vtriq; nimia potestas est, tã eminus, q̃ cominus nocendi hãc tamẽ potestatẽ, finit deus. Deum patrẽ orat Christus, ut hãc frameam

meam

meam eruat, auferat a malignis illis. Omnia hęc orat Christus, ut prius admonui, suorum causa. Sic orat in Euangel. Non rogo (inquit) ut tollas eos de mūdo, sed ut serues eos a malo. Erue igitur deus (inquit) meus, a fra mea, ab illa maligna potestate, uel diaboli, uel filiorum illius, dilectos meos filios, quos, quā animam meam non minus diligo.

Ioan.17.

Et de manu canis unicam meam.

Hunc canem secundū priorem sensum, Pilatū interpretantur patres, q̄uis non alienū est, ut de Herode intelligamus, quem apud Lucam, cap.13. uulpē appellat Christus. Malos operarios uocat canes apostol. De manu huius (inquit) canis, erue unicam meā, hoc est, uitam meam, ne morte me afficiat, quæ tristis est ad mortē, quia mihi ut homini, chara, prędilecta, et unica est. Aliter. Vnicam, hoc est, animā meam in infernum descensuro, de manu canis, hoc est diaboli, erue. Aliter. Vnicā, hoc est, ecclesiam, quæ unica est, & tanq̄ una anima, cum sint unius fidei, qui christiani sunt omnes, erue. &c. Omniū enim credentiū est cor unū, hęc est Christi unica, chara, & prędilecta, amica, sponsa, soror eius. Solitariam uertit Hiero. hoc est, derelictā ab alijs omnibus, q̄ a deo, cum non sit alius qui adiuuet, ut supra. Alium enim patrem in terris non habent, qui sunt uere Christi. Prius malignos iudæos canes appellauit. Nunc uero secundū hunc sensum, diabolum forte ipsum canē uocat, ut primariū, & aliorū canum patrem, cuius filij, seu catuli sunt illi canes iudęi, & scelerati homines, ut ait Christus. Neq; modo canem appellat diabolū, sed orat præterea.

Philipp.3. Vnica Christi. Math.23. Ioan.9.

Salua me ex ore leonis.

Hoc est ab atrocitate & cruenta malignitate, huius prioris leonis, qui circuit, quærens quem deuoret. Os (inq̄) est, quod rapit & deuorat, ut ait D. Petrus. Ab huius leonis ore, se a patre saluari petit, non sua causa, sed humani generis nomine, cuius causa, & omnia fecit, & passus est, ut supradiximus. Non est enim ipsi opus (quis nescit) tali auxilio, si de Christo deo loquamur, utpote aduersus quem infernales portæ præualere non possunt, neq; non & potestatem habebat sumendi corpus suum, ut ait Ioan. qui & destruxit eum, qui habebat mortis imperium. In priore sensu, hunc quoq; leonem, Pilatum intelligit propheta. Sic ait apost. se liberatum de ore leonis, hoc est, Neronis crudelitate. Immanem tyrannum indicat, leonis potius, q̄ hominis instar. Sed ad alium sensum redeo. Adhuc in hostem illum diabolum orat, quem & canem & leonem, & unicornem appellat. Salua me ex ore (inquit) leonis.

Math.16. Ioan.10. 2.Timo. vltimo.

Et a cornibus unicornium humilitatem meam.

Erue, & salua me, & humilitatem meam exaudi, ut uertit Hiero. Christi magna erat humilitas, quando humanam carnem nostra causa suscepit, afflictiones sustinuit, per omnia tentatus ut homo, inquit apost.) absq; peccato. Humiliauit semetipsum formā serui accipiens, &c. Commendat enim charitatē suam deus in nobis, quoniam cum adhuc peccatores essemus secundū tempus, Christus pro nobis mortuus est. Eius plane humilitas declarabatur, quando deus non solum homo esse uoluit, sed etiā deiectiones, contemptus, acerbissimas afflictiones, mortem deniq; sustinere. Humilitatem itaq; Christi, eius multifariam afflictionem, & persequutionē intelligere licet. Non enim semel apud hunc prophetam, humilitas, afflictionem significat. Vide humilitatē meā de inimicis meis, inquit ī alio psalmo. Ab hac humilitate saluari se petit Christus. Vt homo itaq; clamat. A cornibus, hoc est, a uiribus, fortitudine, atrocitate inimicorum, salua me. Vnicorni, & diabolum, & iudæos, & omnes Christi hostes, sicut prius leoni, comparat. qui (ut in psalmo secundo) coniunctis uiribus in Christum conspirabant. Mire quidem rem auget, & exaggerat propheta, huiusmodi comparationibus. Est autem unicornis, animal

Humilitas Christi. Hebr.4. Philipp.2. Humilitas, afflictio. Psal.9. A cornibus erue me. Psal.2.

Vnicornis mal omniũ usq; adeo longe sæuißimũ, ut nunquam mansuefieri ad hoĩm usus poßit, id quod contra uidetur in alijs quælibet feris prope oĩbus. Appellat eundẽ Plinius, monoceros. Aspertima (inquit) fera est, corpore equo similis, capite ceruo, pedibus elephanto, cauda apro, mugitu graui, uno cornu nigro media frõte, cubitorũ duum eminente, uiua capi nõ potest, tam sæua est, ut diabolo cõcinnius cõparetur. Est enim diabolus, totius peccati, inobedientiæ, et superbiæ, parens, et dominus, cui cornu nigrũ in fronte eminet, paratũ semper ut lædat, uulneret, atq; interficiat. Hæc est indomita bestia, quẽadmodũ & eius ministri sunt, nec mansuefieri potest, aut quouis modo ita placari, ut non quærat hominis perniciem, præ odio, & malignitate. Est enim semper uelut leo rugiens, ut deuoret, cornuq; nigrum in fronte semper eminens habet, hoc est, concupiscentiæ mortalẽ illã machinã, quã astute ingerit hoĩm animis, qua uulnerat tam eminus quam prope. Est enĩ omniũ peccatorũ introitus, concupiscentia. Huiusmodi cornu Christum ipsum aggressus est, tam in deserto, quam in monte, et tẽpli pinnaculo. Sed & multa sunt cornua, sicut et multi sunt unicornes, quẽadmodum, & antichristi multi sunt, & ministri diaboli, quorũ sunt hæretici omniũ primarij, quibus sunt multa cornua, multæ fraudes, insidiæ, multæ falsæ doctrinæ, &c. qui & impetũ faciunt nulla misericordia, in omnes, qui pie, & iuste ipsis aduersantur. A cornibus itaq; huiusmodi unicornium salua me domine pater, (inquit Christus) hoc est, priores ĩ me credentes, pro quibus ego laboraui, et tot afflictiones sustinui. Et quo sint instructiores.

Diabolus

Concupiscẽtia cornu nigrũ.

Hæretici vnicornes.

Narrabo nomen tuum fratribus meis. Eos enim docebo de tua bonitate, qua saluos facis omnes sperãtes in te, ut tuã gratiã, tuaq; beneficia, quibus redempti sunt a priore captiuitate, agnoscant. Neq; non & res ipsa, tuum nomen, tuã gloriã, tuam bonitatẽ oĩbus narrabit, & diuulgabit. Narrabo (inquit) fratribus meis. Christi tum fratres erant, pauci apl'i, & discipuli qui ab eo mißi, per omnẽ terrã dei gloriam enarrarent. Sed omnes modo fideles, et Christi doctrinæ audientes, eius fratres sumus. Huius uero nominis narratores, ministri uerbi sunt. Fratres in euang. suos omnes in eum credentes, uocat Christus. Non enim fratres nos uocare, (ut ait apost.) confunditur. Quid benignius Christo, quid amantius, qui pro nobis mortuus est, factus homo, ut nos fratres eius efficeret? His (inquit) fratribus meis, narrabo nomen tuum, et maiestatẽ, et bonitatẽ illius. Et

Hebr. 2.

In medio ecclesiæ laudabo te. In medio fidelium, & credentium, laudabo, prædicabo te, bonitatem, & maiestatem tuã. Hoc enim est nomen dei narrare. Per hanc enim Christi doctrinam, & narrationem deũ patrẽ cognoscimus, et per cognitionẽ agnoscimus, per agnitionem fidem habemus, per fidem diligimus, per dilectionem laudamus, benedicimus, eius gratiã apud omnes prædicamus, eius deniq; uoluntatem ut seruemus ipsi, totis uiribus conamur, et ĩ eo spem omnẽ nostram, constituimus. Sic deum uere laudat per gratiã christianus homo. Quod autẽ hic ad patrem ait Christus, te laudabo non aliud est, quam quod tuam bonitatem apud fideles denunciabo, & eos docebo tuam uoluntatẽ, tua præcepta, tuam diuinã uirtutem, ut te patrem agnoscãt, adorent, & gratias tibi soli agant, non ignorantes, quicquid est, quod habent, quod cõmedunt, quod bibunt, quod dormiunt, quod uiuunt, quod sapiunt, quodq; bene sapiunt potißimũ, id totum esse tuum idq; totum a te & esse, & proficisci, quicquid nobis aut bonum, aut utile est. Quod ait in medio ecclesiæ &c. frequens est loquendi modus, tam in ueteri, quam in nouo testamento. Neq; aliud est, quam apud multitudinẽ, uel potius apud omnes congregationes, in medio eorũ, ut omnibus audire liceat, uerbum dei denunciare. Id quod uere fecit Christus, non modo cum iret per castella euangelizans, sed & cũ apostolos mitteret in uniuersum mundum &c. Illi autem

Bene nũtiare deũ.

Vera sciẽtia de deo

Math. 18.

autē profecti prædicauerunt ubiq; &c. Nunc igitur uertit se Christus ad hanc ecclesiā suā, suos fratres admonens. Vos (inquit) cuius causa hęc oīa passus sum, postq̄ uidistis deum patrem, uestra causa, tam benignū adiutorem mihi adfuisse, de cuius uolūtate docti iā estis, non potestis hunc dominū nō timere, hoc est, ualde ex animo uenerari. Omnes igitur

Qui timetis dn̄m, laudate eum.

Timor domini. Meo priore exemplo. Nemo etenim bene potest deum laudare, nisi qui timet eum, hoc est, ueretur, & pro reuerentia, ex animo diligit. Sic indulgentißimū patrē timet probus filius. Is timor non seruilis est, sed sanctus, deq; amore proficiscens, de quo, non semel supradiximus. Alias etenim cum illo altero seruili timore, parum conueniret laus, et gratiarum actio. Nemo quidem tyranno, gratias ex animo agit, qui timet, metuitq; eundem. Non hic inimicis loquitur Christus, sed fratribus. Neq; sęuus est deus pater tyrannus, ut uelit potius timeri, sed per Christi paßionem reconciliatus, benignus iam effectus est deus, & dilectionē exigit. Illū igitur timeamus ut benignū patrē, omnē occasionē quærentes, ut illi placeamus, et illū neutiq̄ offendamus, sed tam fide, q̄ uitę innocentiā & charitatis crebris operibus, laudemus deū, illiq; de oībus gratias agamus, eius bonitatē Christi exemplo denunciemus alijs. Qui enim timent deū recto timore, requirent quæ beneplacita sunt ei, &c. ut ait ecclesiasticus. Iterū itaq; omnes qui timent deum monet.

Quomodo timendus deus.

Ecclef. 2.

Vniuersum semen iacob, glorificate eum. Non aliud est laudare q̄ glorificare deum. Neq; aliud est utrūq; uel alterum, q̄ deum pro beneficijs agnoscere, eaq; beneficia denuntiare alijs, in eius laudem, & gloriam, ut non modo deum agnoscant, rerū omnium bonarū elargitorem, sed etiam in eo solo, ut spem suā omnē collocent. Semen Iacob uocat omnes fideles, sint uel gentes, uel iudæi, qui deo, & in deum credunt, ut credidit Iacob. Hi sunt de semine Iacob, de semine Abraham, ut ait euangel. Iterum hortatur, & docet fidelem omnem populum.

Glorificate deum.

Semē Iacob.

Timeat eum omne semen israel.

Iterum (inq̄) ad sanctū reuertitur timorem, ut de eo solicite admoneat, cum sit radix, & initium totius sapientiæ. Neq; aliud est semē israel, q̄ semen Iacob, de quo etiā diximus in psal. 13. Hic est deus israel, (de quo ait Luc.) qui dedit salutem ex omnibus inimicis, ut illi seruiant sine seruili timore, in sanctitate & iusticia. Timete igitur eum (inquit) et seruite illi, precibus ad eum accedite, qui facilis et benignus dominus est, ad exaudiendum.

Ecclef. 1.

Psal. 13. Luc. 1.

Quoniā non spreuit, neq; despexit deprecationem pauperis.

Optima causa est ut timeamus deum, & eum maxima dilectione glorificemus, qui pauperes, inopes, humano pręsidio destitutos, in eo sperātes, & humiles, ad eū orantes, despexit nunq̄, sed benigne exaudit. Non est acceptor personarū. Inopem nō despicit, modo sit fide diues. Hoc nos docet Christus, ut fiduciā, & quidē certam nunc habeamus in benigno deo patre, quem antea nobis iratū, per hāc suam paßionem reconciliauit. Quicquid (inquit) petieritis patrem in nomine meo, &c. Laudate deum itaq; patrem, &c. Quod ait, Non despexit deprecationē pauperis, seipsum forte itelligit Christus, qui nostra causa pauper factus est, cū esset diues, ut ait apost. Hinc ait Timete, laudate, et glorificate deū patrē, qui non spreuit deprecationem pauperis, hoc est, meā deprecationē pro uobis fratribus meis, qui factus sum pauper auxilio egens (ut in psal. principio) uestra causa. Meo igitur exemplo, mea doctrina discite timere deum, & sperare in eo. Me namq; uere exaudiuit.

Inopia laborantes, maxime reficit deus.

2. Cori. 8.

Nec auertit faciem suam a me.

Sed respexit ad me, et preces meas, et exaudiuit me pro uobis sic orantē, ut in hoc psal. supradiximus. Suo exemplo nos docet uehementius, ut quemadmodū ipse totus humilis

erat, patri obediens, illūq; uere timens, ita & nos faciamus, ut quēadmodū ipse a patre exauditus est, ita et uere fidamus nos exaudiendos, si eū sequuti, humiles fuerimus, et orantes, spem certā in eius auxilio cōstituerimus. Non auertit faciem (inquit) suā a me. Nam

Præstita nobis fiducia christi excplo.

Et cū clamarē ad eū exaudiuit me.

Et qdē benigne, quia semp adfuit mihi a dexteris (ut ī alio psal.) ne cōmouerer, neue frustra p uobis paterer. Est igit (inqt ad patrē) et iustū, et tibi debitū, ut te super oīa laudent, et glorificent hoīes de semine Iacob. Nam

Psal. 15.

Apud te, laus mea ī ecclesia magna

Alij uertunt, A te, uel Ex te, id quod sensum efficit magis perspicuū. Omnis enī laus est ex deo patre, cuius auxilio, omnes inimicos uicit Christus. Hinc ait. Laus mea, et oīs gloria mea, quā mihi tribuunt homines ī ecclesia magna, in ecclesia gentiū, et oīm pplorū (inquit Christus) apud te est, tibi debetur, et tibi agendę sunt gratię, nam a te, et bonitate tua, omnis salus emanat, qui mihi affuisti, et opem in oībus angustijs præstitisti, qui me benedictione tua preuenisti, et mihi desideriū cordis mei tribuisti, ut in psal. precedēte. Sic oīa tribuit patri Christus homo, ut nos humilitatis admoneat. Docetq; oīa in gloriā dei fieri debere. Sic ait Christus. Gloriā meā nō quęro, sed eius qui misit me patris. Vel, apud te laus mea, hoc est, aliā laudē non quęro, quā apud te, ut tibi sint grata, et placeant quæ fecerim. Quod autē ait in ecclia magna, futurā prædicit magnā, numerosamq; Christi ecclesiam, tam de iudæis, q̄ gentibus. Erat enim prius parua dei ecclesia, tantū apud iudæos in Palestina, nunc uero per uniuersum orbē. Suos enim misit predicare oī creaturæ, quorū uoces in omnē terrā exierunt. Hanc dei patris laudē quærebat Christus diuulgare in ecclesia magna, ī omni terra, apud omnes fideles. Prius dixit se narraturum nomen dei patris, fratribus suis. Neq; aliud est, quod nūc ait.

Oīa ī gloriā dei fieri debere.

Ioan. 8.

Vota mea reddā in conspectu timentium eum.

Quia illi credent, & uerbo eius, ut ait ecclesiastic. Christi uotum, eius uoluntas, & desideriū est, ut sana perfectaq; doctrina, suos instituat, ac adornet, ut deum patrē agnoscant, & eundē, ita ut supra diximus, timeāt. Hi sunt fratres eius, et regni coheredes. Alijs uero dicet. Nescio uos unde sitis, quia me cognoscere noluistis. Christi inq̄ uota, sunt eius doctrinæ, laudes, gratiarū actiones, &c. Hinc ait. Ego reddam, proferam iterū, atq; iterū repetam, et manifestabo uota mea, laudes, doctrinas meas, uoluntates meas, & uoluntates patris mei in conspectu timentiū eum, patrem scilicet, ut illi quoq; timeant, doctrinā accipiant, & uerbo credant. Alij, hęc uota, de Christi passione intelligūt, et corporis sacrificio. Hæc uota reddidit, & optulit patri ī redemptionē humani generis. Hæc uota offeram, in conspectu (inquit) timentium eum, agnoscentiū et credentiū, quia pdesse alijs nō pōt, nisi timētibus. Qui uero bene timēt, huius uoti participes erūt. Nā et

Eccles. 2. Votum.

Luc. 13.

Edent pauperes, & saturabuntur.

Christum efficit uel de pane corporis sui, aut de pane euangelico prædicentē. Hunc panē, uel corporis Christi, uel euangelicum, nullus cōmedit, nisi ad interitū suū, qui non est pauper spiritu, et mitis, et timens deū. Hinc uertit Hiero. Cōmedent mites. Hi pauperes digni sunt, quibus reddantur uota mea, & qui uotis meis fruantur, inquit Christus. Et illi (inqt) de doctrinis meis, de uerbo, et de corpore meo edent, qui uerū Christū esse, quem sumūt credent, qui doctrinas meas accipient, in precordia, et animū dimittent, in uisceraq; recondent, meditantes in lege mea die ac nocte. Quia doctrina, quo pane, saturabuntur spiritus saturitate, abunde intelligent quæ ad christianam uitam pertinent. Ista est quidem refectio, quæ perfecte saturat cōmedentem. Iste est panis uitę. Qui perfecte, et digne de hoc pane cōmederit, nō esuriet. De hoc pane ad saturitatē nō cōmedūt, sed ad damnationē, qui nō credūt. Qui uero credūt, nō morientur in eternū,

Panis saturitatis.

in æternū, sed perpetua gloria saturabuntur.

Et laudabūt dñm, qui requirūt eū.

Illi (inquit) laudabunt dominum, & gratias agent pro hac saturitate, illi soli, qui requirūt dominū per fidē, et opera fide digna, qui uere timent eum, et eius mādata perscrutantur, ut ea seruent. Nam illis tantū perficiet, & utilis erit huiusmodi saturitas, quia

Viuēt corda eorū in sęculū sęculi.

Illis erit perpetua uita, cū deo uiuente in sæcula sęculorū. Ioan.6. Qui enim manducat meā carnem, uiuet inęternū, inquit Christus. Est enī panis uitæ. Viuent itaq; non minus in futuro sęculo, perpetua gloria, q̄ in hac uita per fidē, et uitæ innocentiam, memores benigni dei, et beneficiorū eius. Viuent corda eorū, (inquit) quia uiuent spiritu apud deum, qui deum uere agnoscent, & eum ex toto corde diligent, in qua dilectione, est uera uita. Hanc doctrinam narrabo fratribus meis in medio ecclesiæ, inquit Christus, qua

Reminiscentur, & cōuertentur ad dominum uniuersæ fines terræ.

Tanta est uis, tantaq; gratia in pane euāgelico potissimū, quē frangendū, et annūciandū in uniuerso mūdo dedit Christus, ut per hunc panē cōuertātur aberrātes, in rectā uiā. Per hūc quidē panē, facta, ampliata, et firmata est illa, de qua supradixit magna ecclesia. Hinc mandat Christus. Marc.16. Prędicate (inquit) euangeliū, oī creaturę. Factū est itaq; nomē domini admirabile, in uniuersa terra. Hęc reminiscētur, discēt, et hāc doctrinā accipient uniuersę fines terrę, quia omnē terrā pertransiet hæc doctrina, et ex oībus finibus terrę, cōuertent nōnulli ad dominū, non autem singuli omnes hoc uerbū accipient, quia multi uocati, pauci autē electi. Marc.16. Quicūq; uero crediderit, et baptizatus fuerit, saluus erit. Qui autē non crediderit, condemnabitur. Dignus est enī qui condemnetur, qui nolit deū agnoscere, quem ipsa natura docet. Hinc ait forte propheta. Reminiscentur, (inquit) hoc est, per hāc doctrinā; recordabūtur homines se creatos a creatore deo, qui fecit eos, nō ipsi se, ut ait in alio psal. Psal.78. et cōuertent ad dominū, quia ipsum agnoscēt, atq; (ut e uestigio sequitur) Adorabunt, &c. Docet hoīem suapte uelut natura satis doctū ad cognoscendū deū, ut ait apost. Rhom.1. Si uero aberrauerit, neq; deū statim agnouerit, per corruptā a primo parente naturā, tandē si conuertatur, et resipiscat, non iā primū discit, sed reminiscitur, ad se redit, et in memoriā reuocat, quod ipsa natura docuit. Hæc est reminiscentia sensati uiri, cui datur per gratiā, dei bonitatem cognoscere. Reminiscētia iusti viri. Hinc nō iam discere, sed recordari hominis animā, inquit August. de quātitate animæ. Sic reminiscentur, et cōuertētur, hoc est, corruptæ naturæ uiciū abijcient, ad deū conuersi, per uniuersam terrā.

Et adorabūt in cōspectu eius, uniuersę familię gentiū.

Non iudęorū solum. Familias, de omni gente, de omni natione intelligo, quæ ab alijs & separantur, et seorsum uiuunt, ut angli a gallis, galli ab italis &c. qui suæ reip. uiuunt, & maxime consulunt, uelut ex una domo, ex uno sanguine. Hinc familię dictę sunt, ecclesię Christi membra. Omnes itaq; gentes, omnes nationes, deum agnoscent, & adorabunt, deum (inq̄) Christum. Nam in omnem terram exiuit sonus, huius euangelici panis. Deum (inquit) adorabunt in conspectu eius, hoc est, ad eum omnem internam intentionem subleuare, illum animo cōtemplari, ipsum precibus adire, illi omnia commendare, in eius gloriam facere omnia. Adorare deū in cōspectu. Quod alij hunc locum uertunt, Flectent genua coram te, uel Inclinabunt se coram te, &c. non aliud est, quām externo gestu, internam animi humilitatem, & cordis affectum manifestare, non hominibus, sed ipsi deo. Qui uero interne afficitur, non potest non externo gestu, animi uehementiam foris indicare. Orantis affectus. Oremus adfecto animo oportet, & in humilitatem prostrato, ut docuit ille publicanus. Nisi enim, & mites, & humiles, & prostrato animo simus, quoties deo preces

preces fundimus, frustra precamur labijs, cũ sit alienum a deo cor nostrum. Alienus est a deo, qui non mitis est, & humilis corde. Frusta precatur, qui non sublato corde, animo & spiritu, ad dei præsentiam accedit. Est itaq; adorare deum, & ipsum cognoscere, & eius laudes apud omnes prędicare, & omnia ab eo petere, & expectare, eius uoluntati omnia commendare.

Quia domini est regnũ. Rex est uniuersæ terræ hic deus. Omnia illi subiecta sunt. Est igitur ęquum & iustum, et necessariũ, ut eum adorent omnes. per quem omnia facta sunt, et in cuius manu sunt omnia. Nam & ipsius est regnum.

Psal.46.

Et ipse dominabitur gentium. Notus enim erit deus, et in iudęa, et in omnibus finibus terrę. Nam huius domini est terra, & plenitudo eius, & dominatur omniũ. Coram eo omnes igitur familiæ gentium, et nationum omniũ, incuruabunt ut pauloante dixit. Quid tam iustũ, q̃ quod huic regi obediant omnes, qui nihil mandat nisi fidem, & dilectionem, pacem, concordiam, gaudiũ, ueritatẽ? Qui nihil hortatur, nisi optimos mores, qui aliud nihil exigit a nobis, q̃ ut ea faciamus, quæ & utilitatem, & salutem nobis conferant? Non enim suum cõmodũ in nobis quęrit, sed ut nos quę nobis cõmodissima sũt, quæramus, docet, hortatur, admonet cogit denique quos uult. De duplici pane seu cibo, iam diximus. Vterq; perutilis est. At alter alterum iuuat, promouet, atq; esurientis animũ præparat. Dei etenim uerbum, credentẽ docet, non modo q̃ sit uerus deus, qui sub specie panis continetur, & uere adest, sed etiam quanto cũ iudicio, ad illũ accedat christianus. Probet itaq; se homo (admonet apostol.) et tũc de pane illo edat, et de calice bibat. Alias non saturabitur, sed uere in sui interitum esuriet. Inde illud Esai. Ecce serui mei bibent, et uos sitietis. Neq; ab hoc cibo qui spiritum corroborat, quemq̃ repellit benignus deus, modo sit mitis corde. Hunc etenim deum

Psal.23.

Vtilitas mandatorũ dei.

q̃ bonus dñs deus.

Duplex panis.

1.Cori.11.

Esai.65.

Manducauerũt & adorauerũt oẽs pingues terræ. Si uis ergo mãducare, adora. Si uis adorare, credas necesse est. De modo adorandi deũ, iam diximus, et in psal.5. et supra in hoc psal. deũ adoramus, et animo et corpore. Iuit obuiã (inquit) eis Abraham adorauitq; pronus in terram. Quo nam alio exemplo id quærimus, ut externos hos honores pbemus, q̃ a Christo? Positis (inqt Luc.) genibus orabat. Vertit hunc locũ itaq; Felix. Et genu flexerũt omnes fines terræ, hoc est, humiliauerũt se, et aĩo et corpore. Et ne quis cauilletur hãc externã adorationẽ per euãgeliũ aboleri, quãdo ut in spũ adoretur deus, admonet, ut sunt etatis nostrę complures quidã insensati qui oĩa externa quantũcunq; bona damnant, quid respõdebit aplo, qui admonet, ut in noĩe Iesu, oẽ genu flectatur? Cur dixit idem apost. se flexisse genua ad patrẽ. Cur Petrus post receptũ euangeliũ, et sancti spũs corroborationẽ, ponebat genua, cum oraret? Spũ uero adorare oportet, ne labijs, & non corde (ut ait euãg.) deũ honorent. Qui uero ardet spũ, quis potest nõ corpore curuare se? Qui animo contemplatur deũ, et mente astat apud eum, ut in psal.5. nõne se iam constituit in dei præsentia, quẽ alloquitur, & precatur? Et quis uultũ dei, et eius incompręhensibilem ferre potest maiestatem, tam superbo animo, tam erecta ceruice, ut non se curuet toto corpore? Sunt quoq; nonnulli externi ritus perutiles. Desinãt igitur maligni, contra externos ritus, qui animi ardorẽ promouent, suis perniciosis cõmentis cõtendere. Non enĩ esse bonũ, et utile nõ potest, quod ad pietatẽ conducit, & stimulat. Et si qui sint qui abutantur, (esse quidem multos censeo) frequentiore doctrina admoneantur, ut cæcitatẽ deponant. Qui hos gestus et ritus deprauant, iudicet de illis deus, quos uereor, nõ magis aĩo q̃ corpore, deũ adorare. Quod autẽ ait, Oẽs pingues adorauerũt, pingues uocat, spũ pauperes, terrenis forte diuitijs abundantes, at iuste acquisitis, et bene dispensatis, qui ab his panibus,

Genes.19.

Luc.22.

Externæ adorationes.

Philipp.2.

Act.9.

Psal.5.

Externi gestus & ritus perutiles.

Diuitiæ iustæ.

panibus, non prohibentur. Nam illi etiam, et manducauerunt, & adorauerunt cum fructu, et diuina saturitate. Non enim impediunt bona terræ, quæ deus hominum usui dedit, modo eis non abutamur, & eorum largitorem agnoscamus. Multi beati uiri fuerunt, ex his pinguibus terræ, ex his diuitijs affluentibus. Hinc in alio psal. Vultū tuum deprecabuntur,
Psal.44. omnes diuites plebis. Item in alio. Et adorabunt eum omnes reges, hoc est, ex omnibus nonnulli adorabunt primores, inter homines
Pingues. potestate, & diuitijs pollentes. Pingues inq̄ huiusmodi, uel diuites, uel reges, & principes sunt, cæteriq; primores uiri, quos admonet
Psal.2. diligenter in.2. psal. ut disciplinā dei apprehendant. Non ergo a regno cœlorū, tales diuitiæ, quales supradiximus impediunt, modo
Timo.6. non sint huius seculi diuites, ut ait apost. neq; sperent in diuitijs. Nam difficile est confidentes in diuitijs, in regnum cœlorū introire, ut
Marc.10. ait Marcus. Hi quidē sunt huius sc̄li diuites, alieni a deo, in terrā declinantes, qui nō possunt deum adorare in conspectu eius, indigni eius pręsentia, gratia, & fauore. Hinc ait.

Cadent omnes qui descendunt in terram. In terram descendunt, qui terrena sectantur, et cœlestia negligunt, sperantes in incerto huius sæculi diuitiarum, ut ait apost. in superiore loco. Hi plane cadent, sed quo? In interitū salutis æternæ. Mergūt enim homines tales diuitiæ (inquit apost.) in interitum, & perditionem. O tremendū casum, et omniū terribilissimū. Ipsi (inquit) qui descendūt in terrā, ideo cadent, quia nō recte deū adorare possunt. Non igitur uiuent apud deū, quia uixerunt sibi, & non deo, nec spem suā in eo posuerūt. Sed ego (inqt Christus) uobis relinquens exemplū, omnē spem meā in deo posui, ut in psalmi principio. Quāobrem

Et anima mea illi uiuet. Quia non faciā uoluntatē meā, mihi, & uoluntati meæ uiuendo, sed uoluntatem patris mei. Illū igitur pure adorabo, illi uiuam, & ex illius præscripto, non meo more, non secundū carnē.

Et semen meum seruiet ipsi.

Semē Christi sunt omnes, qui in eum credūt, aut credituri aliquando sunt, suæq; doctrinæ fidem habent. Illi omnes Christi doctrina, et exēplo, deū patrē adorabūt, illi uiuēt, nō sibi, aut mūdo, illi soli seruient, imitantes Christi seruatoris uestigia. Hoc est semen mortificatum in bona terra, fructum salutiferum suo
tempore adferens, ut in psalmo.1. Qui uero Psal.1.
erunt de hoc semine, inter filios dei numerabuntur. Cum hac generatione iusta, semper deus præsto est, & semper erit. Nam

Annūciabitur dn̄o gn̄atio uētura.

Sicut enim priores fideles, et patres eorū inter filios dei annumerantur, ita & ipsa uentura generatio, hoc est ipsa posteritas, illud semen, si itidē deo seruiat, annūciabitur, prędicabitur, et numerabitur domino patri, inter filios eius, & familiam illius numerabitur, ut prius in hoc psal. Hoc ait, ut posteritatē excitet ad bonorū patrū imitanda uestigia. Nam (Generatio uentura.)
erunt nouissimi primi, &c. Filij qui nascentur Math.20.
exurgēt, et narrabūt filijs suis hāc doctrinā,
ut ponāt in deo spem suā, & nō obliuiscantur Psal.77.
operū dei, & mandata eius exquirāt, ut eum adorent & glorificent. Neq; suā ecclesiā relinquet Christus uacuam doctoribus, et uerbi denūciatoribus, ī illa futura generatione, qui suū populū, ueritatē doceant, ut annuncietur domino, generatio quoq; uentura. Nam

Et annūciabūt cœli iusticiam eius, populo quē fecit dn̄s. Cœlos quē-
admodū appellat priores patres, ut ī psal.18. Psal.18.
ita et oēs posteros, uerbi dei probos denūciatores, q nō aliter q̄ ut priores patres fecerūt, annūciabūt iusticiā, bonitatē, et mīam dei pa-
tris, oī pplo, quē fecit deus, hoc est, q ex deo Ioan.1.
nati sunt, ut ait Ioan. Ex deo nati sunt, q credūt & deū agnoscūt, eius doctrinā recipiunt, et fidē in Christū. Hūc populū fecit deus per gratiam, quia donū dei est, quod credūt quod numerātur in generatione, seu familia illius.

De qua

De qua familia, dic in psal. 14. Caueant igitur illi cœli, uel potius, qui eiusmodi cœlorum possident locū aliquem, ne hoc negligant, ne

Cura ministrorum ecclesiæ.

ue populū, quem fecit deus, cuius curam illis cōmisit, eorū desidia aberrare sinant. Pro illis enim uenit in hunc mundū Christus. Illos q̄diu aderat, docuit ipse. Apostolósq; qui docerent, per uniuersum mundū emisit. Ecclesię prępositis, & ministris, qui apostolorum, & discipulorū uices gerunt, curam docendi populum suum cōmisit, id quod si negligant, de manibus eorū, huius populi sui sanguinē requiret deus. Quicūq; igitur in Christi ecclesia, uerbi dei minister constituitur, studiose, uel timide potius, Ezech. uerba legat. Audiens (inquit) ex ore meo sermonē, annūciabis eis ex me. Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris, non fueris loquutus, ut se custodiat impius a uia sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem eius de manu tua requiram. Aspera admonitio, qua plurimū egent ecclesiæ ministri, ut sunt nostræ ætatis corruptissimi mores, qui, quod dolendū est, nō tam uerbo negligentes sunt, pro magna parte, q̄ turpis uitę exemplo pernitiosi. Sanam eorū nihilominus doctrinam non abijciat populus, si per eos offeratur. Quæ dixerint uobis (inquit Christus) seruate & facite, &c. Idem quoq; Ezechiel ait. Si autem annunciante te ad impiū, ut a uijs suis conuertatur, non fuerit conuersus a uia sua, ipse in iniquitate sua morietur. Porro, tu animā tuam liberasti. Hinc est, quod ait Cyprianus. Non ob aliud (inquit) hæreses obortæ sunt, aut nata sunt scismata, q̄ quod sacerdoti dei non obtemperatur. Vtinam sacerdotes dei plures haberemus. Hic liceret, si esset animus, more nōnullorū nostrę ætatis, in maledicendi latos quidē campos expatiari. Non enim desunt corruptissimi mores, superbia, auaritia libidinis fœditas, legis dei ignorātia, sui cuiusq; ordinis alta obliuio, dei, suiq; uerbi neglectus, plusq̄ prophana uita, quid addam pręterea, nisi dei contemptū adijcerem, a quo

Ezech. 33. & 3.

Math. 23.

Clericorū improbi mores.

non longe abesse uidentur, qui uerbum dei, tanta nō dicam negligentia, sed improbitate negligunt: A conuicijs, a fœda uerborum acerbitate, abstinendum censeo. Longe abesse decet debacchandi insania, a fraterna correptione. Instandum docet apostol. oportune et importune, sed cum patientia, & mansuetudine, & doctrina non conuiciandi animo, atrogantique uelut ostentatione copiosi sermonis ad maledicendū. Pastorem uero egregie docet D. August. in opere de pastoribus, to. 9. fol. 724. Cui euestigio, iungit de ouibus opusculum, ut nihil addam de apostol. doctrina, in tot repetitis locis, Pauli potissimū ad suos filios, & cooperatores Titum, & Timotheum. Suam benignā gratiam nobis tribuat dei singularis bonitas, ut recte, & cum omni solicitudine populum doceant, qui præfecturas & ministerium uerbi dei in Christi ecclesia habere uidentur. Pariter & populus animi ea tum alacritate, tum humilitate, quæ uirum Christo dignū decet, oblatam annunciatamq; Christi doctrinam suscipiat, ut nec prępositis imputent quicq̄, nec desint illi pręfectorum sanis doctrinis. Huius alacritatis obedientiam ab apostolo discant. Obedite (inquit) præpositis uestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationē pro animabus uestris reddituri, ut cum gaudio hoc faciant non gementes. Hoc enim non expedit uobis. Hinc ait diuus Ignatius, Ioannis euangelistæ discipulus, in prima sua Epistola ad Trallianos. Veremini episcopum (inquit) uestrum, sicut Christum, secundum quod uobis beati apostoli præceperunt. Qui igitur inobediens fuerit, hic sine deo omnino erit, et impius, & contemnens Christum, et ordinationem ipsius minorans. Hactenus ille. Est itaq; rogandum assidue, ut Christi ad imitationem uicinus accedant Episcopi, & ecclesiæ dei ministri, & populus ut oues mansuetas, se corripi, doceri, & per iusticiæ semitas duci, cum humilitate patiantur. Sic enim erit utriusq; officium gratum deo, sic erit

Obedire prępositis.

Hebr. 13.

Ignatius.

utriq;

utriq; pax, quies, charitas, fraterna cõcordia. Sic uero, & in hac præsentanea uita, saturabuntur gratißima animi tranquillitate, & in futura, cum deo, perpetua gloria.

Psalmus Dauid. 22.

In summa.

Docet ꝓpheta in hoc psalmo per metaphorã de pastore & oue, cũ sit deus pastor, & nos oues pascue eius, q̃ sit utile, q̃q; securum cuilibet pio christiano uiro, in solo deo uero nostro pastore, tam in hoc sęculo ad animi tranquillitatem, et securitatẽ ab oĩbus periculis, q̃ ut tandẽ ęternã gloriã adsequatur, oẽm spem constituere, cũ nullus nõ sit deo curę, qui illũ agnoscit. Docet itidẽ de uirtute corporis, & sanguinis Christi, tantũdem, & de uerbo euãgelico, quorũ ope, si quod iustũ est, per gratiã sequamur, & in hoc sclo fœlicitas pręstatur, et ĩ futuro cœlorũ regnũ. Quàm sit itaq; deuinctus benigno deo, pius quisquis est, ut eum sup oĩa diligat, qui illũ a fastu mũdi, ab huius sc̃li illecebris, a carnis immunditia, a diabolo, et ministris eius, et alijs, uel corporis, uel spiritus quibuscunq; aduersis, regit, & tuetur, docet abunde hic psalmus. Fiduciẹ in deo vtilitas.

Explanatio.



Dominus regit me. Fidẽtis uerba sunt in solo deo. Totus ferme in hoc psalmo, allegoricus est ꝓpheta. Vertunt hunc locũ alij. Dominus pascit me. Alius uero sic. Dominus pastor meᵘ est. Idẽ plane uerbum est in hebraica lingua, quod regere, & pascere significat. Neq; nõ consonũ est, ut unum uerbũ, utrũq; significet, ut utrũq; agat, & regẽ & pastorẽ, qui pręest. Sic eni oẽs docet q̃bus data est regendi ptãs, & qui alijs pręsunt, ne lupos, sed dei exemplo, pastores in subditos agãt, neue sint, ut mercenarij, sed uere subditorũ curatores, aut uerius pr̃es. Ait igit̃ ille qui fidit in deo patre, Dominus pascit me, & uere mihi pastor est, nã illi sum præcipue curę, ille me respicit, mihi adest in oportunitatibus, mihi deniq; prouidet de utilibus rebus oĩbus, tam quę corpori, q̃ quę aĩę cõducũt. Nisi deus regat et dirigat, conatus, aut uolũtas hoĩs inefficax est. Oui quidẽ imbecillimæ bestiæ, qui sumus oues pascuæ dei, hoĩem recte comparat, quę sine pastore deo, nequit se defendere. Homine quęso, quid imbecillius, nisi deum pastorem habeat, qui natura non modo pronus est ad omne malũ, sed omni malo obuius, Hęc est hoĩs imbecillitas. Dominus itaq; regit, & pascit (inquit) me. Idẽ pastor et rex. Ioan. 10. Psal. 78. Hominis imbecillitas.

Et nihil mihi deerit. Quamdiu ipse me regat, et ego in eo confidã, imbecillitatem meã intelligã, et eius gratiã requirã, operaq; sua bonitate digna, hostiã uiuentẽ, sanctã, & illi placentẽ, pro uiribus, et studiose exhibeã. Christianis oĩbus doctrina est, ut sciant suis uiribus se uitã deo placentẽ agere non posse, nisi conatũ, studiũ, et uoluntatem regat deus, sua gratia, suo benigno auxilio. Frequens igitur est in hac oratione noster ꝓpheta, ut dirigat deus gressus eius. Hanc in deo fiduciam habere, aliud nõ est, q̃ solidam et indubitatam fidẽ habere de bonitate dei erga se, modo studeat eius uoluntem facere. Illi eteni sic fidenti, et bene per gratiã conanti, semper erit ꝓpitius, et de optimis prospiciet deus optimus. Hinc ait, q sentit se regi a deo. Scio & ꝑsuasum (inq̃t) habeo, quod nihil mihi deerit. Nã Rhom. 12. Sine deo, bene homo nihil potest.

In loco pascuę ibi me collocauit. In pascuis herbarum, uertit Hiero. Hoc est, in opimis, et pinguibus locis, ubi ad saturitatem nihil deest. Qui bonus pastor est, et sibi curę sunt oues, illas in meliores, & ipsis quidẽ salubriores pascuas ducit. Hunc locum pascuę, forte ut Christi ecclesiam intelligamus, non alienũ erit, ubi uere locus est bonæ pascuæ, et solidi cibi, ubi Christus præsens est, qui suos ꝑpetuo cibat, & potat ex uerbo, & sana doctrina, quæ per gratiã docet fidẽ ĩ deũ, bonos mores, uitæ innocẽtiã, charitatẽ in ꝓximũ. In quẽ locũ, ꝑ fidẽ dei donũ, deducimur, et collocati

cati sumus. Deducimur (inq̃) a bono pastore Christo. Hãc pascuam solicite quærit dilecta anima, in Cantico cantic. Ecquis tam bonus pastor quęso, q̃ optimus Christus deus? Fidelis uero populus, suæ pascuæ oues sunt, ut in psal. 78. & 94. Hic est, qui suos esurientes replet oĩbus bonis, quiq; suã animã ponere p̃ ouibus dignatus est. Ipse quoq; hostium est. Neq; in hoc ouile, nisi per eum intrare quisq̃ potest, ut saluetur. Suos itaq; in eũ uere credentes pascit abunde, & saturat tam cœlesti cibo, q̃ salutari aqua & potu. Ait enim.

Cãtic cantic. cap. 1.

Luc. 1.

Ioan. 10.

Sup aquã refectionis educauit me.

Quisquis pio est animo, hęc secũ cogitet frequenter, hęc secum meditetur, Dominus regit, etc. et collocauit &c. Et super aquã, etc. Hoc est agnoscere, solũ deũ, rerũ bonarũ oĩm datorẽ esse, usq; adeo, ut nisi ipse regat, imbecillior est homo, q̃ ut se possit bene regere. Tria docet, quibus regitur tota hominis uita, hominẽ scilꝫ bene collocare, educare, regere. Talẽ benignũ patrẽ habemus deum, si in eo spem omnẽ nostrã cõstituamus. Vide metaphorã. Qui oues probe pascit, aquã placidã, et tranquillam quærit, uel in ipsis pascuis (ut aiunt periti pastores) uel pascuis p̃xime uicinis locis, ubi aliquando bibant. Docet cap. 3. Exodi. Ad illã igitͬ, sensim, et leniter fluentẽ, minat & ducit suas oues bonus pastor, ut sano potu in tempore reficiantur. Iuxta aquas placidas deducit me, uertit hunc locũ Felix. Hanc aquã nostra æditio, refectionis aquam ideo appellat, quia sitientẽ reficit. Pij cuiusq; uiri, sitit aĩa ad deũ, inqt noster p̃pheta. Illos uero sitientes uocat Christus, Venite (inqt) ad me, &c. Ad aquã hanc, uocat (inq̃) multos, pro sua bonitate Christus, sed paucis data est obediendi gratia. Si quis sitit, ueniat ad me et bibat, inquit Christus. Hic uere pastor est, qui super aquã refectionis, suas oues educit, & nutrit. Hanc baptismi aquã intelligere licet, qua et reficimur, et a primi parẽtis originali peccato, seu uerius ab oĩbus peccatis purgamur, et per baptismatis gratiã reconciliati uerbo dei, educamur, et enutrimur ĩ fide Christi. Per hanc aquam nos restauratos, et restitutos credimus, a priori diaboli captiuitate, effecti filij dei, cohæredes autẽ Christi. Hęc aqua, quẽadmodũ salubris est, ita & cuiuis necessaria. Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua, et spũ sancto, &c. Aquã quoq; passionis Christi, hanc intelligamus, qua humectamur, ut crescimus in uitã æternã, quæ totius refectionis, et reconciliationis caput est. Vt autẽ de potu sanguinis Christi, hũc quoq; locũ intelligamus, nõ alienũ est, quo ab imbecillitate nostra reficimur quoties non indigne bibimus, & per illam corporis, & sanguinis Christi uirtutẽ, & diuinã gratiam educamur quotidie, & de fide in Christũ redemptorem admonemur, et roboramur in uitæ cõstantiã. Prius enim de cibo, nũc de potu illo prędicit. Sic totum hũc psalmũ de Christi corpore & sanguine intelligit. Diuus Ambros. libro de sacramentis. 5. cap. 3. Verbũ dei hanc quoq; refectionis aquam intelligere licet, quæ uere aqua refectionis est, qua repleta est terra, ut ait Esai. Est etiã cibus animæ. Suis ouibus de hoc cœlesti cibo, & hac refectiõis aqua, prospexit bonus pastor Christus. Et hũc cibũ, et hunc potũ, nobis in salutẽ dedit, ut eius exemplo, & placidi, & mansueti sint omnes, qui huius aquæ refectionis participes esse cupiunt. Hæc est igitur aqua perfectæ (inquit) refectionis, & salutis, quæ

Quam bonus deus his qui recto sunt corde.

Psal. 41.

Ioan. 7.

Math. 11.

Ioan. 3.

Refectionis aqua.

Eucharistię sacramentũ.

Ambros.

Esai. 11.

Animam meam conuertit.

In peccatis concepti sumus, Et natura sumus (inquit apost.) filij iræ, sed per hanc aquã refectionis, hoc est, uel Christi passionis, uel regenerationis nostrę, uel sana doctrina, uel simul his oĩbus. Dominus qui est diues in mĩa, nullo (inquit) meo merito, cõuertit meã animã, ab ira in gratiã, ab interitu in salutẽ, gratis eam per fidẽ & gratiã iustificans. Et per hãc eandẽ gratiã, a pronitate peccãdi, animũ ad uirtutis desideriũ conuertit. Sic uerbũ dei cõuertit animas, ut in psal. 18 Sic & Eucharistię sacramentũ, aĩam roborat, et redẽptionis

Psal. 50.

Ephes. 2.

Eucharistiæ utilitas.

Eucharistiæ vtilitas.

nis memoriã renouat. Fidem adauget, gratiã impartit, deũ hospitem nostrũ efficit, quia dignatur intrare tectũ nostrũ, ut nobiscum maneat, si quidẽ nõ indigni recipimus. Quo nã tempore, et qui digne recipiat, lege Chrisost. in homelia ad populũ. 61. Est itaq; orandum aßidue, Cõuertere domine animã meã, ut tu me regas, & educas. Quod autẽ prius dixit propheta per metaphoram, Me collocauit in loco pascuæ, me educauit, &c. nunc idẽ uerbis apertis explanare uidetur.

Deduxit me super semitas iusticię

Hoc est, direxit gressus meos ne aberrarem, collocauit me in loco tuto, educauit me sana doctrinã, qua refecit me sciẽtiæ salutari cibo, ne aĩa mea, a rectitudine declinaret. Sic dirigit pastor suas oues. Non sinit aberrare, quo uelint. Deduxit me p iusticię semitas, ut uertit Felix. Iusticię semitas appellat, rectã uitę uiam, quæ nõ est lata, plęrasq; tamen semitas angustas habet, inter huius sc̃li latos uoluptatis cãpos. Vere iusticię semitę, indentur esse, dilectio dei, & proximi. Has semitas docet perfecte sacra scriptura, uerbũ dei, cui indubitatã fidem habeamus necesse est. Orat itaq; in alio psalmo. Gressus meos dirige, secundũ eloquium tuum, ut non dominetur mei omnis iniusticia. Super has (inquit) semitas deduxit me &c. non meo merito, sed

Iusticię semitæ.

Psal.118.

Propter nomen suũ. Propter bonitatem suã, in qua summa est gratia, summa misericordia, summa rerũ bonarũ oĩm abundantia. Hæc est bonitas super oẽm bonitatẽ, et nomen oĩ honore, et gloria dignũ. Hoc est nomen super omne nomẽ, in quo oportet nos saluos fieri. Neq; in aliquo alio salus est. Eramus enĩ aliquãdo iræ filij. Deus uero qui diues est in misericordia, propter nimiã charitatẽ suam, qua dilexit nos, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia saluati sumus. Huius nominis, hoc est, huius benigni dei gratia, dirigimur, & retinemur in semitis iusticiæ, fidei, et dilectionis. Ipse ergo nobis est benignus pastor, & solicitus, qui de nobis tantam curã habet, id quod mihi (inquit) certo certius persuasum est.

Gratia dei gratis.

Nam & si ambulauero in medio umbræ mortis, non timebo mala.

Mortis umbra, uel ipsius corporis dissolutionis articulũ intelligere licet, q̃uis non sit ipsa mors (nam animę perpetuus interitus in gehennã ignis, quando separaĩ a deo, ipsa mors est) umbra tamen, et similitudo ipsius mortis est, cũ sit corruptibilis corporis interitus, illiusq; (quoad resurgat) ab anima separatio. Quo tempore multa sunt, quæ male urgent, præter morbi acerbitatem, præteritæ scilicet uitæ conscientia, his qui in fide, benigna gratia, & misericordia dei titubant, diabolus, qui pernitiose solicitat, huius sc̃li negotia, mortis terror, & id genus alia. Præsens quoq; tota uita est mortis umbra, in qua transimus per medios hostes, carnem, mundũ, & diabolum, semper ęternæ uitæ incerti, nisi per spem gratiæ dei. In hac etenim uita uersemur, necesse est in medio malorũ hoĩm, in mille periculis. Nullus itaq; est, qui nõ hoc modo ambulat in medio umbræ mortis. Sic mortis umbram, in alio psal. intelligere uidetur. Cooperuit (inquit) nos umbra mortis. Qui inter infestos hostes periclitanter, sint uel corporales, uel spirituales, ambulat in medio umbræ mortis. Quãdiu igitur in hac uita sumus, sedemus, ut ait euangeliũ, in umbra mortis. Sunt enim in hac uita duæ maximæ caligines, dei ignoratio, et peccati turpitudo. Primũ, in priore loco appellat euangeliũ, tenebras, alterũ uero mortis umbras. Theophilactũ illic lege. Inter uitã ac mortẽ itaq; ambulamus in hoc sæculo semicæci, uel potius semiuiui, uelut in umbra, neutiq̃ certi, nisi in deo certã fiduciam constituamus, pœnitentes, & mĩam certa fide implorantes. Qui uero solidã fidem habet, et totus a misericordia dei pendet, studiosus ut faciat uoluntatẽ eius, non timet mala, undecũq; irruant. Cum hoc eteni nostro propheta audacter dicit. Dominus regit me. &c. Non igitur timebo mala. &c. Dominus illuminatio

Vmbra mortis.

In mortis articulo multa vrgent.

Præsens vita mortis vmbra

Psal. 43.

Luc. 1.

Tuta via in hoc sęculo.

Psal. 26.

mea, quē (inquit) timebo? Tropus quoq; est, et loquendi forma, apud. D. Iob, ut p ipso in= ferno, mortis umbrā itelligamus. Vbi umbra mortis (inqt) et nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans. Terrā idcirco tenebrarū, in eodē loco appellat. De ipso igitur inferno, hunc locum intelligere licet. Qui huic ergo pastori bene fidit, etiā in medio gehennę con stitutus, neutiq̄ sibi timet, quia portæ inferni aduersus hanc opem, aduersus hanc fidē, non prævalebūt, ut ait euangel. Ipsa quoq; infide= litas, ueritatisq; ignorantia, cū primis mortis umbræ sunt. In mortis itaq; umbra ambula- bant iudęi, literæ adherentes. Hi sedebant in tenebris, & in umbra mortis. Sic & omnes gentes in tenebris ambulabant. Sed lux orta est illis per Christū. Qui enim Christi fidem uere appręhendit, omnes fugat tenebras, oēs inimicos despicit, canens cū nostro ppheta, Dominus regit me. Hinc ad deum, sermonem uertit, suā certā fidem indicans. Non (inquit) timebo domine quæcūq; sunt, quæ mihi male minent, mortis priores umbras paruifaciā.

Iob.10.

Vmbra mortis.

Math.16.

Quoniā tu mecū es. *Et si dominus mihi adiutor, ego (inquit idem) non timebo, etiā milia populi circūdantis me, uel demonū legiones, &c. Sępe quidē promittit deus, qui est fidelis in uerbis suis, adesse, et opem ferre suis, in opportunitatibus, & tribulatione. Iam iam itaq; ad patrem ascendens Christus, quo suos omnes animaret. Ero (inquit) uobiscum usq; ad cōsummationē sęculi, cuius pręsentia, umbræ mortis fugantur ab oībus, qui recte illi, & in eum credunt. Ista est, et uiuentium, et morientium, suauissima, & tutissima conso latio. Me igitur deduxisti (inquit) per semi- tas iusticiæ, ut non declinem a mandatis tuis, inter hæc omnia pericula, quia*

Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. *Alij uertunt, baculus tuus, et pedū tuum, ut sit idem repetitū uehe= mentiæ ardorisq; causa, Repetit enim sępe, ut persuadeat, ut fidē faciat, ut uere credamus, quod docet. Pedū, est baculus ille pastoralis, incuruus, quo appręhendit, et detinetur ouis, quando id uult pastor, curationis eius causa. Hoc baculo, hoc pedo aberrātes reuocat pa= stor, et ut curet retinet, secat nonnunq̄, ut sa= net. Sic benignus deus, quos diligit, corripit, et uirga affligit. Virga quidē est ipsa dei be= nigna disciplina, qua rerum aduersarum mo= lestia, & multiplicibus nonnunq̄ afflictioni- bus admonemur, & corrigimur. Est & boni nostri pastoris baculus, quo, ut corrigat quos diligit, appręhendit, & retinet sub sua manu, quoad pro bonitate, sanet. Sic enim castigat benigne, ut saluū faciat, dilectionē q; ostēdit. Castigans, castigauit me dominus (inqt idē) et morti nō tradidit me. Hinc forte in hoc lo co, uirgę, baculū addit propheta. Corripitur uirga, baculo appręhenditur, retinetur, et su= stentatur, quem diligit deus. Dei quidē bacu= lus, est eius benignū auxiliū, quo in rebus ad= uersis iuuamur, & ne labamur, seu potius ca= damus, sustentamur. Hoc baculo fugantur aduersarū rerū pericula, & dirigitur in uiam rectā, qui spem in deo constituit. Baculus, et solaciū, et fortitudinē in sacris literis signifi= cat. Senectutis suæ baculū, filiū dicebat To- bias. Est & baculus impiorū, apud quos im- pię sunt uires, perniciosa potestas, hoc est, ty rānis, scelerata fortitudo, quæ est lex iniusti= cię. Hunc impiorū baculū conteret deus, inqt Esai. Sic confractus est baculus gloriosus, Moab. Est quoq; uirga dei, qua terrā percu- tit, & interficit impiū deus, hoc est, hominis impietatē, et de impio piū efficit. Hāc uirgā, legē, et uerbū dei intelligit Esai. quibus con- solamur, admonemur, et increpamur, ut ab oī uitæ fœditate probibeamus pedes nostros, et cōuertamur ad dominū, qui saluos faciet nos. Et nisi quidē conuersi fuerimus. Ecce (inquit idem) dies domini uenit, crudelis, &c. Et ui- sitabo super orbis mala, &c. Nobis uero ba= culus, & sustentaculū est, uerbum dei, si illud per gratiā receperimus, et secundū eius pre- cepta uixerimus, quia securā uitam docet, fi-* dem illi

Pedum.

Virga dei

Psal.117.

Baculus dei.

Tobi.5. &.10.

Baculus impiorū.

Esai.14.

Hiere.48.

Virga.

Esai.11. &.13.

Verbum dei, baculus.

dem illi habentẽ sustentat, & roborat. Hinc uertit hunc locum Chaldæus. Castigationes tuæ rectę, & lex tua, ipsa me cõfortata sunt. Quæ translatio nostram literam explanat. Virga enim fiunt castigationes, baculo resocillatur, ne desperet homo. Sic etiam & dirigit, atq; benigne sustẽtat deus, ut supra dixi. Recte igitur ait. Virga tua, & baculus tuus, ipsa me cõsolata sunt. Et quo magis (inquit) cõsolemur, & in hoc loco pascuę, in hac pręsenti fidelium ecclesia in tuto collocemur.

Parasti in cõspectu meo mensam, aduersus eos qui tribulant me.

Indicat secundum historiam propheta, se tam liberatum ab inimicis beneficio dei, ut lęte & iocunde uiuat, etiã in conspectu & facie eorum, illis quantũcũq; inuitis, seu male in eum conantibus. Sic inimicos despicit, qui spem ponit in deo. Mensa. *Mensa nonnunq̃ apud latinos, pro ipso cõuiuio, pro ipsis epulis ponitur, sed ut plurimũ, ubi lautæ, & delicatæ epulæ, conuiuarum alacritate apponuntur. Inde primã et secundam mensam appellant. In quo sensu hunc historicum locũ intellige. Sed alia spiritualis mensa est, illius prioris pascuæ, ubi cibus est, qui dat bene sumenti, lautissimã iocundissimãq; cenam. Hęc mensa ecclesię (inquit. D. Cyprianus) panem angelorũ hominibus proposuit, eucharistiam scilicet.* In sermone de vnctiõe crismatis. *Recte mensam uocat, quando in mensa recumbens cum discipulis, hoc sacramentũ instituit Christus. Hanc etiam mensam instructam esse, &* Mensa diuina. *optimo animæ cibo, præclaroq; calice, fidelem neminẽ fugit. Hãc mensam, uerbũ quoq; dei, quo docemur, & agnoscere deũ, et omnẽ spem in eo constituere, intelligo. Hic cibus est animæ. Hic est panis procedens de ore dei. Hic est uerus panis, qui nobis de cœlo datur, ut ait Christus, & dat uitam mundo. Hãc mensam, has epulas, parauit deus in conspectu omniũ credentium, & scire aut discere cupientium, ut ex illis cibis, & solatium & auxilium habeant aduersus omnes inimicos, qui infestare conantur. Obuius est unicuiq; in ecclesia Christi, hic cibus, Nam in sole posuit deus tabernaculum suum, in quo paratur hic cibus tam utilis, tam lautus, tam suauis, tam desiderabilis, tam necessarius, ut in illo psal.18.* Psal.18. *Qui de Eucharistia hunc locum interpretantur, recte meo iuditio sentiunt. Neq; non iuuant patrũ sententiæ. Nam ad hoc fit Eucharistia (ut ait. D. Cyprianus) ut possit accipientibus esse tutela.* In 2. epist. ad Cornelium. *De huius mensæ sacramento, inter Hiero. opera, lege homeliam, quę incipit, Magnitudo &c. to. 2. pag. 185. Mensa regalis est, cui angeli ministrant, & rex ipse adest, inquit Chrysosto. homelia 61. Qui ergo synaxis, uel Eucharistiæ, aut missæ, hoc est, huius sacri mysterij quod fit per sacerdotes, frequentiam tollere, aut rarefacere inter homines student, constituentes, ut dominico tantum die fiat hoc sacramentũ a sacerdote, statuaturq; tam raro Christi præsentia, corã astantibus, nescio an cupiant omnẽ tandẽ memoriam cenæ domini antiquare. Prodest quidem bene sumenti quotidie, prodest qui uere credunt, astantibus diuina præsentia animũ excitat mirũ in modum, ut datæ salutis per saluatorem qui præsens est, meminerit.* Eucharistia sit frequens. *Sumenti in salutem prodest, modo probet seipsum homo, & tum edat, iuxta apost. Astanti uero utilissima inq̃ memoria est redemptionis, qui fide, et pio affectu, cũ sacerdote spiritu cõmunicat, si bene adstet. Aequiore animo ferrẽ, si ab huius rei frequentia abhorrerent illi, quos sacramentarios aut anabaptistas uocamus, qui diuinã pręsentiam, ipsumq; Christum impie negant. Viderint ergo, q̃ prudenter agãt, qui unicam missam, & tam sacrum mysterium, tam raro fieri optant. Optarẽ uehementer, tam ut doceatur syncere populus de huius mensę sacro mysterio, uirtute, & diuino beneficio, q̃ ut ab ab hoc ministerio, sacerdotum fex illa, prorsus arceatur, quæ hanc rem tam sacram neutiq̃ tractat, nisi lucri causa. O miserum genus hominũ, qui seruatorem Christum, uenalem*

prostituunt. Qui neutiq̃ sumũt, nisi in suorũ damnationem. Sed missam hãc nunc mensam faciamus. Est quoq; (ut ante dixi) mensa, & lautißimus cibus, qui bene credentem spiritũ reficit, uerbũ dei, et cũ primis euangelica doctrina, quæ nobis uirga et baculus est, quibus ducimur, & admonemur de oĩbus, quæ ad salutem pertinent, et eius auxilio usq; adeo fide munimur aduersus omnes quoscũq; inimicos, qui tribulãt nos (ut hic ait) et qui contra nos infesti sunt, ut non timeamus in medio umbræ mortis, ut paulo ante. Hæc sunt bona domus dei, de quibus implemur, & saturamur, ut in alio psal. In has pascuas deducit suos deus, et eosdem aqua refectionis benigne satiat, ut abunde pascat. Hanc opimã mensam, suis pro bonitate parat. Sermonẽ ad deum nunc uertit, præ spũs ardore. Parasti (inquit) in conspectu meo mensam, &c. simul et Psal. 64.

Impinguasti in oleo caput meum.

Vt nihil desit lautißimo huic, & salubri conuiuio. Quem enim lautißimo conuiuio excipiebat antiquitas, eum in capite oleo ungebant suauißimo. Vt hoc aperte doceam, sufficit unicus locus apud Luc. Oleo caput meũ non unxisti, &c. Volens igitur absolutißimũ conuiuium docere propheta, lætißimũ, simul & gratia spiritussancti abundantißimum, (id quod per oleum significatur) parasti (inquit) mensam, aduersus omnes inimicos, quæ mihi adeo securitatem præstat, ut timoris, & doloris loco, lætitiam attuleris mihi. Nam impinguasti in oleo caput meum, quia sensum meum uallasti, spiritus tui gratia, & magna misericordia tua muniuisti me. Impinguasti (inquit) in oleo caput meũ, hoc est, mira spirituali iocunditate affecisti & illuminasti me, tam uerbo doctrinæ, q̃ cœlesti illa mensa, & cibo, per illam certã fidem, quam habeo uerbis, & promißionibus tuis. Oleum facile ardens, illuminat, medicinæq; loco expositum, sanat. Hinc uel spiritum sanctum, qui charitatis ardore illuminat, uel dei misericordiam, quæ sola uere sanat, indicat oleũ. Impinguasti igitur caput, non corporeum, & carneum, sed sensum, et intellectum meum, non illum naturalem, sed cœlitus fide præstitum, ualde (inquit) confortasti, illuminasti, lætificasti, et sanasti. In capite quidem, tanq̃ in summa arce, esse locum & sedem intellectus arbitrantur phisici. Hinc impinguatum caput & unctum & confortatum ait. Confortat enim oleum, et locum qui inungitur corroborat, simul & lætificat, & fouet, ut ait Esai. Impinguasti (inquit) in oleo caput meum, hoc est, omnem iocunditatis abundantiam elargitus es mihi, quia caput meum non leuiter, non paruo oleo unxisti, sed in oleo caput uelut immersisti. Solent etiam in lautiore mensa, fœcundiores hauriri calices, seu potius abunde ministrari potus de optimo genere. Huic itaq; læto & fœcundo calici, per metaphoram alludit propheta, ut lætum, omniũq; iucundißimũ conuiuium doceat. Hoc (inquit) cibo, hoc oleo confortatus animus meus.

Luc. 7.

Olei vnctio.

Capitis vnctio.

Esai. 1.

Et calix meus inebrians, q̃ præclarus est?

Hominis calix duplex est, Alter impiorum, hoc est, æternus interitus animæ & corporis. Hinc in alio psalmo. Ignis sulphur, pars calicis &c. Bibisti (inquit Esai.) calicem iræ eius. Alter uero piorum hominũ calix est, quem salutarẽ appellat in alio psal. quando benignus deus pro amore (ut supra diximus) carnalem, et temporalem afflictionem infert, ad peccati, et prioris uitæ destructionem, quo poculo, anima quæ præstantior est, seruatur, et a morte reuocatur. Hunc suũ etiam calicem uocat Christus. Calicem (inquit) meũ bibetis. Hic est alter calix, de quo nunc loquimur, quo propinatur bene sumenti Christus in salutem, qui inebriat, hoc est, ad saturitatem usq; reficit. Hic inq̃ de alio salutari calice, & sanguinis Christi poculo, uerba facimus. Hunc benedictionis calicem, uocat apost. Quàm præclarus est hic calix (inquit) meus, hoc poculum? Qui probe haurit calicẽ quoq; uerbi dei, uere inebriabitur, hoc est, saturabitur abunde sano intellectu, et robora-

Calix duplex.

Psal. 10.

Esai. 51.

Psal. 115.

Math. 20.

1. Cor. 10.

borabitur contra omnes aduersarios. Est enĩ scutũ inexpugnabile, et lumen semitis nostris uerbũ dei. Hoc est quod perfectã scientiã, & rerũ cœlestium certũ intellectũ præstat. Hoc est, quod uelut oleo nõ modo externe madefaciat, uerũ etiã ad ossa, internaq; penetret. Hoc est unguentum, quod de capite Christo seruatore descẽdit in barbam, in uiros fortes in fide, quos uere dirigit, consolatur, tuetur, et usq; ad ebrietatis abundantiã, saturat. Sic inebriat terrã sua gratia deus. Ebrietas enim satietatem significat, inquit August. in quest. super Genes. Ebrietas quoq; hoĩem a se prorsus alienat, atq; in sui obliuionẽ deducit. Hęc uidẽ sanctissima ebrietas, hominẽ a sui amore, in dei dilectionẽ rapit, & prioris carnalis uitæ obliuionem efficit. Dicemus in psal. 35. O fœlicissimã ebrietatẽ. O pręclarũ calicem. Ista est ebrietas de qua ecclesiastic. Super his (inquit) benedictio domini, qui fecit te, et inebriauit te, ab omnibus bonis suis. Ista est ebrietas (inq̃) de qua ĩ alio psal. Inebriabũtur (inquit) ab ubertate domus tuæ. De altera fœda quidem ebrietate, quæ humanũ sensum tollit, uel insanum potius hominem facit, lege Hiero. ad Titum, cap. 1. Ex hebręo quidẽ hic locus sic uertitur. Calix meus inebrians, saturus, uel superabundans. Calix meus erit abũde potãs; uertit alius. De hoc calice piorum hoĩm, toto hoc pręcedenti psal. diximus. Est enim uirga, baculus, cibus, refectionis aqua, de quibus supradiximus. Sed ut discamus, unde emanat huius calicis abundantia, ne uiribus nostris id stolide tribuamus. Parasti (inquit) mihi mensam, impinguasti, etc.

Verbi dei uirtus.

Psal. 64.

Ebrietas.

Psal. 35.

Eccles. 32.

Psal. 35.

Damnanda ebrietas.

Et misericordia tua subsequetur me, omnibus diebus uitæ meę,

Hæc est unctio dei, misericordia eius, quæ me iuuabit, & mihi erit uirga, & baculus, gratiamq; pręstabit, ut abunde (inquit) hunc calicem meum salutarem accipiam. Illa est gratia, quæ iuuat hominis bonam uoluntatẽ, seu (ut uocamus) liberum arbitrium. Iuuat (inq̃) in omni momento, præcedit, cooperatur, & perficit. Sic operatur in nobis uelle & perficere deus. Hinc ait certa fide propheta, ut ab eo discamus. Subsequetur me misericordia tua, non semel, sed omnibus diebus uitæ meę. Hinc in psal. 58. Misericordia eius præueniet me. In huius quoq; psal. principio. Dominus (inquit) regit me, &c. Egemus quidem gratia dei semper, ut dirigat gressus nostros. Illũ uero sic regit deus, & dirigit, qui in eum recte credit. Recte uero neutiq̃ credit, nisi pro amore erga deum, a uitę sordibus immaculatus, ambulare studiosus fuerit in lege domini, non ignorans deum iniquos odio habere. Si diligitis me, mandata (inquit) mea seruate. Sic recte mihi credenti, subsequetur haud dubie, adeo certa (inquit) dei misericordia, nõ modo in hac uita, uerũ etiã in futura.

Misericordiæ dei gratia.

Vt inhabitem in domo domini, in longitudinem dierum.

Hæc sunt spiritussancti dona, et (ut ait apost.) charismata, quæ in hac sua militanti ecclesia reliquit deus, quibus sui corroborarentur, aduersus eos qui tribulant, ut supradixit, tandẽ ut inhabitent in domo domini. Est enim uirga dei, quæ delinquenti minatur, quæq; amanter corrigit. Est baculus eius, qui errantẽ reuocet retineatq; per gratiam, ut uerberibus (si opus fuerit) castiget. Est cœlestis mensa, ubi panis angelorũ sumitur, est cibus animę uerbum dei, est aqua refectionis, calixq; propitiationis, seu benedictionis, (ut ait apost.) qui nobis est communicatio sanguinis Christi. Est oleũ, gratiæ abundantia, est sancta ebrietas. Est dei magna deniq; misericordia, quæ præuenit, & bene conantem subsequitur, & comes est, quæ iuuat, quæq; præstat uires, ut perficiat. Conandum est igitur, ut soliciti simus digne in hoc sæculo ambulare, in ea uocatione qua uocati sumus, ut tandem per misericordiam, quæ pręcedit, et subsequitur, habitemus in domo domini, in longitudinẽ dierũ, hoc est, corregnare cũ deo, et angelis eius

Epilogus

Corin. 10.

Ephe. 4.

Longitudo dierũ. in cœlestibus. Illic enim est habitatio uere in longitudinem dierũ, hoc est, in sæculũ sæculi perpetua claritatis gloria, quã nobis pro sua misericordia præstet, qui illic uiuit, et regnat. Secundũ hystoriam, & moralem sensum, docet hic psal. dei miram bonitatẽ erga sperantes in eum, quos non modo ab inimicis liberat, sed etiam prosperos, & iocundos efficit, nonnunq̃ in inimicorũ conspectu, ut eos male urat, et glorificetur deus, qui de manu odientium, tam abunde liberat.

Benignũ auxiliũ dei contra inimicos.

Psalmus Dauid. 23.

Titulus.

Psalmus Dauid, prima sabbati.

Psalmorũ tituli, id quod fatentur ipsi hebræi, nõnunq̃ ad explicandũ difficiles reperiuntur. Sequẽda igitur sunt (pro dato spiritu) et quę uerisimiliora, et quæ saniora sunt. Quod autem ad Titulum præsentem attinet, postq̃ de magna uirtute, & de summa Christi potestate tractat hic psalmus, de eiusq; ascẽsione, qua nobis cœli portas aperuit, simul & uiam ascendendi ad montem domini, ubi est uere sabbatũ et secura quies docet. Hinc appositũ est in titulo, tam ex græca, q̃ uulgata latina nostra litera, Prima sabbati, hoc est, pręcipua pars sabbati, quę docetur in hoc psalmo. Prima sabbati, uel una sabbati, in euangelio dicitur, hoc est, prima dies post sabbatũ, quæ est nobis, dominica. Deinceps etiã numerabant, secunda sabbati, tertia sabbati, hoc est, secunda dies a sabbato, tertia dies a sabbato, quẽadmodum prima feria, secunda feria, tertia feria, post diem dominicum, numeramus modo. Nec alienum est, si hunc titulum nostrũ, de die dominica intelligamus, quæ est, prima sabbati, & in Christi resurrectionis memoriam, singulis hebdomadis repetitur, quia per huius resurrectionis uirtutem, & memoriam, erigimur in spem uiuam, in hęreditatem incorruptibilem &c. ut ait. D. Petr. ubi pręstatur uerum sabbatum. Docemur maxime in hoc psal. ut illius magni sabbati beneficiũ cognoscamus.

Prima sabbati.

1. Petr. 1.

In summa.

Dei quidẽ magnitudinẽ, & maiestatẽ docet. Omnia nãq; sunt sua, et oĩa illi subiecta sunt, utpote, qui hominis causa creauit omnia, pariter & hominẽ oĩbus rebus ornauit. Docet pręterea dignos hac dei maiestate. Et quo magis futuræ gloriæ certiorẽ efficiat hominem Christũ, post deuictũ humani generis hostẽ, per suam a mortuis resurrectionẽ, regni cœlestis portas ingredientem, & aperientẽ efficit, ut suis paret locum, secundũ euangel.

Explanatio.



Domini est terra, & plenitudo eius. Quis hoc non fatetur, quantũuis deum frigide agnoscit? Omnia enĩ illi subiecta sunt, ut ĩ psal. 8. Plenitudo terræ, omnis dei creatura est, qua repleuit dominus terram suam. Paraphrastes igitur Chaldęus uertit. Domini est terra, & creaturæ eius. Creaturæ appellatione, solum hominẽ intelligo per excellentiam, cum eius causa, cætera oĩa facta sunt. Hinc ait Christus. Prædicate euangelium oĩ creaturæ, hoc est, omnibus hominibus. Non enim porcis, et brutis animalibus, euangelium doceri uoluit. Hominẽ itaq;, quantũuis aliarũ rerum principem, quantauis potestate præditũ, hic admonet propheta, ut deũ, et conditorẽ, et dominũ agnoscat. Quod si potestate polleat præ cęteris, se populo constitutũ pastorem, & super familiã domini, uelut œconomiũ, tandẽ suę uillicationis, corã eo exactã rationẽ redditurũ, qui eum creauit, & cui subiectus est, ipse meminerit, cũ domini sit terra, et plenitudo eius.

Psal. 8.

Meminerit qui potestate preditus est.

Orbis terrarũ, & uniuersi qui habitant in eo. Idem repetit, uehementius ut creaturã admoneat. Ista est Christi potentia, & hęreditas, ut in psal. 2. & 16. Hic enĩ non

non loquitur de belluis, feris bestijs, uolatilibus, piscibus, et carentibus ratione, sed de homine ad dei imaginē facto. Hinc ait. Et uniuersi qui habitant in eo. Solus enī homo terram uere inhabitat, Illi etenī data est in possessionem, & cætera omnia sunt illi subiecta, eiusq; causa creata sunt. Terrā (inquit in alio psal.) dedit hominibus. Ille autem homo, domini est. Iure ergo domini sunt, & terra, & plenitudo eius, orbis terrarum, &c.

Solus homo, terrā habitat.

Quia ipse sup maria fundauit eū.

Creator terræ et totius orbis, fundauit eum, et stabiliuit super maria. Nisi enim dominus terrā stabiliuisset, et aquas ab arida diuisisset, terminosq; illis constituisset, homini, creaturæ suæ, locus in terra non fuisset. Circūdedi illud terminis meis (inquit deus apud Iob) et posui uectem, et ostia, et dixi, usq; huc uenies, & non procedes amplius, & hic confringes tumētes fluctus tuos. Cōuenit igitur, ut eius sit totus orbis, quem creauit, quem stabiliuit perpetuoq; regit, temperat, rebus oībus utilibus ornat. Facile rueret orbis, nisi dei bonitas omnia moderaretur. Si enim continuerit aquas, omnia siccabūtur, si euulserit eas, subuertent terrā, inquit idem Iob. Hominis itaq; amore, quem suæ diuinæ maiestatis contemplatorem, & ad suam similitudinem fecit, & orbem super maria fundauit.

Iob. 38. & 12.

Amor dei erga hominem.

Et super flumina preparauit eum.

Præparauit, instructā reddidit terrā deus, in usum creaturæ suæ, nō modo super maria, sed etiā super flumina, quæ terrę miscentur, et ab ipsa terra fluunt, et emanāt, ut illi seruiant, et utilia sint, neue terrā inundatione operirent. Pretereo Aristolē, et quosuis Aristotelicos, qui, atq; prçter humanā rationē nihil fieret a deo, maris & fluminis ortum, et huius totius machinæ, rationē, et causas, adferre contendūt, ualde ineptientes, sapientisq; tam cōfessionē, q̄ admonitionē nesciētes. Apposui (inquit sap.) cor meū, ut scirem distentionē, quæ uersatur in terra, & intellexi, quod omnium operū dei nullam posit homo inuenire rationem, eorū quæ fiunt sub sole. Et quanto plus laborauerit ad quærendū, tanto minus inueniet. Etiā si dixerit sapiens se nosse, nō poterit reperire. Oīa hęc tractaui ī corde meo, ut curiose intelligerem, hactenus Ecclesiastes. Recte igitur admonet eccl'iasticus. Altiora te ne quesieris, Et fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ pręcepit tibi deus, illa cogita semper. Et in pluribus operibus eius, ne fueris curiosus. Non enī est tibi necessariū ea quę abscondita sunt, uidere oculis tuis. In supuacuis rebus, noli scrutari multipliciter. Plurima enī super sensus hominū ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio eorum, et in uanitate detinuit sensus illorū. Et ecclesiasten, & ecclesiasticus, ideo pluribus citaui, ut non sit mihi opus in hāc rem pluribus uerbis, quibus persuasum sit cuiuis homini, q̄ sit illi superuacaneum, ne dicam stultū, animo uersari in occultioribus his perscrutandis, quæ fiunt ab omnipotēti deo, præter id, quod uerbo dei legimus & discimus. Vbi eras (inquit deus apud Iob) quando ponebam fundamenta terræ, indica mihi, si habes intelligentiam! Lege cętera, quę sequūtur in toto illo capite. Nunquid ingressus es (inquit) profundum maris, et cętera! Nunquid apertæ sunt tibi portę mortis, etc. Indica mihi, si nosti omnia! inquit, &c. Satis est itaq;, ut orbem sic præparatū a deo hominis usui, et agnoscas, & creadas, cum gratiarū actione. Quid ergo ineptius, q̄ humana ratione ea scire uelle! Quis (inquit apost.) cognouit sensum domini, aut quis cōsiliarius eius fuit! Nō est homini ambulandū (inquit propheta) in mirabilibus & occultis dei. Qui pluribus de his ìeptijs scire uelit, Picum mirandulā aduersus astrologos legat. Satis est in hoc loco admonuisse, ne christianus quisq̄, in his nugis, (nugas appello nō rerū causa, quæ fiunt a deo, sed hominis qui stulte conatur) nugis inq̄, & superuacaneis in rebus, bonas horas consumat. Acquiescens igit superiori cōsilio, ea tantū cogitet

Nimia curiositas in pscrutandis archanis dei, aliena est a christiano uiro.

Eccles. 8.

Eccles. 3.

Iob. 38.

Rom. 11.

Psal. 13.

Picus mirandula.

pius

pius christianus, & quæ sciri facile possunt, quę pręcepit scilicet deus, ad uitę innocentiã, quæ certiora sunt, q̃ quæ oculis uidemus, aut manu tractamus, & cognitu necessaria sunt. Postq̃ igitur, de dei summa potentia, & potestate in hac terra, in hoc sęculo paucis docuit, nunc ut animũ ad cœlestia potissimũ erigamus, admonet propheta, nimium ne in his terrenis demoremur, spem aut fœlicitatẽ nimiam constituamus. Sic etenim ultro interrogat. Cum sit tam potens (inquit) dominus, et tam bonus, qui in supernis est? &c.

Quis ascendet in montẽ domini, aut quis stabit in loco sancto eius?

Pręparauit magnus deus terrã, et omnia quę in eis sunt, i hominis usum, q̃diu terrã incolit. Sed aliud lõge nobilius habitaculũ promittit deus homini in cœlis, ut in psal. 14. Ad hominem itaq; pertinet, non modo agnoscere hic dei beneficia, sed etiã, solicitũ esse sic uiuere, in hoc sęculo, ut tandẽ cum deo creatore perpetuo uiuat. Hanc uiam nũc docet propheta. Quis ascendet (inquit) in montẽ domini, quis erit capax huius beneficij, ut ascendat tandẽ in montẽ domini, in supernã illã Hierusalem, ut requiescat in monte illo sctõ, ubi deus est, qui creauit hæc omnia, cum quo est perpetua gloria, & prima sabbati, aut quis stabit, & permanebit in illo (inquit) loco sancto eius, in illo sancto sanctorum? Illico, & quidem paucis respondet.

Psal. 14.

Innocẽs manibus & mũdo corde.

Ex corde oritur quicquid est, aut innocentiæ, aut peccati. E corde (inquit) exeunt malę cogitationes &c. Sic et solo corde mechamur, inquit euang. Et hęc sunt, inquit, quę coinquinãt hominẽ. Beati igit (inquit Christus) qui sunt mũdo corde, quoniam ipsi deũ uidebunt. Orat igit uehemẽter in alio psal. noster propheta. Cor mũdũ crea i me deus. Velut itaq; docẽs, quomodo quis possit esse innocens manibus, purus factus, ut ab alio uertitur, addit, et mũdo corde. Mũdo corde est, qui uera fide credit in deũ, qui deũ diligit, & pro dei dilectione, proximum, ut seipsum. Dic psal. 4. Is manibus uere innocẽs est, qui alteri nõ facit, quod sibi nolit fieri, declinat a malo, & studiosus est ut faciat bonũ, quia sic pręcipit deus, quẽ diligit, ut dum tẽpus habemus, operemur bonum apud omnes, ut ait apost. id quod suo tẽpore metemus, nõ deficientes. Operemur itaq; nõ per hypocrisim, nõ ut ab hominibus uideamur, sed p fidei integritate, proq; iusto amore erga deũ, in simplicitate cordis. Hęc est uera, et cordis, & operũ innocentia. Paulo pluribus nũc explicat hanc innocentiã. Nam is (inquit) est innocens manibus, & mundo corde.

E corde, et bona & mala exeunt. Math. 15. & 6. Math. 5.

Psal. 50.

Innocent manib' & corde.

Galath. 6.

Qui nõ accepit in uano aĩam suã.

Animã suã in uano, inutiliter accipit, qui animã perdit, quam seruare deberet. Frustra illi data est rei custodia, qui eam perdit. Id quod uere facit, qui huius sęculi (ut ait sap.) uanitates & carnis opera, (ut ait apost.) pluris facit, q̃ cœlestiũ rerũ meditationẽ, q̃ uitę innocentiã. Nam innocens manibus esse non potest, & multo minus mundo corde. Hic uere uanus est, uere mendax, uere seruus inutilis, qui sciens uoluntatẽ domini, eam seruare non studet, indignus, uel potius infœlix, cui data est anima. Melius illi esset, si natus nõ fuisset. Non igitur in montẽ domini ascẽdere potest. Ascendit uero, qui non accipit in uano animã suam, qui non est animalis homo, corpori, & uentri deditus, sed qui solicitus est animã suã seruare. Incumbendũ est igitur cœlesti doctrinæ, & tam animo q̃ opere, tam fide, q̃ bonis operibus, satagendum est, ut digni simus per gratiam, qui ascendamus in montem sanctũ domini. Id quod certo certius sperare potest, qui non in uano accipit animam suam.

Vanus homo.

Pii christiani hominis officium.

Nec iurauit in dolo proximo suo.

Suum proximum in aliquo non decepit, sed pro fraterna dilectione, cum illo conuentiones seruauit integra fide, illi paratus benefacere. Qui secus facit, animam suam in uanum accipit, inutilis seruus est, quia proximum decipit, fraude, & dolo fallit, quia fidem

Dolus in proximũ.

dem non seruat, quam præcipit uerbum dei. Hanc fidem, hanc charitatem nescire non potest. Non potest igitur non dolo facere, qui contra hanc charitatem facit. De iuramento, dic in psal. 14. Obligantur inuicem naturali uelut fœdere omnes homines, arctissimo naturæ uinculo, ut se inuicem ament, alter alteri benefaciat. Hinc forte ait propheta. Nec iurauit, &c. indicans homines ipsa natura, uelut pacto, & iuramento, inuicem deuinctos, omnes homines esse, unius dei patris filios. Qui ergo proximum decipit, hoc iuramentum, hoc naturæ (ut nihil addam de mandato dei) uinculum rumpit. Qui autem innocens est,

Psal. 14.

Naturale fœdus inter homines.

Hic accipiet benedictionẽ a dño.

Auxilium dei in omnibus habebit, & ipse diriget gressus eius, & stabit tandem in monte sancto, non suis uiribus, sed per dei benedictionem, & benignam opem. Sumus enim semper serui inutiles ex nobis. Soliciti tamẽ simus oportet, ne in uacuum hanc uitam curramus, neue traditũ nobis talentũ, pigri non demus ad usuram. Qui uero hãc solicitudinẽ adhibet, & a domino benedictionẽ accipiet.

Et misericordiã a deo salutari suo.

Priorem benedictionẽ exponit, quæ est gratia, & misericordia dei, quibus dirigimur, ut digni simus monte sancto. Deum itaq; salutarem, hoc est, nostræ salutis deum appellat. Vere etenim salus nostra benignus deus est, qui quicquid bonum est, nobis dat pro sua misericordia. Vere (inq̃) deus salutis est, qui per nimiam dilectionem, ut ait apostol. nos redemit. Et iste est deus, qui tam diues est in misericordia, cuius gratia saluati sumus. Qui sic innocens est, & mundo corde, de generatione iustorum est, non indignus per gratiam monte sancto. Nam

Ephe. 4.

Hęc est generatio querentiũ eum.

Per fidem, per bonorum operũ assiduitatem, per uitę innocentiã. Et ideo digni sunt benedictione, & misericordia, qui sic quærunt, ut ait euangel. Est enim bona generatio.

Quib⁹ q̃. ſit deus.

Math. 7.

Querentium faciem dei iacob.

Prius dixit, hanc esse generationẽ quęrentiũ eum. Nunc uero ipsam rem, quã quęrunt, explicat, faciem scilicet, dei Iacob. Ille hãc faciẽ quærit, qui solicitus est, ut priorẽ innocentiã seruet. Se uocari docuit deus, deũ Iacob, &c. cum Mosi loqueretur. Phrasis etenim est ueteris testamenti, ut deus Iacob, deus israelis, deus Abraham, hoc est, patriarcharũ ueteris testamenti uocetur, qui post diluuiũ, primi ueterũ deũ agnoscere uisi sunt, quibuscum et sępe familiarius loquutus est deus, illisq; & promissiones factę sunt, & nunc tam in illis, q̃ in nobis completę, qui sumus per fidẽ filij Abraham. Hæc est (inquit) generatio quęrentium faciem, uultũ, præsentiam, & gloriã dei. Hęc est facies dei, quæ cum pleno gaudio lætificat, ut in alio psal. Cuius rei tantæ recordatione, uelut spiritu feruescens propheta, in hanc uocem assurgit.

Exod. 3.

Psal. 20.

Attollite portas principes uestras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex gloriæ.

Christũ intelligit hunc regẽ gloriæ noster propheta, quẽ antea spiritu non ignorauit, sed uaticinatus est, non semel in plerisq; psalmis, illum e sede patris in hunc mundũ descensurũ, & per mortẽ & resurrectionẽ, israel, hoc est fidelẽ populum redempturum, pariter & ad patrẽ ascensurũ, ut regni cœlorũ portas, primi parẽtis causa, per tot scla clausas, suis iam credẽtibus aperiret. Eum itaq; nũc præ oculis in spiritu habens, et eius faciẽ quęrens, cũ sit de iusta generatione mansuetus Dauid, hmõi portarũ reserationẽ ualde cupiens, ait ad cœlestes principes, & custodes, more corporaliũ rerũ, ut audiẽtis et legẽtis animũ ad incorporalia & cœlestia illa traducat, non ignorans, illic neq; portas, neq; uectes, aut seras esse, Vos (inqt) principes et cœlestis glię custodes, attollite et subleuate in altũ portas uestras, & uos portæ æternales, eleuamini uos ipsę præ gaudio, latũ introitũ, prębete,

prębete, et introibit ille rex gl'iæ, cuius faciẽ quęrimus, et desideramus. Introibit rex gloriæ (inquit) qui nobis parabit introitum, et in illo loco sancto ubi est illa gloria, æternalem habitationẽ. Id enim est quod suis discipulis ait Christus. Non turbetur cor uestrũ, quia uado parare uobis locum, ut ubi sum ego, & uos sitis. Sed & propheta hanc doctrinã in legentiũ animos altius insinuare cupiens, uelut dialogum concinnat, cœlestesq; illos principes interrogãtes inducit, tanq̃ de huius regis magnitudine admirantes. Aiunt itaq;.

Ioan.14.

Quis est iste rex gloriæ.

Cui tantopere aperiendæ sunt ęternales portæ? Respondet propheta fideliũ nomine, cupientium dei faciem, & montem sanctum.

Dominus fortis & potens, dominus potens in prelio. Is est (inquit) cui portæ eleuandæ sunt. Non iam opus est, ut de huius dei potentia, pluribus loquamur, cũ de ea toties, & loquuti sumus, & per eius auxiliũ sæpenumero loquemur. At ut oĩmodam, absolutãq; potentiam huius benigni dei significet, pręter fortem, bisq; potentem appellat propheta. Et illa itidẽ phrasis est ueteris testamenti, ut deus sabaoth, hoc est, exercituum, et ut hic ait in prelio potens appelletur, qui toties pręter omnẽ spem, sola diuina potentia, tot uictorias dedit iudęis, dedit nostro prophetæ, dat quoq;, & cui uisum est illi quotidie. Quis nõ perspicit, uictorias omnes a solo deo dari? Raro tamen (id uereor nimis) huius rei memores sunt, nostræ ætatis aliqui principes uiri, cum aduersus uicinũ, in quo non semel pugnandũ est, bellum parant. Non enim satis probo affectu, et bellum sępe ineunt, et promouent. Neq; non sæpe igitur, affectui similis belli exitus, contingit. Non enim satis est, deum exercituũ inuocare iam iam, cum sint conserendæ manus. Non erit plane tibi auxilio, ut uincas, si eo neglecto, bellum gesseris, nisi ut maior alias sit tibi futura clades, ne dicã interitus. Eris itaq; longe

Deus sabaoth.

A bello nisi admodũ iusto dehortatio.

felicior, si nonnunq̃ uincaris, ut deiectus, & prostratus, deum agnoscas in prelio potentem, deum (inq̃) non qui improbos iuuat adfectus, sed rectitudinis, et iusticiæ deũ. Quod si magna forte aliqua uictoria potitus es, noli cristas attollere, quando tuos insanos adfectus, haud dubie respuit, & odio habet maximo iustus deus. Sed scito pręstitam ideo tibi uictoriam, ut tu sceleratus, uirga dei, & eius flagellum illis efficiaris, uirga furoris dei, ut ait Esai. quos per te corripit, probat exercet deus, atq; ut eius magis magisq; recordentur, per te admonet. Tu uero interim tantam gratiam mereris, quantam diabolus, qui pijs omnibus insidiatur, atq; quærit, (ut ait. D. Petr.) quem deuoret, per quem, pios quoq; nõnunq̃ exercet deus. Diui Iob exemplo. Sic uictoria potiti sunt scelerati, & immanes tyranni in pios christianos, in eorum salutem, tyrannorum uero exitium æternum. A bello igitur abhorreas, quisquis princeps, & huius sæculi potestate prædítus es, si uelis christianus, & haberi & esse, nisi & reip. causa, belli iustam causam habeas, simul & urgeat quadam necessitate hostis. In hoc cognoscent omnes (inquit Christus) quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Tecum expende, quot inde incõmoda, quot simplicium, & proborũ rapinæ, quot uirginum, & matronarum, & mulierum raptus, quot homicidia, quot miseræ mortes, quot planctus, quot oppressorũ prorsus immerentium, uxorum, filiorum, parentum, & amicorum in cœlum usq; clamores, & contra te uociferationes fiunt, pessime tibi imprecantes. Crede, & persuasum habeto, rerum huiusmodi, quicquid est ingratum deo, quicquid uindicta dignum uisum erit suæ sapientiæ & maiestati, id totum tuum est, cuius suasu, & mandato, perpetrata sunt omnia. Neq; non eris æternæ damnationis multorũ causa, in tuæ damnationis cumulũ, non quod tibi, qui subditi sunt, & parere dei mandato tenentur, tibi in bello inseruiunt, sed quod

Esai.10.

Ioan.13.

Belli incõmoda.

per te ad iniustum bellum euocati, fœda multa scelera committunt, quæ non euocati, non perpetrarent. Licita sunt bella, licet militare. Cæterū quēadmodū regē curare oportet, ne alliud q̄ iustū bellū agat, ita et ad milites pertinet, ut suis stipendijs contenti, neminē iniuste concutiant, nemini iniuriā inferant, non amplius, q̄ quod constitutū est eis facientes, inquit Lucas. O durissimas uices nostrorum principum, qui bellū in uicinum, nonnunq̄ uel nulla causa, uel perexigua quidē, modo sufficiat fiscus, ludū uelut putare uidentur. Sed de his non satis, si serio admoneri possent, hoc est, si admonitiones reciperent, sed nobis in præsentia satis est, qui ad alia tendimus. Et illud tamen unū admoneo, ut dilectionis dei, & proximi, meminerint principes uiri assidue, ne potentiores, potentius tormenta patiantur aliquando, ut ait Sap. Ad prophetam redeo. Iterum repetit idem propheta, ut solet in rebus magni momenti, et ingentis gaudij, inculcando, ut legentis memoria, magis magisq̄; quod uel docet, uel hortatur, uel admonet, hæreat. Ait itaq̄;

Militū officia.

Luc.3.

Sap.6.

Attollite portas principes uestras, & eleuamini portę ęternales, & introibit rex gloriæ. Eleuamini, eleuamini (inquit) ut resurgenti & ascendenti redemptori nostro, pateat aditus, qui est rex gloriæ, et per eum nobis idem aditus pateat, qui cum eo consurgere per fidem, & uitæ innocentiā optamus, & quæ sursum sunt quærere, ut ait apost. ubi iam Christus est, in dextera dei sedens. Quæ sursum sunt (inquit) sapite, & non quæ super terrā, &c. Is igitur uere rex glorię & dici potest, et solus debet, per quem (ut ait apostol.) de potestate tenebrarū, erepti sumus, et traducti in regnū eius, in quo solo, & per quem solum, redemptionē habemus. At ut prius interrogatur.

Collos.3.

Quis est iste rex glorię? Respondet.


Sela. Dn̄s uirtutum ipse est rex gloriæ.

Vere omniū uirtutū, & fortitudinis dominus est, et rex, ut pote cui nulla potestas resistere potest, cum sit omniū deus, ac dominus, ut in huius psalmi principio. Hic est, qui de omni peccato, morte, inferno, & aduersarijs potestatibus omnibus, triūphauit, uere omnis gloriæ rex, qui suos inæternū glorificat. Et q̄uis nōnulli sint, qui de infernalibus portis, quas descendens fregit dei potentia, priorem locū intelligere uelint, hunc tamen sensum, quē posuimus, uere germanū putamus, quando portas æternales posuit nostra æditio, quas Felix, eternitatis portas appellat, Hiero. uero, portas sempiternas, uolentes uerisimiliter, non de pœnarū, sed gloriæ portis intelligere, postq̄ euestigio, illum illius glorię regem appellat propheta. Nisi uelint sic interpretari, ut ideo gloriæ rex appelletur, quia totius inanis glorię hostem, armis suæ potentię uicit, & suis inde ueram gloriam uindicauit. Non erit hoc alienū, quādo tam diues, tamq̄; opulenta dei scriptura est, ut in uno loco, multiplex mysterium, et doceatur, et solicite quærenti in gloriā dei reperiatur. Caueat igitur oīno qui quærit, nimia ne uel curiositate, uel (quod fœdissimū est) malignitate, (ut solent hęretici omnes) locum a catholico sensu detorqueat. Nō etiā alienū uidetur, si de utraq̄; porta hic intelligamus prophetā. Quod enī ait primo, Attollite portas principes, etc. tenebrarū principibus forte mandat, ut illi tanto regi, suas portas eleuent, qui illuc descensurus est, ut eorū portas, pro uoluntate aperiret. Cum uero ad cœlestes portas ascenderet, eodē quoq̄; modo loquitur. Attollite &c. Historico sensu, hunc locum intelligunt iudæi de templo extruendo, & celeriter erigendo, in quo fœderis archa, quę locum subinde mutare solebat, poneretur. Hinc ait. Attollite portas, in altum erigite, & eleuamini portæ eternales, futuræ perpetuæ, & introibit, ut apud nos maneat, archa fœderis, ubi semper erit pręsens rex gloriæ. Sed cum illę corporales portę iam diu euanuerint stat uaticiniū, de eternalibus illis. 2.Reg.7.

Psalmus.24.
Titulus.
In finem psalmus Dauid.
In summa.

Huius psalmi uehemens est ad deū eius oratio, qui magnis animi angustiis, aut spiritualium inimicorū, aut huius sc̄li molestiis uexatur, & premitur, tam ut uia sibi recta doceatur, qua possit a uitæ fœditate, uel inimicis se tueri, et de præteritis mīam consequi, q̄, ut de futuris periculis seruetur. Solam habendā in deo fiduciā, cōtra omnes inimicos, qui spiritu humiles, et huius sc̄li contemptores infestare solent, docet. Auxilium itaq; ardenter orat.

Explanatio.



AD te domine leuaui animam meam. Egregie docet orationis præparationē, caput atq; initiū, ut animā scilicet, et omnē interiorē mentē, ad deū, quē orat attollat, ne quēadmodū ait euāgel. labiis deum honoret, cor ab eo longe habens. Hæc est animi eleuatio, perpaucis cognita, accedere scilicet mente, ad dei præsentiā, quē precamur, & cui loquimur, nec disci potest, nisi frequenti meditatione. Qui enim ad hunc locū uere penetrat, is est, qui meditatur in lege dei die ac nocte, et orat sine intermissione, quia dei nunq̄ non est maxime memor. Neq; non potest non prosternere se, & aīo & corpore, qui hanc meditationē habet, pro ineffabilis maiestatis dei reuerentia, in cuius conspectu adstat. Hinc ait in alio psal. noster propheta. Ad te leuaui oculos (inquit) meos, qui habitas ī cœlis. Ecce sicut oculi seruorū, &c. Cui ergo uiro sanæ mentis, nō admirationi, seu uerius abominationi sūt, nostrę tēpestatis pestes, illi, qui externos gestus, humiles corporis deiectiones, & supplices manus rident, hypocrisisq; insimulant? Quin ad psal. redeamus. Leuaui (inquit) animā meam ad te domine; cui me totum cōmitto, neq; in alio quouis, spem meam pono. Nam

Animi ad orationē preparatio. — *Psal.1.* — *Psal.122.* — *Irrisores*

Deus meus in te confido.

Et ideo quicquid loquantur, agant, mentiantur de me inimici.

Non erubescam. Non in huius seculi diuitiis, aut quauis alia potentia cōfido, sed in te solo deus meus, in tua bonitate, in auxilio tuo. Supplex igitur rogo, ut mihi opem contra inimicos ita feras, ut non erubescam, non me pudeat corā aduersariis, qui me infestant, qui me omnē huius sæculi opem cōtemnentē, et in te solo fidentem, animaduertūt. Si uero benignā opem attuleris, non erubescam ego, sed dolebūt ipsi, quod in te solo confisos tuos exaudieris. Fac igitur rogo, nō erubescam.

Neq; irrideant me inimici mei. Id quod facient, si in te solo confidentē, auxilio frustratum sentient. Sed quia certus sum, quod potens es (ut ait Paulus) depositū meū seruare, ideo ad te solū leuaui animā meā, auxilii causa, ut nō erubescam, in te solo cōfido, ut me nō irrideant inimici mei, ut lęticiæ nullam causam habeant, qua me irrideāt, qua me contemnant, et risu dignū relinquant, id quod fiet, si me uincant, si tua ope me destitutū, trahant quo uelint, et optant, in suos laqueos, ut eorū spurcitiis, aut impietati cōsentiā. Exultabūt enim si motus fuero, & irridentes iure dicent, ubi nā ingentis fiducię suę, quā in deo iactitabat, fructus, aut utilitas? In deo sperauit, liberet eū nūc si uult, ut in Christū iudæi. Cęterū, qui uere, et constanter fidit, hæc secū certo certius cōstituet. Deus meus, in te confido, et per eam fiduciā inimicos non timeo.

Etenim uniuersi qui sustinent te, non confundentur. Hoc persuasum habeo, magna & securissima quidem fiducia. In te igitur ita confidens, nō erubescam, non frustrabor spe mea. Discat quisquis est uere christianus, a nostro propheta, ut hanc in deo solidā, et indubitatā fiduciā habeat. Vnū locū apl̄i, ob oculos tibi ponā, quo perfectā huius fiduciæ semitā discas. Scio (inq̄t) quod sc̄dm expecta-

Timot.1. — *In solo deo prorsus fidendum.* — *Philipp.1.*

expectationē, et spem meā, quod in nullo confundar, sed in omni fiducia, sicut semper, ita et nūc magnificabitur Christus ī corpore meo, siue per uitā, siue per mortē, &c. Alij uertūt hunc locū. Omnes qui te expectant, nō erubescēt. Qui sustinet, expectat, Qui uere expectare constituit, sustinere paratus est. Vsq; in tempus sustinebit patiens, et postea redditio iocūditatis, inquit ecclesiasticus. Tempus uero semp existimabit, qui sperat ī deo, quādo uisum erit dei bonitati, ut consoletur. Alias enī tota die, tota uita sustinebit, ut ait postea in hoc psalmo, læte suscipiens uoluntatē dei, siue per uitam, siue per mortem, ut ait apost: Nunc in inimicos orat. Rogo (inquit) deus meus, ut ego non confundar. Sed

Eccles. 1.

Quamdiu sustinēdū.

Confundantur oēs iniqua agentes superuacue. Prædicit asserendo, ut uisum est nōnullis, q̄uis nostra ęditio optare uideatur. Felix igitur uertit, Erubescent omnes pręuaricātes sine causa. Id quod nostrā literā interpretatur, & perspicuā facit. Nā preuaricantes dicuntur, qui quod iustū est nō ignorantes, non coacti, sed dolose per maliciam, a recto discedunt. Hi uere sunt iniqua agentes sine causa, quia malicia, non errore, aut ignorantia delinquunt. Quis magis a recto discedit, quis agit tam superuacue, et sine causa, et inique, q̄ qui innocentē, a quo nō læditur, magnis afficit molestijs, et eundē, quia spem suā ponit in deo, irridet, exprobrat, uehemētiusq; persequitur. ij confundentur, & frustrabūtur desiderio suo, cadent sic agentes, & operantes iniqua. Superuacue quidē is agere pręcipue dicit, qui quod neq; necessariū, neq; utile est, nulliq; prodest, & alijs, non modo sibijpsi uehemēter nocet, agit, uel qui stulte supra uires conatur, maxime, qui deo resistit. Sic ait in alio psal. Gratis (inquit) absconderūt &c. et superuacue exprobrauerunt animā meam. Optare in sceleratos, ut deijciantur, nō alienū est a pio christiano, cum sint dei inimici. Optare (inq̄) licet, ut uel resipiscāt, uel pereant, et e iustorū medio tollantur. Dei tamē uoluntati referamus oīa necesse est. Optare igitur licet, at si deo uidebitur. Illi enim uindictā, et ipse retribuet. Nunc uero ne prævaleant inimici, & eum erubescere faciant, suarū uirium imbecillitatē nō ignorans, sic orat supplex.

Timot. 1.

Preuaricatio.

Agere superuacue.

Psal. 34.

In solo deo prot sus fiden dum.

Philipp. 1.

Optare in sceleratos licet.

Vias tuas dn̄e demonstra mihi, & semitas tuas edoce me. Cupit perfecte quidē edoceri. Hinc repetit. Demonstra et edoce, non modo uias, sed etiā semitas, ut non modo externa uicia, nulli nō cognita fugiam, externāq; ciuilē iusticiā obseruem, sed etiam internā, & arctam illam, quæ ad regnū cœlorum ducit. Vias igitur tuas illas, quibus tibi placeam demonstra, ut mihi sint in conspectu semper, ut sim uolūtatis tuæ perpetuo memor, simul & semitas tuas, ut omnia tui nominis causa contemnam, edoce me, et

Dirige me in ueritate tua & doce me, quia tu es deus saluator meus. Non modo orat ut doceatur, sed etiam, ut in illis uijs, & in ueritate earū uiarū, ne aberret dirigatur, ut inoffense, & pure in illis ambulare, et huius uitę peregrinationē ad finē usq; deducere possit, cum sit solus deus, qui potest dirigere, tueri, saluare. Hinc deū saluatorem recte uocat. Ipse solus est, qui suo uerbo recte docet, & ipsissimā ueritatē, uelut digito demōstrat, neq; ulla certa ueritas est, nisi ab eo. Hinc orat. Dirige me, demōstra, edoce in ueritate tua, in recta fide tua, ī uera cognitione mandatorū tuorū, ut eorū nō sim tā auditor, q̄ factor. Dirige ergo me, saluator (inq̄t) meus, quia ad te leuaui animā meā, et in te confido.

Nulla ueritas nisi a deo.

Et te sustinui tota die. Inimicis non cessi, patienter tuli eorū molestias, quia certo scio, qui te sustinet, non cōfundetur, ut paulo ante dixit. Deū sustinere, in hac nostra æditione frequens est, id quod alij expectare uertunt. Deū itaq; sustinere non aliud est, q̄ eius uoluntatē per patientiā expectare, qui in tempore subueniet, dabitq;, uel quæ petimus, uel quæ nobis futura sunt utiliora, siue in uitam, siue in mortē, ut supra de apost. diximus. Te

Deū sustinere quid.

Y quidē,

quidē, & tuū auxiliū expectaui per patientiā (inquit) toto die, hoc est, semper, uel continue, quoties mihi aduersa contigerūt, interim quoad tibi uisum aliter fuerit, nō egre ferens tuas correptiones. Et ideo libenter sustinui, quia ex tuis promissionibus, multitudinē misericordiæ tuæ in omnes sperantes in te non ignoraui. Supplex igitur (inquit) oro.

Reminiscere miserationū tuarum domine, & misericordiarū tuarū, quæ a sęculo sunt. Reminiscere (inquit) et recordare, ne obliuiscaris miserationū tuarū, quibus tuorū misereri soles, et fideliter promittis, in tēpore ut auxiliū feras, hoc est, ne differas amplius, aut longius, auxiliū, qui non soles nobiscum agere pro bonitate tua secundū peccata nostra, sed secūdū misericordias tuas, quibus plena est terra, ignoscendo, et condonando. Hę nāq; miserationes (inqt) tuæ, a sęculo sunt, hoc est, & fuerūt, & erga tuos sperantes in te, perpetuo erūt. Quāuis hic dicat, Reminiscere, nihil tamen in deo, aut ignorantię, aut obliuionis esse, nō nescit propheta, in cuius conspectu, præsentia, sunt, & quæ præterita, & quæ futura sunt oīa. Dei igitur obliuio, non aliud est, q̄ auxilij eius longior dilatio. Sic & humanis uerbis, deū uelut excitamus, quādo precātes dicimus. Exurge domine, quare obdormis &c. Deus pro misericordia in tempore succurrit oportuno. Hę sunt bonitates (inquit) tuę, quę sunt a sęculo. Nam a principio, & eo tēpore, quo cœperunt esse homines, qui in te spem suā constituerūt, illas tuas ineffabiles misericordias cognouerunt omnes. Vixit quidē nullus, tuæ gratiæ & misericordiæ expers, nisi qui a tua gratia se aduersatus est, potissimū ab eo tempore, quo Christi benignitas, nos deo patri reconciliauit. Reminiscere igitur misericordiarum (inquit) tuarum, hoc est, ad memoriā reuoca solitam promissam m̄iam tuam.

Obliuio dei.

Psal. 43.

Et delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris. Qui sic orat, uere orat, ne imputet illi peccatū deus, ut in psal. 13. Dic ut ibi. Iuuentutis delicta, uel pręsentis, uel anteactę uitę omnia peccata intelligit, quacūq; fuerint ætate perpetrata. Videtur enī, qui peccato delectatur, adhuc paruulus esse, & imbecillis, nec dum robur, et resistendi uires adeptus, carnalis (ut ait apost.) & animalis homo, in procliuiore, per carnis lasciuiā, adhuc ætate ad peccandū. Neq; non semper iuuenes sumus, in peccatū procliues. Non est, qui faciat bonū, neq; sine pctō uiuit quisq̄. Timotheum itaq; admonet apost. iuuenilia desideria fugere. Quod autē ait, Et ignorantias meas, nōnulli, uel repetitū intelligūt, uel prioris sententię explicationē, cū sit oē peccatū, ex ignorantia dei. Qui enī deum recte agnoscit, hoc est, uere diligit, ad mortē non peccat. Qui enim ex deo est, non peccat, inqt Ioan. et omnis qui peccat, hoc est qui pctō se delectat, nec enī pcti pœnitet (hoc est enī peccare ad mortē) non cognouit deū. Longe tamē aliud est, ignorantia, q̄ superbia peccare. Ignorantia ueniā. supbia mortē meretur, inqt Moses. Misericordiā consequutus sum, quod ignorans fecerim, p incredulitatē, inqt apost. Neq; uiuit quisq̄ mortalis, qui non incidit ī hāc ignorantiā. Delicta enī quis intelligit? De ignorātia lege Chrisost. to. 2. sermone. 13. Item Augus. libr. 3. de libero arbitrio, cap. 22. Alij hunc locū intelligūt, ut delicta iuuentutis sint ea, quæ in procliuiori adhuc ætate fiunt, in qua facile labitur humana imbecillitas. Ignorātias uero maturioris ętatis peccata, quæ sunt in illa ætate grauiora. Est enī supina et crassa in prouectiore ætate, cum nemini liceat ignorare legem dei, qui per ætatē, eam discere potest. Sunt enim inexcusabiles, ut ait apost. Hanc infantiam, ut relinquamus, & uiuamus, monet sap. Vsq; quo (inquit idē) paruuli infantiā diligitis. Quod ait ignorantias. &c. corruptam hominis naturam indicat, cui post Adami lapsum, innata est hæc ignorantia, neq; potest non peccare. In sola igitur dei misericordia fiduciā habeat omnis

Psal. 31.
Iuuētutis delicta.
Corin. 3.
2. Timo. 2
De ignorantiis.
Ioan. 3.
Peccare ad mortem.
Nume. 15.
1. Timo. 1.
Chrisost.
August.
Ignorātia inexcusabilis.
Prouer. 9.
Prouer. 1.
Genes. 8.

oīs homo, necesse est. Hinc orat, Delicta iuuētutis, ne memineris, noli mihi imputare. Sed

Secundū misericordiam tuā memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. De hac dei in nos misericordia, nusq̄ tam crebro legitur, q̄ apud nostrū hunc prophetā, qui id semper, & in oī loco docet cū primis, hoc repetit, hoc inculcat, ut in ea spem certā habeamus, modo gratię & mīæ nobis oblatæ non auersemur. Nā deus (ut ait apost.) diues est in misericordia. Et ideo hic orat, Memento mei tu domine, tu (inquit) solus, secūdū quod solitus es per tuā misericordiā, pro sola bonitate tua, non pro meritis meis, quia nō secundū peccata nostra facias nobis. Erasmū in eximia sua contione de mīa domini legito, quæ huius mīæ magnitudinē, & ineffabilē bonitatē egregie docet. Quod ait, memento mei tu, magna emphasis est, ut legentē doceat, gratiā, mīam, & auxiliū, atq; criminis remissionē, ab alio nullo, q̄ ab ipso solo deo, aut petēdā, aut expectandā. Idem ait in alio psal. Tu (inquit) remisisti impietatē peccati mei. Nullus enī alius peccata remittere potest, nisi solus deus per gratiā. Neutiq̄ mereri possumus nos, ut iure nobis remittat peccata deus, qui omnia deo debemus, quæ possumus, serui semper inutiles, nisi per gratiā. Qui uult cū deo contendere, non potest ei reddere unū pro mille, inquit Iob. Sed si remitti nobis peccata cupimus, agnoscamus ea necesse est, dolentes nostrā ingratitudinē erga deū, nostrā inobedientiā, nostrā fœditatem in conspectu eius, cuius dilectionē respuimus, quoties contra mādata eius operamur. Opus est hac (inq̄) pœnitentia. Quid sit uere pœnitere, dic in psal. 31. Non ergo ad peccati remissionē sola fides sufficit, quando remissionis fidem habere nō possumus absq; pœnitentia. Fidem non habet, qui non credit uerbo dei. Verbū dei iubet pœnitentiā agere. Pœnitentiam uero agentes, accedamus certa cum fiducia ad deū patrē, q̄ propter Christū nobis misericors est, et cū publicano humilli me dicamus Deus propitius esto mihi peccatori, ignosce mihi, nō propter uirtutes meas, quæ indignæ sunt in conspectu tuo, ut quicq̄ earū causa a te petā, sed secundū tuā misericordiam, munda me, & laua me ab iniquitate mea. Sic post pœnitentiā, certa spe misericordiæ dei erecti, hāc remissionē petamus, et īpetrasse credamus. Impetrata uero remissione, soliciti simus oportet, ut ꝑ uolūtate dei bene operemur. Vna igitur cū fidei doctrina, populū admoneamus, ut soliciti sint boni operatores, pro dilectione proximi, nō ut fidamus in operibus nostris, ut ꝑ ea salutē nobis queramus, cū sit unica salus a deo, et ī mīa illius, sed bene operātibus, & facientibus uolūtatē eius. Ait enī Christus. Qui cognoscit uolūtatem domini sui, & non facit eam, uapulabit multis. Quā igiť spem habere poteris in mīa dei, nisi pro tuis uiribus, eius uolūtatē facias, hoc est, bene opereris pro charitate, qui plagis, non mīa dignus es illo teste euangel. Simus igitur boni operatores, ambulātes digne deo, in omni opere bono fructificantes, ut ait apost. & tum quidē corpora nostra, hostiam deo placentē exhibebimus, dilectionē habentes sine simulatione, odientes malū, charitate fraternitatis, inuicem diligentes, ut idem ait. Et q̄uis interim nobis meriti nihil arrogemus ex operibus nostris, certa tamen fide sperare licet, in benignitate dei, qui centuplum retribuet. Nam in custodiendis mandatis eius retributio multa, inquit propheta, quia iustis retribuentur bona, inquit sap. et merces eorum copiosa est in cœlo. Quis nescit deum tandē retribuere unicuiq; secundum quod gessit hic in corpore, siue bonum, siue malum. Iustus est enim dominus, sed misericordia eius super omnia opera eius. Est igitur in retribuendo benignus. Desinant ergo nostri tēporis maligni homines, exprobrari bene operari conantibus, quos operarios uocant, tanq̄ latrones, aut homicidas, qui uerbo dei nō nesciunt, dæmonum esse illam fidem sine operibus, &

Marginalia: Ephe.2. — Psal.102. — Peccatorū remissio a solo deo. — Psal.31. — Luc.17. — Iob.9. — Opus pœnitentia ad peccati remissionē. — Hebr.11. — Remissio peccatorū — Cum fide iungenda opera. — Luc.12. — Colloss.1. — Rhom.12. — Bonorū operum merces. — Psal.13. — Prouer.13 — In exprobrātes bona opa.

quidẽ, & tuũ auxiliũ expectaui per patientiã (inquit) toto die, hoc est, semper, uel continue, quoties mihi aduersa contigerũt, interim quoad tibi uisum aliter fuerit, nõ egre ferens tuas correptiones. Et ideo libenter sustinui, quia ex tuis promißionibus, multitudinẽ misericordiæ tuæ in omnes sperantes in te non ignoraui. Supplex igitur (inquit) oro.

Reminiſcere miſerationũ tuarum domine, & miſericordiarũ tuarũ, quæ a ſeculo ſunt. Reminiscere (inquit) et recordare, ne obliuiscaris miserationũ tuarũ, quibus tuorũ misereri soles, et fideliter promittis, in tẽpore ut auxiliũ feras, hoc est, ne differas amplius, aut longius, auxiliũ, qui non soles nobiscum agere pro bonitate tua secundũ peccata nostra, sed secũdũ misericordias tuas, quibus plena est terra, ignoscendo, et condonando. Hę nãq; miserationes (inqt) tuæ, a sęculo sunt, hoc est, & fuerũt, & erga tuos sperantes in te, perpetuo erũt. Quãuis hic dicat, Reminiscere, nihil tamen in deo, aut ignorantię, aut obliuionis esse, nõ nescit propheta, in cuius conspectu, præsentia, sunt, & quæ præterita, & quæ futura sunt oĩa. Dei igitur obliuio, non aliud est, q̃ auxilij eius longior dilatio. Sic & humanis uerbis, deũ uelut excitamus, quãdo precãtes dicimus, Exurge domine, quare obdormis &c. Deus pro misericordia in tempore succurrit oportuno. Hę sunt bonitates (inquit) tuę, quę sunt a sęculo. Nam a principio, & eo tẽpore, quo cœperunt esse homines, qui in te spem suã constituerũt, illas tuas ineffabiles misericordias cognouerunt omnes. Vixit quidẽ nullus, tuæ gratiæ & misericordiæ expers, nisi qui a tua gratia se aduersatus est, potißimũ ab eo tempore, quo Christi benignitas, nos deo patri reconciliauit. Reminiscere igitur misericordiarum (inquit) tuarum, hoc est, ad memoriã reuoca solitam promissam mĩam tuam.

Obliuio dei.

Psal. 43.

Et delicta iuuentutis meę, & ignorantias meas ne memineris. Qui sic orat, uere orat, ne imputet illi peccatũ deus, ut in psal. 13. Dic ut ibi. Iuuentutis delicta, uel pręsentis, uel anteactę uitę omnia peccata intelligit, quacũq; fuerint ætate perpetrata. Videtur enĩ, qui peccato delectatur, adhuc paruulus esse, & imbecillis, nec dum robur, et resistendi uires adeptus, carnalis (ut ait apost.) & animalis homo, in procliuiore, per carnis lasciuiã, adhuc ætate ad peccandũ. Neq; non semper iuuenes sumus, in peccatũ procliues. Non est, qui faciat bonũ, neq; sine pctõ uiuit quisq̃. Timotheum itaq; admonet apost. iuuenilia desideria fugere. Quod autẽ ait, Et ignorantias meas, nõnulli, uel repetitũ intelligũt, uel prioris sententię, explicationẽ, cũ sit oẽ peccatũ, ex ignorantia dei. Qui enĩ deum recte agnoscit, hoc est, uere diligit, ad mortẽ non peccat. Qui enim ex deo est, non peccat, inqt Ioan. et omnis qui peccat, hoc est qui pctõ se delectat, nec enĩ pctĩ pœnitet (hoc est enĩ peccare ad mortẽ) non cognouit deũ. Longe tamẽ aliud est, ignorantia, q̃ superbia peccare. Ignorantia ueniã, supbia mortẽ meretur, inqt Moses. Misericordiã consequutus sum, quod ignorans fecerim, p incredulitatẽ, inqt apost. Neq; uiuit quisq̃ mortalis, qui non incidit ĩ hãc ignorantiã. Delicta enĩ quis intelligit? De ignorãtia lege Chrisost. to. 2. sermone. 13. Item Augus. libr. 3. de libero arbitrio, cap. 22. Alij hunc locũ intelligũt, ut delicta iuuentutis sint ea, quæ in procliuiori adhuc ætate fiunt, in qua facile labitur humana imbecillitas. Ignorãtias uero maturioris ętatis peccata, quæ sunt in illa ætate grauiora. Est enĩ supina et crassa in prouectiore ætate, cum nemini liceat ignorare legem dei, qui per ætatẽ, eam discere potest. Sunt enim inexcusabiles, ut ait apost. Hanc infantiam, ut relinquamus, & uiuamus, monet sap. Vsq; quo (inquit idẽ) paruuli infantiã diligitis. Quod ait ignorantias. &c. corruptam hominis naturam indicat, cui post Adami lapsum, innata est hæc ignorantia, neq; potest non peccare. In sola igitur dei misericordia fiduciã habeat omnis

Psal. 31.

Iuuẽtutis delicta.

Corin. 3.

2. Timo. 2

De ignorantiis.

Ioan. 3.

Peccare ad mortem.

Nume. 15.

1. Timo. 1.

Chrisost.

August.

Ignorãtia inexcusabilis.

Prouer. 9.

Prouer. 1.

Genes. 8.

oĩs homo, necesse est. Hinc orat, Delicta iuuẽtutis, ne memineris, noli mihi imputare. Sed

Secundũ misericordiam tuã memento mei tu, propter bonitatem tuam domine. De hac dei in nos misericordia, nusq̃ tam crebro legitur, q̃ apud nostrũ hunc prophetã, qui id semper, & in oĩ loco docet cũ primis, hoc repetit, hoc inculcat, ut in ea spem certã habeamus, modo gratię & mĩæ nobis oblatæ non auersemur. Nã deus (ut ait apost.) diues est in misericordia. Et ideo hic orat, Memento mei tu domine, tu (inquit) solus, secũdũ quod solitus es per tuã misericordiã, pro sola bonitate tua, non pro meritis meis, quia nõ secundũ peccata nostra facias nobis. Erasmũ in eximia sua contione de mĩa domini legito, quæ huius mĩæ magnitudinẽ, & ineffabilẽ bonitatẽ egregie docet. Quod ait, memento mei tu, magna emphasis est, ut legentẽ doceat, gratiã, mĩam, & auxiliũ, atq; criminis remissionẽ, ab alio nullo, q̃ ab ipso solo deo, aut petẽdã, aut expectandã. Idem ait in alio psal. Tu (inquit) remisisti impietatẽ peccati mei. Nullus enĩ alius peccata remittere potest, nisi solus deus per gratiã. Neutiq̃ mereri possumus nos, ut iure nobis remittat peccata deus, qui omnia deo debemus, quæ possumus, serui semper inutiles, nisi per gratiã. Qui uult cũ deo contendere, non potest ei reddere unũ pro mille, inquit Iob. Sed si remitti nobis peccata cupimus, agnoscamus ea necesse est, dolentes nostrã ingratitudinẽ erga deũ, nostrã inobedientiã, nostrã fœditatem in conspectu eius, cuius dilectionẽ respuimus, quoties contra mãdata eius operamur. Opus est hac (inq̃) pœnitentia. Quid sit uere pœnitere, dic in psal. 31. Non ergo ad peccati remissionẽ sola fides sufficit, quando remissionis fidem habere nõ possumus absq; pœnitentia. Fidem non habet, qui non credit uerbo dei. Verbũ dei iubet pœnitentiã agere. Pœnitentiam uero agentes, accedamus certa cum fiducia ad deũ patrẽ, q̃ propter Christũ nobis misericors est, et cũ publicano humillime dicamus Deus propitius esto mihi peccatori, ignosce mihi, nõ propter uirtutes meas, quæ indignæ sum in conspectu tuo, ut quicq̃ earũ causa a te petã, sed secundũ tuã misericordiam, munda me, & laua me ab iniquitate mea. Sic post pœnitentiã, certa spe misericordiæ dei erecti, hãc remissionẽ petamus, et ĩpetrasse credamus. Impetrata uero remissione, soliciti simus oportet, ut p̃ uolũtate dei bene operemur. Vna igitur cũ fidei doctrina, populũ admoneamus, ut soliciti sint boni operatores, pro dilectione proximi, nõ ut fidamus in operibus nostris, ut p̃ ea salutẽ nobis queramus, cũ sit unica salus a deo, et ĩ mĩa illius, sed bene operãtibus, & facientibus uolũtatẽ eius. Ait enĩ Christus. Qui cognoscit uolũtatem domini sui, & non facit eam, uapulabit multis. Quã igit̃ spem habere poteris in mĩa dei, nisi pro tuis uiribus, eius uolũtatẽ facias, hoc est, bene operetis pro charitate, qui plagis, non mĩa dignus es illo teste euangel. Simus igitur boni operatores, ambulãtes digne deo, in omnĩ opere bono fructificantes, ut ait apost. & tum quidẽ corpora nostra, hostiam deo placentẽ exhibebimus, dilectionẽ habentes sine simulatione, odientes malũ, charitate fraternitatis, inuicem diligentes, ut idem ait. Et q̃uis interim nobis meriti nihil arrogemus ex operibus nostris, certa tamen fide sperare licet, in benignitate dei, qui centuplum retribuet. Nam in custodiendis mandatis eius retributio multa, inquit propheta, quia iustis retribuentur bona, inquit sap. et merces eorum copiosa est in cœlo. Quis nescit deum tandẽ retribuere unicuiq; secundum quod gessit hic in corpore, siue bonum, siue malum. Iustus est enim dominus, sed misericordia eius super omnia opera eius. Est igitur in retribuendo benignus. Desinant ergo nostri tẽporis maligni homines, exprobrari bene operari cõnantibus, quos operarios uocant, tanq̃ latrones, aut homicidas, qui uerbo dei nõ nesciunt, dęmonum esse illam fidem sine operibus, & plane

Marginalia: Ephe.2. | Psal.102. | Peccatorũ remissio a solo deo. | Psal.31. | Luc.17. | Iob.9. | Opus pœnitẽtia ad peccati remissionẽ. | Hebr.11. | Remissio peccatorũ | Cum fide iungenda opera. | Luc.12. | Colloss.1. | Rhom.12. | Bonorũ operum merces. | Psal.18. | Prouer.13 | In exprobrãtes bona opa.

Hiere.23. plane mortuam. Qui aliter docent, prophetę somniantes mendaciū sunt, ut ait Hiere. Doceatur itaq; populus solicite ut non solū a uoluptate, a libidine, ab omni dolo, fraude, inimicitia, ab omniq; specie mali longe fugiat, sed etiam, ut charitati proximi studeat, bene operetur erga omnes in omni loco, & tempore &c. Si uero aliquando fuerint (id quod fuisse satis, nimisq; puto) qui suis operibus nimiū tribuerint, satius est eos docere, ut rectius de suis operibus sentiant, nō autē bona opera traducere, & ignominia afficere, et homines uelut terrere a bonis operibus, ut ea negligāt, paruifaciant, seu uerius contemnāt. Videre licet hac nostra dolenda ętate, q̄ sit mi nimū aut honesti, aut iusticiæ, aut ueritatis, aut humilitatis, aut mansuetudinis, aut charitatis, in oīm fere moribus populorū, in quibus nulla simplicitas, nulla ueritas, fœda ubiq; licentia, omnisq; ordinis nullus ordo, horrenda insolentia, nō aliā ob causam, q̄ quod solā fidē sufficere apud populū denūciāt, mali declamatores. De fide solicite docuit apost. apud eos, qui in fide adhuc imbecilles erant, uel potius fidē nesciebant. Neq; tamen apud eosdē non solicitus est, ut ad uitæ innocentiā, charitatē erga proximū, solicitudinem in bona opera, eos plurimū doceret. Nos uero prędicamus pplo christiano, qui, si Christū, et eius beneficia non satis agnoscant, doceatur solicite de bonitate, & beneficijs euangelij. Sed ea sit doctrina nostrā, qui obedientiam, pro uoluntate dei, innocentiam, dilectionē proximi, & bona opera promouere poßit. Discant, qui ministri uerbi sunt a Tertulliano, et eruditißimo, et uetustißimo illo scriptore, ī suo apologetico contra gentes, cap.39. Fidem, sanctis (inquit) uocibus pascimus, spem erigimus, fiduciam figimus, disciplinā præceptorū nihilominus densamus. Nullus nō fateri cogitur, & utile ad salutem, & necessariū esse, ut pro occasione bene operemur. Sed tam raro ad bona opera hortantur nōnulli, hoc est, nimis multi, tam frigide id docent, & tantopere extenuant bona opera, ut auditores, aut frigescere in bona opera efficiant, aut nihili prorsus facere, uel potius ea contemnere. Id quod nimis perspicuum est, nimisq; uerū, hac nostra ętate. Ii sunt fructus solius fidei, quos producunt solius fidei insensati tubicines illi. Coniunxit apost. quæ nunc (inquit) manent, fidem, spem, & charitatem, quorum maior est (inquit) charitas. Hoc est, (ut ait Paraphrastes) in his ipsis primas tenet charitas, cui fidē etiā, & spem debemus, aut certe sine qua, nec illæ sunt ad salutem efficaces, quia inter hęc summū tenet locum charitas, inquit Theophilactus. Non quod primū nō sit opus fide, sine qua impoßibile est placere deo, sed quod fides inobedienti, hoc est, qui non studiosus est, ut uoluntatem dei faciat, prorsus est inutilis. Quis non uidet, q̄ sit pronus populus in maliciam, in libidinem, in arrogantiam, in rixas, & contentiones, in fraudes, et dolos, in omnē deniq; malignitatē. Hāc rem nescire sanæ mentis nemo potest, nemo non perspicere. Vere frigescit charitas. Ab humilitate, a mansuetudine, ab obedientia, a ueritate, tam longe disceßit populus, ut contumeliam, & contemptum ubiq; uidere liceat, dolisq;, & fraudibus se delectet. In causa id solum esse certum est, quod a charitate, et dilectione alieni sunt. Hinc illę rixę, illę dissentiones, illa pestifera odia, illę falsę detractiones, mendacißimæ delationes, dolosę accusationes, homicidia tandem, & quid non omniū malorum pelagus. Adde quæ scribit Beda 1. Corinth. 3. Bene addiderunt scolastici scriptores, de formata fide, quæ comitem habet charitatem. Modo plane informis est nimiū, a charitate aliena. Fides illa in adulto neutiq̄ iustificat, quæ non habet, uoluntatem in melius mutandi uitam, coniunctamq; charitatem, &c. Est quidem iustificare, ex iniusto, indigno, & iræ filio, iustum, & dignum, & acceptum facere, in gratiamq; accipere. Sic apud deū patrem iustificamur, hoc est, in gratiam recipimur per fidem, & baptismū. Qui enim

Operibus non fidendum.

Populi insolentia.

Malorum causa.

Tertullianus.

Opera ad salutē necessaria.

Fides, spes, & charitas coniungenda.

Pronus in mala populus.

Vnde mala.

Iustificare

enim crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Quod igitur ad primã hominis iustificationẽ attinet, qua ĩter electos dei adscribitur, si infans fuerit baptizatus, per fidẽ ecclesiæ, parentũ, & susceptorũ, iustificatus est, acceptus deo, et per Christi sanguinẽ redemptus, a priore captiuitate diaboli, restitutus fauori, et gratiæ dei patris, usq; adeo, ut iamiam moriens, cœlestis haud dubie ciuis efficitur, aliorum fide. Sicut enĩ ab alio traxit peccatũ, ita per alterius fidẽ saluatur, inquit August. contra Pelag. Sic fides & oratio aliena multum ualet. Per ea licet non saluamur, quia salus a deo, salutem tamen consequimur. Sic alterius sapientia, non sapimus, sed sapientiam consequimur. Si uero qui baptizatur, adultus est, prius fidei rudimenta, & salutares regulas discat necesse est, ut deum, et eius scilicet uoluntatẽ agnoscat, discat credere in deũ omnipotentem, et in Iesum Christum, discat amorem dei, & proximi, &c. Extat libellus. D. August. de symbolo ad cathecumenos. Discat cum primis a misericordia dei præcedente pœnitentia, ueniam, & remißionẽ peccatorũ petere, & uere pœnitenti, et credenti, remitti peccata, pro illa dei patris misericordia, quã sua paßione attulit nobis Christus saluator. Quod autẽ necessario præcedat pœnitentia, docet. D. Petr. Post longã illam suã contionem credẽti iam populo, & quid facerent efflagitanti, penitentiã, & baptismũ illis mandabat. Qui uero baptismum subito petit, nisi per temporis angustiã urgeat neceßitas, temere non recipiendus est, nulla præmissa fidei doctrina. Fides necessaria est. Fidem habere non potest, nisi doceatur. Fides etenĩ ex auditu, Fide recipitur in gratiam. Est enim salutis ianua. Hac fide sua, hac priore pœnitentia, cum baptismo, iustificatur adultus, & recõciliatur gratiæ, et fauori dei patris, totusq; mundus per hãc lotionẽ factus est, q̃diu non labitur in uicia et noua peccata. Cũ uero per peccatũ a gratia exciderit, ut ex secũda tabula de peccatis pœnitentiã discat, sine qua recõciliari nõ potest, necesse est. Hic tum opus est per certã fidẽ, certa fiducia in mĩa dei patris, quẽ si hac certa fide, pctõrũ remißionem petentes accedamus, benigne nos exaudiri credamus, et pctã remitti, nõ ꝑpter uirtutes, aut contritionẽ, et digna merita nostra, sed p Christũ. Sic ergo pœnitentia, & fide reconciliamur. Sine hac fide, reconciliari nullus potest. Sine pœnitentia, indignus est qui exaudiatur. Cũ hac fide, diligamus deũ patrẽ, necesse est, qui tam benignus est ad ignoscendũ. Diligamus & deũ filiũ, cuius paßione, et morte, huius benignitatis fructum habemus. Hanc dilectionem ex operibus ostendamus. Deũ uero diligit nemo, qui non studiosus est, eius uoluntati obedire. Obedire dei uolũtati, non aliud est, q̃ eius mandata & præcepta seruare, quantũ per humanã fragilitatem licet. Qui hanc fidem cum charitate operantẽ non habet, longe abest a piorũ numero, & iustificationis fructu, quia fides in deum non potest esse utilis, cum mala conscientia. Malã uero conscientiã habeat necesse est, qui sciens, & uolens negligit uolũtatem dei, aut deum per peccatũ cõtemnit. Hic dignus est (teste euãgel.) qui uapulet multis. Quod autem deum contemnat, qui uoluntarie peccat, docet sacra historia. Quare contempsisti uoluntatẽ domini, inquit Nathan ad Dauid. Si enĩ nõ contemneret, obediret, qui sciens cõtra præceptũ facit. Hoĩem itaq; alienat a gratia dei, inobedientia. Vt uero restituatur huic gratiæ, et remittãtur peccata, & dignus deo maneat, tria sunt necessaria. Primũ est, ut p priorẽ pœnitentiã redeamus ad nos ipsos, peccata nostra agnoscẽtes, terrore affecti, propter gehennæ pœnã, quæ propter peccata debetur. Peccati enĩ stipendiũ mors est. Quis hæc sine ingẽti dolore cogitare potest? Quẽ non prosternit, et ab oĩ prorsus spe deijceret, nisi consolaretur certa fiducia in misericordia dei promissa in euangelio propter Christum? Est ergo secundũ, illa certa fiducia in mĩa dei, qua erigimur, consolamur, restituimur, et iterũ filij dei effici-

Prima iustificatio.
Baptism⁹ paruulorũ
Cathecuminus.
Act.2.
Fides.
Adulti iustificatio.
Vera dilectio.
2.Reg.12.
Ad impetrandã remissionẽ peccatorũ necessaria

efficimur. Reliquum est adhuc tertium, quod uerã pœnitentiã absoluit, ut receptus in gratiã, uitę innouationẽ induat peccator, abhorrens, longeq; fugiens a prioris uitæ macula, et turpitudine. Non ergo ad nostrã salutem sufficit sola fides, quis unicum sit fundamentum fides, sine quo nihil bene supędificari potest. Hoc autẽ iacto fundamento, argentũ, et aurũ, & lapides preciosos superędificare debemus. Iustificamur ergo q adulti sumus, hoc est, accepti sumus deo, et sic manemus, et fide et operibus, ut ait. D. Iacobus. Et frustra contenditur de sola fide, uel potius multarũ animarũ periculo iactatur illa sola fides, quãdo, quæ ad fidei exercitiũ, et animæ salutẽ necessaria sunt, simul non apponimus, et docemus. Certũ est quidẽ, eum non habere fidẽ, quæ ad salutẽ iuuat, qui nõ studiosus est, ut pro uoluntate dei, bene operetur, eamq; charitatẽ habeat erga proximum, ut ei bene uelit, beneq; optet, et faciat. Pręcipit enim deus, ut sic diligamus inuicem, sicut ipse dilexit nos. Hoc solo dilectionis symbolo, cognoscuntur discipuli Christi (inquit Ioan.) si dilectionẽ adinuicem habuerint. Humillime deum precor, ut uerã prioreẽ fiduciã appræhendamus omnes, et ut Christi recõciliatoris exemplo, sic inuicem diligamus, sicut ipse dilexit nos omnes, et in præsentia suos diligit, tandẽ ut sit unanimitas in domo Christi, syncera charitas, pax, & animorũ tranquillitas inter christianos omnes, qui essent unius domus, uniusq; domini patris, non serui, sed fratres, hęredes, seu potius cohęredes Christi, qui hoc cũ primis exigit, ut diligamus inuicem, sicut ipse dilexit nos. Amen. Nunc ad institutũ redeo. Memento igitur mei (inquit) propter bonitatem tuam. Deus bonus est, et pręter deum, absolute bonus nullus alius est. Quia

1.Corin.3.

Iacobi.2.

Sola fides non sufficit.

Ioan.13.

Dulcis & rectus dñs. Qui nostri memor est, secundũ misericordiam pro bonitate sua. Dulcis & suauis est, per misericordiam. Rectus uero, quia secundũ iusticiã pro ueritate iudicat omnia. Suaue est uerbum dei pijs omnibus, rectum & iustum, et pijs, et impijs. Hæc apud nostrum prophetã sępe coniuncta sunt, mĩa & ueritas, suauitas & iusticia, dulcis & rectus. Vtrũq; itaq; docet, et suauem, et mollem esse deũ in mĩa, & durũ & seuerũ fore illi in iusticia, qui mĩam respuit, quiq; per humilitatem ad dei misericordiã nõ confugit in hac uita, ut qui primũ nolit sciat alterum se non posse euadere. Odor est uitæ in uitam, et odor est mortis in mortẽ. Quãdiu uiuimus, huius dulcedinis, & suauis misericordię tempus est. Nã mĩa domini plena est terra. Orat itaq; in psal. 6. Domine ne in furore tuo arguas me. Qui igitur in hac uita mĩam non quærit, postea iusticiã, & ueritatẽ magna seueritate sentiet. Et hoc ne ignoremus (inqt) neue excusationis ullam causam habeamus.

Mĩa & ueritas. Suauitas & iusticia.

2.Corin.2.

Psal.6.

Propter hoc, legem dabit delinquentibus in uia. Qui in uia, hoc est, in hoc corpore, in hac uita sunt, dabit illis legem deus, tam ut peccatũ non ignorent, q̃ ut pc̃ti medelã cognoscãt, ut illico, post agnitũ scilicet delictũ pœnitentes, ad dei mĩam confugiant. Orat itaq; in alio psal. Deus (inquit) illuminet uultũ suum super nos, et misereatur nostri. Vt cognoscamus in terra uiã suã. Et bene quidẽ ait in uia legẽ dari delinquẽtibus, hoc est oĩbus hominibus, quia nullus est qui non peccat, & eget gratia dei. Omnis enim homo mendax. Sed longe quidẽ aliud est peccatũ superborũ, aliud humiliũ. Superbis resistit deus, humilibus dat gratiã. Sic dabit legẽ oĩbus, ut deũ intelligãt et dulcẽ & rectũ. Quia

Psal.66.

Diriget mãsuetos ĩ iudicio, & docebit mites uias suas. Quos diriget secundũ eloquiũ suũ. Summa, et præcipua dei doctrina est, ut qui uelit esse dei, sit mãsuetus, mitis, et humilis oportet. Eos itaq;, paruulos, pauperes, orphanos, & his similibus nominibus appellat sacra scriptura. Neq; dignus est uia domini quisquam, nisi qui mansuetus, & humilis est. Hinc ait Christus. Sinite paruulos, talium est enim regnũ cœlorũ. Et ne putetur

Psal.118.

Humilitas oĩm uirtutũ caput.

Math.19.

tetur Christũ de ætate paruulis intellexisse, se in alio loco explicat. Nisi efficiamini (inquit) sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorũ. Per hanc itaq; legem (ait propheta) hos paruulos, & mansuetos dirigit dominus in iudicio, in discretione, i. scientia rerũ utiliũ, in uero uitæ intellectu, ne aberrent, & eosdẽ mites docebit uias suas, eius præcepta, eiusq; uoluntates, quæ sibi gratæ sunt, ut intelligãt, et per gratiã seruent. Hos itaq; humiles spiritu seruabit, ut ait in alio psal. Neq; legẽ dei ignorabũt superbi, aut ignorare possunt, nam et hi sapiunt, sed non ad sobrietatem, neq; secundũ scientiã, sed ad damnationis cumulum. Ad hos loquitur deus per Oseã. Quia scientiã repulistis, ego repellam uos. Eos itaq; nõ dirigit, non ducit deus in iudicio, relinquens eos desiderijs eorũ &c. Non sunt igitur sui, nec uocẽ eius audiũt. In maleuolã talẽ animã non intrabit sapientia. Ista est scribarum, & pharisæorũ scientia, qui magnificãt suas fymbrias, non ut humiliter deo seruiãt, sed ab hominibus superbe ut uideantur. Est maxime, et omniũ hæreticorũ eadem scientia, extollentiũ se (ut ait Paulus) aduersus scientiam dei, qui in captiuitatem dei ut redigantur, & omnis eorũ intellectus in obsequiũ dei, solicite orandũ est, ut eos una nobiscum dirigat benignus deus in iudicio. Neq; non in hanc misericordiam pronus & benignus est deus. Nam

Math. 18. Iudicium. Psal. 33. Osee. 4. Rhom. 1. Malos nõ dirigit de[us]. 1. Cori. 10

Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas, requirentibus testamentum eius, & testimonia eius.

Opus est ergo fide nostra, qua remißionẽ petamus, et mĩa dei, qua remittatur. Frustra petimus sine fiducia impetrandi. Hanc fiduciam discimus a uerbo dei, et a ueritate eius, cui certam fidem habeamus. Alios enĩ quid attinet uias domini discere, qui ipsum dominũ, & deũ agnoscere nolũt. Cognoscere deũ facile possunt, (ut hic ait) si in eius testamento, et testimonijs, hoc est, legibus, doctrinis, uitæ præceptis, & promißionibus, eum requierere, & inuestigare uelint. In uerbo enĩ cognoscitur, in quo debemus esse soliciti, requirendo, & scrutando. Bene requirit, & scrutatur uerbũ dei, qui solicitus est eius doctrinæ obedire, & eam pro uiribus adimplere. His enĩ solis prodest scientia uerbi. Est igitur opus, & fide, & opere. Discimus hoc uerbũ, et lectione, et auditu. Et legunt et audiunt literis eruditi. Auditu uerbũ accipiunt idiotæ, & ex uerbo fidẽ. Turbas admonebat Christus, ut ea quæ docerent in cathedra sedentes seruarent, non autẽ sibi arrogarent uerbi scientiã. Neq; uulgum a sacra lectione prohiberem, modo legerent, ut fidem, humilitatẽ, innocentiã, charitatem discerent, non sibi intellectus iudiciũ sumant, quo superbiant ad omnẽ contentionẽ. Videre nimiũ licet i tumultuosa hac nostra tẽpestate, maxime literarũ ignaros, doctißimũ quemq; usq; adeo contemnere, ut eius plane doctrinã despiciant, docentẽq; rideant, suum uero sensum qualemcunq; sic arripiunt, ut illi mordicus adhæreant, ne dicam stolide, uel potius impie applaudunt, suæ stulticiæ innixi. O dolendam tempestatem, arrianorum insaniæ per omnia similem, nisi quod in paucis errabant arriani, hi uero nihil non fœdant, & corrumpunt, quantumcunq; aut sanctum, aut uerum, aut honestum sit. Viæ igitur dei, & doctrinæ eius, non sunt requirendæ, nisi a mansuetis, ut supradixit. Alijs enim non possunt prodesse. Beati (inquit idem) qui exquirunt mandata eius in toto corde, ut intelligant, & faciant, non autem ut contendant. Vtriq; & malo, & bono, misericordiam facit deus, qui omnia disponit in misericordia, ut ait Sap. Bono, quia remunerat, uel potius lõge supra meritum, magnis beneficijs afficit hominem, qui nunq̃ reddere potuit, quod debuit. Semper inutiles serui sumus. Malo suam misericordiã impartitur, quia benigne uocat, Conuertimini &c. quia gratiã offert, quam respuit peccator. Offert inq̃ benigne gratiam, quia non uult mortem peccatoris, &c. Non statim punit, quia patiens est, & multæ misericordiæ.

Orandum & petendũ est cũ fiducia. Vbi cognoscitur deus. Quibus prodest doctrina dei? Quo animo legendæ sacræ literæ? Improborum insolentia. Viæ dei. Psal. 118. Sap. 15. Et pio & impio misericordia dei. Psal. 85.

Facile

Facile remittit pœnitenti, et misericordiã petenti. Hæc est doctrina dei, hæc est misericordiæ ueritas ex uerbo eius, qui omnia facit in uero iudicio, (ut ait Daniel) in iusticia et misericordia. Orandũ est igitur cuiuis.

Daniel. 3.

Propter nomen tuũ domine, propitiaberis peccato meo. Propter nomen tuũ (inquit) hoc est, propter teipsum, qui es plenus mĩa, propitiaberis &c. miserberis mei, peccata mea remittes, mihi opem in necessitate præstabis, ut iustificeris in sermonibus tuis. Non igitur propter me, aut opera mea, sed propter tuã bonitatẽ propitiaberis, quia mereri non possum, satisfacere non ualeo, ut peccatum meum remittas.

Psal. 50.

Multum est enim. Nimis graue est peccatũ meũ, ut diluatur, nisi p bonitatẽ tuã, per quã propitiaberis, et parces delicto meo, quia iniquitates meæ graue grauatæ sunt sup caput meum ultra uires meas. Nullus est, qui hac non eget mĩa dei. Oremus itaq; necesse est cũ publicano semper. Deus propitius esto mihi peccatori. Hos uero humiles, & nihil sibi arrogantes, timentes deum, & docet, & dirigit benignus deus. Certũ est enim quod

Psal. 37.

Quis est homo qui timet deũ, legem statuit ei in uia quam elegit. Absq; interrogatiõe, sic legũt nõnulli, Quis hoc est, quisquis est homo, qui timet deũ, et reueretur, qui diligit, et in eo confidit, ut in psal. principio, qui humilis, & mansuetus est, non sibi, et operibus suis nimium fidens, sed totus pendet a mĩa dei, Quisquis est (inq) qui ita timet deum, deus ei statuit, præscripsit, docuit eũ legẽ salutarẽ in uia huius uitæ, quia gratiã præstat, et dirigit eũ deus, ut supra. Idẽ repetitũ uidet, quod supradixit. Docebit suos mites uias suas, quibus tuto possunt huius seculi fluctus uĩcere. Sic ait, Intellectũ tibi dabo, et instruã te, in uia hac qua gradieris. Vel admiratiue legito per interrogationẽ hũc locũ, ut sic de ineffabili bonitate dei erga suos intelligatur. Quis est homo (inqt) tam fœlix, tãq; beatus, qui timet deũ per gratiã? De hoc timore, dic in psal. 18. Mox huius hominis fœlicitatẽ explicat. Ei (inqt) legẽ statuit etc. Vel simplici interrogatione sic legito. Quis est qui timet deũ? plane ex fructibus cognosces. Nam huic legem deus statuit, quam elegit, et seruat secundum uoluntatem dei, quia dirigit eum deus, &c. Qui autem sic timet deum.

Rectus animus.

Anima eius ĩ bonis demorabitur. Hoc est, in prosperis, iocũdis, et lætis durabit uita eius. Animã pro hac uita ponit, ut alias sæpe, uel pro ipso spũ, qui semper cũ deo habitat, quẽ ipse dirigit deus. Pacata est eius conscientia atq; quieta. Quid aliud tam bonũ in hac uita? Neq; deerit sibi quo uiuat, qui hanc spem habet ĩ deo, quia sua sorte cõtentus est, agit pro cibus, uel psperis, uel aduersis gratias deo. Sperat ĩ deo, ab eo expectat omnia, orãs cotidie. Panẽ nostrũ cotidianũ da nobis hodie, persuasum habens quod ait in alio psal. Non uidi iustũ derelictũ. &c. quicqd largitur deus, cũ gratiarũ actione accipiens. De bonis futuris cœlestibus, non dubitat, ubi uera sunt bona, rerũq; oĩm bonarũ absoluta plenitudo. Eius est in cœlis cõuersatio. Sic in bonis permanebit semper, & in hac uita, quia dirigit eum deus, et in futura perpetua gloria, unde non erit trãsmutatio. Quãuis enim uisi sunt oculis insipientiũ mori, illi autem sunt in pace, & imperpetuũ uiuent. Vertit itaq; Felix. In bonis dormiet. Qui sic dormit, & moritur, in uere bonis demoratur, & permanet, Non modo ipse.

Christiani uiri per spem cer tam securitas.

Sap. 3.

Sed & semẽ eius hereditabit terrã. Corporalia in ueteri testamento promittebantur, quæ nobis tam eadem, q̃ spiritualia sonant, quando beneficia tribuit deus, nõ tam in hac uita, q̃ in futura maxime. Semen huius uere christiani uiri, tam sunt opera illius in hac uita, q̃ quicunq; sic timet deum, ut ipse timuit. Sunt enim de semine Abrahæ, ut ait euãgeliũ, qui fidẽ, & obedientiã eius imitantur. Quicũq; sic timet deũ, ut supradiximus, iure

Antiquis tẽporalia, promittebantur.

Ioan. 8.

iure huius sęculi hęres dicitur, quia securo, & quieto erit animo semper, id quod huius uitæ præcipuū bonū est. Contemnet quidē omnia mūdi aduersa, contentus erit sua quacūq; sorte, quęcunq; huius mundi sunt, longe infra se putabit, uere huius sęculi dominus, deū solum timebit, quoties eius negotiū agitur quicquid est libenter fert, atq; ut eius uoluntatē faciat, solicitus erit. Siue ergo huius sc̄li bonis abundauerit, siue rerū penuria afficiatur, siue in pace, et quiete uiuat, siue cōtinuis molestijs torqueatur, cū nō ignoret fieri oīa pro uolūtate dei, oīa p patientiā sustinet, deū semp magnificans, siue per uitā, siue per mortē, ut sit dei, siue uiuat, siue moriatur, ut ait apost. Hi sunt huius terræ, huius uitæ (inq̄) hęredes, et domini. Hæc enī oīa mala facile uincunt, quia

huic iusto, nō est lex posita.

Huius mūdi dn̄s est, qui recte fidit.

Philipp.1.

Firmamentū est dominus timentibus eum. Oculi etenim domini super metuentes eum, & in eis qui sperant sup misericordia eius. Hinc illæ uires, hinc illud firmamentū, illa stabilitas, illa animi cōstantia, ne cadāt, ne pereāt, quos diligit deus. Accedite igitur ad eum (inquit) et illuminamini, et facies uestræ non confundentur, quoniā non est auxilij inopia timentibus eum. Est enī illuminatio, & fortitudo cuiuis in eum credenti. Ex hebręo hunc locū uertunt omnes. Secretū domini timentibus eum. Hoc est secretū quod abscondit deus a sapientibus, et suis paruulis, suis humilibus reuelat. Hos etenī mansuetos, et mites diligit deus, et eosdē suā legē docet, simul & gratiā præstat, ut in ea die ac nocte meditentur. Non enim est scientia nisi a deo, qui intellectū dat suis paruulis. Et hęc sciētia est, agnoscere, & timere deū. His quidē sic timentibus, et statuit legē in uia, ut pauloante.

Psal.33. & 26.

Firmamētū christiani uiri fiducia i deo.

Et testamentū eius, ut manifestetur illis. Non autē omnibus diuulgat. Sunt enī multi indigni tanto beneficio. Deus est igitur, qui testamentū suū & leges, et sacrū uerbū eius palā facit timentibus eum, ut manifestetur illis, ut ipsi in mandatis eius uiuant. Suis paruulis ea reuelat, ipsisq; gratiam impertitur, ut obediant. Ex hebræo uertitur. Et pactū suū ostendit eis. Dei pactū cum suis est, ut sciant & faciant uoluntatē eius, & in eo solo spem suam constituant, quia solus est firmamentū timentibus eum, quibus gratiā, et gloriā promittit. Cū sit itaq; tam potens, et tam benignus deus, inquit propheta.

Oculi mei semper ad dominum. Vt ab eo solo petā, quæ mihi desunt. Orantis gestum qui ardentiore spiritu deū precatur, docet. Nam oculos leuat in cœlum, ut quantū liceat ad deū, tam animo, q̄ corpore proxime accedat. Inde ait ī alio psal. Ad te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis. Sic & manus expandit, qui ardenter orat. Externi gestus sunt, quos exprimit animi uehemētia. Sic monet. D. Cyprianus, in oratione dominica, ut quādo stamus ad orationē, toto corde ad preces incumbere debeamus. Claudatur (inquit) contra aduersariū pectus, & soli deo pateat. Quomodo te audiri a deo postulas, cū te ipse non audias? Hoc est uigilare oculis, et corde dormire. Monet præterea, ne sterilis nostra sit oratio. Bona est (inquit) oratio, cū ieiunio et eleemosina. Sint itaq; oculi nostri ad deū, sperantes in mīa eius. Sunt inq̄ oculi, nō tam corporei, q̄ īteriores illę meditationes ad dominū, ut auxilium ferat, ut propicietur.

Psal.122.

Orandum toto corde.

Quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Ipse solus est, qui liberabit me, ipse solus (inqt) qui e periculis eruet, de captiuitate redimet, de carceribus eripiet, pro misericordia peccatū remittet, ab omnibus deniq; aut corporis, aut animi angustijs explicabit. Non igitur timebo quid faciat homo. Nam ut ait in alio psalmo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciam inimicos meos. Bonum igitur absolutum est, in solius dei bonitate, & misericordia confidere, & non in principibus aut quouis homine, nō in operum nostrorum uirtute, aut dignitate. O magnam, & certam, & securam fidelis hominis fidu-

Solus deus eripit.

Psal.117.

In solo deo confidere absolutum bonum.

fiduciam. Nunc magno animi ardore, sermonem ad deum uertit. Hanc (inquit) benigne deus certam fiduciam in te habeo. Sicut igitur oculi mei semper ad te, ut opem feras, sic & supplex precor.

Respice in me, & miserere mei.

Tam ut me semper tuearis, q̃ ut sim, & permaneam te dignus.

Quia unicus & pauper sum ego.

Desertus in hoc mũdo, et solus ut uertit Hiero. et pauper, neminẽ pręter te habens, in oĩbus afflictionibus meis, in quo spem habeam, qui mihi succurrat, qui opẽ ferre potest. Nec aliũ patrẽ in terra pręter te (ut monet euangeliũ) habere mihi uideor. Miserere igit̃ mei, & respice in me, ut pro tua bonitate succurras, quando tot uideo contra me hostes, tot sunt laquei, tantũ mihi timeo. Inde est quod

Math. 23.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt.

Vndiq; etenim irrepunt tentatiões, aggreditur hostis, irruit inimicus, nunc huius mundi aduersa terrent, nũc blandiuntur ut alliciant uoluptates, nũc caro, nũc diabolus urget, undiq; pręmor, quo uero fugiam, nisi ad te deus meus, ut hmõi tribulatiões cordis, et animi angustias depellã, neq; alius quisquam est, neq; usquam alias locus est. Idcirco tu domine, pro tua bonitate.

Pii viri tribulatiões

De necessitatibus meis erue me.

Necessitates, illas priores angustias, illos animi, siue pauores, siue terrores appellat, q; bus ualde pręmitur, et urgetur magna necessitate pia cõscientia opem efflagitandi a deo, quãdo suas uires impares, quibus e laqueo se euellat, persentit. Felix itaq; uertit. Itẽ et. D. Hiero. De angustijs educ me. Illas nunc docet angustias, deum humillime orans.

Piorũ necessitates

Vide humilitatẽ meã, & laborem meũ.

Vide, & considera humilitatẽ, abiectionẽ, afflictionẽ, & tribulationes meas, quas ego patior, quibusq; deprimor, et laborẽ meũ, solicitudinẽ meã, angustias meas, quibus laboro. Ingẽs est, et animi, et corporis labor, præmi angustijs, & eas per patientiã ferre. In illis igit̃ laboribus opus est auxilio dei, cũ longe inferiores sunt humanę uires, q̃ ut sustineant, et æquo animo ferant. Supplex igitur oro, pro tua (inquit) solicita misericordia, qui hæc omnia digne pro peccatis meis patior, et erue me de his necessitatibus.

Ingens labor aducrsa patienter ferre.

Et dimitte uniuersa delicta mea.

Non enim ignoro me dignũ hmõi afflictionibus, & longe maiores exigunt peccata mea. Sed uide me oculo gratię tuæ p tua bonitate, et dimitte uniuersa delicta mea, delictorũ uindictã, & dignas pœnas. Miserere mei secundum magnam misericordiam tuam, et

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt.

Expelle eos, confundantur illi, & cõuertantur retrorsum, qui fortes nimis effecti sunt, & me affligũt. Sicut igitur me respicias quæso, ut me defẽdas, ut ab angustijs eruas, ut inimicos uincam, ita inimicos respice meos, oculo potentiæ tuę, ut eorum uires debilitentur, ne me uincant, supplex oro. Vere quidem inimici sunt. Nam

Odio iniquo oderũt me.

Non enĩ odio me habent propter iniusticiam meam, propter uitæ improbitatem, sed quia scelerati sunt, et qui in te confidũt omnes persequutur, tuisq; omnibus infesti sunt, alia nulla causa, q̃ quod tui sunt, et tibi, non huic sęculo, placere studẽt. Iniquum est igitur, iniustũ, impiũ, hoc eorũ odium. Vnus sic uertit ex hebręo. Odio furenti persequuntur me. Odio iniquitatis oderunt me, ab alio uertitur. Sic humanũ genus odit diabolus, nõ modo quod ipse iniquus est, sed etiã quod omnes in eandẽ iniquitatem secũ trahere pernitiosis omnibus uiribus studeat, humani generis inuidia. Neq; iustiorem habent causam, huius sæculi iniqui homines, qui simplices, & innocentes persequuntur. Supplex igitur (inquit) oro.

Odiũ iniquum impiorũ, in pios.

Custodi animã meam.

Hanc præsentaneam uitam meam, ut sit deo placens.

Et erue me.

Ab illorum odiosis conatibus,

tibus, ne me uincant, neue in suos mores, & laqueos trahant.

Non erubescam qm̃ speraui in te. De hac erubescentia, dixi in psalmi principio. Erubescit qui spe frustratur, uel qui per humanū timorē ita uincitur, ut a spe sua, quā habuit in deo, cadat. Huic loco utrūq; cōuenit. Hinc ait. Non erubescam &c. Sic ait apost. Euangeliū non erubesco. Qui certa ergo spe roboratur, ait. Non erubescam, &c. quia spem certā, ponā in auxilio tuo. Custodi igitur me, et erue me ab inimicis, a sceleratis. Qui boni sunt omnes mecum sentiunt. Nam et

Rhom. 1.

Innocētes & recti adhęserūt mihi. Quia dilexerūt me, et opem tulere, uitāq; & patientiā meā magno cōsensu ideo pbauerūt, Quia sustinui te. Propter illā quidem patientiā, quā in me uiderūt, et integram fidē meā in te, adhæserunt mihi. De hac patientia pauloante diximus in hoc psal. Felix uero, aliter sic uertit. Simplicitas & rectitudo custodient me, quoniā expectaui te. Sūt enī eximij custodes, si cū simplicitate, innocentia, & humilitate, iungatur fidei rectitudo, quā nullus habere pōt, nisi q simplex, patiens, et humilis est. Qui his uirtutibus ornatus est, p dilectione erga proximū, sic orare discit cū ppheta.

Eximij custodes christiani viri.

Libera deus israel ex oībus tribulationibus suis. Israel, (ut sępe diximus) uidens deū, seu pręualens, seu dominans cum deo, interpretat. Omnes itaq; fideles, qui per fidē deū uident, israelis noīe intelliguntur, qui illa fide pręualēt, et hostibus dominātur. Deū igitur israelis appellat, hoc est, uere fideliū, et in eū credentiū, quos solos pro suis agnoscit. Pro his igit oībus psalmū claudens, ut ab oībus angustijs liberentur, orat. Libera (inqt) non semel, non a paucis, israelem populū, sed et semper, & ex omnibus tribulatiōibus suis. Non orat, ut non aliquādo aduersis urgeantur, id quod est nonnunq̄ utile. Fit enim cum prouentu, ut ait apostol. sed positi (inquit) in tribulationibus, ut per tuā gratiā liberentur, et ab angustijs eruantur, qui in te spem suam ponūt, supplex oro, quē admodū oratur in oratione dominica. Et ne nos inducas in tentationem. Non enī orat, ut non tentetur, sed ne inducatur, hoc est, ne trahat eum tentatio in laqueos, neue a tentatione uincatur. Hinc loquitur. D. Aug. in libr. 2. de sermone in mōte. Et ne nos inferas in tentationem. Tum enim inducimur (inquit) in tentationē, quando uincimur tentatione. In hoc psal. egregie docuit propheta modū orandi deū, & solicitudinē in oratione. Ab eo igitur sumamus exemplū, ut certa fide orantes, gratiam, & auxilium dei solicite petamus, ut impetremus in necessitatibus nostris, oportunū auxilium dei.

Israel.

Tentatio utilis.

1. Cori. 10.

Psalmus. 25.

Titulus.

In finem, psalmus Dauid.

In summa.

Iustus qui persequutionē propter iusticiā patitur omnē spem suā habens in deo, uitæ suæ innocentiam cōmemorans, contra sceleratos petit auxiliū, ne ab eis uincatur, neue cum eis pereat, quos per totā uitam perosus est. De Christi quoq; ecclesiia, quæ multis hostibus quotidie molestatur, explanari potest, quæ nō alia res est, q̄ fidelium multitudo. Qui uero ecclesiam docet, unūquodq; membrū eiusdem ecclesiæ, itidem docet.

Explanatio.



IUdica me domīe, quoniā ego in innocentia mea ingressus sum. Qui a malis male uexatur, petit iustus, & innocens audacteri, iudiciū sibi fieri a domino, nō quod seipsum iustificet, illius pharisæi more, qui dicit se nō esse, sicut cęteri hoīm, sed per fidē, et misericordiæ certam spem quā habet in domino, solicite orat iudiciū sibi fieri a deo, q secūdū ueritatē iudicat

Luc. 18.

Psal. 42. cat contra malignos, ut ab illis seruari poßit. Hoc est, quod ait in alio psal. Iudica me deus et discerne causam meã de gente nõ sctã. etc. In hoc psalmo repeti forte possunt nonnulla, quæ diximus in psal. 7. 14. 16. et. 13. Iudica me domine, (inquit) hoc est, contra inimicos fer opem, ne perdas cũ impijs animã meã, ut postea sequitur, et segrega me ab illis, quoniã ego ingressus sum in innocẽtia mea, hoc est, ambulaui in simplicitate cordis, & ueritate, tuam defensionem optans a malignis, qui me gratis persequũtur. Laudare seipsum uidetur propheta, seu potius suæ uitæ innocentiã docere, coactus inimicorũ latratu, qui illũ cõuicijs, et mendacijs insectabantur, quos ideo uanos, et malignãtes posterius uocat. Neq; sua usquam encomia prędicat, nisi quando psallit contra inimicorũ hmõi labia dolosa. Hãc doctrinã discant omnes, ut quæ maxime nostra sunt, extenuemus, nihiliq; faciamus, nostras ne fimbrias magnifaciamus, ut ait euang. nisi cogãt inimicorũ malignitates, tam ut nostrã integritatem manifestemus, q̃ ut eorum falsa mendacia uincamus, ne illorũ improbitas, ueritatem, quę multis prodesse potest, obruat in multorũ perniciẽ. Aliũ uero laudare, et licet, et nõnunq̃ utriq; prodest. Qui aliũ iure laudat, & charitatis officiũ exercet, et eius laudis exẽplo, auditores ad similes uirtutes excitat. Laudatus uero, si bonæ indolis fuerit, uera laude feruentior efficit, ut maiore laude dignus euadat. Virtus (inquit Ethnicus) laudata crescit. Probe itaq; laudari a pbis, pergratũ est. Ea uero innocentia uiuere, ut de te improbi tanq̃ de malefactore loqui nequeãt, christianæ partes sunt, ut ex bonis operibus tuis, deũ glorificẽt alij. Fertur quidẽ. D. Ambrosium tantæ fuisse modestiæ & uirtutis, ut ab aduersißimis hostibus, et catholicis et arrianis, maximifieret. Id quod creditu difficile uidetur. Qui uero aliũ laudat, ab assentatione longe caueat. In dei gloriã in rebus honestis, pijs et sanctis eum laudet, tam in illius laudati, q̃ aliorũ utilitatẽ, nõ autẽ, ut rem suã

Marginal notes: Laudes pprias canere qñ licet. Math. 23. — Alienas laudes canere, piũ est, modo nulla sit adulationis species. — 1. Petr. 2. — Quomodo laudãdus alius.

augeat, sibiq; consulat. Hi enim mercedẽ suã a uana laude accipiunt. Non est quod a deo quicq̃ expectent, cuius gratia non fecerunt. Hęc est laus, quæ nõ est speciosa, ut ait ecclesiasticus. Lege Chrisost. to. 2. fol. 426. & 427. In dei gloriã, ut alijs prodesset, laudabat seipsum apost. Gloria (inquit) nostra est, testimoniũ cõscientiæ nostræ, quod in simplicitate &c. Sic et innocentiã suã hic prędicat ppheta. Alios nũc docet fiduciæ suæ fructũ. Iudica (inqt) me domine, quoniã ego ingressus sum in innocentia. Id a deo ut me iudicet secundũ ueritatẽ peto, quia omnẽ (inqt) spem meã in eius ueritate, & miã constituo. 2. Cor. 1.

Et in dño sperans, nõ infirmabor.

Hoc psuasißimũ habeo, hoc certo certius est, quia nõ relinqt sperantes in eo. Hoc, oẽs alloquens, oẽs docet, eius ut exemplo, omnẽ suã spem in domino cõstituant. Sperans (inqt) in domino, nõ infirmabor, uires nõ amittã, non deficiã, ut uertit Hiero. nõ pręualebũt hostes. Vt ego expertus, & exercitatus leuioribus igitur prelijs, fortior (inqt) euadã ad acriora, precor, iterum ad deum sermonem uertens.

Proba me domine & tenta me.

Cupit se probari, sed a domino, hoc est, cupit iudicari, aut corrigi, & aduersis rebus erudiri, ut dei nõ obliuiscatur, sed tali probatione, et frequentius, et solidius dei meminerit. Hoc enĩ efficit dei probatio, quæ fit per aduersas, asperasq; tentatiões. Sic tentauit deus Abraham, sic tentauit Iob, hoc est, probauit. Dei etenim tentatio nõ aliud est, q̃ salutaris pbatio. Suos enim sic probat, ut eruditiores, & fortiores sint. Bonum mihi, quod humiliasti me, ut discã (inquit) iustificationes tuas. Hęc est tentatio cũ prouẽtu, ut ait apost. Alia est diaboli tentatio semp in malũ, & in peccatũ. Hoc posteriore modo, deus intẽtator est, inquit. D. Iacobus. Tentat uos dominus, inquit Moses, hoc est probat & explorat, ut palam fiat, utrũ diligatis eum. Hęc est tentatio probans fidem, ut ait. D. August. in sermone. 11.

Marginal notes: Genes. 22. — Psal. 118. — 1. Cor. 10. — Iacobi. 1. Deute. 13.

Beatus

Beatus uir (inquit. D. Iacobus in priore loco) qui talem suffert tentationē, etc. Neq; nō aliquādo, & beneficijs tentat deus. Sic enī tentauit filios israel, cum panes sub uesperi plueret, magnisq; ac multis quidē alijs beneficijs eos afficeret. Tentat benignus deus, ut erudiat, ut benefaciat, ut seruet. Contra quidē, ut ignorantiam, et peccatū inferat, semper ut lędat, ut interimat, suas tentatiōes obijcit diabolus. Contra huius uero inimici tentationē, oratur in prece dominica. Et ne nos inducas in tentationē, Sed libera nos a malo. Probat igitur deus, ut se dignū efficiat quem probat, quia diligit, quē sic castigat. Quamuis cupit a deo tentari, orat tamen ut sit illi in purgationem tentatio. Hinc ait. Proba me, et

Exod.16.

Tentatio dei & diaboli.

Vre renes meos & cor meum.

Renum significatio.

Renes secundū scripturæ consuetudinē, interiores affectus significāt, et in malā sępenumero partem, hoc est, occultiores, & intimas ipsasq; fœdas delectationes, quę a carne proueniunt, ut libidinis, ambitionis, diuitiarū, uel huius sęculi quęcūq; alia sunt, in quibus delectant se carnales homines. Cor hominis, & cogitationē, & animū, & uoluntatem, et intellectū, et iudiciū significat, siue in bonā, siue in malā partem. Inde ait Christus. De corde exeunt malæ cogitationes. Et iam mechatus est, in corde suo. Item corde creditur ad iustitiam. Hinc orat in alio psal. Cor mundū crea in me deus. Neq; aliud esse uidetur, quod hic orat, Vre renes meos, & cor meum, hoc est, purga ab omni fœditate renes, malos illos internos affectus. In renibus, libidinis organa sunt, & eius rei sedes est. Rogat igit̃ ut urat renes benignus deus, hoc est, ut talem tentationē, quæ fœdas delectationes adfert, consumat, et purget, ne tentemur ultra id, quod pati possumus, ut ait apost. Ignis quidē purgat, humoresq; exiccat, nec sinit sordidū quicq̃ manere. Huius itaq; orationis summa est, cū per tentationem satis exercitatus fuerit, ut tum quidē urat eum deus, & prorsus purget, atq; liberet, ab illarū delectationū sordibus, quādo suas uires, quibus euadat, imperes esse persentit. Felix hunc locum uertit. Examina renes meos, hoc est, tenta me, ut probes, ut doceas, non autē, ut me relinquas mihi. Cupit uri, & tanq̃ igne probari, sed a deo, in cuius misericordia spem oēm habet. Hoc igit̃ modo orare uidet̃. Proba me domine, ure & renes, et cor meū, fac mecū ut lubet. Me totū tibi cōmēdo.

Cordis significatio.

Rhom.10. Psal.50.

1.Corī.10. Ignis virtus.

Quoniā misericordia tua āte oculos meos est.

Misericordiæ tuæ benignitatē erga tuos non ignoro, sed eā (inquit) semper in memoria, solicita meditatione retineo, & mihi ante oculos habeo, quæ mihi ut salutē a te petā, animū pręstat, certāq; spem tribuit. Nam mīa tua super omnia opera tua, et misericordię tuę multę oībus inuocantibus te. Mihi igitur persuasum est, quicqd feceris, in utilitatē meā feceris. Vre ergo renes pro uoluntate tua, ego patienter feram, me totū tibi cōmendo, quoniam misericordia tua ante oculos meos est.

Psal.85.

Et complacui in ueritate tuā.

Delectauit me, illius tuæ ueritatis memoria, et ea sola est, quæ me cum primis consolatur. Hęc ueritas, est dei certa mīa, in omnes sperātes in eum. Certa est, quia uerbo dei toties promittitur, qui fidelis est ī uerbis suis. Nihil est, quod tam mihi placet, quod tam mihi prodest, q̃ illa (inquit) fides, hoc est, certa fiducia, quam habeo in magna mīa tua, quæ certa, & uera est. In ea igitur mihi sup oīa complacui, quia certa fide & pacato animo, in ea spem omnē meā constitui. Vel complacui tibi ī ueritate tua, grata est tibi illa certa fides, et indubitata spes, quam habeo in ueritate tua, in promissione tua uerissima, qua, misericordiā quęrentibus te promittis. Sic enī per tuā gratiā quantūcunq; tentatus & prouocatus fui.

Non sedi cum consilio uanitatis.

Vere conciliū uanitatis est, malorū cōuentus, qui aliud non tractant, q̃ quod malū est, quod turpe, quod peccatū, quod maxime fugiendū est pijs oībus. Carni tamen cum sint suauia,

nõnulla quæ tractãt, mouent, et stimulãt pios nõnunq̃ animos, ut cũ illis se delectent. Suos enim sic patitur deus uri, & tentari. Sed qui habet dei miam ante oculos, ad eam cõfugit, nostri prophetæ exemplo, inquiens. Cũ concilio uanitatis non sedi. Vanitas in suo sensu, mendaciũ est. Sedere igitur cũ concilio, cum cõuentu, congregatione uanitatis, est cũ peccatoribus esse, & illis adhærere, societatemq; uelut inire, qui contra ueritatem nitũtur. At igitur propheta se delectari dei ueritate, & non diaboli mendacijs, et filiorũ eius. Quare cum eis (inquit) non sedi. Et non solum (inquit) non sedi per tuam gratiam, sed

Ioan.8.

Et cum iniqua gerentibus non introibo. Hoc est consiliũ uanitatis, iniqua tractare, & illa sequi, & agere. Sed ad illos (inquit) non introibo, non incipiam uersari, Multo minus cũ ipsis sedebo. Sic per gratiam conabor principijs obstare. Dic ut in psal. 1. & 17. Vertit hũc locũ Felix. Cum uersutis non ingrediar. Hiero. uero. Cũ superbis non ingrediar. Sũbia, oĩm peccatorũ radix est, Dic in psal. 18. Nec igitur hactenus (inquit) sedi cum eis in concilio, in cõsensu male operandi, neq; posthac per auxiliũ gratię tuę introibo cũ eis, hoc est, uolens non uersabor, cũ gerentibus iniqua, cũ male operãtibus. Nam

Concilii uanitatis.

Psal. 1. & 17.

Psal. 18.

Odiui ecclesiam malignantium.

Quis non fugit, non detestatur, quod odit. Hanc (inquit) malignantium, & sceleratorũ, et pessimorũ (ut uertit Hiero.) ecclesiã, conuentum & societatem, odiui, execratus sum. Odiui (inquit) non hominũ, sed scelerũ causa. Hoc est bonũ odium, non hominẽ, nõ fratrem habere odio, sed eius malignitatem, eius sceleratos mores, quos ut tollat corrigatq; pro uiribus, exigit fraterna dilectio. Sic ait idem. Iniquos odio habui. Cum ea igitur malignantium (inquit) ecclesia non sedebo, non uersabor, neq; (quod multo minus est) introibo, ne picem tangens coinquiner. Quod si aliquando cum eis introiero, si cum illis uersari incipiam, cito fugiam. Nam

Psal. 118.

Et cum impiis non sedebo.

Nõ manebo, nõ morabor usq; adeo, ut primos etiã cõgressus, et colloquia fugiã, tãtũ abest, ut cũ eis sedeam, & permaneã. In aliud itaq; latus me uertam, ut cũ innocentibus cõmercium, & conuersationem habeam. Nam

Lauabo inter innocentes manus meas. Cum illis enim societatem inibo. Per manus opera significantur in sacris literis, per lotionẽ cotidiana conuersatio, conuictus. Is igitur lauat manus inter innocentes, qui operũ solicitudine et innocentia, sancte cũ sanctis uiuit, externãq; uitã, puram exhibere studet, nõ ut uideatur ab hominibus, sed ut alij eius bona opera uideãt, in gloriã dei. Hęc est innocentia, qua ingressus est, in psalmi principio. Lauare bene manus is dicitur, postq̃ in hac uita sine peccato non uiuitur, qui quoties opus est, peccati pœnitet, internãq; displicentiã habens, ad misericordiã dei confugit, quã semper ante oculos habet, ut pauloante ĩ hoc psal. Filij (inquit ecclesiasticus) peccasti, non adijcias iterũ, sed et de pristinis deprecare, ut tibi dimittantur. Nos uero ita manus nostras lauemus oportet, & quidẽ externe, ut opera nostra, et pura, et in specie bona uideantur ab hominibus, iuxta euang. ut sic luceant oĩbus, qui in domo Christi sunt, ut proximo simus utiles. Quod autem ad nos ipsos attinet, externę gloriæ nihil prorsus appetamus, omnia in gloriam dei facientes. Disce a Christo, ne quæras gloriã tuã. Est qui quærat. Sic lauabo manus (inquit) meas inter innocentes, sic uersabor cum illis.

Manus.

Innocẽtis uita.

Lauare inter innocentes.

Eccles. 21.

Math. 5.

Recte facta.

Ioan. 3.

Et circũdabo altare tuũ domine.

Hoc est, mane astabo tibi, et q̃ proxime potero ad te accedã, oculos meos semp ad te habebo, huius seculi contemptis oblectationibus. Tecũ, & in frequenti memoria tui, uersabor, tibi inseruiam, a te, oĩa quæ mihi futura utilia sunt, & petã, & expectabo. Pro delictis & peccatis abluendis, gratijsq; agendis, et impetrandis

Psal. 5.

Circũdare altare domini.

trandis beneficijs,in ueteri testamento,ad altare fiebant a sacerdotibus aßidua sacrificia, Variaq; erant hmõi altaria, ut docet Exod. (Exod.27. 30.&.38.) Nostrũ altare Christus est. Habemus altare (inquit apost.) de quo edere,&c. (Hebr.13.) Hoc altare bene circũdat,q̃ constanter Christo adhęret. Hoc altare circũdamus uera fide,et uitę innocentia. (Circũdare altare dei.) Hoc modo circũdabo (inquit) altare tuũ,efficiar q;,per fidem,& innocentiã,templũ tuũ,& efficiar altare tuũ. D.Gregor.lege,in moraliũ,libr.25.cap.7. Mens eteni pura,& sancta,est altare dei,in qua recte sacrificatur deo,et in ea manet deus. Est quoq; altare dei,in quo bene lauantur manus,pauper, (Altare dei) qui non parũ eget tua ope. Quem si eleemosina iuuas,probe circũdas altare dei,cum per dilectionẽ p̃ximi,solicitus es ut deo placeas. Lege Chrisost.in.2.Ep̃la ad Corint.cap.10. homelia.20.to.1. In quo loco altare quoq; dei uocat,lapideum illud, in quo nostro more Christi corpus conficitur, id quod ridere pro impietate,ausi sunt nonnulli nostræ etatis,& fidei,et innocentiæ,et reip.pernitiosę pestes. Hoc modo circũdare altare nõ aliud est,q̃ frequenter in illo sacramento uersari. Circũdat quoq; altare dei, qui dei aßidua memoria se delectat,orat,in lege eius meditatur solicite, ne iniquũ agat,aut cũ iniqua gerentibus uersetur, cum hæreticis potißimũ, qui alio trahunt. Circũdat deniq; altare dei, qui in templo frequens est, ut orationi, ut sacramentis intersit,ut uerbũ dei solicite audiat. Hod modo,tuum (inquit) altare domine circũdabo.

Vt audiam uocem laudis.

Id quod nusq̃ auditur, nisi apud Christum,in eius ecclesia,et in eius uerbo. Vt audiã (inq̃t) ut discã, ut intelligã uocẽ laudis, uocẽ bonitatis,et glię dei,uerbũ uitæ,uocẽ illorũ innocentiũ,et eorũ sermonẽ,q nihil aliud tractãt,q̃ (Iustorum sermo.) tuas laudes,tuã bonitatẽ,tua erga eos beneficia,tuã mirificã mĩam,qua saluos facis sperãtes ĩ te. Tuũ itaq; altare petã,ut hęc audiã

Et enarrẽ uniuersa mirabilia tua.

Vt tuo uerbo doctus enarrẽ, deprędicẽ apud alios,ut te quoq; agnoscãt illi omnia mirifica beneficia tua,quæ p̃ eis qui in mĩa tua sperauerũt,toties ędidisti. Discam eteni,nõ ut ego silentio mihi retineã, sed ut per me intelligãt alij,tuã diuinã potẽtiã,et ineffabilẽ bonitatẽ, quę uere sunt mirabilia,et lõge ultra humanã capacitatẽ, quãdo admodũ ingratis benignã gratiã pręstas,et toties pręstitisti. Et hęc ego intelligã,& discã apud te domine,et apud altare tuũ,ĩ domo tua,in eccl̃ia sponsa tua,ĩ qua docetur ipsa ueritas,et nusq̃ alibi. Quãobrẽ

Dñe dilexi decorem domus tue.

Dilexi altare tuũ, dilexi decorem,& ornatũ totius domus tuę,huius ecclesię tuę,ubi semp adest altare tuũ,& pręsentia tua. Hãc domũ (Ornatus dom' dei.) multis ornamentis decorasti,optimis doctrinis,& cœlestis uitæ institutis, sanctitate,innocentia,et oĩ puritate,sine macula & ruga. Quæ omnia dilexi (inquit) ualde. Qui deum (Galath.6. 1.Corin.10.) uere agnoscunt, de una domo sunt omnes, de una familia,domestici fidei,unus panis,et unũ corpus, ut idẽ ait apost. Hęc domus (inq̃) est Christi ecclesia,fidelium congregatio. Neq; usq̃ hmõi domus est, q̃ in eccl̃ia Christi. Qui extra hanc domũ est,extra hanc fidem,extra hãc cõmunionẽ, lõge abest ab altare domini, ut audiat uocẽ laudis eius. Hanc itaq; uocem laudis, neq; audire, neq; discere potest malignus, aut impius, aut hęreticus, oĩm impiorũ impijßimus. Hęc est uere domus domini,bene fundata,et cum oĩ decore ornata. Quid tam decorũ,tam ornatũ,q̃ hęc domus,in qua,quod ad uerã uitã,et salutẽ attinet,nihil deest? Qui uero hãc domũ recte incolit,hęreditatis Christi partẽ,in futuro sc̃lo poßidebit. Dilexi igitur domine,decorẽ huius (inq̃t) domus tuę semp.

Et locũ habitationis gloriæ tuæ.

Secundũ historiã,de templo Hierosolimis intelligit, eiusq; miro ornatu. Qui locus,ideo gloriæ dei habitatio dicebatur,quod illic erãt altaria ad sacrificandum, erat archa fœderis, erant duo cherubin,ubi archana responsa dabantur. Ad hunc locũ etiã absentes,& orantes, uultũ uertebant. Dic in psal.5. Non pu-

duit quosdam ueteres scriptores, hunc locum, de nostra quoq; manu constructa ecclesia, intelligere, in qua est habitatio gloriæ dei, per sacramenta quæ illic ministrantur, &c. Sed priorē Christi ecclesiā tractabimus. Dignus est locus, qui ametur sup omnia. Hic locus est (inquit) habitationis gloriȩ dei, quia elegit eā in habitationem sibi, ut in psal. 131. Neq; extra hāc domū reperiri potest deus. Haud mirū est, si hanc domū, hoc est, Christi ecclesiam ita dilexerit, cuius doctrina, simul & in hac uita tuetur, & conseruat, & in futura, ad gloriæ æternitatem perducit. Captus itaq; hmōi sanctißimo amore, sibi timens de malis, inter quos uersari necesse est, ī hoc stl'o, ne ab illius gloriȩ habitatione impediretur, sic precatur.

Psal. 131.

Nec perdas cū impiis deus animā meā. Sed pro misericordia proba me, ut supradixit, & ure renes meos, quoniam odiui ecclesiam malignantiū, et dilexi decorem domus tuæ. Et q̄uis id maxime uelim, absq; tua tamē gratia, nō mihi sufficiunt uires. Orandū est igitur aßidue cum apost. Domine adauge nobis fidem. Tot enī sunt (inquit) & undiq; scatent mali hoīes, inimici ueritatis et bonarū animarū hostes, ut nisi mihi opem feras, mihi ualde timeā. Postq̄ igitur, nisi cū longe pluribus malis, q̄ bonis, uiuere nequeā, et tot quidē malis, ut uix aliquando, præ nimia palea, frumenti granum cerni poßit, miserere mei, ne perdas cum impijs illis animam meam, et

Plures mali.

Cum uiris sanguinū uitā meam. Vitam non tam hanc momentaneam, q̄ æternam, ne perdas cum illis impijs.

In quorū manibus iniquitates sūt. Hi sunt illi, qui non lauāt manus suas cū innocentibus, non conuiuunt cū illis, quos iniquo odio (ut supradixit) prosequuntur, nec ueritate delectantur, nec decorē, ornatū, & puritatē domus dei diligunt, sed cū impijs manus lauant, cū illis uiuere se delectant. Sunt enim uiri sanguinum omnes, qui scelerati sunt, qui aßidui peccatores, qui uitȩ fœditate delectantur, ut de hȩreticis, deq; tyrannica persequutione, peßimis hominū generibus, taceam. Hi sunt (ut hic ait) in quorū manibus, in quorum uita, et operibus, iniquitates sunt, cum non sit aliud studium illis, q̄ ut inique agant. Opera carnis, opera tenebrarum, sunt opera eorum. Pauperū igitur, simpliciū, & innocentiū bona iniuste rapiunt, non modo in corpora nōnunq̄ sæuiunt. Hinc ait.

Viri sanguinum.

Dextera eorū repleta est muneribus. De improbis muneribus diximus in psal. 14. Satis erit in præsentia, Esaiæ uerba referre. Quis (inquit) ex uobis habitabit cū ardoribus sempiternis? Qui ambulat in iusticijs, et loquitur ueritatem, qui proijcit auaritiam ex calūnia, & excutit manus suas ab omni munere, &c. Non enim dicit a munere, sed ab omni munere. Hunc quoq; locum nonnulli intelligunt, de his impijs uiris, qui aut amore dei, aut proximi nequicq̄ agunt, sed oīa premij, lucri, carnaliq; amore metiūtur. Adde quod innocentes præmunt, imposturisq;, & uulpeculosis fraudibus, eos circūueniunt. Hi quoq; sunt qui turpis lucri gratia, agunt, consulunt, docent, quæ non oportet, ut ait apost. Hæ sunt animi perturbationes ex auaritia, (inquit Chrisost. quæ omnia permiscent, quæq; superiora ad infima detrahunt, et mentis clarißimū lumen excæcant. Hi sunt, qui fratres in negocio circūueniūt, cuius rei uīdex est deus, inquit apost. Hi sunt uiri sanguinum, uiri sanguinarij, qui suis dolis, suis rapinis, hoīem interficiunt, quia innocentiū fortunas rapiunt. Sic enim direptis fortunis, fame pereūt simplices. O nimiū frequens inter homines flagitium. O detestandam auaritiam. Et q̄ sit execrandum docet noster hic propheta, qui eos ponit inter uiros sanguinū, inter homicidas, quorū dextera sic repletur muneribus. Quid autem iniquitatis habeant in sinistra, quibus tam iniqua est dextera, manifestum est. Sed dexteram hi uerterunt in sinistram, qui pro malignitate, quæ agunt omnia, sinistra, praua, turpia, crudelia, impia sunt. Nec tibi blandiaris,

Psal. 14. Esai. 33.

Rapax auaritia.

Ad Tit. 1.

Tessal. 4.

Rapina diuitū.

nota

nec sibi

diaris, quod ait, repletur muneribus, tanq̃ de magnis, et non de exiguis sentiret propheta. Nam quod ait, repletur, frequentiam, & insatietatem huiusmodi uirorum sanguinũ, docere uoluit propheta. Hinc admonet Esai. Ab omni munere ut excutias manus tuas. Noli putare exiguum esse munus. Quod enim tibi paruum & exiguum, & uile munus uidetur, illi inopi, et ingens & graue est, cum ex paruo quod habet, rapis tibi, quod illi graue est. Cum his impijs uersetur iustus, & cum his ingenijs confligtet in hac uita, necesse est. Prius itaq; orauit. Cum his impijs ne perdas animã meam. Viuant illi suo more.

Iniqua munera.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum. Ad deum sermonẽ uertit. Non cum illis (inquit) sedi, non sum ingressus, cum uiris sanguinũ, non sum cõuersatus, quia dilexi decorẽ domus tuæ, non repleui dexteram muneribus, proximũ odio nõ habui. &c. Vertit Hiero. ex hebręo, in futuro tẽpore. In simplicitate mea gradiar, hoc est, non cum illis malignis uersabor. Id quod ut explere (inquit) ualeam, mbecillitatẽ meam non ignorans, supplex oro.

Redime me & miserere mei. Ne capiar inimicorum laqueis, ne me perdas cum illis, ut supra. Sentit enim recte cũ apost. in carne scilicet, bonum nõ habitare, uidereq; aliam legem in membris, repugnantem legi mentis, & captiuantẽ in legem peccati. Iure ergo, ut ab hac captiuitate liberetur, & redimatur, orat. Miserere mei, ut quemadmodũ ingressus (inquit) sum in innocentia, sic uitã perficias. Nã hactenus, per tuã (inqt) gratiã

Pes meus stetit in directo. Hoc est, in rectitudine, ut ab alio uertitur, in recta uia ambulaui, in ueritate tua, ut supra, in innocentia & simplicitate, in uoluntate bene operandi. Sicut manus opera in sacris literis, ita & pedes animi affectum, desiderium & uoluntatem significant, tam in bonam partem, q̃ in malam. Qui igitur malo pede, hoc est, affectu laborat improbo, claudicare dicitur. Filij alieni, (inquit idem) claudicauerunt a semitis tuis. Hunc sensum habet pes ille in euangel. quẽ proijcere iubet Christus. Hunc pedem superbiæ appellat, in alio psalmo. Sed iustus noster ait, pes meus, hoc est, uoluntas mea, hactenus per tuam gratiam, stetit in directo, in semitis iusticiæ, per maliciã, per impietatem, uir sanguinũ non fui, conseruatus tua gratia. Quamobrem.

Pes.

Psal. 17.

Marc. 9.

Psal. 35.

In ecclesiis benedicã te domine. Hoc enim est benedicere domino, dei mirabilia (ut supradixit) enarrare, eius beneficia, et agnoscere, & eius bonitatem alijs prędicare. Per huiusmodi quidem denuntiationes, auditores, & facilius inducuntur, ut deum uere agnoscant, & solidius admonentur, ut eius mandata seruare studeant, & omnẽ spem suã in solo deo ponant. Quàm paucos iam uidemus, qui, (ut æquum est) pro receptis beneficijs humiles quasq; gratias deo referũt? Aut nullas igitur, aut frigidas admodum habent gratias deo, eius bonitatis prope obliti. Et si publicas quasq; gratias agant, largitionis immoderata superuacaneaq; impensa, et magno fastu fiunt, non ut datori deo, gratiarũ actiones fiant, sed potius, ut admiratori stolido populo, ostentationes sint immensæ. O mores hominũ, O quantũ est in rebus inane. Discãt huius sęculi reges, et principes, discant (inq̃) à regio nostro propheta, qui toties agit deo gratias, quiq; promittit se benedicere domino, in omni tempore, in omni loco, in omni ecclesia, seq; fore semper, cũ laude eius in ore, ut in alio psal. ne sint immemores, ne ingrati, qui alia beneficia recipiant. Gratias itaq; agant ex animo, cum omni mentis humilitate, solum deum uere agnoscentes rerum omniũ bonarum elargitorem esse. Nisi pluribus illum locum de fide & operibus, in superiore proximo psal. tractassem, per occasionẽ hic tractari posset. At hoc unum persuasum habeto, nisi innocentiæ & uitæ integritati studueris, simul & paratum animũ habueris, ut

Benedicere deo.

Frigida in deum pectora.

Ad principes potissimũ.

Psal. 33.

Frustranea fides, sine operibus.

erga omnes bene operteris, & pro occasione bona opera feceris, frustra fidem iactitabis. Neutiq̃ enim sufficit tua fides, nisi adiungas opera. Iudicat enĩ deus, secundũ uniuscuiusq; opus, inquit D. Petr. In quo loco, tam hæret Lutherus ipse, ut se nesciat explicare, coactus fateri hominẽ saluari tandẽ non posse, nisi bene operetur. Deus (inquit) interrogabit te, ubi sunt fructus &c. Dicet enim Christus omniũ iudex. Serue male, & piger, sciebas, &c. Et iterũ. Esuriui, et non dedisti &c. In opera igitur bona te accinge, quia dei benignitas retribuet, modo quicquid feceris, deum habens ante oculos, eius gratia, & nomine feceris. Et tibi tuæq; imbecillitati timens, ora semper cum nostra propheta. Ne perdas cum impijs &c. Item, redime, & miserere mei. Simul & cũ apostolis frequenter precare. Domine adauge nobis fidem. Qui enim ut eius fides adaugeatur, orat, simul & sibi uires precatur, quibus poßit opera facere tanta fide digna. Qui igitur totus cupit esse christianus, aßidue bonum operetur necesse est. Nam cum sit homo, ex anima, & copore, diuisa mysteria uidentur, fidei, et operis, ut fides soli animæ tribuatur, (non enĩ potest corpus, & caro fidem habere) opera uero corpori obtemperanti spiritui, & fidei. Animus enim stimulat, hortatur, admonet, corpus uero obtemperat, agit, & bene operatur, non sine spiritu & fide. Quia peccatũ est, quicquid non est ex fide, sine qua impoßibile est placere deo. Neq; magis deo placere potest nostra fides, sine operibus, modo se offerat iusta occasio, q̃ poßit absq; aqua, aut uiuere piscis, aut corpus absq; anima. Quæ si inuicem concurrant, & fiant solicite a christiano uiro, simul & cor, & caro exultabunt in deo uiuo, ut in alio psal. Augustini absolutã sententiam de fide & operibus, lege in. 8. illis suis quæstionibus ad Dultitiũ, quest. 1. to. 4. pag. 467. Neq; te tantillum moueat, quod dixerit in libro, de fide & operibus, ubi potius cũ heretico confligatur, q̃ sententiã doceat. Neq; tamẽ nõ sibi consonat in locis olbus, si æquum lectorẽ, & interpretẽ habeat.

Luc. 17.

Precandũ ut augeatur fides.

anima et corpo[re]

Psalmus. 26.

Titulus.

Psalmus Dauid, priusq̃ liniretur.

Postremã huius tituli partem, non agnoscunt hebræi, neq; a quo addita fuit, satis constat. Ne tamen appositam a quopiam incerto authore greco (sic enĩ habent et greca exẽplaria) prorsus negligamus, scire expedit, tres linitiones, hoc est, unctiones accepisse Dauidem. Primã a Samuele. 1. Reg. 16. Secundã, cũ uiri iuda, eum in regẽ ungerent. 2. Reg. 2. Tertiam in Hebron. 2. Reg. 5. De prima unctione, non potest intelligi hic titulus, cum adhuc non dirigeretur in eum spiritus domini, ut. 1. Reg. 16. Intelligatur itaq; oportet, cum toties infestatus, & bello petitus, & a Saule circumdatus esset, eum ad huius psalmi modũ orasse, anteq̃ tertio, & ultimo liniretur. Hoc secundum hystoriam. Huius uero loci mysterium, solent tractatores de baptizato intelligere, qui sic unctus in remißionem peccatorum, priusq̃ tamen ultimo in æternam gloriã ungatur, multa ab inimicis sustineat necesse est, quorum causa, gratia & auxilio dei opus est. Huius itaq; psalmi oratio, unicuiq; christiano semper cõuenit, q̃diu in hac uita peregrinatur, ut perfectam ultimã unctionem accipiat, in æterna requie, quæ est unctio, a sola misericordia dei.

Ter unct. Dauid.

In summa.

Indicat noster propheta, q̃ ipse certam spem habeat in auxilio dei, quantũuis minentur, aut in rabiem usq; euadant inimici. Hoc unum a deo, & petijt, & requiret semper, ut tandem deiectis omnibus inimicis, cum deo poßit habitare. Sibi uisus est hoc impetrasse, postq̃ illum exaltauerit deus super omnes inimicos. Gratias interim egisse p̃ impetrato auxilio, narrat. Orat ut eũ semper benigne exaudiat deus. Et postq̃ solum deum respiciat, orat ut eum

eum perpetuo respiciat benignus deus, cuius causa, & amore, ipse a mundo derelictus est. Orat deniq; ut in uijs dei dirigatur, diuina lege doctus. Iterũ erga deũ, certã suam fidem docet. Aliosq; fideles omnes, ut eandem habeant certam in deo fiduciam, studiose admonet. In omniũ, uel in uniuscuiusq; baptizati, et fidelis uiri persona, loquitur in hoc psalmo propheta, de Christi beneficijs erga eum.

Explanatio.

DOminus illuminatio mea. Ab alio nullo uerũ lumen haberi potest, q̃ a solo deo patre p Christũ. Hic enim est, qui illuminat omnẽ hominem uenientem in hunc mundũ, ut ait Ioan. & qui tenebras illuminauit, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis, ut ait Luc. Absq; hoc lumine, nullus nõ cæcus est. Nam ut oculi corporis, nisi aliud lumen obijciatur, in tenebris neutiq̃ uident, sic & oculi cordis, sine uirtute fidei in Christum illuminatorem, in tenebris uersantur. Hoc, et magna, & certa fiducia in auxilio dei, ait pius christianus, contra omnes tenebras, contra omnia aduersa, omnẽ ignorantiam, omnẽ humanã fraudem, omnes malignos spiritus, omne deniq; peccatum. Quæ omnia tenebrarũ appellatione significantur. Lux uero, contra, prosperũ successum, fœlicitatem, gaudium, conscientiæ consolationẽ & exhilarationẽ, scientiæ ueritatẽ, ipsamq; uerã uitam, pios uiros, sacras literas, donum fidei, Christi ecclesiam, ipsum deniq; Christum significat, id quod facile uidere licet in suis locis sacrarum scripturarũ. Concinne quidem peccata tenebræ dicuntur, quando illis, tanq̃ a solis lumine (est enĩ sol omnis iusticię deus) auertere nos uidemur a dei bonitate, et tenebras quęrere. Cum igitur sit illuminatio mea dominus, qui uel uiam (inquit) mihi præmonstrat, ne offendam, uel opem fert, ne prorsus peream, Est itidem.

Tenebræ

Lux

Et salus mea. Ex eius nempe auxilio, & gratia, pendet omnis omnium salus. Neq; derelinquit sperantes in se. Ait igitur audacter, hanc certam spem habens. Psal. 9.

Quem timebo? Posteaq̃ dominus sit illuminatio mea, et salus mea? Quis nam dominus, sicut deus noster. Hic est dominus fortis & potens, qui omnibus quærentibus eum in ueritate, paratus est ut subueniat. Neminẽ igitur timebo, aut mortalem, aut immortalẽ. Eum etenim destruxit Christus, qui habebat mortis imperium. Cum ergo sit Psal. 112.

Dominus protector uitę meę, a quo trepidabo? Vertit Hiero. Quẽ formidabo? Mire docet tutã securitatẽ, spem omnẽ suam in solo deo cõstituenti. Certũ est, quod qui in deo uere sperat, atq; protectorẽ in aduersis eum adesse semper, & potentẽ, & pro bonitate paratũ probe fidit, interim per patientiã dei bonitatẽ expectãs, tam erit pacato, & securo animo, ut neutiq̃ sibi timeat, id quod euestigio in hoc psalmo docebimur. Est (inquit) protector uitæ meæ. Eam nãq; dirigit, ne aberret, ab aduersarijs tuetur, ne succumbat. Cadent etenim inimici, & gloriabitur ipse, qui hanc in deo fiduciam habet. Non igitur (inquit) trepidabo.

Certæ fiduciæ utilitas.

Dum appropiant sup me nocẽtes. Hoc est, ut alius magis perspicue uertit. Cum appropiquauerint aduersum me maligni. Vel dum præliabuntur aduersum me malignãtes, ut uertit Felix. Nocentes intelligit oẽs inimicos, omnes hostes, qui p malignitate studiosi sunt, ut noceant, qui minis, et malis conatibus multũ terrere solent. Hos (inquit) non timebo, quantũuis appropiant contra me, uel

Vt edant carnes meas. Vt me prorsus deleant, cupientes uel dentibus laniare carnes meas, uel potius mandere. Vltra enim carnes non possunt. Parum igitur timendi sunt. Inimicorum ingentem inimicitiam, & immane odiũ depingit, qui pre iracundiæ impotentia, non modo interficere, sed dentibus

uelut deuorare cupiant. Talem habet inuidiam contra fideles, diabolus, teste. D. Petro. Item et hunc patrem, sequuntur filij. Sed haec (inquit) non timebo, ut persuasam in deo fiduciã doceat, eius exemplo, ut in eo solo sperent omnes, contra quoscunq; hostes, inimicos, tyrannos &c. Hos (inquit) non timebo. Certum quidem est, quod mihi opem tulit, atq; semper feret deus in tempore. Nam

1. Petr. 5.

Qui tribulãt me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.

Vis ne (inquit) scire quo nam auxilio, ab illis inimicis liberauit me deus, qui est protector meus, et in quo hanc certam fiduciam habeo? Eorum scilicet uires, plane eneruauit, eos deiecit, qui me tribulabant, qui me infestabant, qui me persequebantur inimici, ne quẽadmodum cupiebant, iam infirmiores facti, nocere possent, & malignitatem explere. Neq; modo sic infirmati sunt, sed etiam inuersa est uictoria. Nam uincere qui putabant, ceciderũt ipsi, prostratiq; iacent, & deleti sunt. Hoc egregie quadrat cũ Saulis persequutione contra Dauid, qui post multas strages, & longam persequutionẽ, tandẽ cecidit ipse. Conuenit quoq; cum persequutorum inimicitia, et crudeli immanitate, contra Christi ecclesiam et pios fideles suos, ut supra in plærisq; psalmis admonuimus. Lege psalmũ. 36. Noster uero Dauid Christus, suo primo aduentu, hostes & inimicos nostros infirmauit, morte & resurrectione deleuit. Ait itaq; uiriliter. Quantũuis appropinquant, irato, furiosoq; animo contra me, etiam

1. Reg. ultimo.

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum. Cor, ut plærasq; alias significationes habet in sacris literis, ut iam diximus in psalmo proximo superiore, in hoc loco solum animũ deo deditũ, & in fide solidum significat, qui inimicorum crudeli uultu, aut quãlibet truculentis minis, non turbatur, pro firma fiducia, quam habet in deo, qui adest illuminator, salus & protector eius. Si igitur castrametati fuerint aduersum me castra, & undiq; circũuallauerint, uel numerosissimo exercitu appropinquauerint, non (inquit) timebit cor meum, animus meus, &c. In hoc sęculo, præter externos illos hostes, multis spiritalibus inimicis molestamur, qui nos incessanter, et solicite magna manu impugnant, caro, mundus, diabolus, ipsaq; prona carnis concupiscentia, quae non modo nos oppugnant, sed etiam cominus appropinquant, et prælium ineunt, neq; non expugnarent, uincerent, captiuosq; facile abducerent haud dubie, nisi deus illuminaret nos, gratiæ suæ splendore. Nisi quia dominus erat in nobis, (inquit idem) cum exurgerent homines in nos, forte uiuos deglutissent nos. Non igitur timebo, certam (inquit) fiduciam habens in benigno deo, Vel

Tutum est in deo sperare.

De hostibus periculũ, absq; auxilio dei.

Psal. 123.

Si exurgat aduersum me pręliũ.

Prius dixit de obsidione, seu exercitu appropinquante, quę terroris non exiguum uultum habet, non tamen ut prelio, & pugnæ comparetur. Si igitur ut manus conserat numerosissimus hostis, in prelium (inquit) exurgat, adoriatur, & omnes uires adhibeat, oĩa tentet, illum nihilo magis timebo. Nam plures nobiscum sunt (inquit Eliseus. 4. Reg. 6.) quàm cum illis, qui in deo spem ponimus. Hinc ait fidelis.

In hoc ego sperabo. In eodem deo protectore, in quo speraui semper, neq; non sperabo, certoq; scio & tutissimam, & certissimam esse spem meam. Spretis igitur quæ huius mundi sunt.

Vnam petii a domino, hãc requiram, ut inhabitẽ in domo domini omnibus diebus uitæ meæ.

Vnica (inquit) res est, quã spretis rebus alijs omnibus, petij a domino illuminatore meo, & hanc requiram semper, solicitus ero, ut pro bonitate exaudiat me deus, ut impetrem, ut habitem scilicet in domo domini, ut mea uita sit digna deo semper, in hoc sæculo, ne

Habitare in domo domini.

sim

ſim alienus a fide, ſpe, & charitate, indignus eccleſia Chriſti. Hęc non eſt momentanea, et temporaria uita, quam requirit, ſed æterna. Nam qui hoc impetrat per gratiam, anni eius non deficient. Hæc dies uitæ æternæ, unus dies eſt, ſine occaſu. In hoc autẽ ſęculo, multos dies habemus, quia multa eſt uarietas. Hinc ait. Hanc rem omnibus diebus uitę meę requiram, hoc eſt, q̃diu hic uiuam, per incertas dierũ uarietates, ut impetrẽ ſolicite orabo, ut mihi liceat tecum perpetuo manere in æterna gloria, ubi nulla eſt rerũ uiciſsitudo. Hanc itaq; unicam, et præcipuam rem ſupplices petamus omnes, q̃diu in hac domo, in hac Chriſti eccleſia uiuimus, ut per fidei, et innocentiæ integritatem, & bonorũ operum ſolicitudinem conſeruemur, ne inimicorũ aut dolis, aut ui, a iuſticiæ ſemitis detrudamur, extraq; fidelium cõmunionem deijciamur. Hoc eſt enim conſtanter habitare, et integre permanere in domo domini. Beati uero, & bis terq; beati ſunt, qui ſic poſſunt in hac domo per gratiam habitare. Nam ſiue moriantur, ſiue uiuant, dei ſunt. Super omnia cupio habitare (inquit) in hac domo.

Vnus dies, æterna vita.

Vt uideam uoluptatem domini.

Vulgata noſtra æditio, non uoluptatem, ſed uoluntatem habet, a quopiam ſic uiciata per inſcitiam, cum uoluptatem uerterent ſeptuaginta. Eſt igitur uera litera, Vt uideam uoluptatem, hoc eſt, pulchritudinem, ſeu iocunditatem, ut alij uertunt. Alius, decorem uertit, quem tantopere diligit, ut in pſal. præcedente proximo. Auguſt. uero ſic uertit. Vt contempler delectationem domini. In domo domini uidemus, & diſcimus uoluntatẽ eius, quam ſi per gratiam ſequamur, omnẽ uoluptatem, & perpetuam iocũditatẽ adſequemur. In qua nam alia re, tam ingens uoluptas eſſe poteſt pio uiro, q̃ per gratiã, & ſcire, & intelligere uoluntatem dei, in uitæ innocentia ſeruari, et tandẽ æternã uitam conſequi? Et quis nam uidet uolũtatem domini, niſi qui habitat in domo domini, ſeu ut uerius dicã, quis nam recte uidere poteſt uoluptatẽ domini, niſi qui gratia dei adeo fulcitur, ut poſsit habitare in hac domo, fide, bonis operibus, & uitæ innocentia? Quantũ uero ſit uoluptatis, hæc uidere, & intelligere, dic in illo pſalmo ſuperiore proximo. Petij hanc igitur rem, præter alias (inquit) res omnes, ut uideam, &c.

Videre voluptatem dñi.

Et uiſitem templũ ſanctum eius.

Alius hũc locũ uertit. Vt perſcrutar in tẽplo eius. Viſitat enim templum dei, & in eo recte perſcrutatur, qui deũ in ſacris literis quærit, fidem recipit, uoluntatem dei ſtudioſe adimplere conatur. Habitare igił ſic in domo domini, ut in ſumma dicam, non aliud eſt, q̃ certã fidem habere, innocentiam agere, charitatem exercere, deũ in omnibus, ante oculos conſtituere, illum patrem, & tutorem agnoſcere, in eo ſpem omnẽ ponere. Qui hãc animi rectitudinẽ habet, uiſitat recte templũ domini, hoc eſt, deũ ipſum, quia in omnibus quę agit, mente ad deũ accedit, ipſum cõſulit, ab eo omnia petit, omnia ſperat, atq; expectat. Neq; aliud uelle cupit, q̃ quod uult deus. Hic uere habitat in domo domini, quia manet in deo, uereq; in hac uita, uoluptatem, delicias dei uidet, intelligit, & ſentit. Hæc (inquit) petij, & impetraui. Non igitur inimicos timui.

Viſitare templũ dei.

Habitare in domo domini.

Delitiæ dei i hac vita.

Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo, in die malorũ.

In die malorũ, in die anxietatis, ĩ die peſsima, ut uertit Hiero. in rebus maxime aduerſis, me abſcondit deus, in tabernaculo (inquit) ſuo. Sic enĩ defendit omnes confugientes ad eum, & recipit in domũ ſuã, in eccleſiam ſuã per fidẽ, in numerũ electorum, & domeſticorum. Hæc certo (inquit) ſcio, & ſentio, quia

Protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.

Ne in die malorũ, pro arbitrio irruerent inimici, & maliciam explerent. Tabernaculũ Chriſti, eſt eius eccleſia, in qua uiuimus deo, per fidem, domeſtici dei effecti. Hos domeſticos ſuos defendit ab inimicis. Hæc eſt uita noſtra, quæ abſcondita eſt, cum

Chriſto

Colloss.3. Christo in deo, ut ait apost. Huius tabernaculi absconditum, seu secretū, recte (mea sententia) fides dicitur, tam quia latet interne in animo, & uersatur in rebus, quæ non uidentur, (ut ait apostol.) Rhom.11. q̄ quod sit donum dei, de eiusq; absconditis, nisi cui reuelare uoluerit. 1.Ioan.5. Hæc est uictoria, quæ uincit mundū. Qui sub hoc fidei uelamento abscondit, tutus est, quia gratia dei munitur. Nec aliunde haberi, uel reperiri potest, q̄ in hoc tabernaculo, ubi uera fides est, quia nisi in Christi ecclesia, nusquam est. Quādiu in deo uere speramus, ab inimicis in hoc tabernaculo, abscondimur sub fidei clipeo, quia per spem in auxilio dei, nullos inimicos timemus. Sic deus nobis est in uelamēto diei, & in luce stellarum nocte, ut ait sap. Sap.1. Aliud est absconditum dei in peccatis, de quo diximus in psal.16. Psal.16. Bis repetit, nos in hoc tabernaculo abscondi, & protegi, ut fideli uiro persuadeat, se tutū ab omnibus inimicis fore, si in hoc requieuerit, et constanter in hoc sperauerit. Id quod ego uere (inquit propheta) expertus sum. Nam super omnes inimicos

Petra. In petra exaltauit me. Petra, ipsum Christum in sacris literis significare solet, a quo omnis soliditas. Petra autem erat Christus, inquit apost. 1.Cori.10. In hac petra, absconditum est tabernaculū, hoc est, ecclesia. Caput enim Christus est, nos membra eius. In hoc tabernaculo, militamus aduersus hostes & spiritus malignos. Suos autē ab illis, abscondit et defendit Christus. Pro robore uero, & certa, solidaq; firmitate, accipitur petra, quā prę̄stat Christus omnibus in eum credentibus. Postq̄ enim deus, per gratiā, hominē in abscondito tabernaculi sui, in fide ecclesiæ suę, cuius sponsus, et caput Christus, constituerit, tum quidē uere dici potest, quod in petra, hoc est, in alta, et inaccessibili rupe constituerit eum, quo hostes, ut noceant, uenire nequeāt, ut supradiximus. Sic ait ī alio psal. Psal.39. In petra exaltasti me. Dominū itaq;, firmamētū suū appellat. Sic me (inqt) bene sperantē in auxilio illius, nō semel in petra, in loco tuto exaltauit, quēadmodū,

Et nunc exaltauit caput meū super inimicos meos. Quod ait nunc, rem certam, et uelut præsentaneam intelligere uidetur ꝓpheta, a cuius magno discrimine, tum liberabatur, ut suo doceat exemplo, q̄ certa sit, quāmq; præsentanea dei gratia, bene credentibus, & sperantibus. Quis est, qui deo uiuere per eius gratiam decreuit, qui quotidie non idem sentiat, ut dicere posſit, Nunc exaltauit caput? &c. Piorū capita, quotidie p gratiam exaltat deus. Quoties enim a periculo, uel animæ uel corporis liberamur, deo deferamus oportet. Ex nobis enim insufficientes sumus, cogitare aliquid, ut ait apost. 2.Cori.3. Et quis est, qui tam quieto, tamq; securo, & integro uiuit animo, ut non aliquando orare cogatur. Et ne nos inducas in tentationem, ne uincamur a tentatione? Quis non eget gratia dei? Est enī deus qui uictoriā præstat, put sibi placet, inqt historia, 2.Machabe.15. qui supponit manū, et caput super inimicos exaltat, eos inferiores efficit, in eo quidem sperantē sublimat. Ille solus est, qui subdit inimicos, solus liberator de inimicis iracundis, Psal.17. qui suos exaltat de portis mortis. Psal.9. Vt huic igitur tam benigno (inquit) deo complaceam. Circuiui. Solicitus fui, Secundū historiam, cum suos inimicos fugeret, loca subinde, et latebras mutare cogebatur Dauid, ut perspicue narrat Reg. liber.1. Reg.lib.1. Sic ait se circuisse. Sic tractandi quoq; sunt, uel corporales, uel spiritales inimici, ut in illis fugiendis & euitandis, simus prudentes, ut quemadmodum illi circueunt, ut nos circūueniant, ita & nos omnē circuitum quæramus, omneq; bonum dolum, ut eos eorumq; Fugienda picula solicite. aut occultas fraudes, aut apertā uim frustremus. Docuit Christus suos apostolos, non Math.10. se offerre morti, nisi urgeret fidei magna utilitas, sed declinare ad tempus. Alius uidetur esse sensus, quē indicat hebraica litera, quę sic uertitur. Exaltauit caput meū super inimicos meos, qui sunt in circuitu meo, hoc est, qui me obsident, et undiq;, ut ædāt carnes meas, quęrunt. Ab alio in eundē sensum sic clare uertitur. Etiā hostibus meis superiorē reddit, qui me

me cinxerunt. Sed nostram literã interpretemur. Circuire in malo sensu, dolos, fraudes, et insidias fabricare, atq; a simplicitate abhorrere significat. Sic ambulãt in circuitu impij. Sic circuit diabolus, ut ait. D. Petr. In bono quidẽ sensu, est ea diligenter quærere, & inuestigare, quæ maxime ad ueritatẽ, et pietatẽ conducũt, quibusq; contraria euitari maxime possunt, ut exhibeamus hostiam uiuentẽ deo. Sic circuibat sapiens, ut sapientiã requireret et reperiret. Sic circuiuit ciuitatẽ sponsa, hoc est, Christi ecclia, per uicos & plateas, sponsum, hoc est, Christũ quærens, quẽ super oĩa diligebat. Sic ait noster ppheta, cuiusuis hominis fidelis noĩe. Circuiui (inquit) ne gratię et auxilio dei deessem, solicitus fui, ut quęrerẽ quæ deo maxime grata foret, quibusq; modis oĩa ab inimicis pericula [illegible]aderem. Addamus itaq; nostrã solicitudinẽ oportet, quia mãdat Christus, ut uigilemus, &c. Non tamen aliunde (inquit) q̃ a deo auxilium quæsiui. Non enim circuiui, ut mihi prospicerem mea prudentia, meisq; uiribus, sed potissimũ a domino auxilium quæsiui. Hinc ait.

Circuire

Psal. 11.

Sap. 8.

Cantic. 3.

Solicitudine nr̃a opus est.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius, hostiã uociferationis.

Hoc est tabernaculũ dei, de quo iam diximus. Extra hoc tabernaculũ, nulla est grata immolatio, nulla accepta hostia. Vsus est aptissimo uerbo, qui uertit hostiã uociferatiõis. Hostia quidẽ in suo proprio sensu, sacrificiũ est, quod fieri solebat, uel cũ in hostem eundũ esset, uel deuictis iam hostibus. Perspicuum est nostrũ prophetam, hunc psalmum cecinisse, fugatis hostibus. Nos uero mortales omnes, in perpetua militia uersamur, sed uincimus solo dei beneficio. Vt hãc igitur hostiam immolemus semper, necesse est, quia semper ineundum est prelium cum hostibus, cum carne, cum diabolo, cum mundo, cum malis, qui probos odio prosequuntur. Iudas non dormit proditor. Non dormit diabolus, circuiens & quęrens, &c. Ait igitur, omnẽ solicitudinem docens. Circuiui, & immolaui, ut mihi auxilium a deo

Hostia.

Vigilandũ semp.

exorarem, frequenti sacrificio in tabernaculo eius, in ecclesia eius, hostiam uociferationis, non animaliũ mactatione, sed feruenti animi spiritu immolaui, & preces obtuli tam benigno deo. Hic docet protectionẽ in abscondito tabernaculi, de quo prius dixit. Hostiam quidẽ immolamus, & sacrificamus deo, quoties ad eum spiritum erigimus, et toti cum eo in spiritu uersamur, in oratione, certa fiducia auxilium ab eo petentes, & illi nos totos cõmittentes, neutiq̃ nostris uiribus fidẽtes. Hoc est orare patrem in spiritu. Sic aguntur gratiæ, si non dignę (quid enim digne tam benefico deo rependere potest humana imbecillitas?) tamen deo nõ ingratæ, qui uult et mandat, ut eum oremus, & eius beneficia meminerimus, per solicitam gratiarum actionem. Quod autem ait, uociferationis, aut clamoris, aut iubilationis, ut ab alijs uertitur, non exigit deus, ut stentoream uocẽ emittamus, quando precamur, sed ut animi uehementem deuotionem excitemus oportet, & quidẽ hilariter, & interno magno gaudio, propter spiritus internam suauitatem, quam habeat necesse est, qui hoc modo cum deo loquitur et uersatur. Is enim qui corde sic orat, uere suã conuersationem habet in cælis, ut ait apost. Pro his igitur maximis (inqt) dei beneficijs

Hostiam vere sacrificare.

Non vocis, sed spiritus clamorẽ exigit deus.

Philipp. 3.

Cantabo & psallam domino.

Cantare domino, est dei laudes alijs denuntiare, psallere non tam uerbis, q̃ uitæ integritate, fructu bonorũ operũ, alios ad dei agnitionem inuitare. Hæc est hostia placens deo, ut ait apost. Qui hoc modo cantat, & psallit domino, sit solicitus oportet, (id quod est circuire) ut quas possit maximas gratias agat, non tam uerbis, q̃ fidei soliditate, & uitæ innocẽtia, alijs (inq̃) ut bono sit exemplo, apud aliosq; solicite dei laudes, dei beneficia, quas ipse agnoscit, denũtiet. Hoc est (ut ait apost.) corde credere ad iusticiam, et ore ad salutem confiteri coram omni populo. Iterum precatur, sibi, uiribusq; suis neutiq̃ fidens. Contra priores (inquit) inimicos meos.

Cantare.

Psallere.

Rhom. 13.

Exaudi

Exaudi domine uocẽ meã qua clamaui ad te, miserere mei & exaudi me. Repetit, geminatq; orationẽ, ut suo exemplo nos doceat, eadẽ animi uehementia, quoties deũ precamur, nobis orandũ esse. Lege Erasmũ, in opere de modo orandi. Hęc est hostia uociferationis. Vt autẽ petendi audaciam cuiuis fideli uiro, tribuat benignus deus, hortat, monet, iubet, ut petamus. Petite (inquit) et dabitur &c. Et certam spem addens. Omnis (inquit) qui petit, accipit. Vere quidẽ accipit, qui bene petit, non aduersa, nõ mala, sed utilia, et optima, quis non eadẽ quę petat, sibi tamẽ haud dubie meliora longe, cũ noscat pater cœlestis (inqt Christus) quibus indigemus. Vult tamen ut ab eo petamus, non uult ut eius memoriam desides negligamus. Qui enĩ orat, qui petit, cũ deo loquit. Animũ itaq; erigat necesse est, ut deũ corde contempletur, nisi frustra labijs orare uelit, ut ait euãgeliũ. Dei memoriã, et fidem in deũ exercet oratio. Orat itaq;, Exaudi &c. Miserere &c. Orat ut semper exaudiatur, non iure, non meritis suis, sed pro misericordia. Hinc addit. Miserere mei, &c. Neq; sic orat solis labijs, sed corde (inquit ad deum) oro Nam

Vociferationis hostia.

Tribuit optima deus.

Cur orari uult deus.

Math.15.

Tibi dixit cor meũ. Ad te corde, ad te animo, ad te oĩ affectu dixi, clamaui, uociferaui, Deus meus exaudi, miserere, &c. Sic precatus sum uehementer. Quando enim & quoties (inqt) oraui, non solis labijs, aut uerbis oraui, sed cor meũ, interior homo, ille spiritus dixit, & orauit ad te, præsens erat tecũ per internã contemplationem. Sic enim orandus est deus, ut nõ longe ab eo, sed ei proximi simus, et illum animo quęramus. Hinc ait. Dixit tibi cor meum, et

Quomodo orandus est deus?

Exquisiuit te facies mea. Hoc est, omnibus modis circuiuit, et solicita est facies mea, uultus meus, interior oculus meus, animus meus, ut te uideat, ut te agnoscat, ut tibi seruiat, utq; tibi exhibeam corpus meũ, hostiã uiuentem, sanctã, & placentẽ, secundũ apost.

Rhom.12.

Exquisiuit te (inqt) facies mea, requirens faciẽ tuã, ut te recte uideam, ut statim sequitur. Nemo tamen est, qui deum, hoc est, dei incomprætensibilem maiestatẽ externis oculis uiderit unq̃, nec uidere potest (inqt apost.) lucẽ illã inaccessibilem. Per spiritũ tamen ex uerbo dei (ut idem ait apost.) reuelauit suis benignus deus, faciem, et uoluntatem suã, quantũ satis est credere uolentibus. Quod autem ait scriptura loquutum esse Mosen cum deo facie ad faciem, et Iacob facie ad faciẽ cum deo loquutus est, per internunciũ angelũ loquutum esse sentias, oportet. Sic enim cum angelo Iacob luctasse dicitur. Deum uero in uerbo, & doctrina eius uidemus, certa fide in eũ, animi interna, puraq; cõtemplatione. Visus est etiã deus pater in filio, non homine, sed deo. Qui uidet me, uidet & patrem (inquit) meũ. Vnitatem enĩ substantiæ dei patris, & dei filij, et diuinã illã similitudinẽ in doctrina, in uoluntate, in absoluta potestate, uidere licuit in Christo, sed fide, & spiritu. Ego (inquit) et pater unũ sumus, hoc est, spiritu, uoluntate, substantia. Deus pater, spiritus est, incorporalis, inuisibilis. Videri igitur nisi spũ nõ potest. Lege August. in Ep̃la.111.&.112. Et Irẽneum in libro.4.cap.37. Mosi uero p̃missum erat, quod dei patris posteriora uideret, hoc ẽ, filiũ incarnatũ, de quo uaticinatus est, Deuter.18. Vidit ergo in spũ et fide. Hominẽ quidẽ alloquitur deus multifarie. Diximus in psal.17. Aliter. Prius ait propheta. Tibi dixit cor meum, ad te corde, & spiritu loquutus sum, & non modo corde ad te accessi, sed etiam, ut cordi facta consonarent, Facies mea exquisiuit te, solicitus fui, ut externa opera mea, quę uidentur, ut facies, nec occultari possunt, te etiam exquirerent, quia fidem ex operibus ostendere optaui, ut hostiam uiuã, & placentem tibi exhiberẽ, proximoq; prodessem, non ut uiderer ab hominibus, sed (iuxta euangel.) ut opera mea bona uiderent homines. Sic faciem tuam exquisiui. Id quod semper facere (inquit) conabor gratiæ tuæ auxilio. Nam

1.Corin.2.

Deute.33.
Genes.32.

Videre deum.

Quomodo uidemus deũ.

Faciẽ

Faciem tuam domine requiram.

Facies dei — *Vultū tuū, gratiā tuā, fauorē tuum, pręsentiā tuam, uoluntatē tuam, toto corde, totaq; fortitudine requiram, illam deniq;, de qua supradiximus, rem unam requiram a te, & petam.* Psal.13. *Quid sit deum requirere, dic in psal.13. Te itaq; supplex (inquit) sic orabo semper.*

Ne auertas faciem tuam a me.

Sed respicias in me, & miserearis mei, ut continuā uoluntatē habeam requirendi faciē tuā. Hęc erit oratio mea semper. Scio (inquit) me peccatorem, scio te peccatū odio habere, irasciq; peccatis per singulos dies, ut in psal.7. Psal.7. *Postq̄ tamen in te solo confidam, ad te solum confugiam, me tibi totum cōmittam, ne auertas faciem tuam a me.*

Ne declines in ira a seruo tuo,

Vel explicat, uel iterū idem repetit, ab ardēti animo impetrandi. Non enim auertit faciem, et gratiā suam a nobis deus qui bonus est, & nimiū nos diligit, nisi in ira, nisi cum nostris peccatis prouocauerimus. Tu es (inq̄t) mihi dominus, ego tibi seruus. Cupio quidem tibi seruire, uoluntatem tuā facere, sed carnis imbecillitate, inimicorū suasu, & prouocatione sępe impedior.. Facio, fateor necesse est, quæ sunt ira, & uindicta digna. Hoc enim efficiūt me inuito, mēbra, quę repugnant legi mentis meę. Rhom.7. *Peccaui, corā te, graue est peccatū meū, sed tu misericors propitius esto mihi. Et noli a me seruo tuo, tui deditißimo, iratus declinare, ut me non adiuues, sed supplex precor.*

Adiutor meus esto. *Contra omnes inimicos, ut te digna agā, ut requirere ualeā faciē tuā, & impetrare. Adauge mihi fidem.*

Ne derelinquas me.

Supplicem & seruum tuum.

Neq; despicias me deus salutaris meus. *Quamuis ego merear ut irascaris, ut me per peccatū despicias, miserere mei etc. Tu enī es uere deus salutis meæ. Noli igitur secundū actū meū, secūdū carnis imbecillitatē iudicare, sed secundū̄ mīam tuā memēto mei, et mihi adiutor esto. Noli me seruū tuū humillime prostratū, & te orantē despicere, & repellere. Vnicus etenim & pauper sum ego.* Psal.24.

Quoniā pater meus & mater mea dereliquerunt me. *Patris & matris appellatione, uel intimos huius sæculi amicos omnes intelligit.* Patris & matris nomine, amici. *Ab his patribus, & huius sæculi amicis, qui a fide Christi, & agnitione dei impediunt, uenit Iesus separare hominem. Et qui hm̄oi patrē et matrē (inquit) reliquerit propter me, uitā æternā poßidebit.* Math.10. *At ego (inquit) non tam dereliqui eos, q̄ illi propter te dereliquerūt me. Defuit enī mihi humanū omne auxiliū, recesserūt a me amici, neceßitudine iuncti proxima. Si enim illi nos deserāt, quis tandē nos non deseret? Sic enī pijs contingit propter Christum.* Ab amicißimis deserimur in hoc sęculo, ꝑpter Christū. *Mihi igitur adiutor (inq̄t) esto domine, ne despicias etc. Quoniā pater meus, &c. Et ego ad te solū confugio. Nūc uero certæ consolationis uerbū addit, eo neminem non admonens, ut cum urgeat ingens neceßitas, spretis huius sæculi quibuscunq; amicis, in solo dei auxilio, fidens quiescat atq; pacato sit animo. Omnes (inquit) amici mei, dereliquerunt me.*

Dominus autem assumpsit me.

Hoc est, ut prius dixit, super inimicos exaltauit, me uictorē effecit, suscepit me in tuitionē suā, cum sit mihi loco patris & matris. Vere pater est, qui condidit, benigneq; cōseruat, et suscipit. Matris officiū agit, quia blande fouet, suauiter educat et nutrit. Hinc in plerisq; locis, deū susceptorē suū appellat. Dic ī psal.3 Ab alijs quibusdā sic explanantur hęc duo loca. Pater meus Adam, et mater mea Eua, dereliquerūt me in originali peccato, sed dominus Christus assumpsit me ī tuitionē, liberauit me per benignā crucē, paßionē, fidem, & baptismū. Priorē sensum indicare mihi uidetur hebraica litera. Dominus (inquit) collegit me. Hoc est, postq̄ ab oībus huius sęculi amicis derelictus sum, dominus inter alios ī eum fidentes, collegit me sibi, me adoptant, quē in

suam tuitionē suscepit. Sic mandat Christus, cum urgeat eius negociū, ne quēuis, qui amplius q̄ in corpus non potest, timeamus, neq; aliū patrem quæramus in terris, quia suscipiet dominus, &c. Quamobrem, deū supplex hoc modo alloquitur, cupiens super omnia, uitam deo tam benigno placentem agere.

Legem pone mihi dñe in uia tua. Doce, uel ostende, (ut ab alijs uertitur) mihi domine uiā tuā. Hoc orandū est nobis oībus, ut in eum fidentes, in uiā mādatorū eius ambulare in hoc sęculo poßimus, et per eius gratiā, innocentē uitā agere. Est inq̄ ut sic oremus necesse, quādo a nobis insufficientes sumus. Sic orat in psal. 118. Legem pone mihi domine, & exquirā eam semper. Legē nobis ponit deus, quando in ea meditandi gratiam pręstat. Hinc sequitur. Non igitur solum (inquit) precor ut me legem tuam doceas, sed

Psal. 118.

Et dirige me in semita recta, propter inimicos meos. Nisi enim tu me direxeris, et uelut per manū ne aberrē duxeris, facile elabar a rectis semitis tuis, quācūq; rerū scientiā habuerim, quæ absq; tua gratia, sæpius inflat. Rectæ semitę dei sunt, eum agnoscere integra fide, eiusq; uoluntatē pro uiribus facere. Est enī uia & ueritas Christus. Dirige (inqt) me, propter inimicos meos spiritales, & corporales, qui me perdere & delere conanř, i semita recta, ne uel ad dexterā, uel ad sinistram declinem, neue respiciā retro. Dirige domine, & suscipe, et fac p̄ tua mīa

Rectę semitæ hominis erga deum.

Ne tradideris me in animas tribulantiū me. Hoc est, (ut ab alio uertitur) Ne tradas me uolūtati hostiū meorū. Anima enim pro uoluntate, ab hebręis nōnunq̄ usurpatur. Nam a mente, ab anima, proficiscitur uoluntas. Ne ergo tradideris me (inquit) in animas, & uoluntates, tribulantium, hoc est, hostium persequentiū me, sint uel corporales, uel spirituales, ut me uincant, ut me trahant suis dolis, in uoluntates, & scelera eorū. Sic enim necesse est (inquit) ut orem, ut me susci pias, & semitas meas dirigas.

Anima p̄ uolūtate.

Quoniam insurrexerūt in me testes iniqui. Sunt enim iniqui testes, qui falso testimonio, uel dolo, uel mendaci detractione, proximū lędūt. Bellū quidē in omnes, qui eorū moribus aduersantur, parant impij. Eos igitur uel uiribus, uel dolo, & fraude, & mendacijs, uincere cupiunt. Quis nō perspicit maleuolos omnes, sceleriq; deditos q̄ sint parati, ut uel facto, uel uerbo, falsoq; testimonio, innocentiā lędant? Quid non lędere cupiant, qui eos, ut illorū carnes ędāt (ut supra dixit) omni crudelitate persequūtur? Omnes quidē inimici, quod ad hūc locū attinet, testes iniqui, testes (ut uertit Hiero.) falsi sunt, qui non minus uerbo, q̄ facto nocere student. Sic introducti sunt multi falsi testes, cōtra Christum, inquit euangel. Sic omnes qui pie uolūt uiuere, in hoc sæculo, persequutionē sæpenumero a falsis fratribus patiuntur. Surrexerunt itaq; testes (inquit) iniqui, ut falsitate, dolo, malignitate uincerent.

Maligni in bonos.

Inimici verbo & facto.

2. Timo. 3.

Et mentita est iniquitas sibi. Non modo iniquum, sed ipsam iniquitatē illū uocat, qui sciens, et prudens, falsum loquitur, aut fabricat in proximi perniciem. Dolosus etenim testis, qui secū constituit falsum testimoniū dicere, malignus, qui per maliciā nocere studet, nonne prius sibi, et intus apud se falso mentitur, sciensq;, & uolens dolū fabricat? Sibi igiř, hoc est, in damnū suū mentitur, qui tam iniquo odio mentiř, et furiř in proximū. Pium uirū corpore occidere potest eius falsum mendaciū, ipse autē et corpore & aīa peribit inæternū. Hi sunt uere mendaces filij hominū, quorum nimis nimisq; multi sunt, hac nostra potißimū tempestate. Quis enim non uicus abūdat, his tristibus obscęnis? Id quod apud christianos, et execrandū, et dolēdū est. De his tristibus, et flagitiosis, suos admonuit Christus, non modo ut eos non timerent, sed etiā se tum beatos existimanēt, quoties propter iusticiā sic persequuti fuerint, et oē malū dixerint

Mentitur inimicus in damnū suum.

dixerint aduersus eos maligni, propter eum mentientes, &c. Producuntur hi quidē testes quotidie a iustorū psequutoribus, in pauperes et ueritatē colentes. Sed hoc est (inqt. D. Cyprianus) opus semp diaboli, ut seruos dei mēdacijs laceret. De mēdacijs, pluribus ĩ psal. 5. Quicquid illi tamē (inqt fidelis) conent, non magnifacio, nō me terrent. Nam unā petij a domino, et hāc certa fide requirā, et eadē fide

Psal. 5.

Credo uidere bona dñi, in terra uiuentiū. Hęc est unica res, quā prius petij. Hęc est unica spes mea. Videre bona domini, non aliud est, q̃ frui bonitate dei, & auxilio eius. Viuentiū terra est, omniū in hoc sæculo fideliū, ecclesia Christi, cuius bona uident illi omnes, qui uere uiuunt, per fidē, et charitatē. Alij etenĩ mortui sunt. Hinc ait euāgel Sine mortuos, suos mortuos sepelire. Est et futura terra uiuentiū apud deū, ad quā tendūt oĩ conatu pij omnes, æquo interim animo ferētes, huius sæculi oĩa probra, aduersaq;. Illic sunt uera bona domini, uereq;, et certę diuitię, quę ab iniquis testibus, et persequutoribus capi nō possunt, ut ait euang. unde nō est transmutatio, &c. Hic autē in spe, illic res ipsa dabitur. Hic uelut p speculū in enigmate uidemus, etc. Hac certa spe (inquit) roboratus, inimicorum minas omnes paruifacio. Propterea qui ĩ hoc sc̄lo persequutionem pateris, noli hos (inquit) mendaces, aut quoscunq; inimicos timere, sed

Viuentiū terra.

Luc. 9.

Expecta dñm. Hoc est patientia, quęcunq; fiunt aduersa sustine. Hoc est expectare dominū, quoad sibi uisum fuerit, uel auxilium ferre, uel hic in terrā uiuentiū te eripere. Hęc est certa spes, quā habere debemus in domino, quem expectare iubemur per patientiam, ut ait apost. Sed in hac patientia laborandū est magnis uiribus. Propterea, ut cum fructu expectemus, sic admonet.

Expectare dñm.

Rhom. 8.

Viriliter age. Nam opus est magna patientia, ut tot inimicis, tantoq; odio psequentibus, resistatur per patientiā. Illa enim sola est, quæ uincit, per fidem certā in auxilio dei. Tanta quidē patientia, et tam constanti opus est, ut etiam gloriemur in tribulatione, ut ait apostol. Hinc fidelem ualde hortatur. Viriliter (inquit) age. Et

Rhom. 5.

Confortetur cor tuū. Esto fortis in hoc prælio, uires collige, ut expectare possis, nō ut tibi fidas, aut tuis uiribus, sed per spem certā, qua credis uidere bona domini in terra uiuentiū, per gratiam protectionis dei. Habe fiduciam in domino, & ipse diriget gressus tuos, inquit sap. Hac fide, certaq; spe, confortetur (inquit) cor tuum, noli succumbere, noli dare locum hosti, sed uiriliter age.

Prouer. 3.

Et sustine dñm. Iterum repetit, expecta, et sustine dominū, quē habes, et semper habebis in oportuno tēpore (si in hac fide, et spe, manseris) illuminatorē, salutē, ptectorē, & benignū adiutorē, ut supra in hoc psalmo. Hūc locū interpretari uidet psal. 129. Sustinuit anima mea (inquit) in uerbo eius, hoc est propter uerbum eius, quo promittitur auxilium, & cui certam fidem habeo. Ait enim in eodem loco. Quia sperauit anima mea in domino. Speremus igitur certo certius, ut sustineamus. Qui enĩ recte sperat facile sustinebit. Similem finem habes in psalmo. 30.

Psal.

Fides animū obfirmat.

Psalmus. 27. huic Dauid.

Vel huic, uel ipsi Dauid, tam in hac nostra editione, q̃ in græca adijcitur præsenti titulo, prēter alios psalmos, plane docens, quod supra admonuimus ĩ psalmorū titulis, uerbū Dauid, non genitiui, sed datiui casus esse, ut nullus ignoret, eum non de se loqui, neq; humana uoluntate, allatam esse aliquando prophetiā, sed spū dei inspirati sunt sancti dei homines, inqt D. Petr. Ipsi igitur reuelatū est, ut in aliorum doctrinā id loqueretur, scriberet, atq; prædiceret, quod spūs sanctus p tēpore afflauerit.

2. Petr. 1.

In summa.

Inimicorum & multitudine, et improbis uiribus, multū & diu uexatus, supplex ĩ hoc psal

mo deum orat pius christianus, ne uincatur, neue cũ eis pereat. Illos inimicos docet propheta, meritam suam mercedem recepturos. Gratias agit deo, qui illum exaudiuit contra eos. Omnes docet, ut in deo spem omnẽ suam ponant suo exemplo, qui solus est fortitudo, et protector sperantiũ in eo. Orat pro ingẽti charitate, ut eodẽ modo, quo eum saluũ fecit, saluũ faciat omnẽ populũ suũ, benignus deus.

Explanatio.



AD te dñe clamabo deus meus. Varijs quidẽ uocabulis uertitur hic locus. Septuagita, Deus meus, uerterũt. Hiero. ex hebræo, fortis meus. Felix, Creator meus. Alius, Petra mea. Neq; tamen sententia diuersa, aut uaria est, cum sit deus, et fortis noster, et petra, & creator. Ad hunc fortem, & bonũ deum sic loquitur. Ad te igit deus (inquit) meus, et aliũ neminẽ, quoties opus fuerit, clamabo, importunis precibus accedã, et uociferabo, ut in psalmo prio re proximo. Clamabo cordis (inquit) magno desiderio, ne ore tantũ, et uoce clamãs, taceã apud deũ, q nõ clamorẽ, sed animi ardorẽ respicit. Abunde quidẽ ad deũ clamamus, quãdo cordis desiderio petimus, licet uoce sileamus. Est enĩ cordis scrutator deus. Voce tamen, et uerbis orare docet. Sic (inqt Christus) orabitis, Pater noster &c. Clamemus igitur, seu magno cordis solo affectu, seu uoce et corde, et hoc modo supplex deum roga. Deus meus

Corde orandum.

Ne fileas a me. Responde precibus meis, tuo beneficio. Silet a nobis deus, atq; tacet, quando nõ annuit precibus, non exaudit, elongatur eius solita benignitas, quia nõ respõdet petitioni, benigno suo auxilio, uel quod non iusta sunt quæ petuntur, uel quod petenti utilius erit, non exaudiri in eo quod petit, aut tam cito nõ exaudiri. Ora tamen assidue deũ.

Quando silet deus.

Cur statī nõ exaudit deus.

Ne sileas a petitione mea deus meus. Nequando taceas a me. Quod ait nostra æditio, Nequãdo &c. Ex hebraica ueritate uertit Hiero. Ne forte. Idem est. Orat enim ne sileat ab eo deus, neue taceat ab eo, sed benigno suo fauore auxiliũ ferens, precibus ope respondeat, hoc est, nõ uerbis, sed beneficijs respondeat deus. Supplex igitur oro, ne taceas (inquit) a me. Nam si tacueris, & uincar haud dubie ab inimicis.

Non uerbis, sed beneficiis respondet deus.

Et assimilabor descendentibus in lacum. Hoc est, a mortuo, ab illis impijs et peccatoribus non differã. Nisi enim tu pro bonitate me exaudias, mihiq; succurras, inimicorũ sæuitiam non euadã, me plane uincent, cadam cum eis, & illis ero similis, qui digni sunt ut in lacum, in mortem, in sepulchrum, in infernum descendãt, indigni qui uideant dies bonos. Hunc locũ perspicue uertit Hiero. Ne forte tacente te mihi, comparer his, qui descẽdunt in lacũ. Sic enim mortuus ero cũ mortuis, ut ait euang. Quãobrem supplex oro.

Luc. 9.

Exaudi domine uocem deprecationis meę, dum oro ad te. Hoc est, cum ad te clamauero, et quoties, exaudi uocẽ meã, exaudi assiduam orationẽ, & interiorẽ animi affectũ, qui in angustia constitutus, ad te ut auxiliũ impetrẽ clamo, ardẽter oro. Exaudi dum oro ad te, dum agnoscã te, dum omnem fiduciam in te constituam.

Dum extollo manus meas ad templum sanctũ tuũ. Cupit exaudiri, qui tam solicite, tam importune petit. Vult enim sic orari deus, uult ut solicite, & fidenter petamus, & pulsemus. Fidenter petit, qui certo credit. Nullus non potest petere, qui dei bonitatẽ uere agnoscit, qui nunq̃ non eget gratia dei. Qui uero non agnoscit, frustra petit, cũ non possit ex animo, ex fide petere. Quomodo inuocabunt eum in quem non crediderunt? Neq; uocem, sed animi synceritatẽ respicit deus, qui est cordium scrutator. Quod ait, Dum extollo &c. Ex animi uehementia corporis

Vult orari deus.

Rhom. 10.

corporis externũ gestum docet. Nec fere potest magno quouis affectu orare quisq̃, sine externo gestu. Quæ in corde loquebat Anna, labia tamen eius mouebat. Nescio an una leuabat manus. Non ergo exteriorẽ gestum, ut solent, hac nostra potißimũ tẽpestate, traducãt impij. Sic leuabat Moses manus, et uincebat israel, cũ uero remitteret, superabat Amalech. Non id dico, ut externos gestus sine fide, sine animi affectu doceam, quod uere est hypocrisis, sed illos ab aïo externos gestus ne improbemus, qui animi affectũ indicãt. Sic ait. Clamaui ad te domine, tota die expandi (inquit) ad te manus meas. Est (inq̃) indiciũ in pio uiro, non hypocrisis, ut calũniantur maligni, sed ardentis animi. Noli igitur fratrem maligne iudicare. De templo dei, et quomodo ad templũ oratur, diximus in psal. 5. Hic uero in spirituali sensu, deũ ipsum intelligit, ad quẽ accedit orans, q̃ proxime humana cõtemplatio potest. Hinc ab alijs uertitur. Ad aditum, seu abditum sanctitatis tuę extollo, &c. Cur uero tam ardenter orat, nunc exprimit. Ad te clamabo (inquit) &c. Exaudi &c.

1.Reg.1. — Manus ad deum leuare. — Exod.17. — Psal.87. — Psal.5.

Ne simul tradas me cũ pctõribus.

Neminẽ tradit, deus, neminẽ prouocat, nõ est cuiusuis mali author. Tradere igitur cũ peccatoribus est, gratiã, ab indigno qui gratiam petat, tollere, auxiliũ nõ ferre, humanã imbecillitatẽ non iuuare, orantẽ nõ exaudire, tradere deniq; ĩ desideria cordis etc. ut ait apost. Sic tradere igitur nõ aliud est, q̃ pati ut se tradat, ut aberret. Neq; sic traditur quisq̃, nisi q se auertit a benigna dei gratia. Orauit itaq; in psalmi principio, ne sileret deus &c. Deũ nunc ardenter orat. Ne me tradas, &c.

Tradere hominẽ peccato quid. — Rhom.1.

Et cum operantibus iniquitatẽ ne perdas me. Id quod facies (inqt) si me tradideris, hoc est, nisi me exaudieris, & opẽ tuleris. Non enĩ sufficiũt (inquit) uires meę, Operantes iniquitatẽ, sunt priores illi peccatores, qui pcti turpitudine se delectant, alieni a charitate, in proximũ maligni, digni q descẽdant in lacũ. Cũ illis impijs, me ne sinas (inqt) cadere. Sunt enĩ uere operantes iniqtatẽ.

Iniquitatẽ operãtes.

Qui loquuntur pacẽ cũ proximo suo, mala autem in cordibus eorũ.

Quis nam sit proximus, diximus in psal. 14. Hi sunt maligni et pernitiosi hostes, qui pacẽ ore loquunt, mala autẽ in cordibus, et animis meditant. Hi sunt qui corde, et corde loquuntur, labijs dolosis. Hi sunt (inq̃) melliti hostes, qui ut simplices facilius inescare possint, uenenũ delinitũ melle promũt, & porrigũt, hoc est, (ut ait puerbiũ) altera manũ ferũt lapidẽ, altera panem ostentant. Vel potius in altera piscẽ, in altera serpentẽ habet, qui sic pacẽ loquit, ut piscis loco serpentẽ porrigat. Hi sunt scelesti adulatores, hi sunt hęretici omnes, qui pios, ipsamq; Christi ecclesiã, dolis, et mendacijs maxime fœdantes, persequuntur. Hi sunt pręter alios oẽs uere operantes iniquitatem. Hãc pacẽ cũ Christo loquebantur iudęi. Hinc orat tam uehemẽter in hoc psalmo, ut eũ deus exaudiat, ne tradat eum cũ his pctõribus, nec sinat eum uinci malignitate eorũ. Frustrentur itaq;, & pro tua (inquit) bonitate, mentiantur sibi, pereant suis mendacijs, ut ait in psalmo superiore proximo. Et

Psal.14. — Pernitiosus hostis uel adulator, uel dolosus impius. — Math.7.

Da illis secundũ opera eorũ, & secũdũ nequitiã adinuẽtionũ ipsorũ.

Secũdũ. D. August. in huius psalmi principio, nõ optat propheta, neq; orat cõtra inimicos, sed pręmonet, atq; prędicit. De quo diximus in psal. 9. Certũ est quidẽ deũ daturũ illis secundũ opera, & nequitiã & dolum eorũ, qui proximũ odio psequũtur, quia iudiciũ dei erit secundũ ueritatẽ, & reddet unicuiq; secundũ opera sua, inqt apost. Hos igit certo certius destruet deus, ut postea sequit. Quod ait adinuentionũ, de illis intelligit, qui legẽ dei spernẽtes, suas carnales leges, quas illi sibi faciũt suas uolũtates, seu potius uoluptates, aut libidines, nulla ignorantia, sed malicia sectantur. Sic enim in malam partem adinuentio in sacris literis prope reperitur. Hic a Felice uertitur,

Rhom.2. — Adinuentio, in malã partẽ.

titur. Da illis secundũ malignitatem studiorũ eorũ. Hiero.uero. Da illis secundũ malũ adinuentionũ suarũ. Quoniam lingua, et adinuentiones eorum, contra dominũ, inquit Esai. Et q̃uis plena sit exẽplis sacra scriptura, unicum tamen alium locũ Hiere. qui nostrũ præsentẽ interpretatur, legenti offerã. Ego (inquit dominus) scrutans corda, & probãs renes, qui do unicuiq; iuxta uiam suã, & iuxta fructũ adinuentionũ suarũ. Dei auxilio maxime opus est, contra dolosas huiusmodi inimicorũ adinuentiones, qui sunt tam duplici corde, (ut ait ecclesiasticus) Væ illis qui labijs sunt scelestis, et manibus malefacientibus. Iterum itaq; uel optando, uel prædicendo, repetit.

Esai. 5.
Hiere. 17.

Secũdũ opera manuũ eorũ tribue illis, redde retributionẽ eorũ ipsis.

Opera manuũ eorũ sunt nequam, & mala, ut supradixit, ideo secundũ ea, hoc est, secundũ quod merentur, ita ut digni sunt, tribue (inqt) illis, dignis pœnis affice. Iustum enim est, ut sic facias, qui reddis unicuiq; secũdũ ueritatẽ. Hinc uehementer repetit. Tribue et retribue ipsis &c. Hoc est enĩ scelerato uiro, et priori peccatori dignã retributionem suam reddere, dignis pœnis afficere. Redde illis talionẽ, ab uno uertitur. Talionem esse nullus ignorat, ęquare pœnam delicto, par pari referre. Hinc ait apost. Omnes nos manifestari debere ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; propria corporis, prout gessit, siue bonũ, siue malum. Hęc est enĩ retributio dei, ut unusquisq; dignam suam mercedem recipiat. Nec alienũ esse uidetur, hanc retributionem intelligere, de eo qui pro bono malum retribuit, qui uere dignus est, cui deus pro merito retribuat, hoc est, maiore pœna afficiat. Sic enim solent scelesti homines, ut in psal 37. Sic de se fassus est Saul. Tu (inquit) tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Tribue & retribue (inquit) illis operantibus iniquitatem. Digni quidem sunt hac retributione.

2. Cori. 5.
Retributio dei.
1. Reg. 24

Quoniam non intellexerũt opera domini, & in opera manuũ eius.

Intellectum, & animũ non intenderunt, ut ea probe considerarent. Non intellexerunt (inquit) quia noluerunt intelligere, ut bene agerent. Est igitur ignorantia uoluntaria, non necessaria, crassa, impia, non uenia digna. Sic enim ignorans, ignorabitur, inquit apost. Sic aures obturant maligni, uocem incantantis ne audiant. Digni igitur sunt, quibus retribuatur, quoniã non intellexerunt, &c. Et in opera manuũ eius, quibus deum cognoscere possent, ut ait apost. non intenderunt animum, sed ea neglexerunt, & intelligere noluerũt. Tu igitur, (inquit ad deum propheta) illis uero reddes retributionem, quia

Ignorãtia inexcusabilis.
1. Cori. 14
Rhom. 1.

Destrues eos, & nõ ędificabis eos.

Hoc enim est, quod deus reddet illis, destruet eos scilicet, hoc est, perire faciet, & non ędificabit eos, non conseruabit, non amplificabit, non inuitabit eos, suam gratiam tollet ab illis. Ait itaq; in psal. 36. Vidi impium exaltatũ &c. transiui, & ecce non erat, quęsiui, et nõ est inuentus locus eius. Nam iter impiorũ peribit. Eos itaq; non ædificabit, non sustentabit, nõ proteget &c. ut supradiximus. Hęc in sacris literis significat ędificare. Quo uerbo sæpe utitur apost. Inde qui populum sanis doctrinis iuuant, eosq; instruunt, & docent, ædificare dicũtur. Contra uero, qui male docent, destruunt. Quoniam, quæ perfecisti destruxerunt, inquit idem. Quisquis pius christianus est, proximũ ædificare tenetur, hoc est, sustentare, defendere, in omnibus iuuare, docere, admonere &c. Hinc ait apost. Aedificate alterutrũ. Hos uero qui loquũtur pacẽ cũ proximo, mala autẽ &c. destrues (inquit) domine, et nõ ędificabis, quoniã nõ intellexerunt opera tua, &c. Illis igitur dabis secundũ opera eorũ. Gratias itaq; agens deo, pro tam benigno auxilio, nos suo exẽplo docens, ait

Psal. 36.
Aedificare.
Psal. 10.
1. Tessal. 5

Benedictus dominus. Sæpe admonuimus, non aliud esse deum benedicere, q̃ eius beneficia agnoscere, & humiles gratias agere.

Benedicere deo.

agere. Non enim aliud beneficiũ deo referre potest humana imbecillitas, q̃ dei beneficium agnoscere, idq; apud alios assidue in eius gloriam prædicare, laudes, & gratias illi agere. Deũ igitur benedictũ optare est, ut cognoscatur ab oĩbus, laudetur, magnificetur, eius nomen, eius gloria exaltetur. Hinc ait. Benedictus deus, & apud omnes prædicatus sit, ut neminem lateat eius benignitas, ut una mecum illius bonitatem agnoscant.

Deũ optare benedictum.

Quoniã exaudiuit uocẽ deprecationis meę. Auxiliũ mihi pręstitit, cõtra tã ualidos, tãq; uersipelles inimicos. Est etenĩ

Dominus adiutor meus, & protector meus. Me itaq; ex hoc ingenti (inquit) præsentaneoq; periculo tandem liberauit, quia protexit me in abscondito tabernaculi sui, ut in psal. proximo superiore. Et ideo (inquit) fuit adiutor meus, quia

In ipso sperauit cor meũ, & adiutus sum. Eximiam, euangelicãq; doctrinã docet, si a deo auxiliũ uelimus, ut in eo solo speremus necesse est. Diximus in psalmo proximo. Sperauit (inquit) cor meum, animus meus, & certo credidit, seseq; commisit auxilio dei, & ideo adiutus sum.

A deo auxilium nõ speret, qui in eo non certo fidit

Et refloruit caro mea. Gauisus sum, ut a Hiero. uertitur, & exultauit cor meũ, ut uertunt alij, et confortatũ est, ut in psal. superiore proximo. Quis nõ reflorescit, non plurimũ gaudet, qui a magno periculo liberatur. Quod autẽ ait nostra æditio, Refloruit caro mea, carnẽ, pro toto homine itelligit, id quod apud apost. frequens est loquendi modus. Ex operibus legis (inqt) non uiuificabitur omnis caro, hoc est, nullus homo. Vel caro, est ipse animalis homo, qui non percipit ea quæ sunt spiritus, nisi per gratiã. Quod itaq; ait, refloruit, hoc est, per benignũ auxiliũ gratie dei, uelut noua (inquit) facta est tota facies mea, totus immutor, de carnali in spiritualẽ, de tristicia in gaudiũ, id quod reflorere hominẽ efficit, a morte uelut reuocãs. Prius enĩ orauit, ne cũ peccatoribus perderet. Nulla caro est, quę nõ eget gratia dei, ut refloreat, ut ueterẽ hominẽ deserat, nouũ induat. Qui per gratiã sic reflorescit, foliũ illi nõ defluit, sed fructum dabit in tempore. Qui sic refloret inimicos despiciet, et florebit ille ut palma, prosperabitur, quia plãtatus est in domo domini, per certam fidẽ. Pro huius itaq; auxilij gaudio, (inquit) refloruit caro, restituta ẽ mihi, et animi et corporis sanitas. Non itaq; inuitus, sed

Rhom. 3. 1. Cori. 2. Psal. 1. Psal. 91.

Ex uoluntate mea confitebor ei. Mea sponte, et quidem gaudens, beneficia dei agnoscã, laudes eius pędicabo, et oĩbus denunciabo, gratiã p̱ uiribus agam. Hoc enĩ est confiteri domino. Nũc oẽs admonet, atq; docet, ut certã spem habeant in auxilio dei. Ideo refloruit caro (inqt) mea, et cõfitebor ei, quia

Confiteri domino.

Dñs fortitudo plebis suæ, & protector saluationũ Christi sui est. Populus dei sunt, qui in eum credunt, et se illi credunt, in eoq; solo fidunt, recte agnoscẽtes eũ, et diligẽtes. Quod ait dominũ protectorẽ esse saluationũ Christi, Christũ oẽm hominẽ intelligit, qui credit, et baptizatus est. Is enim Christus est, et unctus dei. Hunc ptegit, hũc saluat deus. De hoc Christo, et uncto diximus in psal. p̱ximo su̱piore. Vncti sunt christiani oẽs, et sacerdotes igit̃ oẽs sunt. Nã sacerdos (inqt Isichius) ab unctiõe cognoscit̃. Id quidẽ est, qd ait Petr. Vos estis ppl̃s electus, regale sacerdotiũ. Neq; tamẽ quisqs christianus est, illico ecclię mĩster est, ut uerbũ dei prædicet, ut sacramenta administret, ut absoluat, etc. ut nup, cũ adhuc plane insanirẽt hęretici, magno latratu iactitabãt, cum ad eos tantũ pertineat hęc functio, qui de more, per ecclesiã, hoc est, per ecclię prępositos, quibus ecclię consensu cõmittitur illa cura, & ptãs, ad hoc assumpti sunt, et certo quodã ordine, manus impositionẽ habent. Et quicquid latrent hęretici, inter clericos et laicos, non esse nouũ hoc discrimẽ manifestũ est, sed ab aplis incepisse, ut docent Ignatij epistolę, Dionisius areopagita, Tertullianus

Populus dei. Christianus, a christo. Sacerdotes. 1. Petr. 2. Ministri ecclesiæ.

tullianus, & ueteres omnes, ut taceã de Aug. Hiero. Ambros. Chrisost. et alijs patribus, tam grecis, q̃ latinis. Hi sunt presbiteri, quos per ciuitates cõstituerat Titus. Et quomodo predicabunt, nisi mittantur, inqt apost. Quin ad explanationẽ redeo. Suis est dominus fortitudo, & uires tribuit, ne inimicorum sæuiciæ cedant, et protector est saluationum, siue salutũ, ut defendat in oportuno tempore, ne in eum credens pereat, animęq; salutes, quas per certam spem, in patientia quærit, amittat. Nunc deũ orat propheta, uelut omnes per charitatẽ admonens, ut pro sua bonitate, uniuersum populũ suũ ita seruet, & protegat benignus deus, quemadmodum eum seruauit. Sic enim pro charitate, pro fratribus, hoc est, omnibus hominibus, fidei maxime domesticis, orare tenemur. In hac oratione frequens est apost. Sic orarũt sancti omnes, omnes lucrifacere cupientes. Hinc ait.

Rho.10.

Saluũ fac populũ tuum domine.

Iam dixi, qui sint populus dei. Neq; saluũ facit quenq̃, nisi qui in eum credit. Vult tamen omnes saluos fieri, sed hominis praua uoluntas, oblatũ beneficiũ reijcit. His non prodest aliquãdo oratio, nisi ut deus pro sua bonitate, citius elargiatur illis gratiã, ut resipiscentes, eũ agnoscant. Ad fidelẽ uero populũ pertinet inuicẽ orare. Hũc (inquit) populũ uniuersum tuũ, domine saluũ fac, ut me saluũ fecisti. Esto fortitudo, adiutor, & ptector illis in tribulationibus, ut p tuũ auxiliũ refloreat caro eorũ.

Quid prodest fidelium oratio, infidelibus?

Et benedic hæreditati tuæ. Fidelis populus, dei hæreditas est. Hinc ait in alio psalmo. Deus uenerunt gentes in hęreditatẽ tuam. Item in alio. Et hęreditatem tuã uexauerũt. Hanc hæreditatem dedit Christo deus pater. Huic (inquit) populo, huic hæreditati tuæ, benedic, auxilio iuua, benefac, esto protector, ut supra. Dei etenim benedictio, est eius pro bonitate erga genus humanũ, benigna gratia, quę iuuat, defendit, opemq; fert in neceßitate. Id quod nũc explanat. Saluum

Psal.78.
Psal.93.
Psal.2.

Benedictio dei.

(inquit) fac populũ tuum, & benedic, &c.

Psal.22.

Et rege eos. Hoc est, ut alij uertunt, pasce eos, dirige gressus eorũ, cum sint alias imbecilles, nec suis uiribus sistere possunt. Dic in psal.22. Eos itaq; & rege.

Et extolle illos usq; inęternum.

Vt semper tua benigna ope, de inimicis uictores euadant, fac eos inimicis superiores, usq; inęternũ, & semper, ut perpetuo uincant, ne unq̃ exaltetur inimicus super illos, ut in alio psalmo, ut ne tradantur cũ peccatoribus, et cũ operantibus iniquitatem perdantur, ut supra.

Psal.12.

Psalmus.28.

Titulus.

Psalmus David, in cõsummatiõe tabernaculi.

Preuidit quidem diuinus propheta, futurã illius domus, seu tabernaculi consummationem in Christo, hoc est, in Christi humanitate, quę tabernaculum foret omniũ cõsummatißimũ, non manufactũ, &c. ut ait apost. Hunc itaq; psalmũ in memoriam consummationis illius tabernaculi præscripsit, in quo omnes admonet, ut illi maiestati maxime gratulentur, & eam modis omnibus honorent, eius uerbo fidẽ habeant, eum adorent, & glorificent, uirtutem eius agnoscant, omne bonũ ab eo proficisci discant, animi puras hostias illi offerãt, quum sit ille solus, qui uirtutẽ populo suo dabit, ut in huius psalmi fine. Alijs uero nõ iocunditati, sed terrori erit. Nõnulla igitur dei mirabilia recenset in hoc psalmo, ut utrumq; doceat, & benigna eius beneficia erga suos, & terrenda iuditia erga inimicos. Hoc in summa quoq; docet. Si uero de Christi ecclesia, sponsa eius, omniũ in hac uita christianorum tabernaculo, ut in psal.14. & 18. in qua uere est dei adoratio, hunc psalmũ interpretari uelis, non repugno. Basilius, de nostro tabernaculo, nostro corpore, quod in pijs templum dei est, intelligit hanc tituli partem, ut pro consummatione, seu perfectione illius, discamus in hac uita, deum agnoscere, & adorare.

Honor exhibendus Christo.

adorare. Pius quisquis est, templum dei est, et tabernaculũ, in quo habitat deus per gratiã, pro huius uitæ peregrinationis tempore. Quàmdiu sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus, inqt apost. Simus igitur soliciti, ut honorẽ afferamus deo in hoc tabernaculo.

Explanatio.



Fferte dño filii dei. Deus. Deus, et immẽsæ maiestatis, et incomprehensibilis magnificentię nomen est, de quo pluribus in psal. 8. Deos quoq; & pios christianos, & qui deum agnoscunt omnes, appellant sacræ literæ. Ego dixi (inqt) dij estis. Sunt enim filij dei, qui uoluntatẽ dei faciunt, templum eius effecti. Dii, qui dicuntur. Dij igitur dicti sunt, quia hęreditatis dei participes sunt, cum sint filij, fratres, Christi cohæredes &c. Iudices quoq;, & reges, & principes, & potestate præditi, cum sit magnificentiæ nomen, dij appellantur. Sunt enĩ Ioues terreni, qui ab ipso deo suam potestatem accipiunt, & in terris, eius uices gerunt, cuius ministri sunt. De his Exod. 22. Exod. 22. Ad deos (inqt) utriusq; causa perueniet. Item. Dijs non detrahes. Et in psalmo. 46. Psal. 46. Dij fortes terræ uehemẽter eleuati sunt. Hinc ad Mosen loquutus est deus. Exod. 7. Ego constitui te deum Pharaonis. Vices enim dei gerebat, in signis, & miraculis æditis apud pharaonem. Quorũ omniũ, & super omnes, et super omnia, unus uerus deus est, natura omnipotens, Psal. 49. in cuius manu sunt omnes fines terrę, quem appellat deum deorũ, noster propheta. Vos itaq; (ait propheta) filij uere fœlices, uel qui prę cęteris fœlices uidemini, hoc est, uel uos fideles, & filij dei per fidẽ, uel qui in hac uita magna potestate præditi estis, afferte, et date domĩo, regi uestro, summo deo, cuius nutu reguntur omnia. Gratam offerre hostiã deo nemo potest, nisi filius dei. Ad hos itaq; loquitur. Sic admonet, ut simus puri, & mundo corde, ad offerendũ deo, ne simus indigni, qui deũ uocemus patrẽ, ut in oratione dominica. Qui filius est, illius sunt castę preces, & grata dona, hoc est, cum fide, charitatis opera. Sic quidem, uos filij dei

Afferte domino filios arietum.

Filii arietum. Iterũ repetit afferte, ut magis magisq; lectorem, et auditorem admoneat, solicite oblationem gratã domino afferre, pro uiribusq; gratias retribuere. Afferte domino filios (inqt) arietum. Sunt enim qui bene offerunt, illius arietis filij, hoc est Christi, Gene. 22. quem adumbrabat aries ille inter uepres ab Abrahamo inuentus, cum immolare suum filiũ iubebatur. Datus erat ille aries ꝑ filijs hominũ, hoc est, humano genere. Huius arietis filij, sunt omnes fideles. Filios quoq; arietũ intelligo, secundũ ueteris testamenti hystoriam, gratã hostiam, quam offerre solebant iudæi, teneros scilicet agnellos in sacrificium. Nec alienum uidetur ut nos, fidem, uitæ puritatẽ, & simplicem innocentiam colentes, per huiusmodi agnellos & filios arietum intelligamus, quos recipiet deus in dexterã, quia humiles, et prædestinati agnelli sunt, alios uero superbos, & peccati fœtore male olẽtes hędos, in sinistrã deijciet. Oblatio omnium summa. Est enim summa et omniũ deo maxime grata oblatio, fides, quæ solicite operatur pro charitate, cũ uitæ innocentia. Afferte igitur domino uos (inquit) filij dei, filios arietum, Vere filii arietum. tenerum, simplicem, humilem, & mansuetũ animũ ad pietatem, sicut patres uestri fœlices illi obtulerunt. Filios quoq; arietũ, ipsos appellat fortes, potestate præditos, uirtute ue insignes homines, qui sunt filij potentiũ in terra. Arietes nempe totius gregis duces sunt. Hos maxime ut deũ agnoscant, qui dei auxilio egent maxime, & qui sui, & dei maxime obliuisci solent, potissimũ admonet. Filios admonet, qui patrũ bona uestigia raro imitantur, ut quẽadmodũ patres eorũ in uijs dei ambulauerint, ita & ipsi deũ adorent, ut sint digni, qui priorũ arietũ filij appellẽtur. Filii fortiũ filii principum. Hinc Felix, Filij principũ, uertit. Alij. Filij fortiũ. Ab alio quidẽ uertitur. Date domino, qui uirtute pręstatis.

prestatis. Modus est hebreis quoq; loquendi, ut filios fortium filios uirorum, filios hominum pro ipsis fortibus, principibus uiris aut hominibus ponant, indicans eos dignos tam bonis parentibus. Ipsos itaq; arietes, ipsos principes monet. Quod autẽ ait, Afferte domino filios arietũ, docere quoq; uidei alio spirituali intellectu, ut offeramus deo fortẽ, con stãtẽq; animũ, ut eius causa si urgeat, uiriliter aduersa oĩa sustineamus, q sumus filij bonorũ patrũ, quẽadmodũ illi patres sustinebãt, quales erant apl'i Christi, qui primarij arietes, & fideliũ duces erant, libenter contumeliã sustinentes pro noĩe Iesu, omnẽ spem habentes in eius gratia. Quorũ patrũ uestigia, ut solicite sequamur, dei potentiã, maiestatẽ, et bonitatẽ uere agnoscentes, in hoc psal. uehemẽter admonet propheta. Hinc iterum ait.

Afferte domino gloriã & honorẽ.

1.Cori.10. Hoc maxime cõuenit omnibus hoĩbus, ut deo creatori, oẽm gloriã, et honorẽ tribuat. Hinc admonet apost. Siue manducatis, (inqt) siue bibitis, siue aliud quid facitis, oĩa in gloriã dei facite. Soli enĩ deo honor & gloria, hoc est, quoties de eius honore aut glia fit mentio, ce dat, & silescat oĩs alia gloria. Gloriã adfert deo, qui illũ uere deum, & solũ, et rerũ omniũ creatorẽ, gubernatorẽ, et datorem agnoscit. Honorẽ affert, qui pro dilectione solicite obe dit uoluntati eius, quia deũ glorificat in aliorũ conspectu, & uerbo, & facto, dic in principio psalmi proximi sequentis. Iterũ igitur atq; iterum hortatur propheta.

Soli deo honor.

Afferte dño gloriã nomini eius.

Gloriã afferre deo. Ille gloriã domino, & eius nomini affert, qui per gratiã firmiter credit, ac eandẽ fidẽ operibus demonstrat, uitæq; innocentia ornatus, dei beneficia cũ ipse agnoscat, tum alijs oĩbus in dei maximã laudem, eadem prædicat, ut dei nomen, fama, & magnificentia apud omnes glorificetur. Hanc gloriam exigit deus, neq; aliam gloriam deo afferre potest humana imbecillitas. Afferte gloriã nomini (inqt) eius, hoc est, ipsi soli deo, hanc priorẽ gloriã date, ipsum solum adorate. Hoc enim est afferre illi gloriam & honorem. Hinc ait.

Adorate dñm in atrio sancto eius.

Orationis quoq; locũ apponit, hoc est, ĩ atrio siue in aula eius, in ecclesia per fidem. Tabernaculi ueteris secũdũ hystoriã, tres erant partes precipuæ. Prima erat interior, Sanctũ sanctorũ uocata, ex quatuor columnis, ubi posita erat fœderis archa, post uelamentũ secũdũ, ut ait apostol. Quo non cuiuis licuit, nisi summo sacerdoti, nec illi, nisi semel in anno, ingredi. Secunda pars erat tabernaculi, quæ multis co lũnis, & lato ambitu cingebat sanctũ sctõrũ. Neq; ulli locũ illum, nisi sacerdotibus, ingredi licuit. Illic erat altare incensi. Tertia pars atriũ erat, quod undiq; tabernaculũ ambiebat, in cuius introitu inter illius atrij portã & tabernaculi ianuã, erat holocaustomatũ altare. Illuc usq; cuilibet sacrificare uolenti, ingredi licuit. Id quod in alio psal. secundũ hystoriã, perspicue docet. Tollite (inqt) hostias, et introite in atria eius, adorate dominũ in atrio sancto eius. Qui has partes explicatiores uidere uelit, legat Ioseph. lib. 3. antiqui. ca. 7. et August. in lib. quest. sup Exod. Simul et Bedã in libro de tabernaculo. De tẽpli uero quinq; partibus, lege Iosephũ libr. 2. cõtra Appionẽ. Interim in hac uita, licet remotiore atrio, ubi omnia uidemus uelut per speculũ ĩ enigmate, deũ adoremus, ut tandẽ non simus atrienses huius corruptæ domus, sed mensæ uere cœlestis participes, & coheredes, &c. Ille extra atriũ orat, qui extra Christum, eius fidem, et ecclesiam orat. Ille itidem extra atrium orat, extra omnẽ sanctimoniæ ambitum, qui labijs deum honorat, cor autem longe abest ab eo, ut ait euangel. Illum itaq; adoramus recte in atrio, hoc est, in nobis ipsis, qui sumus templũ dei, si deum recta fide, spiritu oremus. Hoc enim est atrium sanctũ dei, hoc est, coram deo adorare, ut uertit Chaldeus, hoc est, in spiritu, uere deum adorare, ad templũ sanctum eius. Postq̃ docuit hanc dei magnificentiam ab omnibus adorandam, nũc eius aliquas potentias

Tabernaculi treis partes.

Hebr. 9.

Iosephus

Orare in atrio dei.

Math. 15.

Adorare deũ recte.

tentias recensere incipit, ut qui amore, et doctrina non facile ducuntur, mirabiliũ rerũ admiratione, uel timore saltem discãt, deum totius maiestatis & potentiæ agnoscere, ut sit eis hic timor, sapientiæ initium. Est enim mirabilis deus in operibus suis. Nam

Psal.5.

Vox dñi super aquas. Vox domini, est eius mandatũ, seu uolũtas, in qua est summa, uel potius unica uis, et potẽtia. Hãc uocẽ qui non audit, longe est a filijs arietũ, ab ouibus Christi. Hunc locũ uarie interpretantur tractatores, cum nõ semel dei potentia super aquas manifestata fuerit. Aegyptijs, uersa sunt eorũ flumina in sanguinem, pro piscibus ranas dabant. Fecit grandinis pluuiã dominus, quæ uel maiora aĩalia interficeret. Rubrũq; mare dei populo peruiũ exhibuit, eodẽ inimicos obruens, stupendo miraculo. A quã e petra excussit. A quo nam alio datur pluuia serotina, et matutina, quàm a deo, ut ait Ioel? Hmõi mirabilia fecit deus, ut suã in suo uerbo fortitudinẽ ostenderet, utq; sciamus, quod nõ sit similis ei in tota terra, ut ait Exod. Erat quoq; hmõi uox dei super aquas, quum adduceret super omnẽ terrã diluuij pelagus. Filios itaq; dei, & arietum, ita alloquitur propheta. Adorate dominum, incuruate uos domino, ut ab alio uertitur, afferte gloriam nomini eius. Solus enĩ potens est, id quod ex mirabilibus eius ignorare nõ poteritis. Hinc admonet in hũc sensum egregię eccl'iastic. Quãto (inqt) magnus es, humilia te in oĩbus, et coram deo inuenies gratiã, quoniã magna potẽtia dei solius, & ab humilibus honoratur. Addit nunc plura dei mirabilia, ut fortius admoneat.

Vox domini.

Exod.7. &.9.

Exod.14. &.17.

Ioel.2.

Exod.9.

Eccles.3.

Deus maiestatis intonuit. In hoc etiã est uox domini super aquas, quæ desuper sunt, quando tonat in cœli nubibus. Est etenĩ pij uiri id naturæ non tribuere, sed solę diuinę dispensationi, cum sit deus naturæ author, & suo nutu solo, oĩa regit, atq; disponit, totius naturę deus. Quantũlibet itaq;, solito naturę uelut cursu, opera dei uideamus, dei nihilominus & potentiã, & bonitatẽ in illis suspiciamus, pariter & ex illis metũ, atq; reuerentiã eius, tã in nobis, q̃ apud alios excitemus, quia sic ea fieri disposuit deus, certo ordine, certoq; cursu pro uolũtate sua. Parũ mihi sapere uidetur, qui tonitrui ingenti fragore non terretur. Malicia, non hominis natura, timorem depellit. Neq; tamen (ut opinor) quisq̃ est, quantũuis dissimulet, qui non metuat dei tremendam uocẽ in tonitruo, quod non modo in hominis timorẽ, sed etiã in animantiũ omniũ terrorem parauit, & condidit deus. Rogauit itaq; Pharao Mosen & Aaron, ut deũ rogarent, ne amplius fierent tonitrua. Qui ergo nõ metuit, Pharaone durior uidetur. Qui uero hanc rationem operũ dei, non habent, neq; illa (ut æquum est) considerant, impiorũ numero habendi sunt, qui opera dei intelligere nolunt. Vere totius itaq; maiestatis et glorię hic deus est, qui cœli nubibus mãdat, ut pluat, utq; tanto fragore tonescant. Hunc locũ nõnulli attribuunt illi historię cũ darentur leges Mosi, quando cum illa maiestate ueniebat dominus. Et cœperũt audiri tonitrua, etc. Quid non maiestatis deus est, qui nihil non potest, siue sursum in cœlis, siue deorsum ĩ terris, cuiusq; ptãs penetrat usq; ad inferni nouissima? Tanta est igitur uirtus uocis, et uerbi eius, ut uerbi sui uirtute, quod a seruo et ministro eius proferri, nõ modo facta sint tonitrua, sed etiã alia mirabilia maxima. Nã per uerbũ domini, Moses et tonitrua et grãdines, et alias pestes in ægyptios iaculatus est. Vox itaq; domini, nõ modo sup aliquot aquas, sed etiã est uere

Dei nutu reguntur oĩa, non suo, non naturę uiribus.

Tonitrua metuẽda

Operũ dei rationẽ habendam.

Exod.19.

Maiestas dei.

Dominus super aquas multas. Super omnes enĩ diluuij aquas, quæ multę & immensæ erant, erat uis uerbi domini, tam ut crescerent sup montiũ oĩa cacumina, q̃ ut minuerentur, et clauderent fontes abyssi. Iordanis quoq; nõ modo sctĩficauit aquã dominus, sed et aquas usq; adeo oẽs, ut uerbi uirtute addito elemento, regenerationis uim habeant in salutẽ oĩ credẽti. Sup multas itaq;, hoc ẽ, sup oẽs aquas uox domini. Nã in ptãte eius sunt. Mari igiƒ imperauit, inqt Math. Hĩc ait recte. Math.8.

Vox

Vox dñi in uirtute. *Tanta enim uirtute pręstat, ut ꝓ uoluntate poßit omnia. Ille igitur super aquas multas. Omnia enim quęcunq; uoluit, fecit. Dixit quidē, et facta sunt. Solo enī uerbo, creauit omnia, pariter, & regit. Ab alio itaq; sic uertitur. Iussus domini efficax est, ut omnia sup. poßit. Nō ergo mirentur (inqt) si de dei potentia tantopere gloriemur, & eum ut omnes adorent admoneamus, cum sit uox & uerbū eius in uirtute, & fortitudine, ut nihil non poßit. Est igitur*

Vox domini in magnificentia.

Quę oīa potest, id quod ex mirabilibus quæ fecit, oībus clarißimū est. Ab alio itaq; uertitur. Iussus domini splendidus est, patens & manifestus, ut nullus ignorare poßit, illū oīa posse, nullus nō magnificet opera eius, e quibus nullus eum ignorare potest, ut ait apost.

Eccles. 43

Inter alia quæ ecclesiasticus de uirtute dei prędicat, quę ab hoc loco nō sunt aliena, hęc quoq; adiecit. In sermone (inquit) suo, siluit uentus, et cogitatione sua placabit abyssum, &c. Itē paulopost. In sermone eius cōposita sunt omnia. Multa dicemus, & deficiemus in uerbis, &c. Et iterū. Glorificātes dominū, quantūcunq; potueritis, supualebit adhuc, et admirabilis magnificentia eius. Benedicentes dominū exaltate illum, quantū potestis. Hic est omnipotens sermo, qui de regalibus sedibus processit, cuius magnificētia super cælos eleuata est. Vox igitur domini in magnificentia, in maiestate, omni honore digna. Nam et

Magnificentia dei oia pōt.

Vox dñi cōfringētis cedros. *Est enī in ea, oīs absoluta potētia. Pro uolūtate igit*

Et confringet dñs cedros libani.

Quēadmodū sæpe confregit, sic & confringet. Velut repetit, uehementię causa. Cedri, cum in oī loco cumprimis altæ arbores sint, tum in mōte libani altißimæ, qui est iudeę insignis mons, de quo Plinius libro. 5. cap. 20. Potentiā dei indicat historia, ut nō minus ualidißimas arbores, & firmißima queq; robora, q̄ teneras aristas deijciat pro uolūtate iussus domini.

Cedri potentes.

Homines in sublimi potestate constitutos, sed elatos nimiū, ammoq; superbos, intelligit propheta cedrorū uocabulo, qui nimis alte sapiunt, nimiū sibi arrogant, suæ imbecillitatis obliti. Hi sunt impij exaltati, ut cedri libani, ut in alio psal. Vox itaq; domini, et eius uirtus confringit, non modo cedros, & semper quidē cōfringet, hoc est, superbos, & potentes in terra quoscūq;, & eorū improbas uires oēs diminuet, eosq; deprimet, sed etiam cedros libani, hoc est, quantūcunq; sibi magni aut potentes uisi sunt. Sic oculi sublimes humiliabuntur, & incuruabitur altitudo uirorū, inquit Esai. Nam deponit dominus in uirtute magnificentiæ suæ, potentes de sede, et exaltat humiles. Superbis etenim resistit, humilibus dat gratiā. Nonne sic & Pharaonem, et totum eius exercitū in mari rubro confregit, cōminuit, et deleuit. Ista est uox domini in magnificētia, cui resistere potest nulla potestas. Sic enī cedris in malo sensu utitur sacra scriptura. Neq; tamen non eodem uerbo nōnunq̄ utit in bonā partē, cū sit arbor alijs pręstantior, sublimior, incorrupta, odorifera, ad umbram grata. Sic laudatur sapientia dei, qui est Christus. Quasi cedrus (inqt) exaltata sum in libano. De cedris forsitan libani, quibus reges, et prępotentes uiros comparat ꝓpheta, potißimū scripsit, quod supbi reges idolatræ, et deū ignorantes, uel contemnentes potius, quos percussit Iosue, in occidētali plaga, circa libanū habitabāt, quos facile uicit uirtute dei, ut narrat sacra historia. Neq; tamen nō idem de superbis omnibus, qui sibi nimiū arrogant, sentit propheta. Has etenim cedros, & confringet deus. Hæc est uox potentis domini, confringentis cedros.

Verbū dei superbos deprimit.

Psal. 36.

Nulla potentia aduersus deum.

Esai. 2.

Luc. 1.

Cedrus et laudi et reprehēsioni seruit.

Iosue. 11.

Et cōminuet eos ut uitulū libani.

Immolati rituli sanguis, per altaris circuitum fundebatur, & detracta pellæ hostiæ artus in frusta concidebantur, ait Moses. Hoc erat de more iudęorū sacrificiū. Huic alludit ꝓpheta. Sicut enim uitulus libani oblatus, in minutas partes cōcisus est, sic & supbos (inquit) illos cōminuet

Leuitic. 1.

cōminuet pro uoluntate deus, adeoq; eorū uires franget, ut penitus uel pereāt illi, et corpore, et anima, et qui illis adhærēt omnes, uel pereat in eis rigida superbia, et efficiantur humiles uituli, flexibiles, et tractabiles, ut subijciantur sacrificio, hoc est, ut carnis superbiā, et rebellionē mactent, et deū agnoscant, quē adorent, ut sint uere dei uictima, per carnis mortificationē. Ideo libani uitulū potius nominat, quia cū immolare solebant hostias, & prępinguia, & optima animalia queq; in oblationem sibi quærebāt. Quæ uero pascebātur in monte libani bestię, pro loci illius lęta fertilitate, præ cæteris prępingues erant, & idcirco oblationi cōmodissimæ. Vel hunc locum potius intelligere licet, de uitulo illo conflatili in idololatriā a filijs israel, cū abesset Moses, per populū erecto, quē in puluerē contriuerat Moses. Sic enim cōminuentur priores cedri. Hunc psalmū difficilē ex eo cernere licet, cum tot sint uarij sensus, quot fere interpretes. In hoc potissimū sequenti loco, et uariant, et hęrent plurimū, uel eruditissimi, neq; se uidentur explicare. Meū itaq; symbolū, uel potius conatū qualēcunq; adferam, postq̄ in hāc arenā descenderim, nihil meo fidens ingenio, sed aliorū maturiori cēsuræ, loci iudiciū reliquens, quibus benignior spūs afflauerit. Conabor tamē hoc modo cōiungere loca. Et cōminuet eas (inqt) &c. Si uero per hāc cōminutionē, efficiaſ uera dei uictima, & resipiscat quispiā ex illis cedris, tum quidē, et gratus erit deo.

Quo modo superbos deprimit deus?

Exod.32.

Et dilectus, quēadmodū filius unicorniū. Qui unice diligitur, & defendiſ a parente. De unicorni diximus in psal. 21. Aliter. Priores illas cedros cōminuet dominus, pariter et delectus populus iudęorū, quēadmodū filius, unicorniū, cōtereretur, quia fidē non recipiet, et ideo ruet Hierusalem, & iuda concidet, ut ait Esai.ca.3. Potest uocari filius unicorniū iudęicus populus, nō tam quod uelut uno cornu armati, unum testamentū, alio impie reiecto, recipiāt, sed quod immanes belluę sunt, durę ceruicis, intractabiles, ut est unicornis, omnia salutis uincula dirumpentes, ut in psal. 2. Aliter. Cōminuet eas, priores altas nimium cedros deus. Et dilectus, hoc est, qui in hoc sclo maxime dilectus uideſ, cui mūdus fauet, illiq; paratus astat, ut eū defendat, suasq; partes foueat, quēadmodū unicornium filius a parētibus strēnue defenditur, id quod inter primas huius scli fœlicitates numeraſ, neq; non elatū alias animū subleuat, nisi deum tamen maiestatis agnoscat, comminuet eum deus &c. cum sit huius sæculi nulla dilectio, nullus fauor, nullū auxilium, quod possit hanc dei cōminutionē prohibere. Fœlix quidem ille est, quē maxime cōminuit deus, ut humilē efficiat. Eos eni sic solet cōminuere, quos maxime eligit, tandem ut eum dilectione dignum agnoscāt. Neq; eligit, quē prius non diligit. Prior enī dilexit nos, et sua gratia, et fauore pręuenit nos Christus, cuius magnificentiā, in hoc psalmo canimus. Hic quos diligit, confringit, cōminuit, et carnis eorū superbiā contetit, ut spiritum seruet. Nonne sic confregit Paulū aplm, quē e superbo persequutore, mansuetū agnū effecit? Hæc est uox, & potentia uerbi dei, quæ sic strennue, & oī uirtute operatur inter homines, hominū causa, ut sese facile homines, et quidē imbecilles, facileq; perituros absq; dei fauore, agnoscant, illū uero oīpotentem deum meminerint. Hunc dilectū filium Christū seruatorē intelligit Basillius, uere patris testimonio dilectū, cuius potentia est, ut filius unicorniū. Cornu, ut alias diximus, et gloriā, et potentiā, & regnū significat. Hic est filius unicorniū, unicæ potestatis, cui omnes aliæ subsunt, cui omnia dedit pater in manus, & sublime cornu in fronte gerit unicornis iste, quo hostē adoritur. Hoc unicū conu, hanc unicam potentiā habet Christus. Huius dilecti filij, est illa uocis potentia, quam diximus, quæ cedros cōminuet. Pauloante dixit, Et confringet dominus cedros libani, nūc illum dominū explicare uidetur, iterum idem repetens, in hunc modū. Et dilectus filius dei,

Esai.3.

Psal.2.

Nihili res cōtra deū scli fauor.

qui omniū dominus est, fortis, et potens, quē admodū filius unicorniū, quē admodū unicornis illa & uelocissima, & strēnuissima bestia, quæ suos inimicos facile persequitur, et adsequitur, illas cedros comminuet. Hinc ad eius explicandā potentiam, iterum ait propheta.

Vox domini intercidentis flammā ignis. Intercidere est, secando diuidere. Hīc uertit D. Hiero. Vox domini, diuidens flāmas ignis. Alius uero sic. Vox domini succidens flāmas ignis. Hanc sui uerbi potentiā, sæpe declarauit deus. Quid non intercisus, et uerbi dei potētia diuisus est ignis, Nume.16. cum Aaron cucurisset ad mediam multitudinem, quam iam uastabat incendium, stans, & orans inter mortuos & uiuentes, pro populo deprecatus est, et plaga cessauit. Sic excussit angelus dei flammā de fornace, & fecit medium fornacis quasi uentū roris flantem, &c. Vt hanc mirandā potentiam ostenderent, sic Daniel.3. orabant tres illi pueri. Erue nos in mirabilibus tuis domine, et da gloriā (inquit) nomini tuo, et confundantur inimici in oī potentia, et robur eorū cōteratur, et sciant quia tu es dominus solus. etc. Flammā ignis in nobis quotidie intercidit deus, quoties uel ardentē nostram iram erga proximū, uel carnis incendium in libidinem, sua gratia extenuat, ne in Magna p̄ dni p̄tāte, admonitiōe egēt cū primis. consensum aut actum euadat. De incomprehensibili dei uirtute, & uerbi eius, omnes admonet in hoc psalmo, & reges, & primores uiros potissimū, ut meminerint ipsi, potentiorem alium esse deum, qui eos regat, cuiq; subditi sunt, ut in suis subditis gubernandis, & moderatiores, & clementiores sint ipsi, scrutantes legē domini, nō obliti beneficiorū, aut uoluntatis suæ, quæ monet ut faciles sint ad ignoscendum, si sibi uelint ignosci, seq; agnoscant pastores constitutos, aliquando de uillicatione, iustam rationem reddituros. Dic in Psal.2. psal.2. Hos in psalmi principio, filios arietū uocauit. Iterum igitur atq; iterum historias accumulat de mirabilibus dei, ut admoneat abundantius. Est (inquit) preterea.

Vox domini concutiētis desertū, & cōmouebit dn̄s desertū cades.

Cades, qui alias Pharan, aut desertū syn uo- Cades.
catur, omniū quę transierunt filij israel, annis Genes.14.
et amplius quadraginta, & opacissimum, & densissimū, & horrendum, & terribile maxime desertum est, in quo sederunt multo tempore, ut ait Moses. Nume.33. Tam itaq; ualida est uox domini, ut non modo deserta quæuis alia, sed etiam illa deserta cades, omniū opacissima, et maxime deuia adeo uehemēter concutiet pro uoluntate deus, ut cōmoueat, ut tremefaciat omnē eius deserti locum, & omnia quęcunq; in deserto sunt. Adeo nihil est ab eo absconditum, ut suos omnes inimicos illic nō minus Nusq̄ nō est dei virtus. terrefaciat, q̄ in locis maxime apertis. Nusq̄ enim fugiendi locus est, a potestate dei, ut in Psal. psal.138. Alludit forte ad frequentes afflictiones populi israel in deserto, pro incredu- Exod.1. &.2. litate, & obstinacia, cuius meminit Moses. Hunc sensum quē diximus ipsissimū esse censeo. Sic itaq; uertit Felix perspicue satis. Vox domini contremiscere fecit desertum cades. Chaldaica uero paraphrasis. Vox domini tremorem incutit deserto, incutit tremorē uerbum dei serpentibus, qui sunt in deserto cades, ne dum hominibus. In loco deserto sunt homines alieni a uerbo dei, ad quos forte nō dum allatum est. Sed uis uerbi dei prædicata, cōmotum hunc desertum commutat a priore Vbertas in cognitione dei. sterilitate, ad ubertatem cognitionis dei, in qua omnes boni fructus, omnes delitiæ, & delectationes reperiuntur. Sic enim colitur illud desertum, uerbi dei dispensato semine. Et quis adhuc in sterilissimo, & opacissimo deserto manent iudęi, qui spreuerunt, quemadmodū in hunc usq; diem, factorem, & seruatorem ad eos missum, & eius sanas omnes doctrinas reijciunt, eos tamen aliquando cōmouebit deus, & ad cultum eius illuminabit, ut sit unum ouile, & unus pastor. Iterum ad huius uocis uirtutem reuertitur.

Vox domini preparantis ceruos.

Postq̄ de deserto loquutus est, ferarum habitatione,

tatione, dei potentiam & eius concußionem, et tremorē ualde in illas quoq; feras bestias penetrare sic docet: Vox domini (inqt) præparantis ceruos, hoc est, tanto tremore desertum afficit, ut præ ingenti timore citius, et facilius parere faciat ceruā. Hinc ab alio uertitur. Vox domini parturire facit ceruas. Itē D. Hiero. Vox domini obstetricās ceruis, hoc est, eas, ut facilius pariant, deū obstetricis officium, & partes uelut agere. Quāuis enim ad pariendum alias difficillimū animal sit cerua, ut scriptum est de illis, hoc timore tamen citius præparatur, ut hic ait, & facilius enititur. Sic uisus est locus perspicuus. Addo etiā Chaldaicam paraphrasim. Vox domini parturire faciens ceruos. Ingentem timorem potentiæ dei indicat. Cerui quoq; uerbi prædicatores, non sine causa dicūtur, qui iuxta cerui naturam, non modo serpentes, et fœda, uenenosaq; peccata, per uerbi dei solicitum ministerium enecant, sed etiam uepres & spinas aduersariorum, facile & uelociter transeunt, uelut nullū obiectum esset obstaculum, uerbi solicitam promotionem non deserentes. Et ut hæc solicite faciant, uerbo dei præparantur. Hos monet Esaias, ut ascendant montem excelsum, &c. Hos uelut oues fœtas uocat in eodem loco Hierony. Tandem ut uno uerbo omnia comprehendat. Vox domini (inquit) & faciet quæ supradixi omnia.

Verbi ministri ut cerui.

Esai.40.

Et reuelabit condensa. Nam ab eo nihil est absconditum, quantūuis aut alias inuium, aut condensum, aut ignotißimū fuerit. Verbi sui, hoc est, potentiæ suæ uirtus, omnia penetrat. Omnia igitur pro uoluntate reuelat. Hinc in alio psalmo. Tu (inquit) omnes uias meas præuidisti, ecce domine tu cognouisti oīa. Mirabilis facta est scientia tua &c. Quo igitur ibo (inquit) a spiritu tuo. &c. Reuelabit igitur condensa, & obscura clara faciet, ignota manifesta, ut eum per mirabilem uirtutem suam, cognoscat totus mūdus, quod non sit alius deus præter eum. Hanc potentiam, explicat egregie Esaias, in prædicto cap. 40. Condensa quoq; omnia reuelauit per uerbum suis ministris, quia incerta, & occulta sapientiæ suæ, manifestauit eis, ut in psal. 50. Hunc igitur potentem deum adorabunt omnes, ut in psalmi principio.

Math.11. Psal.138.

Psal.50.

Et in tēplo eius oēs dicent gloriā. De eius tēplo diximus in psalmo. 5. Qui huiusmodi uocis, & uerbi uirtutem agnoscent, et ei credent, illi omnes uere dicent gloriam, eum glorificabūt, & adorabunt eum, in atrio sancto eius, ut in psalmi principio, tanto, tāq; potenti deo sese subijcient, qui solus omnia potest, illi soli laudes canent. Alij uero terrore concutientur. Basillius hunc locum de templo materiali, quo, aut orandi causa, aut rem diuinam faciendi, aut uerbi dei audiendi, conuenire solent christiani, intelligit. Omnes itaq; admonet, pluribus quidem uerbis, ut in illo loco non aliud dicant, non aliud confabulentur, q̄ quod ad dei gloriā pertinet. Lege eundem. In hoc templo, illi deo gloriam potißimū dicunt, qui uerbū eius solicite, sobrie, synceriter, & pie ministrant, aut audiunt. Est quoq; orationis locus. Dei quidem mandatū est, ut oremus, ut ab eo petamus. Quando legimus, uel audimus uerbū dei, deum loquentem audimus, quando deum oramus, ad eum loquimur. Audiamus itaq;, deum loquentem sepe, pariter & ad deum loquamur sępißime. Omnia tempus habent. Quod autem absolutam uirtutem habeat uox, uoluntas, aut iussus dei, ut omnia poßit pro uoluntate, aliud exemplum adhuc de magno diluuio adferre uidetur, in quo maxime eius ineffabilis potentia declarabatur. Hinc ait.

Basillius.

Quid ī tēplo agant christiani.

Dominus diluuiū inhabitare facit. Hoc est, permanere fecit in terra, quoad omnia terræ animantia, præter paucißima absorpserit, simul et cum sibi uisum fuerit, breui abire fecit, & quæ diluuio abscondita erant, reuelauit. Ab hebræo sic uertunt. Dominus diluuium inhabitat. Erat enim præsens in diluuio eius potestas, et uolūtas. Alius sic uertit.

Genes.6. & 7.

tit. Dominus in diluuio sedit. Vos igitur omnes (inquit) filij dei, & filij arietum, huic deo omnē gloriam date, illum adorate solum, qui omnia disponit, atq; regit. In hoc mūdo, tanq̃ in diluuio aquarū multarū, (ut in alio psalmo) inhabitant pij omnes in ecclesia Christi, tanq̃ in archa Noæ conseruati, inter tot hostes, & aduersitates, solo dei beneficio. Nec erit quoq; alienum, ut diluuium abundantiam gratiarum dei intelligamus, quas, pie habitantibus in sua ecclesia, benigne confert. Hic est enim dominus & rex uniuersæ terræ, seu (ut ait apost.) uniuersorum imperpetuum. Nam

Mundus, diluuiū.

Diluuiū.

Et sedebit dominus rex inæternū.

Erit perpetua diuina eius potētia, quæ omnia faciet, disponet, gubernabit, atq; reget pro arbitrio, sedensq; iudex erit & uiuorum, & mortuorū. Sedere quidem, potestatē habere, & regnare significat in sacris literis. Sic a dexteris patris sedet Christus, rex uniuersorū, ut ait apost. per quē omnia facta sunt, &c. Neq; sine eo, aut qcq̃ est, aut sine eius gratia, ex nobis quicq̃ possumus. Illi igit̃, uos filij dei oēs, adferte filios arietū, adferte gloriā &c. ut i psalmi principio. Quod si feceritis, certo certius auxiliū a domio sperate potestis. Nā

Sedere, quid?

Dn̄s uirtutem populo suo dabit.

Vere dabit, in consummatione potißimū tabernaculi, per Christū, non modo semper dedit, si quidem suæ uocis uirtuti, de qua hunc integrum psal. cecinimus, crediderimus, et fidamus. Sic enim sumus populi dei per fidem. Huic suo populo uirtutem, & fortitudinē dabit, qua inimicis omnibus resistamus. Nam

Dn̄s bn̄dicet populo suo in pace.

Id quod maxime iam fecit, postq̃ cōsummatū est illud in Christo tabernaculū, ut i psalmi titulo, postq̃ apud nos ecclesiā sponsam suā reliquit, oī doctrina, et uirtute ornatā. Ex filijs eteni iræ, effecit nos omnes in eū credentes, per paßionis suę reconciliationē, adoptionis, et sponsę suę filios, id quod omnē pacē, omnē aliā tranquillitatē, omnē aliū rerū successum, lōge superat. Benedictio quidē domini, est beneficiū & auxiliū eius. Eius beneficio, sumus et uiuimus. Eodē q; solo beneficio, ab hostibus uel corporis, uel spūs, tuti uiuimus. Neq; animi aut quies, aut pax esse potest, nisi per spem in beneficio, et gratia dei. Ipse igit̃ solus benedicet populo suo in pace, benefaciet eis, ut in pace uiuant, & animi tranquillitatē, siue in aduersis, siue in p̄speris, per spem, quæ patientiā operatur. Discant igit̃ filij priores arietū, ut ab eo quicquid pacis, aut animi tranquillitatis habeant, accepisse agnoscāt. Quē si uere agnoscāt, & se illi cōmittant, omnē spem suā in eo constituentes, pacatos, & cōtra omnes inimicos, tutos, et trāquillos efficiet. Qui uelit hūc psalmū de Christo intelligere, seu eius ecclesia, satis est, ut Arnobiū legat. Prius in hoc psalmo, duriores, hoc est, principes illos terrere uoluit propheta, dei magna, & terribili uirtute, ut illum solum magnificiant, illumq; agnoscāt. Nunc in fine, beneficijs omnes inuitat, ut utroq; modo ad dei agnitionē, alliciat omnes. Amen.

Benedictio dei.

Securitas filii dei.

Et minis, & pmissionibus, inuitat deus.

Psalmus.29.

Titulus.

Psalmus cantici, in dedicatiōe domus Dauid.

Secundū historiā, post Saulē hostē suū deletū in Hebron, Dauid in regē cōmuni oīm consensu elegerūt filij israel. Neq; nō id dei beneficio esse agnouit. Cognouit (inquit) Dauid, quoniā confirmasset eū dominus regem &c. Et quāuis nō ipse domū dei ędificauerat, prohibitus a deo, quia tamē cōstituerat ędificare, et multa quę forent necessaria pręparauerat, nihil dubitans per Salomonē filium id futurū, præmonitus a deo, hunc psalmū precātauit in laudes, & gratijs agendis deo. Hanc domū, Christi quoq; ecclesiā cōmode intelligere licet, quæ dedicata est per Christū, quando per resurrectionē eam solidauit. Pro hac dedicatione, hunc psalmū canit ecclesia. Est eni domus Dauid, hoc est, Christi. Alij hanc domū, Christi

2.Reg.5.

Christi humilitatẽ intelligunt, quæ in nostrã salutem dedicata est, quia pro nobis passa est. Hunc itaq; psalmũ illi canamus, quia suscepit nos, & ab hostibus liberauit. Hanc domũ, & pium quemlibet christianũ uirum, qui Dauid, hoc est Christi templũ, & domus est, intelligamus, ad quẽ huius psalmi oratio uere pertinet, cum iam per dei gratiam duros aliquos hostes, siue corporales, siue spirituales uicerit, animiq; pacẽ nactus est, cũ ipse sit, qui perficiat, et solidet, ut ait. D. Petr. Et qui ita in deo solidatus est, iam uere dedicauit templũ suum deo, & præ gaudio canit hunc psalmũ.

1. Petr. 5.

In summa.

Benigno deo gratias agit propheta, omnium piorũ nomine, qui illũ ab inimicis, atq; ab ipsa morte liberauit. Alios, ut idem faciant admonet, suo docens exemplo, dei facilẽ erga nos bonitatẽ, quoties resipiscimus. Faciẽ nõnunq̃ auertit deus, hoc est, sua gratia non iuuat, uel peccati odio, uel ut suos imbecillitatis admoneat, ad tempus sublata gratia, sed & cito, et benigne reconciliatur, luctũ in gaudiũ conuertens, si pœnitentes, & supplices ad eum certa fiducia impetrandi, accesserimus.

Benignitas dei pœnitentibus.

Explanatio.



Exaltabo te domine quoniam suscepisti me. Christi uox est ad patrẽ, si de eo psalmũ ĩtelligere malis, qua deo patri gratias agit, pro eo quod inimicos, qui cupiebant eum extinguere, nõ delectabat, quia ipsum suscepit, & seruauit, inimicos autẽ deleuit. Dic in psal. 2. et. 3. In hũc etiã modũ orat ecclesia Christi, adiuta, & liberata ab inimicis. Sed quẽ in argumento attulimus, illũ sensum prosequimur. Deũ exaltare est, illi gratias agere, eius laudes, & beneficia tum agnoscere, tum alijs denunciare, ut una eius nomen glorificent. Simul & qui per gratiam a uitæ turpitudine abhorret, cœlestem uitam amplectens, deũ exaltat conditorem, qui suæ creaturæ innocentia ualde delectatur, pariter & uitæ candore, alios haud dubie in dei gloriã, suo exemplo allicit, et trahit. Sic enim exaltatur deus ab homine, quia diuina potestas eius, pluribus panditur, eiusq; magnificentia, dilatatur. Hinc ait pius christianus. Exaltabo te domine; quoniam suscepisti me, in tutelam accepisti, ab inimicis protexisti, & prorsus liberasti.

Deũ exaltare.

Benigna dei susceptio.

Nec delectasti inimicos meos super me. Delectat nos, si quod ualde cupimus, eueniat ex sententia, siue in bono, siue in malo. Sic enim ut uincat quẽ odit, ut probro, iniuria, maleficijs, ipsaq; forsitan morte afficiat, uehemẽter cupit improbus inimicus. At si frustretur, dolet, non delectat se. Ait itaq;. Exaltabo te domine, quoniã suscepisti me, nec delectasti inimicos meos super me, quia eos repulisti, et me cõseruasti. Eos itaq; nõ lętificasti (ut ab alio uertit) quorũ conatus fregisti, sed me (inq̃t) saluasti, quẽ in tuitionẽ suscepisti. Et ideo me suscepisti, quia

Inimicum delectare.

Domine deus meus clamaui ad te, & sanasti me. Sanabat Christũ hominem deus pater, quando resuscitauit eũ a mortuis, ut ait apost. Ardorẽ orationis docet, sic deum alloquens. Domine deus meus. &c. Sic enim in euangel. magno spiritus ardore cum in latus Christi manum intulisset, clamauit Thomas, Dominus meus, & deus meus. Quoties igitur deum accedimus per orationem, spiritu ipsum contemplantes, animi magno feruore accendamur, uelut ante faciem eius prostrati, ut impetremus quod petimus. Qui uero deũ sic mente contemplatur, aliud q̃ deum non cogitat, in cuius conspectu stat. Is est qui corde non labijs deũ honorat. Hoc est uere orare in spiritu. Et si hoc spiritu ad deum clamauerimus, haud dubie quẽadmodũ nostrũ pphetã saluauit, ita et nos ab eo saluabimur. Quãobrẽ ad te clamaui (inq̃t) domine deus meus, certa fide bonitatis tuę, & sanasti

Ioan. 20.

Præparandus animus i orationem.

 me

me a graui et præsentaneo periculo. Hinc ait.

Domine eduxisti ab inferno animā meam. Admonui non semel in sacræ scripturæ plerisq; locis, animam pro ipsa uita poni, simul & infernum, pro sepulchro. Hinc ait. Domine sanasti me, quia animā, & uitā eduxisti ex inferno, ex sepulchro, hoc est cū iamiam immineret mors, neq; aliud q̄ sepulchrū haberē præ oculis, tu tamen (inquit) uelut e faucibus inimicorū, eduxisti me, atq; (ut ait in psal. 9.) de portis mortis exaltasti me. Sic pium christianū educit, & exaltat deus, quoties eum ab inueterato, & iamdiu assueto aliquo graui peccato, per gratiam liberat, eumq; ab eo abhorrere facit. Iam enim animam uere educit ex inferno, liberat a gehenna, a mercede peccati, quæ mors est, ut ait apostol. Hinc ait repetens.

Psal. 9.

Eduxi ab inferno in hac vita.

Rhom. 6.

Saluasti me a descēdētibus in lacū. Hoc est, ut uertit Hiero. Ne descenderem in lacum, ne præcipitarer, ne perderes cū impijs animā, saluasti me, ne sim dignus qui descendam in lacū, in mortē, in infernū, ut ibi manerem, quemadmodū plerīq; alij descendūt, scelerati, & impij homines. Me (inquit) saluasti ab illis descendentibus, ne cū illis descenderē. Modus est loquendi in hac nostra æditione. Sic ait in alio psal. Et aßimilabor descendentibus in lacū. Dic ut ibi. Qui de Christo hūc psalmū interpretantur, hanc eductionem ab inferno, eius resurrectionem intelligunt. Sic enī hunc locū intelligit. D. Cyprian. in symbolo suo, de reditu Christi a tartaris, quo descenderat anima absoluta potestate prædita. Sed nostrū sensum persequimur. Hæreticus cū primis, omnesq; scelerati, qui (ut in alio psalmo) iniquitatē diligunt, suoq; pernitioso exemplo, alios in sordes, in scelera trahūt, descendentes in lacum sunt, properantes ad gehennam. De alijs quoq; externis hostibus, qui iustos, & pios persequuntur, ut uincant, utq; alios in impietatis laqueos secum trahant, idem intellige. Sed de omnibus (inquit) saluasti me. Quare uos (inquit) omnes admoneo, qui pietatem colitis.

Psal. 27.

Descendit Christ⁹ ad inferos.

In lacum descendentes.

Psallite deo sancti eius. Sanctos, pios omnes appellat, qui per fidē, et dilectionem probe uiuere, & deo placere student, quiq; priores omnes inimicos odio habent. Hos enim psallere domino & precari, et gratias agere, & bene operari admonet. Nisi quidem sanctus fueris, hoc est, nisi per fidem, piū animū attuleris, & charitatē erga proximū, odio habens omnē uiā iniquitatis, haud recte psalles. Hinc uertit Chaldæus. Laudate corā deo pij eius. Iterū alijs uerbis idem repetit.

Sanctus.

Confitemini memoriæ sanctitatis eius. Confiteri domino, est eius beneficia apud omnes fateri, memoriā bonitatis eius, crebra beneficiorū denunciatione glorificare in portis filiæ syon, in locis maxime publicis, in fidelium conuentu. Hoc est confiteri (inq̄) memoriæ sanctitatis eius, memoriā sanctitatis, & bonitatis eius, tam animo recordari, q̄ alijs eandem bonitatē solicite denunciare. Sic igitur hūc locū uertit chaldaica paraphrasis. Confitemini, et recordamini, sanctitatis eius. Sanctitas dei est, eius diuina potentia, diuina bonitas, & erga suos benigna gratia, qua gratis iuuat, atq; liberat. Et quemadmodum sanctus est, ita & suos ut sancti sint, dirigit. Hinc Moses. Magnificum deum in sanctitate, in puritate, in bonitate appellat. Est enī uere sanctus, et solus bonus, et ad ignoscendū facilis, ad irā, hoc est, peccati iustā uindictā, tardus, quia patitur, et multum misericors est.

Confiteri domino.

Psal. 9.

Sanctitas dei.

Exod. 15.

Psal. 85.

Quoniā ira in indignatione eius. Non potest nō irasci peccatoribus deus, non potest eos non habere odio, non in eos indignari, qui bonitatem eius non agnoscunt, sed uitæ potius fœditate contemnūt, sed non longius irascitur, q̄ maneat peccator. Eius enim ira, seu indignatio, non oritur, quemadmodū in homine solet, uel ex improbo affectu, uel fragili quauis paßione, sed iusta est eius ira, et digna uindicta peccato. Non tamē diu indignatur

Bonitas dei.

Indignatio dei momẽtanea. dignatur peccatori, sed cõtentus est momentanea animi afflictione, & pœnitentia, si uere per pœnitentiam, resipiscat peccator, quoniã non indignatur perpetuo, non prorsus reijcit, sed tantũ irascitur, sola tantum ira est, in indignatione eius, hoc est, q̃diu extat de peccato indignationis causa. Est enim multũ misericors dominus, neq; imperpetuum irascetur, qui non secundũ peccata nostra facit nobiscũ. Psal.102. Non indignatur ut despiciat, sed irascitur, & peccatorẽ affligit, ne dignũ se efficiat peccator, qui despiciatur. In indignatione, quã habet cõtra peccatorẽ, non perstat, quin statim miseretur, simulatq; cõuersum peccatorẽ perspicit. Benigna facilitas dei ad ignoscendũ. Hinc uertit Hiero. Quoniam ad momentũ est ira eius. Pagninus. Momentum est in furore eius. Perspicuum efficiunt priorem interpretationẽ. Non est (inquit nostra litera) nisi ira in indignatione eius. Ira quidem hominis momentanea sit oportet, nisi improba fuerit. Sic ait. Irascimini, & nolite peccare. Ephe.4. Neq; sol occidat super iracundiã uestram, inquit apost. Iuste quidem irascimur proximi peccatis, modo non longius progrediatur ira nostra, q̃ ut fratrẽ corripiamus. Iusta iudicis ira. Iusta est itaq; iudicis ira, sceleri irascentis, neq; modo iusta, sed etiã necessaria, ut plerosq; nõnunq̃, unius exemplũ doceat. Iustissima quoq; est ira dei in pctõres, sed ad ignoscẽdũ facillima, quoniã misericors est dominus, neq; imppetuũ irascetur. De ira dei, dic in psal.2. Psal.2. Et sicut ira eius momẽtanea est, tantũ ut corripiat, ita et propitiatio eius, & beneuolentia perpetua est, ut uitam æternam tribuat. Hinc ait.

Et uita in uoluntate eius. Hanc uoluntatem eius singularem beneuolentiam intellige. Dei etenim uoluntas erga genus humanũ, beneuola semper est, quæ cupit omnes saluos fieri, neq; uult mortem peccatoris. Recte ergo eius uoluntatem, beneuolentiam interpretamur. Bonitas dei. O benignum deum. Quantam pręstat fiduciã accedentibus ad eum, qui tam amice indignatur, & tam paterne, pro dilectione ignoscit? Irascitur, ut sanet, corrigit diligendo, ut delinquentem beneficijs afficiat. O dignam indignationem deo, & homini salutarem. Nam uita (inquit) in uoluntate, in beneuolentia eius. Docet quidem, hortatur, admonet, increpat, minatur, corripit, nihil denique omittit benignus deus, ut nos uoluntatis suæ meminerimus, saluiq; simus. Hæc est benigna indignatio dei, quæ non interficit, non malum, non mortem cupit, sed sanat, ipsamq; ueram uitam pręstat. Dei benigna dilectio erga hominẽ. Hinc uertit hunc locum Chaldæus, ut paraphrastes. Quoniam una hora indignatio eius, uita æterna, bona uoluntas eius. Lege in hanc sententiam, Ezechielem. Ezech.18. Castigat itaq;, ut errantem reuocet, ad momentum affligit, ut perpetuam tristiciã depellat, luctumq; in gaudium uertat. In eius itaq; uoluntate, in eius dilectione, qua nos diligit, uera uita est, neq; longa erit molestia, si eius uoluntatem receperimus. Nam

Ad uesperum demorabitur fletus, & ad matutinum lęticia.

Vesperi flebit afflictus, & mane ridebit liberatus. Nam sicut ira dei est momentanea, bonitas uero perpetua, & parata est eius gratia in omnes recte inuocantes eum, sic afflictiones nostras, molestias, animi conturbationes, si ad eum conuertamur, ita breues erunt, ut qui uesperi fleuerit, mane rideat. Facile nos recipit in gratiam. Vult enim ut conuertatur peccator, et uiuat. Pro unius noctis fletu, hoc est, pro parua, & momentanea pœnitentia, afficit hominem matutina lęticia, perpetua luce, quæ noctem non habet. Aduersis exercet deus, prosperis consolatur, ut sui non extendant ad iniquitatẽ manus suas, ut in alio psalmo. Huic loco non alienum itaq; uidetur, si uesperum hanc uitam, matutinum, futuram, ut nonnulli quoq; sentiunt, intelligamus. De misera hac vita. In hac enim uita, quæ usq; adeo momentanea est, & inimicis tam plena, ut nocti comparetur, & unius noctis spatio finiri uideatur, sustineamus oportet, & quidem uiriliter, ut lucem æternam adsequamur.

Nam

Nam omnes (inquit apostol.) qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persequutionẽ patientur. Qui de Christo interpretantur, uere fletus erat uesperi, quando morte affecerũt eum iudæi. Erant omnia uelut tenebris obtecta, fugiebant apostoli. Flebant mulieres, &c. Sed mane cum resurgeret, uere matutinã læticiam omnibus credentibus attulit, quam læticiam ab angelis acceperunt, qui nunciabant eum resurrexisse, &c. Sed ad nostrã, et breuem, & miseram uitam redeo, quæ fletu & perpetuis angustijs plœna est. Est enim militia tota hæc uita. In hunc sensum ait Christus. Beati qui nunc, hoc est, in hac momentanea uita fletis, quoniam ridebitis in futura. Probe igitur sic admonet Ecclesiast. Coniungere deo, & sustine, ut crescat in nouissimo uita tua. A custodia igitur matutina, usq; ad noctem, a uitæ principio, usq; ad mortem, speremus in domino, illi nos totos cõmittamus, ab eo solo pendeamus, id quod nunc suo docet exemplo propheta, ne huius uitæ fœlicitati, quoquo modo fidamus. Hinc ait.

Iob. 7.

Ecclesi. 2.

Ego dixi in abundantia mea, non mouebor inæternum. Non alienum est ab homine quantumuis pio, in fragili tamen corpore, ut aliquando hanc obliuionis sui scintillam sentiat. Caro enim infirma & prompta est. Quod ait in abundantia mea, uel rerum huius sæculi fœlicitatem, uel securitatis nimiam fiduciam, uel simul utrũq; intelligit. Solent enim diuitiæ, si cor uel pauxillulum apposueris, & nimiam insolentiam, et dei obliuionem secum adferre. Hinc alij, fœlicitatem, alij, quietem, alij pacem, alij res secundas, hunc locum uertunt. Ait itaq; propheta. Cum ego (inquit) rex, & rebus omnibus abundarem, cum res mihi essent secundæ, cum mihi uiderentur pacata omnia, quieta, & secura, tum cœpi apud me sic stulte cogitare, prope, & imbecillitatis meæ, & uirtutis & bonitatis dei, oblitus. Non mouebor inæternum, securitatem adeptus sum, non mihi deficiet hæc fœlicitas, anima mea habet multa bona posita in annos plurimos &c. Sic ait carnis omnis praua securitas, quamdiu suis uiribus fidit. Sed huic cogitationi, huic (inquit) stultißimo animo, nihil inesse fœlicitatis, tandem noui, sed maximũ esse errorem, maximãq; humanę imbecillitatis ignorantiã, q̃diu in hoc uesperi demoramur, et (ut ab alio uertitur) in hac uita pernoctamus, quia semper opus (inquit) est mihi domine, tua ope, tua cõsolatione, tuo auxilio. Erraui igitur sicut ouis quæ periret, nisi per tuam gratiam. Et conuersus dixi.

Diuitiarũ venenũ.

Huius vitæ fœlicitati nõ fidendum.

Domine, in uoluntate tua, præstitisti decori meo uirtutem. In bonitate tua, nentiq̃ pro meritis meis, redemisti me, a priore inscitia & ignorantia, et affecisti me uirtute scientięq́ue. Nunc enim scio, quod si quicq̃, aut decoris, aut splendoris, aut diuitiarum, aut potestatis, aut fidei, aut puritatis uitæ, aut fortitudinis, aut innocentię habeam, id (inquit) totum quicquid est, aut uidetur decorum, aut laude dignum, tu pręstitisti, in uoluntate tua, ex bonitate tua accepi. Tibi ergo referam oportet gratias. Absq; uolũtate tua, uirtutis nihil haberem. Quid tam decorum aliud, tam splendidũ, tam præciosum, tam iocundũ, euenire poterat humano generi, propter primi parentis peccatũ damnato, & descendenti in lacum, ut pauloante, (ut de totius uirtutis nostræ firmamento loquamur, postq̃ in hoc psal. Christi bonitatem tractamus) q̃ per Christi bonitatem & beneuolentiam redimi, & uitæ, ab æterna morte restitui? Quid aliud tam decorum uiro iam christiano, aut tam utile, q̃ certa fide agnoscere deum, q̃ uitæ innocentia fulgere, quam habere præsentaneam dei gratiam, qua poßit secundum spiritum uiuere, & placere deo? Hãc abundantiã queramus. Ex hac abũdantia pendeat tota nostra spes. Hinc etenim oĩs nostra uirtus, fortitudo, & uires, quibus fortiter (ut ait. D. Petr.) diabolo, & membris eius resistimus. Et hoc (inquit propheta) expertus sum. Nam cum ego ex priore abũdantia, aliquando

Christiani viri decorum.

quando mibi fidetẽ nimiũ, tum quidẽ subito.

Auertis faciem tuã a me, & factus sum conturbatus. *Sustulisti tuã gratiam, & conturbatus, meam imbecillitatem sensi, nam illico defecerunt uires meę. Nibil mibi profuit rerum omniũ prior abundantia, nibil fiducia mea, uel potius cõfidẽtia de meis uiribus. Suã etenim manũ aperiente deo, oĩa implebuntur ubertate. Ipso autem auertente faciem, turbãtur omnia. Noui igitur, quod ex uoluntate, & bonitate (inquit) tua pendet, quicquid uirium, aut fortitudinis, aut uirtutis babeam, quicquid integræ, aut candidæ uitæ. Sic ad deũ patrem clamabat Christus, uelut præ timore mortis conturbatus, cuius anima tristis erat. Tu autẽ domine ne elongaueris auxilium tuum a me, Deus meus respice in me, &c. Qui hanc fidem babet, ait.*

Hominis imbecillitas sine deo. Psal. 103.

Omnia ex deo.

Psal. 21.

Ad te domine clamabo, & ad deũ meum deprecabor. *Non fidam aliquando uiribus meis, neq; posthac me securũ existimabo, nisi per continuam gratiã tuam. Ad te igitur semper domine clamabo, nõ ad deos alienos, quia te deum meũ agnosco, quẽ deprecabor, ad quem supplex precationes faciam, ne descendam in lacum, ut prius dixit. Supplex dicam assidue. O domine miserere mei, pro tua magna misericordia, & ne auertas faciem tuam a me, sed respice, et salua me a morte æterna, salua me in hac uita, ut cum decore & bonestate tibi grata, uiuam, salua me, ut digne tibi laudes psallã. Alias quidẽ.*

Quę utilitas ĩ sanguine meo, dum descendero in corruptionem.

Modus est loquendi apud hebręos, in corruptionem descendere, pro mori. Vere quidem descendit in corruptionem, a quo deus auertit faciem suã, & eum sibiipsi relinquit. Non enim non potest cadere, & in lacum descendere, & uere corrumpi, tam corpore, q̃ anima, quis hic de temporali corruptione, hoc est, morte, loqui uideatur, secundũ historiam. Si me igitur, sublata (inquit) tua gratia, in corruptionem descendere patiaris, quæ tum utilitas in sanguine meo, in uita mea, quid tibi in me gratũ esse potest? Prorsus nihil plane, nisi priusq̃ moriar, adiutus tua gratia, resipiscam. Alias enim in puncto ad inferna descendam. Quod autẽ ait, quæ utilitas &c. non dei, sed suam utilitatem expendit. Non enim nescit propheta, hominẽ nihil conferre posse deo. Quid enim prodest deo, si iustus fuerit quispiam? Et si peccauerit, quid ei nocebit? Et si iuste egeris, quid dõnabis ei, aut quid de manu tua accipiet? inqt Iob. Homini nocebit impietas sua, et filium hominis adiuuabit iusticia sua. Fac igitur domine, pro tua (inquit) gratia, ut per tuã gratiã, decoram, bonestam, & tibi placentem uitam seruem, ut sic uiuam, & psallam & placeam tibi, ne descendam cum descendentibus in lacum. Christus bomo, & in plerisq; psalmis, & bic, orat uebementer ad patrem. Ad te domine (inquit) clamabo, ut sit mibi matutina læticia, ut resurgam. Alias enim, quæ utilitas in sanguine meo, in morte aut passione mea, si corrumpar, & non resurgam?

Mortuus est quẽ relinqt deus.

Iob. 2.

Deo nihil pdest nostra innocentia. Iob. 22. & 35.

Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatem tuam?

Puluis, pro iam mortuo ponitur. Phrasis est hebraica, postq̃ in terram, puluerem, & cinerem reuertitur mortuus, quisquis est, præter Christum, cuius corpus non corrumpetur. Bina est illa superior utilitas, quam deus ab homine cupit. Altera quidẽ est & præcipua, illũ scilicet, ac sua beneficia, ut agnoscat homo, in illum credat, illam super omnia diligat, illiq; pro ineffabili sua gratia, laudes canat, eius magnificum nomen apud omnes denunciet, ut omnes pro uiribus, in eandẽ dei agnitionem lucrifaciat. Altera uero, ut innocentem uitam, in hac mortali carne agat, postea, ut cum filijs dei, æterna gloria fruatur. Vult enim deus omnes saluos fieri. Hæc est utilitas, de qua supradixit, qua prorsus caret, qui non iuuatur a deo. Insufficientes etenim

Puluis.

Psal. 15.

Bina hominis utilitas erga deum.

sumus

sumus ex nobis. Orandum est igitur assidue, ut nostri misereatur, ne auertat suam faciem a nobis. Nam si faciem auerterit, conturbabimur, nec tuti, aut quieti erimus, cum ex eius bonitate, & beneuolentia, (ut supra dixit) pendeat tota nostra salus. Quod autē dixi de bona utilitate, quam deus ab homine cupit, non sua causa (nulla quidē nostra opera eget deus) sed pro sua admiranda bonitate erga hominem, hominis causa cupit hanc omnē utilitatem. Ait itaq; pius christianus. Ad te domine clamabo, &c. ut mihi sis propitius, mihiq; contra inimicos auxiliū feras. Alias enim cum descendentibus cadam. &c. Nam si in corruptionē descendero, quæ nam utilitas. &c. Nūquid confitebitur tibi puluis, nunquid tibi gratias aget, tuasne laudes canere poßit, uel in inferno sepultus, uel in puluerē reuersus, aut turpiter in hoc sæculo uitā agens? Hunc locum explicat alius psalmus. Nunquid narrabit aliquis in sepulchro, misericordiā (inquit) tuam? Annunciare ueritatē dei, (ut hic ait) aliud nō est, q̃ eius dignas laudes, ex eius uerbo, et beneficijs, diuinā scilicet potentiam, admiranda mirabilia, ineffabilem bonitatem, quibus cognoscitur, ut per gratiā apud omnes cognoscatur, omnes docere, apud omnes prædicare, tam aßiduo sermone, q̃ syncera uitæ innocentia, id quod fieri nō potest, nisi ab eo, quē deus exaudit, quē q; (ut in psalmi principio) suscipit, tutatur, et cui suā gratiam impertit. Hiero. hunc locum de Christo sic intelligit. Nisi ego (inquit) resurgam, genus humanū non restituam. Id quod nisi fecerim, nunquid puluis, hoc est, impiorū turba, quę pulueri comparatur (ut in psalmo primo) confitebitur, aut annunciabit ueritatem tuā, hoc est, agnoscet te deū patrem? &c. Minime quidem. Sed ad pium christianum, uel ecclesiam redeo. Vt lectorem consoletur, & de prona dei beneuolentia, erga omnes quęrentes eum in ueritate suo exemplo doceat propheta, ne quouispacto desperemus, de impetranda eius gratia, post priorē orationē, ait.

Omnia ꝓ hois vtilitate cupit deus.

Psal. 87.

Annunciare veritatem dei.

Audiuit dn̄s & misertus est mei, dominus factus est adiutor meus.

Tria docet, dei scilicet facilitatem ut audiat, pronā bonitatē ut misereatur, & ultroneam prope gratiam, ut suis opem ferat. Hinc ait. Dominus audiuit me certa fide, & solicite petentem, & statim misertus est mei, pro sua bonitate, neq; non euestigio fuit mihi adiutor, qui solus potest cōtra inimicos auxiliū ferre. Sic ait Christus in psal. 21. Cum clamarē ad eum, exaudiuit mē. Hinc præ ingenti gaudio, ad deum orationē sic uertit ecclesia, uel pium eius membrum. Vere (inquit) scio, quod audisti me, &c. Nam et

Ineffabilis dei bonitas.

Cōuertisti planctū meū in gaudiū mihi. Id quod non aliud est, q̃ quod prius in hoc psalmo dixit, ad uesperum fletus, & ad matutinū lætitia, quia audiuit dominus, et misertus est. Quod ait, misertus est, plane indicat nos nostris meritis neutiq̃ audiri, sed pro misericordia. Nostro ergo iure non petimus, sed quia misertus est dominus. Et sic a planctu in gaudium conuertimur, quia adiutor factus est deus per misericordiā. Neq; hoc gaudium non duplex est. Vnum scilicet tutum, et securum in futura uita, quod tolli non potest, cuius meminit Christus. Tristicia uestra conuertetur in gaudiū. Et hoc gaudium (inquit) tollet nemo a uobis. Aliud uero gaudium est, in hac uita, quoties dei auxilio ab urgentibus inimicis, uel corporis, uel animæ liberamur, pacatoq; animo erga deum efficimur. Hoc gaudium non est perpetuum. Renouetur ergo nostra oratio, & quidem sæpe, & toties nobis orandū est, quoties urgemur, et a prædictis hostibus conturbamur, & molestamur. Molestamur autem semper, quia perpetua est hominis militia. Orandū est itaq; semper sine intermißione, ut ait apostol. Dolet quidem, cum ab interno hoste molestatur pius christianus, lætatur, & gaudet, cum se liberatum sentit. De utroq; in psalmo. 6. abunde. Planctum itaq;, auxilio (inquit) tuo, tu sustulisti,

Nostro iure, nihil a deo petēdum.

Gaudium homini duplex.

Ioan. 16.

Orandū semper.

listi, quia in gaudium conuertisti. Nam

Sacco lugebāt antiquitus. Daniel. 9. Ione. 3.

Concidisti saccū meum. Veteribus mos erat in maximis doloribus, et cū lugerēt maxime, induere se sacco. Sic orauit Daniel, in sacco, et cinere.. Sic uestiti sunt saccis, Niniuitę. Neq; diutius portabant saccū, q̄ luctus causa, aut tempus maneret. Quod igitur ait, Concidisti, seu dirupisti saccū meum, hoc est, sustulisti luctū, & molestias meas, quia me liberasti, & planctū meū in gaudiū cōuertisti. Planctu uexabatur Christus homo, tristis ad mortem. Saccus eius concidebatur per resurrectionem. Sed ad priorē sensum redeo. Tu (inqt) domine concidisti, dirupisti mihi saccū, et a me sustulisti tu, ego nō me exui, quia non meis uiribus, sed tuo auxilio liberatus sum.

Et circūdedisti me lætitia. Hoc est, pro planctu, pro priore sacco, quo planctus causa induebar, circumcinxisti, & undiq; uallasti me lætitia, fauore, & gratia tua, ne inimicus me urgeret, ne conturbaret, ne uinceret, in luctum ne retruderet. Circūdedisti igitur me lætitia, quia conuertisti planctū meum in gaudium, præterijt uesperi fletus, & tuo benigno auxilio, data est mihi matutina lætitia. Qui enim gratia dei munitus est, et in ea certam habet fiduciam, hostium neminem timet, rectā uiam non diu deserit, quia cito pœnitet, pacatum animū ex fiducia habet. Is est, qui ait in alio psalmo. Dedisti lætitiā in corde meo. Nam omnibus qui sunt recto corde, manet lætitia, ut in alio psalmo. Pio etenim christiano, tam lætum, tamq; suaue nihil aliud est, q̄ animi per gratiam syncęritas, & a uitijs, illisq; urgentibus tentationibus liberari. Contraq;, tam dolendum nihil, q̄ uitæ turpitudo, q̄ hostium minax, et ualida impugnatio, qua sibi metuit, ne uincatur, & in peccati laqueos trahatur. Si urgeant inimici, solum nostrum refugium est, ut deum cū apostolo oremus, ut infestantē stimulum pro sua benigna gratia tollat. Quod si non tam cito sustulerit, q̄ cupimus, interim uiriliter sustineamus, fidentes in dei bonitate, quæ in oportuno tempore nobis aderit, modo ne pigritemur, sed soliciti simus orantes, (ut idem ait) sine intermißione. Est enim responsum illi apostolo. Sufficit tibi gratia mea. Certandum est igitur fortiter, ut coronam accipiat qui uincere optat. Qui uero hanc fidem & spem habet, solicite, & constanter, uere circūdatus est lętaticia. Nam animū iam penitus deo cōmendatum, unde omnis lætitia proficiscitur, attingere hostes non possunt. Ait itaq; propheta, cuiusuis pij christiani nomine. Domine, tu dirupisti saccum meum, & usq; adeo circumdedisti me lætitia.

Psal. 4.

Psal. 96.

Quid letū pio viro, quidq; ad uersum.

Quā vtilis fiducia in deo.

Vt cantet tibi gloria mea.

Gloria pii viri in hac vita.

Gloriam suam, priorem lætitiam, hoc est, ab inimicis uictoriam, per illam benignā dei gratiam, appellat, qua hostem depulit, pariter & sic uicit, ut a priore luctu liberatus sit, et pro luctu, affectus est lætitia. Hac lætitia circūdatus est Christus, per matutinam priorē resurrectionem, et ineffabili gloria affectus est, ascendens, et ad dexteram patris sedens, quā cantari, et annūciari fecit per uniuersum mundum. Hanc gloriam nos canimus deo. Canere deo, est eius agnoscere beneficia, & illi gratias agere. Me igitur, sic affecisti (inquit) lætitia, ut cantet tibi gloria mea, ut hanc bonitatem tuam omnibus prædicem, & palam apud omnes denuntiem, ut non mihi, sed tibi sit gloria. Fac igitur supplex (inquit) rogo, ut cantet, &c.

Et non compungar. Cur autem uerterit, non compungar, non satis perspicio, cū a plærisq; alijs uersum sit, non taceat, uel, non sileat, id quod perspicuū est, ut cū priore parte sic iungatur, ut deo scilicet cantet, gratias agat perpetuo, & non taceat, sed solicite psallat deo. Quod ait tamē nostra æditio, nō compungar, hoc sentit meo iudicio. Nemo affectus tristicia, facile canit. Qui igitur canit, lætitia afficiatur necesse est, ut hilariter, & sua sponte canat. Ait itaq; propheta. Circūdedisti me lętitia, ut cantet &c. et nō cōpungar, hoc est, nō amplius sacco me induā, luctu et tristi-

et tristicia non afficiar, ut perpetuo tibi canā, & non taceam, uel sileam, ut alij uertunt. Aliter. Dominus (inquit) adiuuit me &c. et ab hostibus liberauit &c. Cinxit igi° me lęticia, ut cantē &c. et non compungar, diuino auxilio adiutus, amplius in errorē, qui priorē tristiciā attulit, non seducar. Spiritum etenim erroris, spiritū compunctionis appellat Esai. Item et. D. Paul. Et huic loco plurimū cōuenire uidetur hic intellectus. Nam sicut prius dixit, Circūdedisti me lęticia, quia sanasti me, et a cęcitate, et errore, ut in psalmi principio, ita & hic ait, non cōpungar, non amplius errore, qui luctum adfert, cōmouebor, ut prior lęticia in planctū cōuertat, sed lęto, et pacato animo, benigno deo gratias agam perpetuo, et non tacebo. Conijcere licet a septuaginta sic uersum esse, ut hic locus, priori orationi, qua dixit deū dirupisse saccum eius, hoc modo forsitan respondeat. At nunc (inquit) circūdatus tua lęticia, non compungar, saccum nō induam, qui carnē pungere solet, non lugebo, in agēdis gratijs nō tacebo, sed gaudens cantabo tibi, non modo in præsentia, sed etiam

Esai. 6. Rhom. 11.

Domine deus meus inęternū confitebor tibi. Iterū repetit, domine deus meus, eodē animi ardore, quo supradiximus. Qui hac lęticia circumdatus est, & tanta dei gratia munitus, cōsummatā suā domū habet, dei beneficio, et dei uolūtati dedicatā, ut diximus in huius psalmi titulo. Habet itidē, et domū refugij benignū deum, ut in psal. proximo sequenti. De Christo, ut hunc locū intelligamus. Ait se circūdari lęticia p resurrectionē. Rogo igi° ut tibi (inquit) domine pater, cantet gloria mea, et nō compungar, non redeat ad me tristicia, hoc est, ut paßionis meę fructū, et utilitatē accipiat humanū genus, cuius causa passus sum. Pro illis enim rogo, qui me accipiūt &c. Hunc psalmū sic de Christo interpretari licet. Non enim nescio prophetas omnes, ad Christum pertinere, de ipsoq; prędicare. Psalmos igitur prope omnes, de solo Christo interpretantur eruditi quidā uiri, qui abstrusum, altū, & sublimen illum sensum adferre cupiūt. Nos uero Christi membrū, hominē, diuini prophetæ testimonio, & doctrina, formare studemus, simul & uiciniorem maxime sensum, modo non sit nuda historia, solicite quærimus, contenti, sensum illum de Christo attigisse.

Psalmi omes de Christo canunt.

Psalmus Dauid. 30.

Titulus.

In finem.

In summa.

Quantūcunq; aut persequutiones, aut terrores, aut mala ingruant, in deo prorsus spem omnem ponendam docet, qui suos non segniter audit, tuetur, defendit, liberat, modo se totos ei committant. Visus est Dauid, postq̄ in magno discrimine, et animi intentißima constitutus esset angustia, hunc psalmū cecinisse, cum dicat, quod prę dolore caligauerunt oculi, defecit uita eius, conturbata sunt ossa, inimicis opprobrium factus, ab amicis derelictus, &c. quæ maximo uerborum impetu narrat. De Christo homine hunc psalmū interpretari solent, ut alios prope omnes. Admonuisse satis uidetur. Secundum historiam, sic orasse putatur cum de Ceila egrederetur Dauid paucis admodum comitatus, uagans huc atq; illuc, incertus quo fugeret, quem statim persequutus est Saul in deserto Maon, adeo quidem, ut prope desperaret se posse euadere a facie Saul, cum in modum coronæ, a Saule et eius exercitu, cingeretur. Hanc animi eius consternationem docere, uehementißime uidetur huius psalmi ille locus, ubi ait. Ego autem dixi in excessu mentis meę, &c. Est enī mentis extasis, præ nimio pauore. Id quod indicat humanam imbecillitatem, nisi manum apponat deus. Hæc uidens, nemo de suis uiribus superbiat. Contra uero, excitetur, & non paueat, per spem certam in misericordia dei. Quod pauemus, nostrum est, quod uires restituuntur, id totum dei est.

Mentis extasis.

Expla-

Explanatio.



IN te dñe speraui. *In tanta uitæ suæ discrimine, quāto iam diximus de psalte nostro, et in maximo imminēti iamiā periculo angustiatus fidelis quispiam, sic orare incipit. Hactenus (inquit) in te domine speraui, ut ab inimicis saluū me faceres, quemadmodū saluū nō semel fecisti. Nunc igitur quia in te spero, in hoc præsentaneo uitæ discrimine constitutus, fac idem pro tua bonitate, supplex rogo. Et*

Non confundar in æternum. *Pudore non afficiar, non sim frustratus spe mea in æternū, hoc est, ne cōfusus peream, uel sic adiuua me, ne aliquādo me uincāt inimici. Alias quidē plane confundar, si in me quā cupiunt suā truculentiā exerceāt. Dicent etenī et iactitabūt, quantūuis improbe, omnē spem suam posuit in deo, en quid auxilij adsequutus est? Id quod me confunderet, pudefaceret, conturbaret ualde, inimicos quidem gaudio adficeret, qui me impie persequūtur. Quamobrem sicut in te speraui, supplex quæso.*

In iusticia tua libera me. *Iustus es et misericors. Me igitur ab inimicis eripe, & libera pro illa iusticia tua, pro bonitate, pro misericordia tua, ne tam solide omnē spem in te constituens, confundar ab inimicis. Noli igitur auertere, aut faciem, aut uoluntatem, et beneuolentiam tuam a me. Sed*

Iustitia dei

Inclina ad me aurem tuā. *Quāuis non opus est, ut excitemus aurem, aut auditum dei, qui nihil ignorat, nihil nō audit, eum tamen humanis uerbis oramus, ut ei nos humiliemus, et solicite petentes, eius benignitatem erga nos, citius excitemus, non quod nō bonus est et facilis, sed quia sic uult orari. Inclinare aurem, est precibus annuere, benigne exaudire. Diximus in psal. 5. Ait itaq;. Aurem inclina, et*

Inclinare aurem.

Psal. 5.

Accelera, ut eruas me. *Constitutus in præsentaneo uitę periculo omnis morę impatiens, adeo urgebant inimici, accelera (inquit) festina domie in adiutoriū meū. Solicite orantem indicat. Accelera, inquit &c. Atq;, ut nunc nunc opus est.*

Esto mihi in deum protectorem. *Ne me rapiant, et deuorent, ut cupiūt inimici. Cū nō sit qui eripiat, nisi tu solus deus meus. Ad deos alienos non clamabo. Omnes enim dij gentiū dęmonia. Tu es itaq; deus solus, et præter te nō est alius. Ad te solum confugio protectorem meum. Mihi igitur esto.*

In domū refugii, ut saluū me facias. *Qui ab hoste ualde pręmitur, cui nō potest resistere (si detur locus) in tutam aliquā domū, in inuictissimā arcē, ut se ab hoste seruet, fugit. Sic deū itaq; orat. Cum non sit mihi aliud (inqt) ullū propugnaculū, cui fidā, meā imbecillitatē non ignorans, ad te domine cōfugio. Quāobrem, esto mihi in domū refugij, hoc est, loco īuictissimę arcis, tutū auxiliū pręsta, ut ab inimicis saluum me facias.*

Quoniā fortitudo mea, & refugiū meū es tu. *Quia in te solo speraui. Es enim tu solus fortitudo mea, ut me protegas, et defendas urgente pugna, & refugiū meū, si pedem retulerim, ad quē solum inuictissimæ arcis loco, confugiā. Cum hoste fortiter pugnamus, q̄diu pedi pedē conferimus, nec locū damus, sed uel clipeo ictū recipimus, uel ictū ictu compensamus, nō minore audacia, q̄ adoritur hostis. At postq̄ deficere animus incipit & pedem referimus hosti tergū dantes, tutū locū quęrimus quo refugere liceat, ne in hostium ueniamus manus. Hac metaphora usus est hic propheta. Quot sunt quæso uere christiani, iuste & quiete uiuere cupientes, quibus non opus est, huius psalmi quotidiana oratione, tam contra spūales, q̄ corporales hostes. Nōnullos uidemus immanem hostium persequutionē diu uiriliter perferentes, qui longa tamen molestia, cedere incipiunt, et subterfugia quęrere. Pios aggredit diabolus magnis*

Deus fortitudo & refugiū.

Refugiū pii viri.

tentationibus. Resistūt p gratiā, quibus adest dei fortitudo, paruiq; faciunt hostis quoscūq; insultus. Nōnunq̄ uero q̄uis non oīno uictus est pius animus, cum se tamen debilitari usq; adeo sentiat, ut iam incipiāt nō displicere quæ offert & obijcit hostis, & hosti locū dare incipiat. Iamiam opus est refugio, nisi uinci malit, atq; hostis potestati subijci. Docet hic psalmus locū refugij. Docet non aliquādo desperandū, modo certā fiduciā habeas in deo. Esto igit mihi in deū (inquit) ptectorē, id quod certo (inqt) certius spero p tua bonitate. Nam

Et propter nomē tuū deduces me.

Quāuis ego neutiq̄ merear, deduces tamē me de præsentaneo periculo, & constitues me in loco spatioso, ut ait postea, liberans me ab huiusmodi angustijs, in quibus iam urgeor, propter nomen tuum, hoc est, propter bonitatem tuā, et propter famā, & gloriā tui nominis tui, ut nullus non uideat, quēadmodum saluas sperantes in te, & non confunduntur, et frustrantur, qui sic in te sperant, ut in huius psalmi principio. Deduces itaq; me.

Et enutries me. Hoc est, res omnes quibus opus est, mihi abūde suppeditabis, ampliores uires dabis, animū restitues, non solū ab hostiū potestate deduces, et liberabis. Enutrire dicit, nō modo, qui cibo, potu, uestitu iuuat, sed qui sana doctrina, probis moribus educat, quiq; in tenera ætate ab iniurijs, a piculis tuetur. Suos eo modo enutrit benignus deus. Neq; non semper hac ope egemus, qui sumus imbecilles, et tanq̄ in tenera ętate fragiles, et proni in malū, et periculis obuij absq; auxilio dei. Semper uelut in tenella ętate sumus, fragiles, & in malū flexibiles. Hinc orat in alio psal. Delicta iuuētutis, &c. Hinc Baruch pphetą, ad impios. Obliti estis eum, qui enutriuit uos. Qui ergo recte fidit, & sperat, non obliuiscitur dei, sed ait certa fiducia.

Enutrire.

Velut semp in tenella sumus ætate.

Baruch. 4

Educes me de laqueo hoc, quē absconderunt mihi. Iterum repetit, uel potius quod prius dixit amplificat. Educes me (inquit) de laqueo hoc, de pręsentaneo periculo, in quo nunc urgeor, quē laqueū hostes absconderūt mihi, hoc est, me nesciente, clam in me parauerūt. Quāuis uero apertū, et non incognitū hostē habeamus, nobis tamē clam parat nōnunq̄ īsidias, et stratagemate urget. His insidijs, plena est nostra uita, inimicorū nostrorū, diaboli, carnis, mundi, nimia solicitudine. Nobis igitur semp opus est hoc refugio ad deū ptectorē, qui enutriat & educat. Certam itaq; fidutiā habens in deo, magna spe in bonitate eius, dic cum nostro propheta. Educes me de laqueo hoc, quē absconderūt mihi.

Quoniam tu es protector meus.

In quo solo confido. Quamobrem.

In manus tuas cōmendo spiritum meum. Qui spiritū deo cōmendat, hominis præcipuam illam partē, totum hominē cōmendat. Est quidem spiritui perpetuus hostis, caro, cū diabolo & mundo. Spiritū itaq; deo cōmendat, ut p gratiā, carne sit fortior, ne ue illos timeamus, si urgeat spiritus negotiū, qui ultra corpus nō possunt. Ex hoc loco ualde nobilitat præsens psalmus ore Christi, cū spiritū iamiam redderet. Homo enī Christus loquebatur, et deo patri spiritū, et animā suā cōmendabat. Nos docet oēs, qui Christū agnoscimus, ut in quocūq; discrimine anguastiemur, omnē spem nostrā in solo deo ponamus, eiusq; bonitati nos penitus cōmittamus, solida patientia sustinentes, quęcūq; pręterea nobis quomodocunq; obtingant. Et ideo in manus (inquit) tuas cōmendo spiritū meum, quia quoties ad te hactenus oraui. Luc. 23.

Redemisti me dñe deus ueritatis.

Quia in te domine speraui, ut in psalmi principio. Deum ueritatis recte appellat, qui fidelis est in omnibus uerbis suis. Neminem fallit. suis promittit opem, si ad eum certa fiducia confugiant. Sicut igitur redemisti (inquit) me, et promittis saluos facere sperātes in te, cum sis ueritatis deus, ita nunc ad te clamo, et in manus tuas cōmendo &c. ut me salues.

Non

Non enim me fugit, illos tibi ingratos esse, qui aliunde salutem q̃ in te quærunt. Nam

Odisti om̃es obseruãtes uanitates superuacue.

Hoc est, (ut sensum sensui reddã) Odisti omnes, qui obseruant uana mendacia, quæ non possunt prodesse, ut inde salutem habeant. Omnes enim qui alias q̃ in deo salutem sperant, superuacue, & frustra, nulla ratione, nullo iudicio, uanitates, & mendacia obseruant, & quasi uenerantur. Non pauci quidem sunt, qui spem suã aut in principibus, aut in diuitijs, aut in alijs hominibus, qui humanis artibus salutẽ promittunt, constituunt. Sed hos omnes docet idem propheta. Nolite (inquit) confidere in principibus, in filijs hominũ, in quibus non est salus, quia uana salus hominis. Hos igitur, & quidem iuste odio habet deus, ut hic ait. Eos potissimũ, qui magicis artibus (de quibus hunc locũ maxime intelligo) salutem sibi quærunt, in quibus mera mendacia sunt, cum sit illius artis princeps, et mendacij pater, diabolus. Sic igitur ex Chaldea uertitur. Odiui obseruãtes opera, quæ simulant uanitatem, et mendacium. Ab alio sic uertitur clare. Odio mihi fuerũt, qui magicis artibus intenti sunt. Magia uero duplex est, altera, quam naturalem appellant, quæ omnis humanæ doctrinæ, (quæ philosophiæ tribus partibus cõtinetur, phisica scilicet, mathematica, et theologica) absolutã scientiã promittit. Hinc magi prudentes dicti sunt. E quibus nõnulli sunt, qui stellarum & planetarum obseruantia, futura alias incerta, prædicere conantur. A quibus non dissimiles uidentur, somniorũ coniectores, de quibus in psal. 72. Tales fuisse uidentur, qui ab oriente uenientes, nouamq; stellam admirantes Christũ adorati sunt. Habita est ab antiquis, & summa, & sanctissima scientia. A christianis tamen perspecta est uana nimis, propterea quod artis obseruationi nimium, non dei prouidentiæ, tribuitur rerum euentus, & dispositio. Aduersus hanc scripsisse uidetur Picus Mirandula. His tamen proximis annis ingenium exercitãdi causa, ut mihi uisum est, (esse etenim ex scriptis & ingenij perspicacissimi, & multæ lectionis uidetur) hanc magiam ornauit quantũ potuit, Cornelius Agrippa. Sed altera magia est improba nimis, abijcienda prorsus, & execranda, quæ cum dæmonibus cõmercium habet. Hac plurimũ usi sunt gentes, in hanc spem suam constituerunt. De hac potissimũ magia, hunc locum intelligo. Noluit enim propheta relicto uno uero deo, rerum omniũ rectore, ab his uanitatibus salutem quæri. Hi a nimio malo, quod suis incantationibus faciunt, malefici uocantur in Exodo. In hanc scripsit Augustinus, in libro secundo, de doctrina christiana. Vtramq; magiam prohibuit deus in ueteri testamento. Noluit enim secreta quęuis, nisi a deo scrutari. Quanto magis abhorrere decet, ab his magicis artibus, Christo nunc præceptore? Hanc, uel potius utrãq; magiam habebat Symon Magus, ut apostolorũ acta docent. Lege Ireneum de hoc mago, libr. pri. cap. 20. De his lege Polydorũ, De inuentoribus rerum, libr. 1. cap. 22. & 24. Rabanus quoq; de arte magica, librum ædidit. Huiusmodi ueneficia, puniunt cæsareę leges ultimo supplicio. In his (inquit propheta) superstitiosis, et diabolicis obseruationibus, non fidam, quia noui, quod has obseruationes odisti. In illis igitur confidant (inquit) qui uelint.

Ego autem in domino speraui.

Nam aliud auxilium non expecto, q̃ a solo deo. Postq̃ ipse propheta, a tam anxio periculo liberatus est, (neq; enim carmina, & hos psalmos, nisi post pericula scripsit, eodẽ tamen affectu quo erat, quando urgebatur) omnes docet suo exemplo, ut in solo deo, spem omnem ponant, qui eum tam benigne, & mire quidem a tam præsentaneo discrimine toties, non modo in præsentia liberauit. Ad memoriam igitur, eandem anxietatem suam reuocans, qua tum angustiabatur propheta, mire gaudens de liberationis suæ beneficio, & intime gestiens (meminisse quidem

Marginalia: Vana spes nisi I deo. — Psal. 145. — Magica ars mendacium. — Magia duplex. — Psal. — Picus Mirandula. — Cornelius Agrippa. — Exod. 7. & 8. — Leuitic. 9. & 20. — Act. 8. — Ireneus. — In codicis libr. 9 de veneficiis — Scripti psalmi post pericula.

dem

dem iuuat) subito sic exclamat.

Exultabo & lætabor in misericordia tua. *Qua me sic liberasti. Hęc misericordia, est illa prior iusticia dei, qua liberari petit. Læticiæ uerba replicat. Exultabo, & lætabor, ut animi ingentem læticiam, post liberationē a tanto discrimine doceat. Et hæc (inquit) fecisti in misericordia tua.*

Quoniam respexisti humilitatem meam. *Afflictionem, & anxietatem meam, qua tunc laborabam, & pro tua bonitate succurristi. Nam*

Saluasti de necessitatibus animam meam. *Eram etenī astrictus, mira, præsentaneaq; necessitate. Imminebat quidē hostis, qui uitam meam quęrebat, auferre, instabat interitus, nusq̄ uisus est fugiendi locus. Me tamen saluasti (inquit) et animā meā, hoc est, uitā meā, de his necessitatibus eripuisti.*

Nec cōclusisti me in manibus inimicorum. *Non dedisti me in manus hostium circumdantium me. Sed*

Statuisti ī loco spatioso pedes meos. *Dedisti mihi fugiendi locū. Prius enim inimico undiq; urgēte, angustiatus erā. Neq; pedē referre licuit, ex omni latere adeo premebat, cingebatq; hostis. Desperabat enim*
1.Reg.23. *David (inquit historia) se posse euadere. Nūc (inquit) statuisti, posuisti pedes meos, in loco spatioso, ut fugere liceat quo lubeat, quia hostis per tuam gratiā auocatus est, urgentibus philistijs, ut ait historia. Sic mire, & præter omnem spem suos liberat benignus deus. Sic et pium animū ab urgentibus nōnunq̄ concupiscentijs, soluit, & liberat deus. Iterum redit animus ad angustiæ locum. Iterum adesse in priore discrimine, uidetur propheta. Eodē igitur ardore scribit, quo angebat animus in præsentaneo illo discrimine. Sic itaq; orat.*

Miserere mei dn̄e qm̄ tribulor.

Ab inimico angustiatus, anxietate premor. Et usq; adeo tribulor, quod prę nimio timore.

Cōturbatus est in ira oculus meus *Oculū, pro ipso uultu, aut facie ponit. Ingens etenim timor, uultum, & faciē perturbat. Seipsum itaq; suasq; animi perturbationes, cum præsentaneo timore afficeret, indicat. In ira (inquit) qua nimis cōmouebar contra inimicos, uel in ira inimicorum contra me, qua me uehemēter terruerūt, quia animā, et uitā meā mihi auferre quęrebant, conturbatus est oculus meus, uel immutatus, præ nimia ira, uel deiectus est uultus meus, præ metu. Nimio quidē terrore stupesco. Neq; non oculus ille, præ stupore non uidet. Hunc locū itaq; uertit in hunc ultimū sensum, ex hebręo Hiero. Caligauit in furore oculus meus. Dic ut in psalmo. 6. Sic animi stupor, corporis organa corrumpit. Ipse quoq; oculus prę conturbatione non uidet. Ingens quidē ira, timor, gaudium, amor, desideriū, dolor, uehementes animi cōmotiones efficiunt. Horum quidē nullum est, modo sit nimiū, quod non consternit totū hominem efficitq;, ut a recto sensu, nōnunq̄ uelut excidat, repentinamq; mortem adfert, ut docent gentiū historiæ. Sic deficit cor et caro, in psal. 83. Ad solū itaq; deū confugiens in tantis perturbationibus, Miserere (inquit) mei, quia conturbatur oculus meus, et* Quæ potissimum hominem turbant.

Anima mea. *Interior totus homo conturbatus est, & consternatur. Simul* Ingentem pauorem depingit.

Et uenter meus. *Hoc est, totus homo, tam interne. q̄ externe stupidus effectus est, exaruit, deficit, tabescit præ nimio pauore. Totum hominē consternatum docet a superiore, media, & infima parte. Hinc oculum, hoc est, intellectum, hinc animā quę in corporis meditullio circa præcordia sedem habet, hinc uentrem, inferiorē partē conturbatū ait. Qui nimiū pauorē aliquando sensit, facile & oculū, & animā, & sensum, & uentrē, cōmoueri nō ignorabit. Alij, oculū intellectū, animā memoriā, uentrē carnem interpretantur. Hęc omnia uere (inquit) conturbata sunt.* Totus homo conturbatur.

Quoniam defecit in dolore uita mea.

mea. Præ anxietate, & mœrore, defecit (inquit) uita mea, consumptę, detritę, uel potius absorptę sunt uires meę. Videor mihi nō uiuere. Nulla est corporis pars, quæ suū officiū exercere poßit, tam stupescit totus homo, tam extenuatæ sunt animæ, et corporis uires omnes. Nam in mœrore animi deijcitur spiritus, inquit sap. Sic enim.

Deficere in dolore, quid.

Prouer. 15

Et anni mei in gemitibus.

transacti sunt, sup. Toties, & tam diu persequutus est, & afflixit inimicus, ut nimio dolore, & tristicia, ætatem alias (inquit) floridā perdiderim. Defecerūt itaq; in gemitibus, & doloribus anni. Senio uelut tandē confectus sum. Non enim annorū numerus, tam facile seniū adfert, seu uerius præcipitat, q̃ animi diuturnior, acerbißimaq; anxietas. Spiritus enim tristis exiccat ossa. Dolores etenim & tristiciæ, ætatis defectionē accelerant, magis q̃ annorū numerus, uel potius ipsius uitę pręsentaneam defectionē adferūt. Hinc ait. Defecit in dolore uita mea, & anni mei in gemitibus defecerunt, hoc est, ante tempus senescere me fecerunt gemitus, et anxietates, ex nimijs doloribus. Hæc ideo sic narrat uehementißime pphēta, ut apud alios eo magnificentior habeatur dei gloria, quo a maiori periculo præter omnē spem, se liberari edocuerit, ut omnes doceat, q̃ sit certa spes in auxilio dei, nec illi desperandum esse, qui fidit in deo. Humana tamen imbecillitas, non potest non affici terrore. Defecit itaq; in dolore uita (inquit) mea, et

Animi anxietates, seniū pręcipitat.

Sic narrāda sunt dei beneficia.

Infirmata est in paupertate uirtus mea. Paupertatē, sui defectionē, et debilitationē appellat, quando prę ingenti timore adeo cōsternatur, ut prorsus īfirmata sit tota utriusq; & corporis, & animi uirtus, adeoq; fortitudinis inopia adfectus est, ut nullū, neq; animi consiliū haberet, quo sibi cōtra hostes consuleret, neq; corporis aliquas uires, quibus se posset tueri. Ait itaq;. Infirmata est in paupertate &c. Hæc erat ingens eius paupertas, cū esset omni auxilio destitutus. Hæc erat tantæ defectionis causa, quę succū omnē uitalem prope uorabat, exhausitq;. Inde macies oritur, arescitq; cutis, contrahuntur intestina, friget sanguis, calor sensim fugit, anxigitur spiritus, labuntur externa quæq;. Oculi nāq; caligant, palescunt genę, decidunt labra, stupet hominis tota facies, adeoq; consternatur, ut sit mortuo q̃ uiuo similior. Sic defecit in dolore (inquit) tota uita, sic anni in gemitibus trāsacti sunt, q̃diu anxietate premebar. Vidi ego in Hispania, uirum bonis prognatū parentibus, cui (ut a fide dignißimis narratū est) unius noctis ingēs metus quod postridie capite se mulctatum iri formidabat, nigros capitis capillos in subalbos omnes uertebat. Tantū ualuit parui tēporis, ingens formido. Infirmata est itaq; uirtus (inquit) mea.

Hominis paupertas ex imbecillitate.

Doloris carnificina.

Et ossa mea conturbata sunt.

Contremuerūt, contabuerūtq;. Interior quidem totus homo adeo consternabatur, ut ipsa quoq; ossa, quę corporis robora sunt, animiq; uirtutes, ut in psalmo sexto, præ dolore conturbata, & prorsus infirmata sint. Tam erat totus homo deiectus. Efficit ingēs dolor (ut fit) ut narrationis modum nesciat. Sic narrat uehementem hic suum dolorē, suas afflictiones propheta. Cū ergo me sic derelictū, sic consternatum (inquit) uiderent hostes.

Ingens affect⁹, mediocritatē nescit.

Super om̄es inimicos factus sum opprobrium. Factus sum opprobriū apud oēs hostes meos, ut uertit clare Hiero. Me etenim despectui habebant cū adeo infirmatū cernerent, & omnibus humanis uiribus carentem, in me quoq; falso opprobria, omnē infamiā, oē uerborū dedecus loquebantur, et in uulgus uirulentis suis linguis dispergebāt. Quis non hanc morū improbitatem quotidie perspicit? Mihi fuerūt igitur inimici, et longe, et prope. Factus sum itaq; opprobriū, inquit,

Vicinis meis ualde. Sic enī solet hic mundus in aduersis, uultum immutare, ut qui prius uisi sunt amici, inuersa rerum fortuna, nihil

Amici cū fortuna se inuertūt.

Eccles.37. & 12. nihil minus q̃ amici sint. Hi sunt amici secundum tempus, ut ait Ecclesiast. Nimium frequens est hoc malũ, quia nõ agnoscitur in bonis amicus, inquit idẽ. Quod addidit, De uicinis ualde, hoc forte sentire uoluit, uel quod longe maioris erat doloris causa, q̃ de alijs inimicorũ iniurijs, cum uicini eum opprobrio afficerent, quos benigne tractare solebat, uel quod, cum alij eum probro afficerent, tum uicini maxime, uehementer, et inimicissime.

Et timor notis meis. Factus sum. Quod ait de notis, eos intelligit, quibuscum cõuiuere nõ uulgari familiaritate, amiceq; solebat. A quibus etiam derelinquebatur. Non enĩ ausi sunt eum alloqui. Erat igitur illis timor. Non quod eum timerent, cui forte succurrere si locus fuisset haberent in animo, sed timebant, eum si uisi essent conuenire, ne ab eius inimicis, mala gratia tractarentur. Sed alium sensum in hoc loco magis uelim, ut hi etiam noti, facti quoq; sint inimici omniũ ingratissimi, qui eum opprobrio non minus affecerunt, q̃ alij hostes. Sic erat timor notis, non quod eum timerent, iam fugatum et deuictum, sed timorem simulabant, nolentes illi succurrere. Qui hunc psalmũ de Christo interpretantur, priorem sensum uidentur sequi. Iudæis enim erat opprobrium Christus. Vicini & noti, hoc est discipuli eius, eum prę timore deseruerunt. Sic factus sum timor notis meis, inquit propheta. Nam

Nõ rarus timor.

Qui uidebant me foras fugiebant a me. Non enim palam ausi sunt me alloqui, & mihi adherere. Hinc ait. Qui uidebant (inquit) me foras, qui familiarius mecũ & esse, & colloqui, & conuiuere solebant, nunc fugiebant a me. Aliter. Qui uidebant me subito, non data opera, ingressi in locum aliquem, simulatq; me uiderent, foras illico fugiebãt a me, ne mecũ forte conspicerentur. Et foras nõnulli fugiebãt, ut iã dixi, et quidẽ improbe, et quasi alieni (ut ait. D. Iob) recesserunt, priorem amicum (ut ab ingratis fieri

Iob.19.

solet) quasi ignotum deserentes. Hinc ait.

Obliuioni datus sum, tanq̃ mortuus a corde. Mortuis nullus honor, nulla reuerentia, illorum plærisq; nulla grata est memoria, sed ingratis, non quia sic digni sunt, sed quia usui amplius esse non possunt. Elegans loquendi modus est, de ingrato, inhumanoq; amico, qui amici, tanq̃ uel si uixisset nunq̃, aut notus non fuisset, prorsus obliuiscitur, uel eum in aduersis despicit potius. Obliuioni sum datus (inquit) &c. Quid inhumanius? Mortui quidẽ facile a memoria elabuntur, sed ab ingratorum memoria. Sic interim dici potuit, ingratos fuisse apostolos, qui a Christo fugiebant, &c. Sed hoc futurũ prædixit Christus, et eius nomine prophetæ. Sed uere ingrati erant iudæi, fratres, & parentes Christi, qui eum ad mortẽ usq; persequuti sunt, ut in obliuionem abiret, qui foras Christi carnẽ impie uidebãt, ĩternũ autẽ mysteriũ respuebãt. De qbus recte ait Christus.

Mortuis nullus honor ab ingratis.

Obli[...] ingrat[...]

Factus sum tanq̃ uas perditum. Me igitur morte (inquit) affecerunt, ut perderent. Vas (ut alias dixi) generale uocabulum hebræis est, omne instrumentũ cuiuscũq; rei significans. Sic (inquit) obliuioni datus sum tanq̃ uas aliquod uile perditũ, cuius iterũ (tam uilifacit) nõ meminit, qui perdidit. Aulicos potissimum mores uisus est docere propheta, quibus tantisper amici habẽtur conuictores, blandeq; tractãtur, dum usui esse possunt. Sic ait, quem uicini et amici deserũt. Factus sum, tanq̃ uas (inqt) perditũ, tanq̃ uas detritũ, nullius precij, nulliq; usui cõmodũ, adeo nũc paupertate infirmatus (ut iam dixit) despexerũt me oẽs. Id quod me nõ latere potuit,

Aulici mores.

D[...]

Quoniam audiui uituperationem multorũ, cõmorantiũ in circuitu. Sic factus sum in prouerbiũ uulgi, & in eorũ canticũ uersus sum, ut ait Iob. Hi erant priores uicini, qui eũ opprobrio affecerũt, illi improperantes, & fictis falsisq; criminibus illũ accusantes, id quod suis auribus audiuit, ex uicinis

Iob.17. & 30.

cinis multis, in circuitu cōmorantibus. Sic locuti sunt uanitates (inquit idē) aduersus me, et dolos tota die meditabantur. Tam enī abiectū illū, et contemptū habebāt, & modo, ut uas perditū, ad fœliciorē statū rediturū nunq̃, ut eū nō modo desererēt amici, sed etiā uicini, et qui amici prius uidebātur, oībus cōtumelijs eū afficerent. Quid aptius dici de Christo potest, q̃ quod audierit uituperationē multorū, notorū, et uicinorū, ut in psal. 2. et. 21. Oēs ij (inquit) et inimici, & amici, et qui in circuitu uicini cōmorabantur, cū de me colloquerent.

In eo dum cōuenirēt, simul aduersum me, accipere animā meā consiliati sunt. *Audiui (inqt) uituperationē, probrū, fœdißimā cōtra me obiectā infamiā, minas, despectionē q; multorū in circuitu, qui conspirātes aduersum me, cōuenerūt. Et in eo toto cōuentu, aliud de me nō cōciliati sunt, nō decreuerūt, non conspirauerūt, q̃ uel ut animā meā acciperēt, hoc est, ut uitā meā tollerent, uel ut me iniquitati eorū consentire cogerent. Pij etenī uiri animā, ille potißimū accipit, apprehēdit, et uincit, qui ad impietatē, aut fraude allicit, aut ui cogit. Qui hunc psalmum de Christo interpretari uelit, facile hæc loca in illū sensum adaptabit, tam de iudæis, q̃ de gentibus. Destitutus igitur, omni (inquit) humano auxilio, non tamen desperaui. Illi quidem inimici, cupiebant me delere.*

Accipere animā.

Ego autem in te speraui domine. *Vt aliquando liberares me. Sic ad deum sermonem uertit. Doctrina est, ut certā fiduciā habentes in deo, quicquid pauoris, aut metus irruerit, neutiq̃ desperemus. Ad hanc certam opem, semp admonet noster propheta. Quantulibet tamen spei habet quispiā, animi repentinū stuporē ex subitaneo & insperato metu, suis uiribus ita depellere nemo potest, ut nōnūq̃ deficiat, nisi cui uires suggerit deus. Ego igitur in te speraui (inquit) domine, & in ea certa spe, quicquid mihi contigerit.*

Desperandū nunq̃.

Dixi, *cogitaui, decreui apd me, ad te cōuersus.* Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meę. *In manus igit tuas, iā pridē cōmendaui (inqt) spiritū meū. Id semp (inqt) dixi apud me, et cogitaui. Tu es deus meus, et nō est alius pręter te, ī quo ego spem meā ponā, quū hoc me nō fugiat, in manibus tuis, in potestate tua, esse sortes meas, euentus meos, & fortunas, et uitā, et mortē meā. Non enim fato, ut falso existimāt gentes, reguntur humana tēpora, sed te rectore, te gubernāte, tuaq; prouidentia, sortes (inqt) meę, hoc est, quicquid mihi in hac uita, aut elargitū aut detractū est, quicquid boni, aut mali acciderit, hęc oīa a uolūtate tua pendent. Prouidentiā dei, quis negare potest, quæ tam oibus rectè inspiciētibus, et ratione, et exemplis, et sacrarū literarū testimonio, manifesta est? In oī loco ocūli domini contemplantur bonos, et malos, inquit sap. Oculi quoq; domini sup iustos, inquit psaltes. Et uultus domini sup facientes mala, ut pdat de terra memoriā eorū. At ut dei prouidentiam manifestā oībus efficiamus, nō modo in his quæ ad hominē pertinent, sed etiam in rebus maxime infimis, sufficiat euangelij locus unicus ille, cū nimiā de huius sæculi rebus solicitudinem, suos discipulos prohiberet Christus. Considerate (inquit) coruos, quia non seminant, &c. quæ ibi sequuntur. Prouidentiam dei eximie tractauit Saluianus, Episcopus quondā Maßil. quē nuper e tenebris edidit. Ioā. Alex. Braßicanus. Sortes igitur meę, in manibus (inquit) tuis domine. Quamobrem, supplex oro.*

Fatū nullum esse.

Pii viri fiducia in deo.

Prouer. 15

Psal. 33.

Prouidentia dei manifesta.

Luc. 12.

Eripe me de manibus inimicorū meorū, & a persequentibus me. *Ne ut cupiūt, animā meā accipiant et rapiāt. Persecutorū uaria genera sunt, siue de Christi inimicis, siue de iustorū hoīm loquamur. Eripe (inqt) me, de manibus, de improbis uiribus et potestate inimicorum. Seipsum exponit. Et a persequentibus me. Vt igitur tenebras meas in lucem uertas, supplex (inquit) rogo.*

Illustra faciē tuā super seruū tuū.

Deus

Suā faciē super homines illustrat de*

Deus illustrat suam faciem, quando illi, qui in presentaneo, uel metu, uel mœrore, aut imminenti periculo cōstituitur, benigne succurrit, atq; ab urgente malo eripit, a morte in uitā, a tenebris in lucem, a dolore in leticiā deducit. Sua etenim presentia, quæ prius tristia, squalida, horrentia, & tetra erant, leta, nitida, iocundaq; efficit. Et ita rem efficit splendidam, ut nullus non perspiciat, angustiatū illū a benigno deo liberari. Fac igitur (inquit) splendescat facies tua super me, hilaremq; uultum ostende, qui mihi adsit in hac necessitate. Sic enim gloriosam potentiā suam illustrat deus, splendidāq; facit, atq; manifestā oībus, quoties suū seruū ī eo fidentē, ab infestissimis inimicis, ab inextricabilibus angustijs soluit, eripit in hostium, et inimicorū confusionem. Sic (inquit) illustra super me faciē tuā, presentiā tuā. Sic ostende uultū tuū, ut uertit Hiero.

Iocundū auxilium dei.

Et saluum me fac in mīa tua dn̄e. Non pro meritis meis, sed pro sola misericordia tua, in qua omnis spes mea, et tota, & sola est. Et certo scio quod

Non confūdar. Non me pudebit oēm spē meā in te posuisse, nō frustrabor spe mea.

Quoniam inuocaui te. In te solo omnē spem meā posui. Hec est solida fiducia, quā pius quisquis christianus est, habere certo certius potest, in bonitate, et mīa dei, si firmā spem suā ponat in deo. Fac igit̄ p tua mīa ut nō confundar (inqt) ego, qui te inuoco, sed

Certa fiducia in deo.

Erubescāt impii. Qui me persequuntur. Id quod plane fiet, si me saluaueris, et illos deieceris. Erubescant itaq;

Et deducantur in infernum. Hinc deijcias quo tibi lubeat, in infernū, si tibi uisum fuerit. Quāmuis optare uideatur, omnia tamē dei uoluntati cōmittit. Neq; non predicit, ut impios & piorum hostes admoneat, ut alias diximus. Alij hunc locū uertunt ex hebreo, sileant, uel taceāt in inferno, hoc est, qui me pbris falsisq; infamijs persequuti sunt, fac domine, ut posthac taceāt, quasi mortui & in inferno, hoc est, in sepulchro positi, sileāt amplius de me male loqui. Hoc enī solet esse puerbiū, Mortuo loquutus es, quādo silentium pmittimus. Amplius nō loquit̄ mortuus. Hic orat. Taceat in inferno. Sileāt, ut mortui, et

Muta fiant labia dolosa. Sileāt contra me labia mendacij, ut uertit ex hebræo Hiero. ut amplius me nō uituperēt, falsis probris, ut supra in hoc psal. Illa etenī sunt labia, silere digna quæ cogantur. Et utilius est ea tolli e medio, q̄ cū multorū iniuria, inter hoīes manere. Sic docet Moses, auferri malū debeare, de medio iustorū. Deutero. 13. Sic iuste aufert malū iudex, q scelteratū, ultimo supplicio afficit. In hos orat propheta. Domine, libera (inquit) tuos a labijs iniquis. Deuter.13

Quę loquuntur aduersus iustū iniquitatē in superbia, & in abusione. Quid enī inter hoīes magis īpiū, q̄ iustū traducere, q̄ candidā uitā fœdo sermone cōspurcare? Aduersus iustū (inquit) aduersus innocentē, iniquitatē loquunt̄, quia mendacia sunt, quę loquūtur. Dixit igit̄, labia esse dolosa. In hec labia orat, in psal. 11. Disperdat dominus uniuersa (iuqt) labia dolosa. Et hec loquunt̄ in supbia, humiles oēs despicientes. Sic ora supborū contra simplices loqui solēt, ut diximus in psal. 16. Loquunt̄ (inq̄) in supbia, et in abusione, quia fratrē quē honore tractarēt, despiciunt, fratrēq; odio habent, in quē tam falso mendacia iactant. Hinc uertitur a Hiero. In supbia & despectione. Aliū contemnere aut despicere, ab humilitate alienū est. Recte ergo ī supbia loqui dicit̄, qui fratrē despicit, aut persequit̄. Diligeret fratrē sicut seipsum, non autē contemneret. Sed hæc res, aulica nimiū est. Quē enī quauiscūq; causa reijcit prīceps, cui uisus est irasci uel paululū, nōne simul et q pri* putabant̄ amici, euestigio fiūt alieni, atq; (ut supradixit) dat* est obliuioni, et factus ut uas pditū? Neq; nō ut principis maiorē gratiā captent, falsa quoq; mēdacia nōnunq̄ excogitabāt in qualēcunq; amicum, alijs inimicis nō tantū

Psal.11.

Psal.16.

Aulici mores, longe a pietate.

tantũ arridẽtes, annuẽtes, et iniquitates eorũ promouentes. Erat in eo statu Dauid, cũ eum odio haberet, atq; persequeretur Saul. Sed liberatus tandem ab omnibus inimicis, deq; his (ut pauloante) necessitatibus, & maximis illis prioribus angustijs, pro bonitate & mĩa dei, ut omnes doceat magnam dei mĩam, sic uehemẽter exclamat, et in hãc uocẽ erumpit.

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ domine? Hoc est, q̃ multa, ingens, q̃ numerosa, q̃ frequens, q̃ ineffabilis erga nos, qui in te speramus, est bonitas tua domine, quæ iam suauissima est erga me, quẽ a tanto metu, tantoq; iamiam urgente periculo, liberasti, & luctum in gaudium uertisti! Et hæc est multitudo dulcedinis tuæ.

Quam abscondisti timentibus te. Nam huius bonitatis suauitatem alius nullus sentire potest, nisi qui deum timet, qui reueretur, qui dominũ agnoscit, & diligit. Si agnoscat, et timeat, hoc est, reuereatur necesse est. Initiũ enim sapientiæ, timor domini. Si recte timeat, diligat oportet. Si diligat, certa fiducia uiriliter omnia aduersa sustinet, quia in deo sperat. In hãc uirtutis altitudinẽ crescere nemo potest, nisi gustauerit, quoniã dulcis est dominus, ut ait. D. Petr. O miram huius dulcedinis multitudinẽ, ubertatem, & abundantiam, qua creamur & conseruamur, regeneramur, & iustificamur, a diabolo liberamur, dei patris gratiæ restituimur, criminũ remissionem accipimus, & æterna tandem gloria coronamur. Magna est igitur, et uere ingens multitudo, et cumulus huius dulcedinis, quam tuis (inquit) domine per bonitatem præstas, quam alij non sentiunt, qui in te non sperant. Illis igitur abscondisti, et apud illos occultasti hanc internam suauitatem, quam habent, qui se tibi cõmittunt. Nam illis alijs in superbia loquentibus, & huius sæculi sapientibus, & abscondita est scientia dei (inquit Christus) et paruulis, humilibus, deumq; timentibus reuelatur. Ab alio sic uertitur hic locus clare.

[Left margin notes: ...ssi... mi... sericordia | Qui dili... | 1.Petr.2. | Dulcissima ubertas, in mĩa dei.]

Quàm multũ est bonũ tuum; quod reseruasti timentibus te. Est enim multũ premiũ (inquit Hierony.) quod præparauit electis, ut essent semper cũ angelis suis in cœlo, ubi haud dubie est omnium delectationũ perfecta saturitas. Aliter. Hęc abscondisti timẽtibus te, hoc est, hęc ob oculos non posuisti, neq; facile est, ut hęc consequantur, quia arcta est uia, & non coronabitur, nisi qui legittime certauerit. Nõ enĩ solet magnifieri, quod facile, et obuiũ est. Credamus ergo necesse est, quę nõ uidemus, et agamus quæ nollemus. Hæc est contentio carnis, aduersus spiritum. Sic ergo currendũ est, ut comprehẽdamus, sed per misericordiã. Hęc certo (inquit) certius parasti timentibus te, quantumcunq; interim abscondisti, quia Vere credenti, facilis ẽ misericordia dei.

Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu filiorũ hominum. Nam eos toties liberasti, a tam præsentaneis urgẽtibusq; periculis, ut nullus nescire possit, tua opera, tua bonitate id factum esse. Eis itaq; in te (inquit) qui sperant, in conspectu filiorum hominũ, hoc est, inimicorum, & impiorum (ut in psal. 4.) uel omniũ potius mortaliũ, ut nullus tuam bonitatem ignoret, perfecisti, atq; perfectam, & cognitam effecisti tuam suauem bonitatem, quia timentem te, liberatum uiderunt inimici, propterea quod palam, & uiriliter in te, spem suã posuit. Alios quidem fugatos, detritos, prorsusq; profligatos deiecisti. Aliter. Quamuis hanc dulcedinem a tuis abscondisti, tu tamẽ perfecisti eis eandem dulcedinem in futura gloria, quia timentes te, tuo uerbo docuisti, & gratia inuasti, ut illam dulcedinem magno desyderio optarent, & tandẽ adsequerentur omnes qui sperant in te. Et interim in hac uita Psal. 4.

Abscondes eos in abscondito faciei tuæ, a conturbatione hominũ. Abscondes eos qui in te sperant, in abscondito, in occulto auxilio faciei tuę, a conturbatione hominũ, a maleuolentia inimicorum, ne malitiam suam expleant. Hæc est facies dei abscon-

abscondita ab impijs, et (ut supradixit) reuelata timētibus eum. Hoc est, quod absconditū faciei dei appellat. Facies dei erga iustos, eius est bonitas, et benignus fauor, quibus suos respicit, opem ferens i oportuno tēpore. Quod igitur ait, in abscondito faciei, alludit forte ad eum quē persequuntur inimici, qui fugiens ad regis præsentiā, pro regia maiestate, sub eius conspectu nō minus est tutus, q̃ qui ab inimicis, tutißimo loco absconditus est. Hinc repetit. Abscondes in abscondito, &c. hoc est, fugient ut sint tuti, ad cōspectū tuū, ad faciē, ad bonitatē tuam, per fidē & spem certā, ad quā uenire nō poßunt impij illi, tuā bonitatē non agnoscentes. Illis itaq; absconditū est, et ego sub oculis, sub aspectu tuo, tanq̃ absconditus ero, et tutus ab inimicis. In hūc uero sensum, clare sic uertit hunc locum Hiero. Absconde eos in protectione uultus tui. Persuasum igitur habeant, qui in te (inquit) sperant omnes, te affore semper, ut opem feras in oportuno tempore. Nam certo certius.

Facies benigna dei.

Proteges eos in tabernaculo, a contradictionibus linguarū. Quantūcunq; de illis mendacia loquantur inimici, eos uituperijs, & probris nocere cupientes, tam abunde eos tamē p̃teges in tabernaculo tuo, ut nullo (inquit) pacto malū inferant linguæ dolosę, quę ueritati contradicūt, et obloquuntur semp. Hinc uocat linguarū cōtradictionē. De contradictione, dic in psal. 17. Eris itaq; tuis sperantibus in te uelut tabernaculum, seu tentoriū, & umbra, ut uertit Hiero. seu regia domus. Hęc efficit fides i ecclesia Christi, ne linguarū perniciosa illa cōtradictio, & inimicitia præualeat. Eos etenī ita constantes, & fortes (inqt) efficies, ut nullis, aut minis, aut rei atrocitate, aut humanis quibuscūq; machinis, deijci a ueritate, aut a spe, quā habent in te poßint, qui tuę bonitatis dulcedinē, credētes, agnoscunt. Hoc tabernaculo, hac umbra, hac fide, et spe certa, suos a linguarū contradictione protegit deus, quando mendacia detegit, ueritatēq; perspicuam oībus efficit, nec sinit, ut succūbant, ut seducantur sui. In tabernaculo testimonij, ubi archa fœderis ponebat, ueritatis responsa dabant, quia aderat, potißimū omnibus recte inuocantibus, dei pręsentia. Gratias nunc agit deo.

Psal. 17.

Dei protectio.

Benedictus dn̄s. Hæc est pij hoīs retributio, p̄ oībus quæ a deo beneficijs recipit, agnoscere bonitatē dei, et gratias agere. Hoc est, q̄d ait, Benedict⁹ dominus. Dic ut ī psal. 3. Est, inquit, dignus, cui maximas gratias agā, qui ab oībus agnoscat & magnificet.

Psal. 3.

Q̄m mirificauit miam suā mihi, in ciuitate munita. Quia pręter omnem spem humanā, a prioribus oibus inimicis, in cōspectu hoīm liberauit me. Suā enī insignē, et mirificam bonitatē manifestauit, quando in oīm alias rerū desperatione, tam amplū, tāq; beneficum auxiliū tulit, in ciuitate munita, in priore tabernaculo, sub cuius umbra protexit me multo magis, q̃ si me in tutißimā arcē con iecissem. Erat igit hmōi mīa (inqt) dei erga me oībus admirationi, tam erat præter oīm opinionem, præstitū auxilium. Hinc ciuitatem munitam uocat, quēadmodū in psalmi principio, domū refugij recte appellat, id quod in eo loco domū munitā, uertit Hiero. Felix uero, domū propugnaculi. Alius uero sic illū locum uertit. Sis mihi uice domus munitæ. Sic muniuntur, sic tuti sunt, qui ad deū confugiunt. Sic mirificauit deus sanctos suos, ut ī psal. 4. Hęc ciuitas est Christi ecclīa, in qua manent fideles per fidem, neminem timentes eorum, qui contradictionem linguarum habent, hoc est, cōtra ueritatem latrant, quia eum non timent qui ultra corpus non potest, si dei negotium exigat. Hæc est ciuitas Hierusalem, in qua natus, passus est, & in nostrā salutem resurrexit, huius ciuitatis dominus Christus. Hic mirificauit misericordiam suam. De hac scriptum uidetur. Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas dei. In hac ciuitate est multitudo dulcedinis per fidem, de qua prius in hoc psalmo. Cæterum, ut misericordia dei, qua liberatus est, maiori adhuc sit omnibus admirationi, maiorīq;

Gr̄a dei, ciuitas munita.

Psal. 4.

Ciuitas piorū.

Psal. 86.

maiorisq; glorię dei, qui illũ tam benigne liberauit, nunc ad ampliorem adhuc timorẽ suum docendũ, ut omnes doceat, reuertitur. Hostes (inquit) mei iamiam capiti meo usq; adeo imminebãt, ut præsentaneo timore stupefactus, a mente defecerim. Hinc ait.

Ego autẽ dixi ĩ excessu mẽtis meę.

In stupore meo, ut uertit Hiero. Alienus uelut a sano sensu, meiq; prorsus oblitus, magno (inquit) stupore affectus prę nimio timore, in ipso mentis excessu, in extasi, priusq̃ redij ad me, precipitanter nimis, ego (inquit) dixi.

Stupor ex repentino timore.

Proiectus sũ a facie oculorũ tuorũ

Non uideor mihi esse sub abscõdito faciei tuę, ut pauloante, cũ ego iamiã perire, et in hostiũ manus incidere me uideo, neq; auxiliũ sentio. Sum igitur proiectus, longe deiectus a facie, a fauore oculorũ tuorũ, quos sup iustos, innocẽtes, et in te sperãtes habere soles. Hæc ego dixi. Sed hęc in excessu mẽtis meę dixi, in stupore, præcipitato aĩo. Nã paulo deliberatius ad me rediens, non oblitus sum mirificę tandẽ prioris bonitatis tuę, sed cõuersus ĩuocaui te.

Ideo exaudisti uocẽ oratiõis meę, dum clamarẽ ad te.

Non est alienũ a uiro bono, & iusto, et in deo spem omnẽ collocante, plurimũ, ut hic uides, sibi timere, stupidoq; affici usq; adeo nõnunq̃ pauore, ut pro temporis aliquo momento, deijci posśit a constantia, a recto quidẽ iudicio. Hoc enĩ fit per humanã imbecillitatẽ. Sed hoc alienisśimũ est, tandẽ desperare. Desperemus igitur nunq̃, de dei bonitate. Adest enim in tẽpore oportuno. Et si nos huius sęcli incõmodis affici patiatur, haud dubie in ampliorẽ rem nostram patitur. Aequo igiẽ animo, aduersarũ rerũ quicqd obtigerit, cũ prouentu sustinemus modo hãc certã in deo spem seruemus. Hęc est gratia (inqt D. Petr.) si propter dei cõscientiã sustinet qs tristicias, patiens iniuste. Nolite igitur (inqt apost.) amittere cõfidẽtiã uestrã, quę magnã habet remunerationẽ. Patiẽtia enĩ necessaria est, etc. Quod aũt hic ait. Ideo exaudisti, etc.

Humana inconstantia.

A desperatiõe maximopere fugiendũ.

1. Petr. 2.

Hebr. 10.

Patientiæ constãtia.

Nõ referas ad p̃xima priora uerba, quæ sunt indigna gratia, sed ad priorẽ orationẽ. Eripe me, illustra faciẽ, quoniã inuocaui te, &c. Et ideo exaudisti, &c. Post hãc longã orationẽ, nũc oẽs admonet propheta. Cum sit tam benignus (inqt) dominus erga sperãtes in eum.

Diligite dominũ oẽs sancti eius.

Deũ nemo diligere pot, nisi sanctus, nisi fidelis, nisi iustus. Etenĩ qui deũ diligit, illũ agnoscat rerũ oĩm dominũ, gubernatorẽ, propitiũ, suos amantẽ, illisq; ferentẽ oportunã opem in angustijs, ĩ rebus maxĩe aduersis, necesse est. Qui uero sic diligit, meditatur die ac nocte, in lege, & uoluntate illius, ut ei per oĩa placere posśit, fidemq; certã habet in multitudine mię eius. Inde tuto, & pacato aĩo est, siue in uitã, siue in mortẽ. Diligite igiẽ dominũ (inqt) etc.

Dilectionis, & fides, & fructus.

Quoniam ueritates requiret dñs.

Iniquã partem non iuuabit, quia ueritatis patronus est. Hanc enim ueritatem requiret, inuestigabit, et eam probans tuebitur. Hãc ueritatẽ, hãc fidem, hanc dilectionẽ, requiret, et exiget, ab oĩbus qui eũ agnoscunt. Quod enĩ ait, ueritates requiret, nõ aliud est, q̃, uel quod sanctos, et fideles, ueritatẽ colentes, requiret deus, quia non eorũ obliuiscet, qui habet oculos suos sup iustos. Hinc uertit Hiero. Fideles seruat dominus. Hinc docet hãc ueritatẽ pijs oĩbus necessariã esse. Et quẽadmodũ has ueritates requiret semper, ab oĩbus diligẽtibus eum, quibus oportuno tẽpore auxiliũ pręstabit, sic et uultus eius super facientes mala, ut illis secundum iniquitatem retribuat. Nam

Veritatẽ iuuat de⁹.

Et retribuet abũdanter, faciẽtibus superbiã.

Qui iustos, & innocẽtes p̃sequunẽ, huius sęcli haud dubie uiri sunt supbi, arrogãtes, crudeles, nihil minus q̃ mites, q̃ humiles, q̃ misericordes. Hi sunt faciẽtes supbiã in terra, qui loquunẽ aduersus iustũ in supbia, ut pauloante, & his retribuet deus abundanter. Eos in tẽpore dignis pœnis afficiet. Potẽtes potenter tormenta patientur, inqt sap. Bono igitur animo estote, qui sancti, & iusti estis, et nolite

Impii quales sunt.

Sap. 6.

Piorũ patientia.

et nolite mirari, si e uestigio malos nõ affecerit deus, sed sustinete, ut supradiximus, et nolite retribuere malũ pro malo. Deus enĩ uindex est, qui sceleratis hmõi abunde ut meriti sunt, tandẽ retribuet. Mihi igitur uindictam, & ego (inquit) retribuam. Vos autem (inquit) qui sancti & iusti estis, interim

Viriliter agite. Aequo animo & fortiter sustinete. Aut potius uiriliter agite, quic quid agitis. Estote forti, & inuicto animo, sperantes in deo, nõ in prudentia, aut uiribus uestris, aut humana quauis potentia.

Et confortetur cor uestrũ, oẽs qui speratis in dño. Certi enim estote, quod suos non derelinquet dominus sed quẽadmodũ pro patientia, quã habuerũt per spem certã in eo, certã, & amplam remunerationẽ accipient, ita & sceleratis, qui eos interim oĩ genere molestiarũ afficiunt, quantũuis modo superbi sint, & sui obliti, abunde, dignãq; suis ingratibus uindictã retribuet deus opt max.

Certa fiducia.

Adhortatur ad patientiam.

Interim igitur uiriliter agite, & confortetur cor uestrum, et corroboretur qui sancti estis, qui spem habetis in solo deo, et omnia eius amore aduersa, æquo aĩo sustinetis, certo certius auxiliũ dei expectantes in maxime oportuno uobis tẽpore. Amen. Similẽ finẽ habes, in psal. 26. Neq; non dignum est repetitione quod hic docetur, ut discamus stare uiriliter, et fortiter ĩ hoc prælio, nõ tam ut resistamus, si fieri potest, et uisum fuerit deo, et uincamus inimicos, & cadant sub pedibus nostris, ut in psal. 17. q̃ ut sustineamus, et æquo animo feramus, etiã in tribulationibus gaudẽtes, modo p̃ iusticia patiamur, q̃diu sic erit deo placitũ. Sic enĩ per hãc nostrã patientiã, ex priore certa fiducia, magnificaĩ Christus in corpore nostro, siue p̃ uitã, siue p̃ mortẽ, ut ait apost. Philipp. 1.

Psalmus Dauid. 31.

Titulus.

Ipsi Dauid intellectus.

Prophetam, huius psalmi intellectũ, haud dubie docuit spũs sanctus, ut uice dei populũ erudiret ipse. Est etenĩ huius psalmi insignis eruditio, quæ tam eius fœlicitatẽ, et beatitudinẽ, cui ignoscit peccata deus, q̃ quibus modis remittitur peccatũ, eximie docet. Præterea & afflictę conscientię anxietatẽ, q̃diu pctõ detinetur, & mirũ internũ eius gaudiũ, qui consolationẽ spũs sentit, indicat. Dauidẽ hunc psalmum cecinisse tradunt, postq̃ reuelatũ est illi, deum omne peccatũ suum tam de adulterio, q̃ de Vrię homicidio, remisisse. Hic erat iocũdus intellectus ipsi Dauidi reuelatus, &c.

Psal. insignis eruditio.

In summa.

Beatum docet, cui remissa sunt peccata. Vt tamen remittanĩ, tam necesse est ut sua peccata agnoscat peccator, q̃ ut ea confiteaĩ, et certa fide remissionẽ petat, accipereq; credat. Hũc intellectũ nemo habet nisi a deo, nemo discit, nisi ex uerbo dei. Qui huius rei intellectũ habet p̃ gratiã, nõ sibi timet. Hanc gratiã nemo negligat. Duriore fræno cogit deus, quos uult. Lęte in deo exultat, qui bene credit.

Explanatio.



Beati quorũ remissę sunt iniquitates. Spiritu dei edoctus propheta, de beneficio remissionis peccatorum per dei misericordiã, non p̃ meritis nostris, beatos eos esse docet, quibus remissæ sunt iniquitates, & quibus ignoscit, & remittit deus peccata. Opus est enim remissione, opus mĩa dei, ut remittatur peccatũ, & simus beati, cũ nr̃u iq̃ sufficiãt nostra opera, ut ex huius psalmi principio docet apost. Ab eo igitur solo peccatorũ remissionẽ petamus, expectemus, & speremus. Ad quẽ enim aliũ, culpæ et æternæ pœnę, quę peccato debetur, remissio. ptinere potest, q̃ ad eũ, qui maxime, uel p̃pe solus offenditur? Peccato tam nemo offenditur, q̃ deus, quẽ per peccatũ contemnit peccator, ut docet sacra historia. Deum (inq̃) cõtemnit

Rhom. 4.

Pctĩ remissio mĩa.

2. Reg. 12.

Oĕ pecca tũ in deũ.

contemnit, hoc est, doctrinã, & mãdata eius. Quantũuis itaq; in fratrẽ peccaueris, et prius, et pręcipue in deũ peccas, qui mãdat eius, et proximi dilectionẽ. Hinc ait peccator. Tibi soli peccaui. Christus quoq; aperte docet. Si mundus (inquit) uos oderit, &c. In solius igitur dei manu est, peccatũ remittere, et beatum facere. Prius enim per gratiã datur fides a deo, qua deũ & eius uoluntatẽ & mandata cũ primis cognoscimus per uerbũ eius. Hinc non fugiunt nos peccata, neq; imbecillitatem nostrã nescimus. Nemo igitur, neq; de fide, neq; de meritis suis praesumat, aut de peccati impunitate stulte sibi blandiatur, cum nemo quodcũq; bonũ faciat, sibi, sed gratiae dei attribuere potest. Nemo tamẽ desidiae torpore, a bonis operibus suã operã negligat, quia ut solicite bene operemur, exigit deus, qui diues est in retribuendo. Et peccatorũ itaq; remissionẽ, et oĩa bona nobis utilia solus deus confert. Sunt ergo beati, quorũ remissae sunt iniquitates per gratiam.

Psal. 50.

Ioan. 15.

Et quorum tecta sunt peccata.

Vere tecta sunt illa peccata, quae per gratiam remissa, & abolita sunt. Modo eni sunt, quasi non fuissent. Neq; tamen uiua sub tegumẽto latent, ut ait D. Augus. sed prorsus tollũtur, et deleta sunt, neq; amplius ea uidet deus. Videre enim deus ea sola peccata dicitur, quę nõ sunt remissa, quaeq; digna adhuc animaduersione extant. Alia uero post tergũ relinquuntur, nec ad ea respicit deus, sed auertit faciem suã ab illis peccatis, & in fine cũ iudicaturus uenerit, illorũ non recordabitur, quia peccati illorũ, nõ memorabor amplius, inqt deus per Hiere. Nec illa nobis obijciet hostis, quia iam pridẽ remisit dei mĩa, et ab eius sciẽtia occultauit, non quod nesciat hostis, sed quod modo peccati foedam illã maculã, sublatã perspicit, animãq; lotam, & ab illa mundatã. Hũc locũ intelligit. D. Ambros. de innouatiõe uitę, post remissa peccata per misericordiam. Nam qui uitã in melius mutat, atq; a malo declinat, & bene operatur, bonis illis operibus tegit prio-

Quae peccata nõ uidet deus.

Hierem. 3.

1. Petr. 4.

ra peccata, iuxta illud, charitas operit multitudinem peccatorũ. Quorũ uero peccata sic tecta sunt, bis terq; beati sunt. Est enim

Beatus uir, cui non imputauit dominus peccatũ. Ille enim ipse est, quẽ supradiximus. Postq̃ enim remissum est peccatũ, amplius nõ imputabit dominus, amplius nõ recordabitur illius peccati, nec sinet obijci ab inimico, quia nõ est, cum sit tectũ, absconditũ, & sublatũ, quia remisit deus per gratiã. Quod ait, non imputauit, plane indicat peccatũ per mĩam remitti, non autẽ per aliã satisfactionẽ nostrã. Nostrae tamẽ partes sunt, ut pro uiribus satisfaciamus ipsi, poenitentia, uitae innouatiõe, et solicitudine bene operãdi. Remittuntur pctã nostra, (inquit Hiero.) per baptismũ, addo fidẽ, & post naufragium per poenitentiã, teguntur per charitatẽ, ut paulo ante dixit. D. Ambros. nõ imputant per martyriũ. Vnũ illud est, quod omnia perficit, dei magna mĩa. Sic est ineffabilis dei mĩa, ut indignis misereatur, et peccata remittat, dissimulans pctã hominũ, ut ait sap. Vtitur praeterito tẽpore, Cui nõ imputauit, ut tũc censeatur beatus uir, cũ ĩ futuro iudicio, nõ est quod imputet. Vere beatus est, cui sic remissae sunt iniquitates, quia sperauit in misericordia dei.

Nõ imputabit de⁹, remissum peccatũ.

Satisfactiones nostrae.

Sap. 11.

Nec est in spiritu eius dolus.

Quia serio peccatum agnouit, doluit se peccasse, poenitentiã nõ simulauit, a peccato abhorruit, uitam in melius innouare constituit, operibus suis nõ fidit, certa fide mĩam, et remissionẽ a solo deo petijt, condonatũ peccatũ uere credidit. Hic est, cui nõ imputat deus, uere beatus, cui nõ est dolus in spiritu, qui nõ est alius in lingua, q̃ in corde, & opere. Nec alius est corde, q̃ lingua & opere. Sic monet Ecclesiasticus. Ne accesseris ad deum duplici corde. Ne ue sis hypocrita in cõspectu hoĩm. Illi quidẽ in spiritu dolus est, qui cũ se accusaret, aut se iactat ut phariseus, aut tacet mutus ad agnoscẽdũ, aut dissimulat per hypocrisim, aut excusat p impudentiã, aut negat per men-

Ad peccati remissionẽ necessaria.

Ecclesi. 1.

Dolus in spiritu.

daciū. Non sum (inquit phariseus) sicut cęteri hominū, gloriosus thraso, uere cęcus, et alienus a gratia, qui carnis fœditatē, & humanā imbecillitatē non agnoscit. Tacet uero, quisquis nō se accusat, nō agnoscit, nō confitetur.

Prouer.18

Iustus prior est accusator sui, inqt sap. Dissimulat, qui alia minora agnoscit, et confitetur, de grauioribus uero silet, et ea non agnoscit, surdus, mutus, et stupidus, ut humiliter ea confitetur, quæ impudēter cōmisit. Aliud lingua, aliud corde agit, hipocrisim egregie fabricat. De eorū numero sunt ij, qui curios simulāt, et bacchanalia uiuūt. Hos odio habet deus, quia nō ueniet in cōspectu eius, omnis hypocrita, inquit Iob, hoc est, nullus eorū.

Iob.13.

Seipsum uero impie excusat, qui suū peccatū in alios potius, q̃ in se transfert. In deū, peccati culpā transferre solet impius, illi imputat, illum mali authorē stulte efficit, se nullas ꝓprias uires habere, nullū arbitriū, cogi, &c.

Deus non est mali auctor.

Insana est hæc cogitatio. Sic peccatū suum creatori imputabat Adam. Mulier (inquit) quā dedisti, &c. Hinc posteros omnes mortifera damnatione affecit. Suū deniq; peccatū uere negat, qui nō dolet peccasse, quiq; nō eo modo solicite quęrit sanitatē quo diximus, quia neq; peccatū, neq; misericordiæ fontē agnoscit. Peccatum negat, uere mendax, ut ait Ioan. Ne sit nobis itaq; in spiritu dolus, cauendū est, ut per misericordiā ignoscat deus. Sola est enim misericordia dei, quæ remittit, sed dolenti, et se conuertere cupienti, per uitæ innouationem.

Cui remittitur pctm

Sic oramus quotidie in prece dominica, ut remittat nobis debita, & pctā nostra deus. Quis potest dimittere pctā, nisi solus deus? Neq; tamē sine nobis dimittit deus peccata nostra.

Marc.2.

Pœnitētia opus est.

Doleat enim necesse est, qui in deū peccauit, & pro timore iusti iudicij dei, contristetur, terroreq; afficiatur. Displiciat illi, quod peccato deum contempsit, irascatur sibijpsi, quod deum suo peccato iratum fecerit.

Contritio

1.Reg.12.

Discat peccator a nostro propheta in psalmo.6. doloris formā & modū. Neq; tamen doloris magnitudini fidebat illic propheta, sed certa fide, ad dei misericordiam confugiens, ut sanaretur, Miserere mei domine (inqt) quoniā infirmus sum, sana me domine, &c. Benignus quidem est deus ad ignoscendū, simulatq; pœnitentes conuersi fuerimus, & certa fide remissionem petierimus. Hoc pro sua bonitate promittit. Nam si cōfiteamur peccata nostra, fidelis est, & iustus deus (inqt Ioan.) ut remittat nobis peccata nostra &c.

1.Ioan.1.

Hac fide consolatur animus, ne in desperationē, quod absit, labatur. Qui enī benignū deū patrē certa fide agnoscit, atq; apud eum se peccasse fatetur, se male dispensasse portionem sibi traditā, misericordiā, remissionē petit, indulgentissimus pater, nō propter pœnitentiā, aut merita nostra, sed propter Christum, illico ignoscit, qui promittit se conuertere ad peccatorē, oculo misericordiæ suæ, si ad eum se cōuertat peccator, et non sit dolus in spiritu.

Remissio peccatorū

Non est (inquit) saluans, præter me. Cōuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Hoc est prophetæ testimoniū, sed in Christo completū, qui nos reconciliauit deo patri, cum prius essemus iræ filij.

Esai.48.

Ephe 2.

Hinc ait Petrus. Hinc omnes prophetæ testimoniū perhibent, remissionem peccatorū accipere per nomen eius, omnes qui credūt in eum.

Act.10.

Qui oībus promittit, neminē excludit, cū non sit personarū acceptor deus. Sed per hāc exclusiuā particulā gratis, nostrā pœnitentiā, nostræ uitæ cōuersionē, nostrā solicitudinē, nostra bona opera non excludit deus.

Quomodo gratis remittit peccata deus?

Hæc etenī a nobis exigit necessario, ut sit in nobis uitæ cōuersio, ne impetrata remissione per mīam, tanq̃ canis ad uomitum, ad priora pctā redeamus. Neq; talentū abscondamus in terra, sed solicite operemur, ut fideles nos inueniat pater familias, & munere cœlesti afficiat. Sic recte confitemur deo peccata nostra.

Confessionē autē illā priuatā, & auricularē, quæ fit sacerdoti, (ut alias quoq; ueteres illas duas confessiones iam diu antiquatas, solemnem & publicam, et publicam tantū, omittamus) recepit uniuersa ecclīa Christi, nō modo propter illius maximas utilitates, sed etiam, quia

Cōfessio.

quia ligandi, & absoluendi potestatē reliquit Christus, in sua ecclesia ministris suis Episcopis, et sacerdotibus. Tanta huius plane confessionis utilitas est, ut absq; illa, mille milia hominū sunt, qui nihil minus cogitarent, q̄ de suis quantūuis grauissimis peccatis, nullo conscientiæ stimulo, afficerentur, carni & uentri dediti. Non enī ad christianū animū redirent. peccatū non agnoscerēt, recordatione nō stimularētur. Valde quidē et probe recipiūt hāc confessionē etiā germani, tam in Melanctonis apolog. q̄ in locis cōmunibus, plane constituentes, impiū esse ab ecc'ia absolutionē tollere, nec eos scire quid sit remissio peccatorū, aut clauiū potestas, qui eam aspernātur, illāq; absolutionē proprie dici posse, pœnitentię sacramentum. Quod autem in hac absolutione fidē addunt, probe addūt, et quidē necessario. Non enim cognoscere peccatū, non pœnitere potest sine fide quisq̄, quia deū neq; agnoscit, neq; timet, neq; diligit, qui fide uacat. Hanc itaq; certā fidem habeat necesse est in magna dei mīa, ut peccatū sibi remitti p mīam eius, uere & certo certius credat, id quod promittitur in euangelio, et exhibetur per ministrū, qui uice, et uerbo dei, certū remissionis beneficiū declarat, et denunciat pœnitenti, & pro mīa remissionem certa fide petenti. Est ergo solicite & docenda, & retinenda, & assuefacienda hęc confessio, hęc fides, et in aures, et animos populi creberrima inculcatiōe, ut altā radicē agat, inserenda, ut post agnitū peccatū per cordis contritionē et uocalē confessionē, cum audierit ministrū, dei sacerdotē, pronunciantem remissionē peccatorū, non aliter, q̄ si Christus ipse loqueretur, & eandē sententiā pronunciaret, remissa sua pctā credat, quantūuis peccauit. Vera etenī & certa sunt uerba Christi, qui nō oībus, sed suis discipulis dixit. Quorū remiseritis &c. Hęc clauiū potestas, de qua iam diximus, sacerdotibus, qui sunt ministri uerbi, & sacramētorū, ab ecc'ia ad hoc uocati, a Christo cōmissa est, non ut hanc potestatē sibi arrogēt, sed ut Christi ministeriū exerceāt. Qui enī absoluit, qui remittit, solus deus est. Hanc dei mīam denūciat, et declarat minister. Hæc est magna huius confessionis utilitas, quę pauidā, et terrore affectā cōscientiā cōsolatur, certa p̄missione uerbi dei. Non usq; tamen adeo necessaria est, hęc confessio, ut si haberi nō possit, nō sufficiat soli deo peccati cognitio, cū certa fide in mīa dei, qua petitur, & remittit̄ peccatū. Huius confessionis utilitates, eximie recensuit Erasmus in Exomologesi. Suā uero nimiā solertiā, non ita p̄bandā censeo, in malis huius confessionis numerandis, Qui prope uisus est, in scirpo uelut nodū (ut aiunt) quęrere. Quas enī utilitates numerauit, nulli christiano uiro, nō utilissimæ sunt, nisi uirū nulli pctō subditū inueniamus, qui nusq̄ pręter unū, inuentus est. Mala uero quæ numerat prope oīa, tantū ad ipsius sacerdotis, aut maliciam, & iniquitatē, aut malum spectant. Reijciantur ergo improbi sacerdotes dignisq; pœnis afficiantur, deligātur probi et prudentes, et solicite custodiatur ea res, quæ tantā pijs omnibus adfert utilitatem, ne paucorū improbitas, omnibus rem utilissimā impediat. Quod autem ad peccatorū enumerationem attinet, conuenit ualde, neq; non & utile, & necessarium uidetur, ut ad confessionem accessurus, sibypsi cōsulat, hoc est, prius non negligēter seipsum intus examinet, animū exploret, ad memoriā grauiora sua peccata reuocet. Neq; non dolens, internoq; pudore affectus, suam indignitatem, apud deum agnoscat, misericordiam humiliter petat, certaq; fide credat benignum esse deum, qui sic pœnitenti remittat. Ad sacerdotem deinde accedat, illiq; sua peccata recenseat, numeretq;, ut se non minus apud hominē accuset, cuius iudicio, uice dei se submittit, q̄ prius cum pœnitentia apud deum accusauit, ut inde crescat peccati pudor magis ac magis, deinceps ut a peccati fœditate magis abhorreat. Vt autem secura pacataq; conscientia afficiatur, certo certius per absolutionē, peccata illi remissa denunciat sacerdos. Nimiam uero, &

Ingens cō fessionis utilitas.

Melancto.

Fide opus esse.

De absolutione & fide.

Ioan.20.

Ministeriū sacerdotis.

Erasmus

De peccatorū enumeratiōe.

Improbāda nimia curiositas

anxiam illam curiositatem adeo non esse necessariam existimet peccator, ut si non omnia recenseat, inutilis habeatur confessio. Quoties autē peccauerit, singulasq; uices narrare (nisi de oībus præsentaneā memoriā habeat) neq; esse necessarium censeo, neq; possibile nōnullis, qui singulis annis uix unica uice sacerdotem accedunt, interim nihil minus, q̃ de peccatorum aut fœditate, aut animæ periculo cogitātes. Sibi uero bene consuleret quisquis piam uitā optat, si ad pœnitentiā, & confessionē frequētius accurreret, ut graue peccati pondus abijceret. Est enī pio uiro grauissimū animi pondus, pctōrum sarcina, ut in psal. 37.

Psal. 37.

Genera uero peccatorū, animi in peccata uoluptatē, ultroneamq; uoluntatē, pronitatē, nimijq; ardoris assiduam concupiscentiā, personarum, locorū, temporūq; discrimina, & alia, quæ docet Erasmus, in priore Exomologesi, ab eo loco qui incipit, Sed iamdudum expectas lector. &c. Hæc inq̄ omnia exprimenda uelim. Consulere tibi non potest cōmode sacerdos, reprehēdere, arguere, admonere, hortari nequit, nisi priora recenseas.

Aliis alia grauiora peccata.

Quis nescit grauiora alijs alia esse peccata. Est ne grauius, naturalem usum mutare, ut ait apost. q̃ solito naturę modo coire?

Rhom. 1.

Est ne maius adulterium, q̃ simplex (ut uocant) fornicatio? Est ne fœdius in conspectu dei, probam alias uirginē, aut honestam matronā, uel ui uel fraude corrumpere, q̃ cum prostituta, aut mercenaria dormire? Est ne maius peccatum, quod scienter, & obdurata uoluntate, ipso uelut dei contemptu fit, q̃ quod per imbecillitatem, aut errorem factum est? Nonne & locus delictū grauat, uel potius quod licitum est, loci causa illicitū esse uidetur? Sic e templo eiecit Christus ementes, & uendentes. Addunt etiam non parum personarum discrimina. Grauius sacerdos, aut in potestate constitutus, q̃ laicus, aut priuata persona peccat. Nugæ in ore laici, nugæ sunt, in ore sacerdotis blasphemia, inquit Hiero. Nihil certius esse puto, q̃ aliud alio grauius esse peccatū. Nisi ethnico more asserere uelimus, omnia peccata paria. Quod absit a christiano animo. Hanc igitur utilissimā, & solitam confessionem auricularem, in magno precio habeamus, & frequentemus. Nam ex eius plane frequentiore usu, (si quidem christianū animū habueris) magnū haud dubie fructum ad pietatē reperies. Nulla est, aut utilior, aut dignior obseruantia in ecclesia Christi. Stultam uero illam, & curiosam nimis circumstantiarum indagationem, nemo probus non improbat. Sępius enim malū docet, q̃ diluit. Posthanc confessionem superest satisfactionis explicandū uocabulū, cuius rei summū caput est, quod ad peccatorē attinet,

Satisfactio.

ut ubi abundauerit in eo peccati prius concupiscentia, nunc ad deum conuertatur uoluntas per gratiā, ut boni fructus pœnitentiæ digni, hoc est, bona opera, & carnis mortificatio, noua uita, priori uitæ contraria, per conuersionem sequantur. Hinc monet apostol. Sicut exhibuistis membra uestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem, ita nunc exhibete, &c.

Rhom. 6.

quia deprecatio pro peccatis est, recedere ab iniusticia, inquit Eccles.

Eccles. 38.

Vitæ conuersio.

Neq; potest esse uitæ prioris uera conuersio, id quod est pœnitentiæ finis & terminus, ut admissorum pœniteat, ab illisq; in futurū fugiat, atq; abhorreat, nisi sequantur boni fructus, & solicita uoluntas, tam abstinendi a malo, q̃ bene operandi, ut una cum anteactæ uitę pœnitentia, sequatur uitæ conuersio, quæ foris pariat fructus pœnitētiæ dignos, ut ex operibus, fidei integritatem, uitæq; conuersionem ostendat. De fructibus pœnitentia dignis, Lege Chrisost. super Matheum cap. 3.

Satisfactiōis diffinitio.

Satisfactionem uero de peccatis, diffinit Rabanus de institutione clericorum, libr. 2. cap. 30. esse scilicet causas peccatorum excludere, & ultra peccatum non iterare. Id quod alijs uerbis, docet libellus de ecclesiasticis dogmatibus, inter August. seu Tertulliani opera. Est (inquit) causas peccatorum excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere. Nam pœnitentię nomen, non ex confessione, sed ex animi de-

Hoc est dolere peccasse.

mi demutatione compositum est, inquit Tertull. libr. 2. aduersus Martionem. Hoc enim est dolere peccasse, & priorem uitam odio habere, fugere, & mutare. Vtitur tamen ecclesia, hoc uerbo pœnitentia, ut significet tres illas partes, contritionem, confessionem, & satisfactionem scilicet. Quod cum ita sit, nemo grauari debet, si in illum usum pœnitentiam usurpemus. Vsus quidem est loquentiũ, qui sensum dat uocabulis, eundemq; sensum usq; adeo nõnunq̃ mutat, ut quod amicam significationẽ aliquando habuerat, nunc hostilem habeat. Sic enim dicimus hospitem, qui quondam hostem significabat. Nunc autẽ, uel qui amice in domũ receptus est, uel qui amice recipit, hospes dicitur. Ipsissima quidem erga deum patrẽ pro peccatis nostris satisfactio. est ipse Christus, ut ait Ioan. qui peccata nostra pertulit super lignum in corpore suo, cuius passione, qui aliquãdo eramus longe, nunc facti sumus prope, quando ab exhæredatis, facti sumus dilecti filij, cohęredes ipsius Christi, qui traditus est ꝑpter delicta nostra, &c. Suis itaq; meritis diffidens noster propheta, ad magnam dei misericordiam confugit, et in psal. 50. & alijs multis. Non ergo fidamus operibus, aut meritis, aut uirtutibus nostris, quæ neutiq̃ satisfacere possunt. Simus tamen soliciti ad bene operandum oportet, ut priorem uitam mutemus, per innocentiam, & bona opera, & dignis quidem premijs non frustrabimur. Est enim diues in retribuendo benignus deus, cui grata est obedientia nostra, quæ fit per dilectionem proximi, et bonorum operum solicitudinem. Neq; non adeo sunt necessaria bona opera in reconciliato, & fideli, et iustificato uiro adulto, ut sine illis frustra salutem quærat. Nam ex operibus iustificatur homo, & non ex fide tantum, inquit D. Iaco. Vtraq; iusticia requiritur, & iusticia fidei cum primis, sine qua impossibile est placere deo, & iusticia operũ, non ut propter dignitatem operum fidamus peccatorum remissionem accipere, & æternam consequi uitam, Sed postq̃ effecti sumus filij dei, & in gratiam recepti per fidem, sequi debet necessario (si uelimus esse Christi) et uolũtas amplius non peccandi, & solicitudo bene operandi, ut obedientiã pręstemus benigno deo, qui præcepit, ut faciamus uoluntatem eius. Declina (inquit) a malo, & fac bonũ. Item. Si diligitis me, mandata mea seruate. Mandat coniunctim utrũq;. Diliges (inquit) deũ, & proximum. Neq; fidem in deum habere, neq; deum diligere potest, qui non studiosus est, ut bene operetur, & pro uiribus, uitã pro uoluntate illius dirigat. Remissionem uero peccatorum, a sola misericordia dei, & expectemus, & speremus. Ignoscit enim gratis deus pater, Christi causa, qui mortuus est pro nobis. Ignoscit si pœnitentes, eo quo supra diximus modo, ab eius misericordia remissionem certa fide impetrandi, petamus. Quod autem pœnitentem hortatur sacerdos, et imponit illam, quam pœnitentiam uocamus, ut oret, & ieiunet, ut eleemosinas scilicet elargiatur, & id genus alia, quæ pœnitentiæ uocabulo decorantur a catholicis, nemo nescit, exigua illa opera longe indigna, ut sint quouis pacto satisfactiones ꝑ peccatis illis præteritis, multis forte, & grauibus, quando nostra quæuiscunq; opera alia indigna sunt, ut pro uno aliquo peccato ita satisfaciant, ut iure debeatur remissio, cum sit sola dei misericordia, quæ remittat. Discamus igitur, quam uirtutem habeant, illa per sacerdotẽ iniuncta opera. Peccatum, & omnẽ culpam remittit inq̃ deus, æternamq; pœnam. Si quæ superest temporaria, nostra solicita, & humili obedientia, ualde placatur deus, ut ea quoq; remittat. Sentiunt catholici, temporarias illas pœnas manere, Dauid exemplo. 2. Reg. 12. & 24. Itẽ et Exod. 32. Numeri. 14. Illa quidem tripertita historia, iniuncta a sacerdote opera, mulctam appellat, qua dei uice iudex inter lepram & lepram constitutus sacerdos, afficit delinquentem, seu uerius illũ hortatur, ut ea faciat opera, non ut satisfaciãt, sed cum

Pœnitentia, secũdũ ecclesię catholicæ morem.

1. Ioan. 2.

Psal. 50.

q̃ necessaria bona opera.

Remissio peccatorum.

Pœnitentia quam vulgo vocant.

Libr. 9. cap. 35.

Humana satisfactio.

primis ut humilitatem discat, præteritorumq; peccatoru magis recordetur peccator, cautiorq; factus, futura fugiat. Discat a sacerdote peccator, eo modo satisfacere quo potest, hoc est, futuram uitã conuertere, ut contraria pro his, quorum eum pœnitet, agat, inquit D. August. de ecclesiastic. dogmatibus. Hoc est pium aliquod opus facere, quod cum priore peccato maxime pugnat. Nec sufficit resipiscentia sola. Conuertimini ad me in ieiunio & fletu, inquit Ioel, non solum corde. Non enĩ adeo pro nobis satisfecit Christus, ut non sit nobis opus pœnitentia pro peccatis, uitæ cõuersione, & (si detur locus) operibus priori uitæ contrarijs, ut quæ membra prius iniquitati seruiebant, nunc iusticię operibus inseruiant. Hæc imponit, hæc hortatur confessarius sacerdos, peritum (ut ait Erasmus) medicum imitando, qui contrarijs contraria curat. Sic humilitate superbia redimẽda est, ira mansuetudine, & patientia, inuidia dilectione, accidia, prece, literarum studio, corporisue, quouis alio honesto labore. Auaro eleemosina iubetur, quę redimit peccata, hoc est, peccatis resistit, ut ait Ecclesiast. Grata quidem est benigno deo, nostra misericordia in egentem fratrem, & facienti misericordiam, magnã gratiam impertitur, qui monet ut simus misericordes, si misericordiã uelimus. Sic auarum docet elargiri iniuncta per sacerdotem eleemosina. Sic libidinoso, et gulæ dedito, ieiunium & corporis abstinentiam, uigilias, preces, corporis labores hortatur. Cõmodum quidem est, ut is qui sua libidine delectatur, cum ieiunio orationem iungat, corporisq; aßiduos labores addat, ut in seruitutem corpus redigat, carnemq; mortificet. Hoc enim genus dæmoniorum non eijcitur, nisi in oratione, & ieiunio. Lege Chrisost. Math. 3. Hæc hortatur sacerdos ut facias, hæc monet. Hæc peccatori imponit dei minister, ut etiam a licitis abstineas, qui ab illicitis abstinere noluisti. Hãc enim uitæ conuersionem exigit deus a te, postq̃ remisit peccata tua, Vade, noli (inquit) amplius peccare. Vigila, & ora, ne intres in tentationem. Si uero quæ hortatur sacerdos, humili animo de manu eius uelut futuræ nouæ uitæ regulam acceptaueris, preterq̃ quod erunt tibi paratæ medicinæ contra prioris peccati uenenum, si ea recte memineris, & probe utaris inuocata gratia, humilitatis quoq;, obedientiæq; tuæ, haud plane exiguum reperies a deo premiũ. Animi superbiam, omniũ peccatorum matrẽ, ualde uincit atq; frangit, hęc humilis submißio, quæ fit homini, sed dei ministro. Pudorem quoq; incutit animo, qui hominẽ non parum cohibet, ne iterum relabatur. Si uero sacerdotis consilium, & hanc ut uocant pœnitentiam spreueris, et quę a te exigit bona opera, non libenter, tuaq; sponte, seu ultro potius, et humiliter acceptaueris, te & ab humilitate, et a pœnitentia longe abesse, quis non perspicit? Non dum deiecisti cor, & animũ tuum. Manet cordis prior duritia. His obduratis, non remittit deus. Est enim disciplina, seu mulcta, aut pœna, (ut ait Erasmus) quam accipis ab eo, qui dei uices agit, cui uice dei confiteris, ut pro uiribus satisfacere non negligas. Sic peccatorem increpat prudens sacerdos, sanoq; consilio admonet, id quod ut magis meminerit, opera, quæ maxime peccato aduersantur, exigit a pœnitente, quibus eo modo quo potest, satisfaciat. Sunt etiam bona opera nostra, siue quę nos ipsi nostra sponte facimus, siue recipimus e manu sacerdotis uolentes, non modo grata deo, sed etiã quædam satisfactiones nostræ pro pœna temporaria, quæ manet post peccati remißionẽ, & abolitam æternam pœnam. Bona opera hic uoco, non tantum quæ in fratrem facimus, sed etiam quę sunt a nobis in cõmodum nostrum, ut carnis rebellionem subijciamus. Sic diligimus nosipsos. Sic & uigilamus, & ieiunamus, eleemosinam elargimur, ut auaritiã retundamus, in oratione uersamur, ut superbiæ

Ioel. 2.

Virtutes, uitiis contrariæ.

Eleemosina redimit pctã. Eccles. 3.

Cõtraria, contrariis curantur.

Humilitate frangitur superbia.

Obstinati animi indicium.

Bona opera.

perbiæ resistatur, & humilitatem discamus. Oranti cum primis, opus est humilitate. Hæ sunt satisfactiones, quibus nosmetipsos diiudicamus, ne a domino diiudicemur. Improprie tamen satisfactiones pro peccato dicuntur, ut supradiximus, cum sit sola dei misericordia, quæ peccatum remittat pœnitenti, sed ideo hoc uocabulo decorantur, quia si palam fiant, ecclesiæ satisfaciunt, si occulte et secreto, ea pro bonitate recipit deus, in quandam compensationē, pro temporarijs pœnis, quæ pro peccato manent. Suum uero propriū sensum retinet satisfactio, si dolo quempiam deceperis, aut ui, aut fraude, aut furto rem proximi abstuleris. Restituas enim oportet. Id quod, si per inopiam nequeas, eo satisfacias modo, quo consulet prudens sacerdos. Se igitur accuset homo, se damnatione dignum ex se cognoscat, doleat, terreatur metu futuri iudicij, quando certo certius in ignem æternum deijcientur peccatores omnes, sed spe misericordiæ dei se erigat, certa fide remissionem petat, ut gratiam, & remissionem, quam non meritus est, uere adquirat. Non igitur mutus taceat, sed pro impudentia in peccando, humilitatem in confitendo adhibeat, atq; uerecundia affectus, abhorreat magis a futuro eodem, aut simili peccato. Sic enim & animo ad deum appropinquabit, & suam imbecillitatem magis intelliget. Id (inquit propheta) expertus sum. Discant igitur omnes ab experto. Sed hanc beatitudinem, diu nimis (inquit) non sensi.

1.Cori.11.

Contritio

Fides.

Remissio nis pecca ti summa.

Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea. Propterea quod peccatum meum non agnoui, afflixit me deus, reliquit me desyderijs meis. Non recte enim agnoui (inquit) peccatū meum, quia non repuli, non abieci ueterem hominem, non me pœnituit, mansit peccati uoluptas, delectauit me diu nimium eius iniquitas. Spiritum sibi subiecit caro, animiq; ossa, hoc est, ualidiores illæ uirtutes corruptæ sunt, proneq; quidem in uicia. Sic ossa, & animi uirtutes inueterascunt, & uelut senio, a bonarum actionum desyderio, debilitantur, longaq; peccati consuetudine, & uoluntatem, & uires, quibus a peccato abhorrerent, amittunt. Dic in psalmo sexto. Hunc quoq; locum intelligere licet secundum historiam, de corporis magno dolore, quo solet nonnunq̄ affligere iratus deus, propter peccata, ut in psalmo.17. Hinc ait. Quoniā tacui, quoniam peccatum meum non agnoui, magno quodam morbo affligit me deus, cuius rei acerbitate, & diuturnitate, inueterauerunt, & uelut magno senio confecta sunt ossa mea, & corporis omnes uires debilitantur.

Homo impœnitens.

Ossa, animi uirtutes.

Animi senectus.

Psal.6.

Psal.17.

Dum clamarem tota die. Magno etenim dolore affectus, clamaui (inquit) assidue, & solicite, sed frustra, quia non recte clamaui, quia peccandi uoluntatem non abieci, peccasse non dolui. Sunt quidem pauci, qui recte clamant. Clamant nonnulli insano quidem animo, deum accusantes, quod tantopere eos afficiat. Hi sunt homines parum agnoscentes deum, qui non affligit, nisi quos diligit. Affligit quidem, ut sanet, nisi auersetur afflictus. Clamant item, & deum rogant alij, sed manum benigni dei non agnoscunt, neq; se dignos afflictione persuasum habent, deo non se committunt, auxilium humiliter, & certa fide non petunt, sed ægre potius ferentes, deum accusant, & illi irascuntur. Diu nimis, eo modo quo decuit, non clamauit noster propheta, quia peccatum suum non agnouit. Licet itaq; clamarem, creuit tamen (inquit) afflictio mea, quia non recte, sed insipienter clamaui, non clamaui cum publicano. Deus propitius esto mihi peccatori, sed rugitum (ut ab alio uertitur) emisi frustra, belluæ potius non agnoscentis deum, quàm hominis more. Sic clamauerunt impij, & non erat qui saluos faceret.

Impiorū clamor ad deū.

Psal.17.

Improperamē

ceret. Clamant alij sua merita iactantes, sua peccata non agnoscentes. Hij sunt, qui inuocant, quos deus non exaudit, inquit sap. Qui igitur uel corpori, uel interno spirituali morbo molestatur, ut eius misereatur deus, ad eum sic recte clamat. Agnosco ingratitudinem meam erga te, agnosco bone deus, prӕteritӕ uitӕ fœditatem, & turpitudinẽ peccati mei, longe grauiora meritus sum, fiat uolũtas tua, sicut tibi placuit ita fiat. Dic cum diuo Iob. Etiam si me occiderit, in ipso sperabo. Supplex precor miserere mei, adiuua me, mihi fidem adauge, et fac ut peccatũ agnoscam, ut tu remittas. Sed nihil minus, q̃ eo (inquit) modo clamaui. Hӕc est, uel in maxime sanctis humana nõnunq̃ imbecillitas, ut in doloribus, dei nõ recte meminerint. Inueterauerũt ergo ossa mea, diuturno morbo, nulla cõsolatione.

Prouer.1.

Clamare ad deum recte.

Iob.13.

Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua. Deus autem, qui peccatis iuste irascitur, prӕter conscientiӕ carnificinã, etiam externis afflictionibus nõnunq̃ afficit, more prudentis medici, qui cum necessitas exigit, urit, & secat, ut egrotum curet & sanet. Hinc ait deum alloquens, grauata est super me, creuit magis ac magis contra me, manus, percussio, afflictio tua, potentia tua, die ac nocte, continuis molestijs, inimicorũ persequutionibus, amicorũ amissione, rerũ spoliatione, uitӕ periculo, corporis graui morbo, spiritus anxietate, conscientiӕ grauissimis stimulis, & id genus perpetuis alijs molestijs, quia tacui, quia peccatum non recte agnoui, non confessus sum, &c. Inueterauerunt igitur ossa mea, & grauata est super me manus tua. Hӕc est innata homini ignorãtia. Nemo enim hũc sensum intelligendi turpitudinẽ, et debilitatẽ suã habet, nisi per gratiam. Gratia est, quod afflictionibus monet benignus deus. His itaq; magnis (inquit) afflictionibus admonitus, tandem

Aggrauat de° manũ suam, vt corrigat.

Afflictiones corporis & animi.

Conuersus sum in erumna mea, dum configitur spina. Trahit quidẽ diuturniore erumna & afflictione, & tanq̃ cogit deus peccatorẽ, quem diligit, quia castigat, ut suam indignitatem agnoscat, & conuertat se a uia sua mala. Hoc enim est, quod ait. Conuersus sum in ӕrumna mea, dum configitur spina, dum ualide, & acriter affligor, & prioribus molestijs afficior, & per gratiã pungitur, & stimulatur conscientia, peccati agnitione. Deus enim, ut benigne corripiat, sic affligit. Dic in psal.2. Diuina quidẽ correptione uulneratur carnis uoluptas, ut spiritus saluus fiat, humilieturq; superbia. Lumbi qui prius illusionibus implebantur, morbo, et afflictione arescunt. Alludit ad dorsi illam spinã, quӕ si uulneretur, hominẽ incuruare cogit. Sic humiliatur afflictus, humiliatur peccator in loco afflictionis, ut idem ait. Historicus uero sensus uidetur esse in hoc loco, quod conuersus, & immutatus est in hac ӕrumna, et continua corporis afflictione. Hinc ait. Non enim sum ille, qui prius (inquit) erã. Quum enim prius succulentus essem, & ualidis uiribus corporis, nunc per morbi diuturnitatem, uere exuccus, & aridus ut testa, exhaustisq; uiribus factus sum, dum configitur spina, quӕ diuturno morbo, febrisq; ardore percutitur usq; adeo, ut arescat. Hinc, uelut magno senio debilitatur corpus. Senectus quidem omnia debilitat, exhauritq;, id quod accelerat, aut corporis ingens morbus, aut animi uehemens anxietas. Si utrumq; addideris, ӕtatem prӕcipitat. Timoris quoq; magnitudo, hominem exhaurit, atq; arescere facit, teste euangelio. Hunc sensum perspicue docet hebraica litera. Immutatus humor meus in siccitates ӕstatis, inquit Pagninus. Id quod morbi nimio ardore, acutissima forsitan febre, Hiero. intellexisse uidetur, qui sic uertit. Versatus sum in miseria, cũ exardesceret ęstas. Nescio an cũ arderet ęstas, febre quoq; afficeretur. Sic per externam corporũ afflictionẽ, debilitantur externӕ uires, & immutatur homo, fitq; corpore imbecillis, Sed spiritu nõnunq̃ fortior, si deum recte agnoscat.

Hoc

Quẽ diligit, trahit deus.

Benigna dei afflictio.

Psal.2.

Psal.43.

Acceleratum senium.

Luc.21.

Hoc enim hic docere uidetur. Dum sic (inquit) affligor, conuersus sum, quia peccatum meum agnoui, & a peccati delectatione, ad pœnitentiam conuersus sum tandem. Et

Delictum meũ cognitũ tibi feci.

Delictum deo cognoscere.

Quia peccatũ meũ iam cognosco, apud te me peccatorẽ fateor, indignũ cui remittatur, nisi pro mĩa tua. Veniam, remißionem humiliter peto. Nũc me dignũ his ærumnis non nescio, propter ingratitudinẽ, & peccatũ meum erga te. Non erit amplius in spiritu meo dolus, quia delictum meum cognitum tibi feci.

Et iniusticiã meã non abscondi.

Non dißimulaui, non fuit iam dolus in spiritu meo, non amplius tacui. Quid illo magis iniustum, cui dolus est in spiritu erga deum, qui dei scientiã ignorans, putat se fucum facere posse deo? Omnẽ igitur iniusticiã, & iniquitatẽ meã ego nunc (inquit) patefeci tibi, non abscõdi apud me, quia cognoui me peccatorẽ, cognoui me propter peccatũ meũ dignum ira tua. Quamobrem apud me, & in animo

Dixi, cogitaui, decreui per gratiam, non modo in præsentia, ut delictum meum cognitum tibi faciam, sed etiam post hac

Confitebor aduersum me iniusticiã meã dño.

Vere cognoscere peccata.

Quãuis peccata nostra nunquã non sunt manifesta deo, nobis tamẽ nõ uere sunt cognita, quãdiu illis delectamur, neq; nos pœnitet ex animo. Et tãdiu non ignoscit deus, quãdiu non cognoscimus, & agnoscimus peccata nostra. Nisi enim conuersi fuerimus, gladium suum uibratũ habet in capita nostra. (Psal.7.) Sed postquã in nobis fœditatẽ perspexerimus, et iustam dei iram in peccatores, nostrãq; insipientiã, qua bonitatem dei irritamus, odioq; per gratiam habuerimus priora nostra peccata, humillime (ut in psal.50.) misericordiã dei efflagitantes, ut remittat nobis, tum uero iniusticiã, & peccata nostra confitemur deo, et iam peccata nostra cognoscimus, et cognita facimus deo, quia fatemur ex animo nos peccatores deo, & ab eius misericordia, re-

Quando peccatũ cognoscimus.

mißionẽ petimus. Prius nõ potuit nos latere delictũ & peccatũ esse, sed nunc primũ peccatum esse nobis in ruinam cognoscimus, nisi conuertamur, quando nobis odio incipit esse propter eius fœditatẽ, & terrore afficimur, propter dignã æternã pœnã, quæ debetur peccato, sed misericordiæ dei reminiscẽtes, ad eã confugimus, & remißionẽ efflagitamus, ut paulo ante in hoc psalmo, simul & ut ueterẽ hominẽ exuamus per gratiã, nouumq; induamus, soliciti, & studiosi sumus, ut deo uiuã, & placentẽ hostiam, exhibeamus. Docet in hoc loco propheta, quæ confitenda sint, nostra delicta scilicet, non aliena, nos accusantes, non alios. Non merita, et bona opera iactabimus, sed iniusticiã, & iniquitatẽ nostrã confitebimur. Fateamur nos, ex nobis inutiles esse seruos. Neq; deum accusemus, ut fieri solet a sacrilegis, qui deum eos illa imbecillitate fecisse conqueruntur, ut necesse peccent, deo quod peccent imputantes, non sibi, nõ propriæ maliciæ, nõ innatæ hominis improbitati. Sic insipienter respondit Adam, cum iam per peccatum a deo alienaretur. Mulier, quam dedisti mihi, &c. Et hic quoq; docet ꝓpheta, cui potißimũ confiteamur, domino scilicet deo benigno, qui dulcis, & rectus est, quiq; facilis est resipiscenti, ad ignoscendũ. Qui uero sacerdoti suum itidem delictum, sic cognitũ facit oris confeßione, ut diximus, domino bis confitetur, & corde, & ore. Dei minister sacerdos est, qui ministerio uerbi dei, peccatori absolutionẽ impertitur, sua non fungens, sed dei potestate, ut paulo ante diximus. Est enim qui remittit, solus deus, si confiteamur peccata nostra, inquit Ioannes. Nunc itaq; peccatum (inquit) meum cognoui, & confessus sum aduersum me.

Affectus vere pœnitentis.

Caro nrã, aliud non est, quã peccatum.

Genes 3.

Cui confitendũ.

Sacerdotis fũctio.

1.Ioan.1.

Et tu remisisti impietatẽ pcc̃i mei.

Vias meas arguam in conspectu eius (inquit D. Iob) et ipse erit saluator meus. Alius nullus est, neq; aliud quicquã est quod impietatem, quod peccati omnẽ culpam remittere potest, nisi solus deus. Remittit quidem pro misericordia,

Iob.13.

Quib⁹ remittit de⁹.

cordia, sed agnoscenti peccatū, & pœnitenti. Quod ait, peccati impietatem, &c. Peccati impietas est, reatus, culpa, seu damnatio, quæ peccato debetur. Impium quidē est, delectari peccato, quia Christo aduersatur. Dic in psal. 4. Deum enī contemnit, non modo, nō agnoscit. Multa tamen et magna est uarietas horū sic cōtemnentiū deū. Manēt alij in pctō, nō sine frequenti cōscientiæ stimulo, humana ībecillitate, carnis illecebris allecti, uelut dei, et salutis suę obliti. Alij assuefactione, et improba consuetudine usq; adeo execati sunt, et sui prorsus obliti, ut nihil minus q̄ peccatū esse cogitent, aut nō illis imputandū, cæco errore autumēt. Hi uere immersi uidentur, īter pctōrū fluctus. Alij uere impij, dei uerbū, & quæuis precepta, aut nihili pendētes, aut prorsus obstinati, plane in contemptū dei, nō modo palā in oēm pctī turpitudinē ruunt, sed etiā iactabūdi, per omnē impudentiā, et se, et alios multos pernitioso exemplo conspurcāt, sane admonētibus inimicißimi. Hi sunt traditi in reprobū sensum. Quod autē hic ait, Tu remisisti, magnā habet emphasim, ī peccati remissione & absolutā potestatē dei, et eius bonitatē plane indicās, nullis scilicet nostris operibus, nulla nostra solicitudine, nostra nulla uirtute, deleri peccata nostra, sed solā dei mīam esse, quę remittit. Hac mīa egemus omnes, cū uiuat nullus, qui nō peccet. Hinc ait ꝓpheta.

Pcti impietas.

Pctōrum varietas.

Hinc oīs peccati remissio.

Pro hac orabit ad te, oīs sanctus in tēpore oportuno. Quis nisi sceleratissimus, prorsusq; deploratus, ad deū nō orabit, quoties oportunū fuerit, et opus est, ut illi ignoscat, delictaq; iuuentutis ne meminerit, a morbo, a molestijs subleuet, et pro hac deniq; remißione et impietate pctī sui remittēdi, nō solicitus erit? Tēpus uero oportunū sic orandi, tam diu est, q̄ diu hanc uitā incolimus, ut in psal. 6. Vrget enī semp inimicus, neq; nō facile uinceret, absq; gratia, et auxilio dei, tā sumus ex nobis imbecilles, et ī uitia pni. Quod autē hic ait, oīs sanctus &c. plane indicat neminē tam sanctū esse, cui nō opus est hac mīa dei. Quis potest dicere, mundū est cor meū, inquit sap. In multis enī offendimus oēs, inqt D. Iaco. Nō enī est qui facit bonū, nō est usq; ad unū. Neq; est iustus sup terrā, qui nō peccat, inqt ecclłast. Si dixerimus quoniā peccatū nō habemus, ueritas in nobis nō est. Orabit igit omnis sanctus, omnis fidelis, omnis q recte agnoscit deū, in tēpore oportuno, in tēpore neceßitatis, ī tota hac uita nostra, ī qua iactamur, et iniqtatū uelut deluuio obruimur, nisi per gratiā dei. Speret itaq; in mīa dei sanctus, et quantūuis irruāt mala mūdi oīa, quantūuis rugiāt diabolus, et eius (inqt) ministri.

Sela.

Nullus nō eget mīa dei semp.

Psal. 6.

Puerb. 20

Iaco. 3.

Psal. 13.

Ecclesi. 7.

Sanctus.

Verūtamē in diluuio aquarū multarū, ad eum non approximabūt. Qui spem suā ponit in misericordia, et bonitate dei. Ad deū itaq; uertens sermonē ait.

Diluuium aquarum multarū.

Tu es refugiū meū a tribulatione, quæ circūdedit me. Similitudinē de multarū aquarū inundatione adfert, quæ magna mole terribiliq; specie, uelut oīa obruerent, minatur. Quantūuis tamen urgeāt mala, quantumq; numerosa sint, aut robusta, aut terribilia, quæ aduersus illum priorem sanctū occurrūt, qui deum orat certa fiducia, ab eoq; solo auxilium sperat, et expectat, non appropinquabunt, eum non attingent (inquit propheta) non possunt ad eum accedere, uel mali homines, uel mala ipsa, aut animi, aut corporis, ut obruant, ut uincant, & preualeant, ut pro malignitate noceant, quia portæ inferi aduersus hanc fidem non præualebunt. Vt suam itaq; certam fidem, certamq; spem in solo deo doceat, ad deum euestigio conuersus, hæc (inquit) omnia mala, quantumcunq; terribilia, non timebo, licet irruant, ut aquarum diluuium. Nam tu es tutißimū refugium meum ab illo diluuio aquarum, a quibuscunq; minis inimicorū, a tribulatione, ab omni molestia, quæ sine ope tua turbaret me, terreret, obrueret, perderet, deuoraret deniq;. Qui hoc modo, hac certa fide clamat ad deum, recte clamat, quia recte credit. Hæc enim est

Sela.

Sanus intellectus a verbo dei

1. Corin. 1.

Psal. 1.

Eccles. 3.

1. Corin. 2.

Certa fi. dei q̄ tuta securitas.

uox

nox recte credentis. Tu es refugium meũ a tribulatione mea, & uere quidem

Exultatio mea, Gaudiũ meũ, securitas mea, quia omnẽ spem meã in te constituo, certaq; fide ad te clamo, & oro, ut me ab inimicis eripias. Hac fide consolatus, despiciam omnes inimicos meos, & exultabo in salute tua. Supplex itaq; precor.

Erue me a circumdantibus me.

Diluuium aquarum multarũ.

Erue me ab illo diluuio aquarũ multarũ, tentationũ, diaboli tyrannide, peccatorũ grauitate, tribulationũ, molestiarum, morborũ, hostium, & inimicorũ terrore, quoties irruant, ne uincar ab eis. Huic sic orãti, sic in deo oẽm spem suã habenti, benigne respondit ꝓpheta, spiritu & nomine dei. Noli (inquit) inimicos tuos timere, qui sic confugis ad me. Nam

Sela.

Ego intellectũ tibi dabo, & instruã te in uia hac qua gradieris.

Docebo te, & monstrabo tibi uiam, per quã ambules, uertit Hiero. Non sufficit nobis ut uerbo doceamur, nisi & instruat nos deus, hoc est, componat, & dirigat, ut intellectus utilitatem suscipiamus. Hunc intellectũ habemus a solo deo. Nulla est alia doctrina, quæ hunc intellectum præstat, præter uerbum dei, præter gratiã sancti spiritus. Hic est intellectus qui docet uirtutẽ, & sapientiã dei, ut ait apost. Hic est intellectus qui dat uitã, rectasq; semitas docet. Qui hunc habet intellectum, prosperabitur, ut ĩ psal.1. et in operibus iustitie successum habebis, ut ait Eccles. Nullo modo ad hunc intellectũ attingere potest humana doctrina, uel potius nocet, si illi innitamur, ut docet apost. Solum igitur est uerbum dei, quod uere instruit in hac uita, qua gradimur, & ambulamus in hoc sæculo, ut peccata nostra cognoscamus, & pœnitentes doleamus, uereq; benignũ deum agnoscamus, qui pœnitenti facile ignoscit. Fugiamus ergo quæ illi sunt ingrata, queq; grata sunt, solicite sequamur, & faciamus. Sic instruit deus omnes, qui ad eum solicite orant, qui ad eum confugiunt, qui eum recte quærunt, & in eo solo spem suam ponunt. Admonet itaq;. D. Iaco. Ut si quis sapientia indigeat, postulet a deo. Hic est intellectus Dauid, de quo in psalmi titulo. Nullo tempore nullus non eget hoc intellectu. Ut autem hunc intellectum accipias, memoria retineas, & operibus illum exerceas, non solum te uerbo instruam, & uias meas docebo, (inquit deus) sed etiam

Sanus intellectus a verbo dei

1.Corin.1.

Psal.1.

Eccles.3.

1.Corin.2.

Iacobi.1.

Firmabo super te oculos meos.

Benigni oculi dei.

Ut diligens pastor, non te relinquam tibi, sed te respiciã, semper eris mihi uelut in delicijs, ut non patiar abire a conspectu meo, sed & firmos atq; fixos oculos super te habebo semper, ut admoneam, ut auxilij gratia iuuem, ut in oportuno tempore tibi succurrã, ut adducam te in locum pascuæ, & super aquam refectionis constituam te. Sumus enim imbecilliores, q̃ ut nostris uiribus, hũc intellectum sequamur, nostrum tamen conatum addamus necesse est. Quãobrem uos (inquit propheta) qui deũ agnoscitis, et per eius tam crebra beneficia eum ignorare non poteritis, quiq; per eius uerbum hunc intellectũ accepistis.

Psal.22.

Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus.

Omnes homines monet, quos creauit deus, cum sensu, & intellectu, ut uoluntatem dei ex uerbo eius obedienter accipiant, ne creati ad dei similitudinem, insensatis bestijs inueniantur similes. Vere quidẽ comparandus est iumentis, & similis factus est illis, qui oblatum hunc intellectum diuinæ uoluntatis, non libenter recipit, quo tantum salutis beneficium offertur. Quod autem ait, de equo & mulo. Equus superbus est, mulus, piger, ignauus. Insensati ambo. Qui ergo, uel per superbiã. uel per ignauiã non recipit, homini datũ a deo intellectũ, uel contemnere cũ equo, uel ualde negligere cũ mulo uidetur. Hunc nihilominus intellectum, nõ accipimus sine auxilio gratiæ dei. Gratia dei bonum conatũ habemus, quia operatur in nobis, & uelle, et perficere. Bene ergo

de equo et mulo

Philipp.2.

Gratia dei principiũ & finis.

ergo uolumus per gratiã, eadẽq; gratia bene progredimur, neq; non & perficimus eadem adiuuante gratia. Hunc intellectum dat solus deus. Sed et complectemur cum gratia necesse est. Aliter uero, sicut equus et mulus erimus. Sunt qui nolũt intelligere ut bene agant, uerũ belluę, insensati, qui nolũt quantũuis benignè, amiceq; inuitati, sua sponte sequi. Verè itaq; equi sunt, qui chamo, et frœno cogẽdi sunt, ut obediant, & consentiant sanę doctrinę, ut ait D. Iacobus. Ad deũ itaq; conuersus pphetą, salutem oĩm cupiens, ut qui amore nolint, afflictione & timore, deum agnoscant, ut illis ignoscat deus, Qui hunc tuum sanũ (inquit) intellectum respuunt, aut ualde negligũt, eorum nomina supplex rogo.

In camo & frœno maxillas eorũ constringe, qui non approximant ad te. Postq̃ nolunt ad te accedere, ad te sua sponte uenire, toties, & tantopere inuitati, constringe (inqt) domine maxillas, eorũ, comprime in chamo & frœno, improbas, & malignas eorũ uires tolle, ne tuis amicis noceant, ne ue in malignitate preualeant, ut suã imbecillitatem cognoscãt, & tuã maiestatem agnoscant. Sic positum est frœnũ in pharaonis maxillas, sed frustra, quia non uere pœnituit, uirgam dei non agnouit. Sic male pœnituit Iudas. Pœnituit Paulus, & quidem uera pœnitentia. Deum cognouerũt multi per afflictiones. Cognouit noster propheta in hoc psalmo, cũ in erumna cõuerteretur, &c. Hãc igitur medicinã, pro fraterna charitate cupit oĩbus dari propheta a benigno deo, quoties opus est. Hęc est uirga dei, uirga directionis. Maxillas pro improbis uiribus, & obstinata inobediẽtia ponit, cũ sint in postrema illa oris parte, ubi molares, & fortiores dentes fixi sunt. Alij in hoc loco, lasciuum, & superbum equum gentibus, pigrũ, seu potius obstinatũ mulũ, iudęis attribuunt. Mula quidẽ, & tarda et pigra bestia est, & durę admodũ ceruicis, id quod iudęis plurimũ cõuenit, quia tardi per obstinatiã indurauerunt (inquit Hiere.) ceruicem suã &c. Hos quoq; duros corde, et incredulos, appellat Christus. In camo (inquit) constringe. Camus, funis species est, quo ducitur & trahitur equus, quo uelimus. Sic ductę gentes fuerunt, per benignã dei gratiam, ut deo appropinquarent, & eum agnoscerẽt. Nõ eni erat opus frœno aut lupatis, nã accelerauerũt ad fidẽ. Et in auditu auris obediuit mihi gens quę me prius non nouit, inqt deus per prophetã. Iudęis quidẽ opus erit duriore frœno, qui adhuc, prater paucos, filij sunt alieni, & inueterati, ut in eodẽ psalmo. Sic afflictionẽ suarũ moderator est benignus deus, quærens in nobis nõ suã, sed nostrã utilitatẽ, qui uult omnes saluos fieri. Castigat ut corripiat, & multis quidẽ opus est uirga ferrea. Non enim satis est ut admoneantur uerbis, aut manu ducantur, & erigantur, sed afflictionibus opus est. Hinc ait.

Afflictiones docẽt

Maxillæ.

Hiere.7.

Psal.17.

Multa flagella peccatoris.

Multa quidẽ sunt et uaria, quæ tamen pro diuina dispẽsatione, uarios effectus habẽt. Alij obstinatiores efficiũtur, pharaonis, et similiũ exemplo. Alij quidẽ afflictionibus admonentur, & intellectũ, tracti recipiunt, in gratiãq; redeunt. Posteriores uero, de sorte iustorum sunt, qui admonitionẽ recipiũt, ueterẽ hominẽ deponentes, quos non flagellis, & tentationibus, amplius uexabit deus, q̃ ferre possunt. Et ipsi ad tempus patienter sustinebũt. Hinc ait in alio psal. Non relinquet dominus uirgã peccatorũ, super sortẽ iustorũ, et non extendant iusti ad iniquitatẽ manus suas. Si forte nimium duraret acerba nimis afflictio, despe rarẽt nõnunq̃. Sed hęc est benignitas dei, qui afflictiones moderatur, et in tẽpore, et opportunitate, sua gratia succurrit. Impiorum uero peccatorũ flagella, hoc est, eorum qui sua peccata agnoscere nolunt, sed iniquitate se delectant, & multiplicia sunt, & perpetuo durabunt, uel in hoc sæculo, uel longe durius post hanc momentaneam uitã. Hi sunt de genere peccatorũ, qui carnis uoluptate delectantur, iniquitatẽ diligunt, qui omnẽ disciplinam respuunt,

Afflictionum varii effectus.

Psal.2.

Eccles.1.

Psal.2.

Peccatorũ flagella.

Vere peccatores.

spuunt, quiq; suã adhuc iniusticiã abscondunt, et in spiritu dolũ habent, ut supra in hoc psal. Indigni igitur mĩa dei sunt. Ad deũ itaq; refugiũ non habent illi peccatores, in quo nullã spem habẽt, aut quouis modo habere possunt, quem non agnoscunt, & ideo elongabitur ab eis omnis misericordia.

Sperantes autem in domino misericordia circũdabit. Ne flagella peccatorũ ad eos perueniãt, ne noceant, ne obruant, sed admoneant, & sanent, ut imbecillitatẽ suã agnoscant, & pctã sua confiteantur, et ad dei mĩam, auxilij certa fiducia cõfugiãt, ut in hoc psalmo abunde docti sumus. Sic enĩ pro dilectione suos corrigit deus, quos circũdat, munit, & undiq; cingit ope misericordiæ suæ. Quamobrem inquit propheta.

Piorũ afflictiones.

Lætamini in dño & exultate iusti, & gloriamini omnes recti corde.

Iustorum cõsolatio.

Lætamini uos omnes, qui iusti, qui beati, ut in psalmi principio, quiq; recto corde estis, qui recta fide ducimini, quia paratum, et benignũ deũ habetis, qui auxiliũ ferat in tẽpore. Læti igitur estote, cœlesti illa leticia, qua timeatis deum, eo timore, quem docuimus in psal. 2. in quo est gloria, & leticia, & corona exultationis, cum sit in ea scientiæ religiositas, quæ custodit, & iustificat cor, iocunditatem atq; gaudiũ tribuens, ut ait eccles. Qui sic letatur in domino, nunq̃ non meditaẽ in lege domini, memor mandatorũ, et uolũtatis eius semper, quibus suauiter se delectat, odioq; habet oĩa, quę uolũtati dei aduersantur. Hic uere est qui in domino gloriaẽ, ut hortatur apost. et exultat in timore, ut in psal. 2. Qui uero per arrogantiam aliter q̃ in domino gloriatur, audiat spiritu dei increpantẽ eundẽ apost. Quid gloriaris quasi non acceperis? &c. Accumulat leticię, & exultationis uerba. Letamini, exultate, gloriamini &c. ut plenã, & abundantẽ leticiam doceat, quã cuiuis iusto habere licet, ex ineffabili bonitate & mĩa dei, quia per eã, et tuti erimus ab inimicis, et remisse sunt iniquitates nostræ, & beati efficimur, modo secundũ intellectũ doctrinæ dei, studiose p data gratia uiuamus, ne simus ut equus, & mulus, quibus nõ est intellectus, &c. Exultent itaq; in domino, in eo spem suã ponant, nõ in huius sæculi, aut diuitijs, aut potẽtia, aut uoluptate, suis meritis, aut alijs humanis uiribus, fidentes, qui uolũt auxiliũ a deo. Hi sunt recti corde, his in tempore refugiũ est deus. Ponit hic differentiã. D. Aug. inter cor rectũ, et prauũ. Rectũ cor, omnia quæ facit deus, uel benefaciendo, uel affligendo, tam erga se, q̃ aliũ, in optimã ita partem accipit, ut nullo murmure ferat, libenter uideat dei beneficia in aliũ, patienter sustineat diuinas afflictiones erga se, dei uolũtati referens omnia, et in tribulationibus gloriatur, ut ait apost. Prauũ uero cor, prorsus contra. Horum (inquit) tria sunt genera. Alij deũ negãt, pessimũ genus prauorũ cordiũ. Dixit enim insipiens in corde suo, nõ est deus. Hi fortunæ, aut fato, aut creaturis alijs, omnia stultissime tribuunt. Alij deũ esse fatentur, sed cui res humanæ non sunt curæ, quiq; ut regat quę condita sunt, sibi uiuẽs, aut non potest, aut prorsus negligit, neq; nostra considerat per cardines cœli perambulans, ut ait Iob. Hij non longe differunt ab aliorũ impietate. Alij deũ esse fatentur, oĩa disponentem, & gubernantẽ, sed iniustũ nõnunq̃ eum esse dicũt, qui erga nõnullos beneficus est, qui non merentur, uel potius qui digni sunt odio. In alios uero crudelis, & grauis est, quia punit nulla causa, uel aliũ alio uehementius afflictionibus affligit, qui non ita meritus est. O singularẽ impietatẽ horũ oĩm uel qui deũ negant, uel qui deo in gubernandis rebus humanis, aut uoluntatẽ, aut potestatẽ adimunt, uel qui deum iniustũ quouismodo putant. Esto igitur recto corde, ut persuasum habeas, quęcunq; uelit deus id pro uoluntate, et facere, et posse, et quęcũq; facit, fieri oĩa & sanctissime et iustissime p imperscrutabili scientia, & iudicio suo, neq; fieri quicq̃ apud homines, quod eum fugiat. Quantũ uero curę de rebus oĩbus ha=

Psal. 2.

Eccles. 1.

Psal. 2.

Vera in deo lætícia.

Rectus corde.

Rhom. 5.

Prauorũ tria genera.

Iob. 22.

Rectus corde.

bus habeat, docet euangeliũ perspicue. Considerate (inquit) coruos etc. deus pascit illos. Neq; capilli nostri nõ sunt numerati apud eũ. Letamini igitur recti corde in domĩo, et eius uoluntati, uos totos cõmittite, ab eo solo oĩa expectate, ab eoq; solo petite quæcunq; sunt, siue animæ, siue corpori utilia. Iuste (inq̃) petite a deo iusta, qui iusti estis, qui recta fide ornati, ut ea petatis quæ honesta sunt, et eius uolũtati referatis omnia, & certo certius credatis paratũ, et benignũ esse deũ, ut nos iuste petentes exaudiat, qui uel ea quæ petitis, uel quæ nobis utiliora sunt, benigne daturus est.

Psalmus Dauid. 32.

Titulus.

In finem.

In summa.

Iustos maxime, ut deũ solicite laudent, inuitat. Quo nam modo laudent, decet. Dignũq; laude deum, multis ex causis, indicat. Eius potentiam prędicat. Omnia ab eo solo, aut fieri, aut dari ostendit, ut in eo igitur omnes lætentur, & sperent, suo docet exemplo. Misericordiam dei, & sibi & omnibus precatur.

Explanatio.



Xultate iusti in domino. Priori psalmo bene adiungitur, cũ ab ea admonitione incipiat, qua finem in alio fecit, ut iusti in domino scilicet lætentur, et exultent. In domino exultare nemo potest, nisi iustus, nisi fidelis, nisi mansuetus, & humilis, nisi qui iniquos, & iniquitates odio habet, cum non sit speciosa laus in ore peccatoris, nec aliqua pars est ei cum deo, qui odio habet omnes operantes iniquitatẽ. Ait igitur exultandũ esse in domino, non in alijs rebus, quę dei uolũtati aduersantur. Qui uero gaudet in domino, eum solicite apud alios laudat. Hinc ait.

Iustus.

Rectos decet collaudatio.

Eosdem intelligit rectos, et iustos. Qui enim iustus est, abhorret a prauis. Iustus ergo rectus est. Quod ait de collaudatione, hominẽ docere uidetur, ut benigno deo, a quo omnia quæcunq; habet accepit, eam quã potest gratiã agat, & referat. Hoc est enim collaudare deum, beneficium agnoscere, gratias agere, omni qua potest solicitudine, bonitatem eius, & laudes, apud alios prędicare. Vel cum loquatur in plurali numero, quod rectos deceat collaudatio, rectorũ, & iustorum omnĩũ cordis unanimitatem indicat, in collaudãdo deũ, ut maxime conuenit. Quæ omnia, deo nihil conferunt, neq; hęc uult ab homine sua causa, qui bonis nostris, aut laude nostra, non eget, sed nostra causa cupit omnia benignus deus, qui diues est in omnes, qui inuocãt eum, ut ait apost. Vt simus ergo recti apud deũ, iure obligamur, ut eum diligamus, & pro dilectione collaudemus, nõ inuiti, sed hilariter. Hinc ait.

Collaudare deum.

Confitemini domino in cithara.

Docet modum exultandi in domino, in cithara scilicet, in exultatione. Illum confiteri domino iam sæpe admonuimus, qui eius beneficia agnoscens, gratias agit, qui laudat, qui uita, & moribus non suam, sed dei uoluntatem adimplere cupit. Hoc est recte gloriari in domino, et exultare in ipso. Neq; aliud est, quod admonet confiteri in cythara, q̃ hilariter, interna suauitate exultare, & lætari in domino, eum ex toto scilicet corde diligere, ab eo solo pendere, fidem eius uerbis & promißionibus habere, quæ mandat studiose seruare, omnẽ spem in eo solo constituere, omnia quæ facit, siue prospera nobis sunt, siue aduersa, æquo animo seu iocundo potius ferre, pro oĩbus etiam aduersis gratias agere. Quicquid autẽ a deo proficiscitur, siue sit in specie aduersum, siue prosperum, pio uiro beneficium est. Afflictione benigne corripit. Beneficio inuitat. Neq; non longe maius beneficiũ est sæpenumero quod aduersum, q̃ quod prosperum est.

Confiteri domino.

Exultare in dño.

Sũt nobis grata, siue prospera, siue aduersa.

Afflictio, beneficiũ.

rum est. In prosperis multa quidē latent pericula. In aduersis, pio uiro nihil non sanū. Libēter igitur (inquit apost.) gloriabor in infirmitatibus, &c. Confitemini ergo iusti omnes domino in leticia, & exultatione, et

In psalterio decem chordarū psallite ei. Psalteriū, musicū instrumentū erat apud ueteris testamenti patres, oīm prςstantißimū, longeq; dulcißimū, decem (ut hic ait) chordarū bene sonantiū. Hinc uel ab excellentiori instrumento illo musico, hos psalmorum canticos, psalterium appellant, uel quod cum genere illo instrumētorū, eos frequentius canere solebant. Vt ergo magis ac magis hilari animo simus in agendis gratijs deo, addidit, in psalterio quoq; decē chordarū psallendum. Decalogi decē prςcepta nobis sonare uidentur, decē illę chordę, quibus abunde docemur, ut animo, mente, & opere, deo perfecte psallamus. Has itaq; decē chordas perite tāgere discamus, unaq; concordia, earum concentum iūgamus, ut studiose seruiamus benigno deo, eiusq; uoluntatē pro uiribus impleamus. Harum chordarū tres priores ad dei dilectionē, septem aliæ, ad proximū pertinent. Quarum prima est, & præcipua, ut unū deum esse credamus, et eundem agnoscamus, et diligamus. Vnus enim deus colendus est. Qui uero eum recte colit, illum creatorē, illum bonarū omnium rerum datorem agnoscit, omnia pro uoluntate regentem, eum super omnia diligit, illi soli se commendat, in eum solum, in uerbo, in promißionibus eius credit, certāq; fidem habet, studiosus est, ut per omnia uoluntatē eius faciat, omnia in eius nomine, & gloriā agit. Omnē ergo idololatriam, omnē superstitionem, omnes incantationes, omnē aliā spem, q̄ in solo deo, seponit. Ab omnibus præterea quæ prohibet deus, q̄ longißime potest abstinet, quæ mandat, solicite facit. Hoc est deum cognoscere, & noticiam eius habere ex uerbo eius, fidutiam in eo solo constituere, eum diligere, & timere, & obedire uolūtati eius.

Psalteriū.

Decalog⁹

1.

Hic est erga deum syncerus cultus, non habens alienos deos, inquit Moses. Huic apponit euestigio Moses, ut non facias sculptile, uel similitudinem, ut ea colas adoresue. Non in hoc loco nostræ imagines ꝓhibentur, quas neutiq̄ habemus, ut colamus, sed tantum, ut nos admoneant, de beatis uiris, qui in hac uita persancte uixerunt, ut eos iam corregnantes in cœlis cum deo, eorum memoria & exemplo excitati, sequi conemur. Harum quidem imaginum aspectu admonemur, ut uitæ nostræ exempla, ab illis quos referunt, capiamus. Nullus ergo putet, aliquid numinis, aut diuinitatis, aut potestatis inesse cuiuis imagini, aut unam imaginem alia diuiniorē. Quam uero sit stultum aliquid inesse cuiuis imagini putare, quamq; impium eas adorare, paucis in psalmo. 4. diximus. Modo enim citra paucißimos annos, nimia plane imaginū multitudo, nimiusq; longe præter solitum, earum ornatus est, auro, uestibusq; preciosis, ad lasciuiæ potius, quàm aut sobrietatis, aut humilitatis imitationē. Id quod probi omnes improbant, timentes nimium, ne huiusmodi rerum inani splendore, alliciatur, (ut est pronum in uanam superstitionem) in nimiam earum estimationem, imperitum uulgus. Neq; stolidius quicq̄ est, q̄ piorum hominum imagines, gigantum magnitudine, aut depingere, aut conflare, aut sculpere, uelut ad pietatem conduceret, corporis moles. Mihi placent depictæ, aut sculptæ imagines, quæ historiam referunt de martyrio, aut sanctitate alicuius beati uiri. Docent enim prospectantem, de patientia propter Christum, de humilitate, de solicitudine, de fidei, uirtutisq; constantia, de certa in deum fiducia. Solent hac nostra ætate hanc chordam in secundo loco constituere, quàmuis qui uere deum colit, alium neminem uel cœlestium, aut terrestrium colere potest. Duobus dominis seruire nemo commode potest. Est quoq; deus Zelotes. Aegre fert, si alium præter eum colas, aut in alio spem tuam constituas. Solus

Deuter. 5.

De imaginibus.

ut dignißimum est, amari super omnia uult.
2. Inde additur secundum mandatum, ne dei nomen in uanum accipias, ne ludum putes, deum per os tuum nominare, quod sine reuerentia, & honore, nemo pius nominat. Nam qui deũ recte colit, sicut corde pure adorat, & credit, ita & ore, & opere maiestatem nominis eius magnificabit. Quemadmodum enim toto corde colendus est deus, ita & ore puro colamus, ne in uanũ, aut turpiloquio, aut falso, aut temerario iuramento, aut blasphemia in deũ, aut in proximũ detractione, uel mendacio, nomine dei abutamur. Qui deũ amat, qui in eo omnẽ suam habet fiduciam, dei nomen sibi erit in ore nunq̃, nisi in gloriam dei, aut ut inuocet auxilij causa, aut ut gratias pro acceptis beneficijs agat, aut ut laudes eius denunciet, aut ut ueritati pro necessitate consulat. Qui aliter deum nominat in uanũ eius nomen accipit. De iuramento, dic in psalmo.14. In uanum quoq; dei nomen accipiunt omnes, qui huius sæculi uel metu, uel blandicijs, illud coram omnibus, non libere, & audacter profitentur, qui uitæ turpitudine delectantur, qui pro potestate, impijs, aut piorum hostibus non resistunt, qui pro officio sibi credito, uerbum dei ministrare negligunt, qui male docent, uel contra sacras literas, uel aliter q̃ doceat ecclesia catholica, ab apostolis ad nos usq; deriuata, seditiosi homines. His duabus prioribus chordis, suo congruo loco, adijcitur tertia chorda, ut sabbatum sanctificantes, seruiamus deo. Primo
3 quidem precepto, de agnitione dei per fidem, & interno cultu, qui uere latria est, edocemur. Secundo, cum sit animi interpres lingua, de linguæ, uocis, & sermonis usu, in dei gloriam instruimur. Nunc tertio de externo cultu indicat, quibus honoratur deus trinus & unus. Cum enim sit homo ex anima, & corpore, tam externum cultum a corpore, q̃ ab animo internum exigit deus. Sabbatum itaq; sanctifices. Ille sabbatum in genere uere seruat, uere sanctificat, qui se custodit ab

Quomodo nominandus deus.

Psal.14. In vanum accipere nomen dei.

Sabbatũ sanctificare.

illicito opere, qui a uicijs abhorret, qui non alia quærit, q̃ quæ sint in laudem dei. Quis non recte sabbatizat, quis non recte quiescit animo, qui cum dilectione dei, & proximi, perpetuum hoc sabbatum seruat? Neq; non & dies festos, qui christianorum consuetudine recepti sunt (ut omittamus abolitã nunc iudaicam cæremoniam de sabbato) religiosius in dei laudem seruare conuenit. Super omnia in Christi resurrectionis memoriam, dominicum diem religiose seruemus, qui non cæremonialis, sed moralis est, ut tam corpore, quàm spiritu in deo quiescamus. Religiose quidem seruatur, quando a solitis externis, laboribus cessantes (nisi urgeat uel necessitas, uel magna utilitas) non otio, non fabulis, non inertiæ, aut somno, non lasciuiæ, non potationibus, incumbimus, sed omnem meditationem in dei laudem, gloriam, & obsequiũ collocamus, ab omnibusq; uicijs longe fugientes, in templum una conuenimus, ut oremus, ut sacra ueneremur, et sacramentis utamur, ut dei uerbum audiamus, &c. Ad eos deniq; dies maxime pertinet, ut bene operemur erga proximũ. Id quod est spiritu erga deum feruere, de proximi utilitate cogitare, orphanos, uiduas, carcere, morbo, aut egestate laborantes, uisitare, auxilio, consilioq; consolari, & iuuare. Diem quidem sabbati sanctificare iubemur. Sanctificare autem est, diem sanctis operibus transigere, in ususq; sanctos collocare, longe fugere ab ullis deo indignis actionibus. Hęc (inquàm) diligentius diebus festis fiant, ab illis potißimum, qui alijs diebus arte & manu uictum quærere coguntur, ut per temporum oportunitatem, diligentius tam uerbo, & spiritu, quàm spiritus operibus, uni soli deo gratias agant. Sed quàm longe nunc populus ab hac religione discedit, nemo non perspicit. Ad omnem quidem lasciuiam, ebrietatem, obscena colloquia, conuentiones illicitas, coniurationes, rixas, contentiones, corporisq; omnem fœditatem, festis diebus tam abutitur totus ferme

Quomodo seruãdi festi dies.

Sctificare sabbatũ.

Abusus festorũ dierũ.

ferme populus, (quod dolendum est) ut longe
præstet uel paucissimos, uel nullos festos ha-
bere dies. De hac re tam perniciosa, solicite
admonendus est populus. Fiunt prçterea nõ-
nunq̃ festi dies, ut corpora nõ modo domino-
rum, sed & mercenariorũ seruorũ, & iumen-
torũ labore fatigata, alterna qua reficerentur
uires, nõ carerent quiete. Priores tres chor-
dæ ex prima tabula, ad dei maiestatem perti-
nent, trinitati internum, & externum cultum
indicantes. Quæ uero sequuntur aliæ ad oẽs
bonos mores ex secunda tabula, & proximi
dilectionem spectant, ad omnẽ uitæ cũ proxi-
mo externam honestatem, et decentem ordi-
nem, quæ dilectionẽ conseruent, contraq; fu-
4. gienda peccata indicant. Quarum prima est,
ut parentes honoremus. Qui uere parentes
honorat, ipsi naturæ debitum soluit. Parentũ
Parentes qui. nomine, non eos tantum, qui natura parentes
sunt intelligo, uerumetiam, qui nobis maiores
sunt, qui potestate reuerendi, qui senio uene-
randi, quiq; aut prudentia, aut consilio obser-
uandi sunt. Obedientiã præstare oportet hijs
qui præsunt. Hoc est enim præceptum dei, in
quo multi sunt gradus. Vnicuiq; secundũ gra
dum suum parendum esse, præter uerbum dei,
indicat etiam naturç ratio. Hunc honorem in
patrem, & matrem, quorum cura educati su-
mus (ut de ipsa natura taceam) exigit deus.
Hos (inq̃) honoremus, omniũ amore, obse-
quio, auxilio. His enim, ut omnẽ opem fera-
mus, nostris facultatibus, si res exigat, eos
iuuemus, priorem erga nos parentũ sollicitu-
dinem, & benignitatem, quorũ studio, & cu-
ra educati sumus, studiose rependamus, tam
iure naturæ, q̃ alieno debito, hoc est, iure gen
tium, obligamur. Patri quidem & matri de-
bemus, post deum quod sumus. Qui ergo pa
trem & matrem non diligit, indignus est, qui
uiuat, immani quauis bellua deterior, qui neq;
deum timet, neq; hominem reueretur, ore dei
maledictus. Vt hunc honorem exhibeamus
parentibus, & promissionibus allicit, & mi-
nis admonet deus. Nam qui timet deum, ho-
norat patrem, (dicit Eccles.) & quasi domi- Eccles.3.
nis seruiet his, qui se genuerunt, & maledi-
ctus homo, qui non honorat patrem & ma-
trem, inquit Moses. Honora igitur patrem et Deutero. 17.
matrem, ut sis longçuus super terram, & dei
benedictionem recipias. Parentes honora-
re tenemur dei prçcepto, sublimioribus uero
personis obedire, eorum legibus obtempera-
re, ut quieta sit respublica, cum omnibus pa-
cem habere. Hinc addit quintã chordã. Non 5.
occides. Qui homicidium prohibet, omnem
iram, omnẽ rancorem, omnẽ uiolentiã, omnẽ
malignitatem, quicquid est odij, quicquid de-
niq; ingrati erga proximũ animi esse potest,
simul prohibet. Omnem priuatam uindictam
tollit, et huius uindictæ cupiditatẽ. Non occi-
dendum est, uel manu, uel mente, uel consilio,
non uerberandus frater, non sine lege percu-
tiendus. Iuste percutit seu morte afficit iu-
dex, dei minister, ut sontes puniat, malosq; a-
lias incorrigibiles, e medio tollat. Vt autem
ab omni iniuria abstineatur, adduntur & re-
liquæ chordæ. Non furtum (inquit) facies. 6.
Qui furtum tollit, nonne præcipit ut alteri
non facias, quod tibi non uis fieri? Rem alie-
nam, uel ui, uel dolo auferre, furtum est, pec- Furtum.
catum est, nisi restituas, damnatione dignum.
Dolo aufert, qui adulterinas, uel corruptas
merces proximo uendit, qui proximi simpli-
citatem iniusto precio decipit, qui quouis le-
gis fuco imponit, qui fraude, fœnore, usura,
quocunq; deniq; illicito modo eripit. Hinc
constat rerum dominium, & proprietatẽ or-
dinari a deo, cum non liceat ui, aut fraude eri-
pere. Dono dei, quod calcauerat pes filiorum
israel, eorum erat. Non reprobauit Christus
hæreditatis partitionem, sed auaritiam, auidi-
tatemq; habendi. Hinc. Non mechaberis, non 7.
ad alienam uxorem accedes, quia non uis, ut
ad tuam accedat alius. Abhorrebis ab omni
coitu extra matrimonium. Licet enim habere
uxorem propriam. Quod si non liceat, aut
non lubeat, solicitus magis sis oportet, ut car
nis ardorem cohibeas, assidueq; deum roga,

ut opem ferat, sine qua imbecillior es, quàm ut carnis uim, & rebellionẽ superes. Abominationi sit tibi omnis corporis fœditas, omne turpiloquium, aut scurrilitas, ut monet apost. Sit tibi cogitatio casta, & pura, & aliena uoluntas, ab omni carnis libidine. Falsum testimoniũ ne dicito, quia lædes proximũ, quẽ sicut teipsum diligere teneris, & dilectio proximi malum non operatur, inquit apost. Malum sit necesse est, quod nocet proximo. Cũ falsum testimonium prohibeat, iudicia, lites apud indices, rerum iustam defensionem, seu repetitionem confirmat. Omnẽ dolum, iniquas lites, omnia mendacia, omnes circũuentiones, falsas delationes, detractiones, obloquutiones, suspitiones in malam partẽ, iniustas accusationes prohibet. Vxorem proximi tui non concupisces. De adulterio prius admonuit. Nunc autem ne concupiscas, ne uelis, ne optes, ne solicites, ne blande appelles ea causa. Licitam putassent concupiscentiam, ut ait apostol. nisi prohibuisset deus tam uerbis expressis, ita ut ne proximi tui seruum, ancillam, domum, bouem, asinum, agrum, aut quicquid est proximi tui, sine causa, aut iniuste concupiscas. Est enim radix omnis peccati concupiscentia. Nec ut minus sint erga dominũ morigeri, aut serui, aut ancillæ, quouis modo efficies. Nec ui, nec fraude, uel ficta specie legis, quicquam auferes. Hanc turpis concupiscentiæ effrenem belluam, in rebus omnibus ab homine prorsus fugiendam, longeq; fugandam docet, tam auaritiæ, ꝙ libidinis causa. Hinc omnia bella, et lites, inquit. D. Iacobus. Sicut priores tres chordę ad deum, ita & septẽ posteriores ad proximi dilectionem pertinent, ut facias, & uelis alteri, quod tibi. Hoc aperte docet apost. Est (inquit) legis plenitudo dilectio. Qui hęc omnia seruat bene psallit deo, in psalterio decem chordarum, in perfecto corde, atq; uerißimo, ut ait Iosue. Sed cum sit nemo, qui hæc omnia perfecte seruare poßit, egemus gratia dei. Quis potest ab omni concupiscentia cor mundum

Ephes. 5.
8.
Iuditia licita, & rerũ repetitiones.
9.
Rhom. 7.
Cõcupiscentia fugienda.
Iaco. 4.
Rhom. 13.
Iosue. 24.

seruare? Deum ergo solicite rogate, ut hæc ita seruare poßitis, ne nobis per gratiam imputentur, cum uestræ uires parum sufficiant, pro uiribus tamen psallite, et

Cantate ei canticum nouum.

Exuite ueterem hominem, & induite nouum. Expurgate uetus fermentũ, ut sitis noua conspersio, deponite pristinam conuersationem secundũ ueterem hominem, renouamini spiritu mentis uestrę &c. Hoc est cantare nouum canticũ domino, relinquere priora cordis desyderia, secundũ carnem, & spiritu Christum sequi. Parum enim sufficiunt priores decem chordæ nisi hunc nouum canticum addamus. Seu potius hunc nouum canticum, dilectionẽ scilicet in deum & proximũ, docent priores chordæ. Hinc post psalteriũ decẽ chordarũ, Cantate (inquit) nouum canticum, eo modo quo iam diximus. Canticum etiam nouum canimus deo, quoties pro nouis beneficijs, quæ quotidie recipimus ab eo, illi nouas gratias agimus. Neq; ullum temporis momentũ est, quo non tenemur hoc canticum canere, cum nullum sit tempus, quo non afficit nos nouis quotidie beneficijs, benignus deus. Maximũ contulit nobis nouum beneficiũ Christus, hoc est gaudium nouum, quod euangeliżabat angelus. Sit igitur semper laus eius in ore nostro, & eum in omni tempore benedicamus, ut monet idem in psal. sequenti. Extant. D. August. tractatus, tam de decem chordis, ꝙ de cantico nouo. Hunc (inquit) canticum nouum canite, fide, innocentia solicitudine bonorum operum, et

Bene psallite ei in uociferatione.

Docet exultandum in domino, confitendũ ei in cythara, psallendum in psalterio, cantandũ canticum nouum. Quæ omnia nihil prosunt, nisi bene fiant. Si uelis ergo bene (inquit) exultare &c. psallas in uociferatione opus est, hoc est, certa fide, toto animi affectu, feruente spiritus ardore, pleno gaudio, ex toto corde, ex tota mente, & ex tota anima tua. Vult

Canticum nouũ cantare.
Quomodo cantandũ dño.

Vult enim omnia fieri uehementi amore deus. Vltroneam uoluntatem exigit. Hilarem datorem diligit. Omnes uires nostras postulat. Diligite (inquit) ex toto corde. Hanc miram orationis uehementiã, docet nos spiritus sanctus per os Dauid, ut discant omnes & orationis, & perpetuũ animi erga deum pro dilectione ardorem. Alij uertunt, psallite bene, uel diligenter, in iubilatione, uel in iubilo, hoc est, psallite animi tanta lætitia, tanto affectu, tantoq; ardore, ut uerbis explicare nequeas. Effusum eñi & quoddã ineffabile animi gaudium indicat uerbũ iubilare, uel iubilum. Hinc toties repetit. Exultate, confitemini, cantate, psallite. Certã igit fidẽ habeamus uerbo dei, quo docemur, ut sic exultemus, & psallamus.

Iubilum.

Quia rectum est uerbũ domini.

Omnia eteñi recte fiunt, quæ facimus doctrina uerbi dei, qui omnia recte consulit, per semitasq; rectas dirigit. Dic in psalmo 18. Eius itaq; pręcepta capescite, decem priores chordas, animi alacritate bene tangite, secundum doctrinam huius uerbi dei, quod fidele est, & certum, seruate. Sicut enim promittit deus, sic & certo certius persoluit. Nam

Verbũ dei rectũ est.

Et omnia opera eius in fide.

Agit constanter, agit fideliter, agit firmiter. Crede igit quę docet, crede quæ pmittit oĩa, et certissima, & uerissima esse. Nã fidelis est dominus in oĩbus uerbis suis, neminem fallit. Versemur ergo in hoc nouo cantico diligenter, et omni solicitudine, ut simus factores legis, & non auditores tantũ. Fidelis est enim deus (inquit apost.) quia non est in sermone dei, est, & non, sed est in illo, est. Et omnia iuste disponit, inquit sap. quia

Sap.12.

Diligit misericordiã & iudicium.

Dei exemplo docet propheta, misericordiam cũ iudicio coniungi debere, ut ex duobus eximijs illis simplicibus, fiat absoluta iusticia. Ignoscere nõnunq̃, non est mĩa, nisi fiat cum iudicio. Hinc admonet Moses. Pauperis non misereberis in iudicio. Non enim est misericordia, ut paupertatis causa, iudiciũ corrumpas. Defendere pauperem, & inopem, misericordiæ primę partes uidẽtur. Sed diuiti paupertatis causa iusticiã negare, iniustũ est. Diligit enim deus, iudiciũ & misericordiã, procliuior ad misericordiã, cuius misericordia sup omnia opera eius, qui omnia disponit in mĩa, inquit sap. Misericordiã uero nolentibus, facit iudicium. Dei itaq; exemplo, qui secundũ iusticiã recte iudicat, qui pręest, qui iudex constitutus est, secundũ rerũ & temporũ et causarũ uarietatẽ, placet deo, quia iudiciũ diligit, ne dum mĩam. Benigne uocat deus in hac uita per mĩam, in futura iudicat. Sic recte moderatur omnia. Hunc itaq; locum uertit hoc modo perspicue Felinus. Amat recte, & ordine cuncta facere. Coniuncta quidẽ hęc duo uocabula in sacris literis, eam uim habent, ut absolutam rectitudinem significent, ut nec ad dexteram, nec ad sinistrã declinemus. Sic rectus est deus, sed in mĩam paratior, quia

Mĩa & iudicium.

Exod.23.

Sap.12.

Placet deo, qui iuste iudicat.

Misericordia dñi plena est terra.

Nusquam locus est in terra, ubi non est misericordia dei. Hæc ideo nos docet propheta, tam ut fiduciã in dei misericordia constituamus, quam ut eius exẽplo, simus quoq; erga proximos misericordes. Sicut enim in misericordiã pronus est deus, ita & in proximũ tu esto misericors, ut bene psallas in cythara, et psalterio, ut facias proximo, quod tibi uis fieri. Nõne ergo oportuit & te (inquit Christus in parabola) misereri conserui tui, sicut et ego tui misertus sum? Estote misericordes (inquit) &c. Qui igitur misericordiam aliquãdo cupit a deo, sit ipse quoq; erga proximũ misericors, ne de eo dicatur, quod idẽ ait propheta. Quia noluit benedictionem, elongabitur ab eo. Dimitte, et dimittetur tibi. Sic terra plena est mĩa domini. Neq; extat, aut uiuit, aut aliquando fuit, aut uixit quisquam absq; dei misericordia. Illi cura est de oĩbus. Considerate coruos (inquit Euangel.) &c. Misericordia quidem & creati, & educati, & conseruati, & iustificati sumus. Eadẽq; misericordia,

Mĩam in proximũ exigit.

Math.18.

Misericordia.

Luc.12.

ricordia, quotidie recipimur in gratiã, & nostra peccata remittũtur. Misericordia dei est, quod uiuimus, quod cõmedimus, &c. Omni quidem momento egemus hac misericordia. Neq; uiuit ethnicus, iudæus, aut paganus, sine magna dei misericordia, qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Egregiam orationẽ de mĩa dei scripsit Erasmus. Neq; modo plena est terra mĩa dei, sed & cœli. Nam

Verbo domini cœli firmati sunt.

Potentia dei. Dixit enim & facta sunt omnia quæcunq; facta sunt. Ineffabilem dei potentiam, hoc uno uerbo docet, cum doceat eum uerbo, hoc est, nullo negotio, sola uoluntate, quia sic uoluit, cœlos, angelos, cœlites omnes, mirabilẽq; illam supernarũ rerum omniũ machinã, fecisse, et perfecisse, nõ modo terrã, et quæ deorsum sunt. Hĩc ait. Verbo domini cœli firmati sunt. Qui uerbum dei filium hic intelligunt, recte quoq; sentiunt. Erat enim hoc uerbũ in principio (ut ait Ioã.) per quod omnia facta sunt. Prouer.8. Hic enim est, qui aderat, quando præparabat cœlos deus pater, & cũ eo erat cuncta componens. Hunc locũ sic intelligit. D. Cyprianus, in libro. 2. contra iudæos, cap. 2. In hoc Genes.1. principio, creauit deus cœlum & terrã, inquit Moses. Hoc uerbo domini patris, cœli (inquit) firmati sunt, &c. Alij hunc locum de cœlis, hoc est apostolis, discipulis, martiribus, alijsq; beatis uiris intepretantur. De quibus Psal.18. in psalmo. 18. qui robur constantiã, omnẽ firmitatem & uirtutem acceperunt, a uerbo domini, a filio redemptore nostro, qui omnem gratiam attulit, & ijs qui credunt in nomine eius, dedit potestatẽ filios dei fieri, quoniã et

Spiritu oris eius, oĩs uirtus eorũ.

Exploratissimũ est, si hunc locũ de beatis uiris intelligamus. De se eteni non loquebant, neq; uires habuerunt, sed ex dei spiritu omnẽ suam uirtutem, omnẽ doctrinam, omnẽ uirtutis constantiã accepere. De illo quidẽ firmamento, de sole, luna, stellis, et reliquo cœli ornamento, nemo dubitat, ea omnia suam uirtutem, stabilitatẽ, robur, & perpetuam illam soliditatem, qua suo ordine permanent, constantemq; cursum retinent, a spiritu oris dei accepisse, quia dixit, et facta sunt. Alij hic interpretes, Verbũ filio, Dominũ patri, Spiritũ oris, spiritui sancto tribuũt, tres diuinas personas, ex hoc loco manifeste indicantes, qui simul pro una uoluntate, idem operatur unus deus. Trinitas diuina. Christus est quoq; uerbum domini, hoc est patris, per quem omnia facta sunt, qui spiritũ sanctum misit, omnẽ ueritatẽ docentem, qui ab utroq; procedit. Verbũ dei Est quoq; & spũs oris patris sui Christus, qui in hunc mundũ uenit, ut patris mãdata faceret, & doceret. In cuius uerbo est omnis uirtus, omnis potestas, omnis salus, omnis uia uitæ. Huic cõfitemini, psallite, & cantate canticum nouum, & bene psallite in uociferatione. Nam sicut in cœlo, et in terra suam ineffabilem uirtutem pro uoluntate exercet, ita et in mare, et infra mare. Est enim potentia (inquit) uerbi dei.

Cõgregãs sicut ĩ utre aquas maris.

Posuit enim mari suos terminos, posuit illi uectem, & hostia, ne ultra progrederetur, ut ait. D. Iob. Dixi ĩ psal. 23. Nam sicut in utre, Iob.38. in pelle, uel uinũ, aut oleum deferri solet, atq; seruari ne effluat, sic posuit deus mare, uelut in alueo suo, ne ultra suos terminos procurreret. Psal.41. Inclusit igĩ deus omnia maris flumina littoribus, tanq̃ in utre, id quod uerbo eius, & factũ, & solidatũ est, pro magna eius misericordia erga genus humanũ. Quia terrã dedit hominibus. Dixit enĩ deus congregent aquæ, quæ sub cœlo sunt in locũ unum, &c. Hic uero mensus est aquas pugillo, & cœlos palma ponderat, ut ait Esai. Esai.40. Colligauitq; aquas quasi in uestimento, inquit Sap. Prouerb.30. ut terra humanis usibus pateret. Qui allegoriam quærunt, utrem Christi ecclesiam, aquam maris, omniũ nationũ populum intelligunt, qui per fidem, in Christi ecclesiam, uelut in nouũ utrẽ repositi, et conseruati sunt, ut nouũ uinũ. Nec est longe petita hæc allegoria, cum in euangel. Math.9. eadem usus est Christus. Satis est admonuisse

de hac

de hac allegoria. Reuertor ad priorem sensum. Hic potens deus est solus.

Poneus in thesauris abyssos.

Abyssus. Abyssus in suopte sensu, maris, aut fluminis impenetrabilem, imperscrutabileq; altitudinẽ significat, nulli homini, sed soli deo cognitam. Eccles.1. Hinc Eccles. Altitudinem cœli, & latitudinẽ terræ, & profundũ abyßi, quis dimensus est? In sacris itaq; literis, pro re maxime occulta, abdita, et imperscrutabili, poni solet. Consiliũ Psal.35. itaq; dei in abysso magna, & iudicium eius abyssus, (inquit) multa. Hęc est altitudo diui- Rhom.11. tiarũ dei, de qua apost. Sic enim thesauri, hoc est, sacrę scripturę, nobis abyssus multę sunt, quarũ profunditas, nisi per gratiã, nobis inaccessibilis est. Illũ itaq; locũ, Abyssus abys- Psal.41. Abyssus, abyssum inuocat. sum inuocat, de obscuris duobus locis in sacris literis, quorũ unus per collationẽ, alterũ uelut ab imo, a tenebris, ab obscuritate uocat, & perspicuum efficit, nõnulli interpretantur. Eo modo, & quoties peccatũ peccato addimus, abyssus abyssum inuocat. Hominis enim cor, & interna cogitatio, nisi soli deo abyssus est. Si autem sit impia, & iniquitati dedita, abyssum malorũ uocat, uere hominẽ in abyssum trahens. Peccatũ enĩ peccato addit, quiq; iniquitatem diligit, lapsus in profundum, contemnit. De abysso præterea, dic in psal. 41. Psal.41. Hiero. lege, in prophetã Abacuc, cap.3. Sed redeamus ad prophetam. Deus (inquit) pro sua imperscrutabili potentia, non modo congregat aquas maris, sicut in utre, sed etiam idem deus est, ponens abyssos eius, hoc est, imperscrutabilẽ maris, et fluminis altitudinẽ, in thesauris, in absconditis, in occultis suis. Sic enim deus, huius maris abyssum, ab oĩbus occultauit, sicut thesaurum solent homines, in maxime absconditis locis, et tutis (quo penetrare põt nullus) occultare. Hinc uertit hunc locum perspicue Felinus. Et uelut thesauros ponit abyssos. Hoc docet propheta, ut sciamus nihil non apertũ & manifestũ esse deo, & quæ homini impoßibilia sunt, deo quidem peruia & facilia esse. Cum ergo sit deus tam fidus in oĩbus uerbis, & promißionibus suis, tam bonus in misericordia, tam potens in factis, & operibus, uniuersam terram, hoc est, omnes homines, sic admonet propheta.

Timeat dominum omnis terra.

Quid sit dominũ timere, iam sępe diximus in psal. potiss. 2.5.13.18, et. 21. Idẽ quasi repetit

Ab eo cõmoueantur omnes inhabitantes terram.

Hiero. uero, hunc locũ ex hebręo sic perspicue uertit. Ipsum formidẽt uniuersi habitatores orbis. Nam ab eo (inqt nostra litera) a memoria bonitatis, absolutæq; potestatis illius, cõmoueantur, timore afficiantur omnes, ne tam benignum, & tam potentẽ deũ, irritent, et offendant. Hic timor est sapientiæ initium. Hoc timore suas carnes Psal.13. configi, optat noster propheta. Quem enim aliũ aut diligeret, aut pręter illũ timerent homines, si eius negotiũ urgeat, in cuius manu et potestate, sunt omnes fines terrę, et cui oĩa Solus de⁹ timẽdus, sicut solus diligẽdus. subiecta sunt, quiq; fecit & creauit oĩa, et oĩa dedit, quiq; potestatẽ habet, et corpus, et animã dimittendi in infernũ? Qui amore igitur nolunt, timore hunc magnũ deum agnoscere discant. Omnia quidem ab eo, & ipse omnia pro sua uoluntate facit.

Quoniam ipse dixit & facta sunt, ipse mandauit & creata sunt.

Omnia scilicet, quæ facta aut creata sunt. Sic enim solo uerbo dixit, creauit, et firmauit oĩa. Dixit congregẽni aquę, &c. Et factũ est ita. Genes.1. Dixit fiat lux, & facta est lux. Sic fecit oĩa deus hominis causa, hominẽ autẽ creauit, ut pręsit oĩbus. Dixit (inqt) et factũ est quicqd uelit. Dei etenim dicere, non minus est, q̃ facere. Neq; opus est eius uerbo, sed sola uolũtate. Hoc enim in deo est dicere, mãdare, aut Dicere in deo quid. facere, sola uolũtate uelle, & factũ est. Ab eo igitur solo, & eius uerbo, et potestate, cõmoueamur, satisq; admoniti per certam hanc doctrinam, de eius bonitate, & potentia soliciti simus, ut ei seruiamus, cumq; offendere timeamus, & quo magis ei placeamus, a uitæ

fœditate

fœditate abhorrentes, eius uoluntatem facere studeamus. Nam quicquid ab alijs minatur, siue a cœlo, siue a terra, siue a mari, siue ab inferno, nocere nō potest, nisi patiatur deus. Solus ergo timendus est, qui solus omnē habet potestatem. Qui hoc uerbū non recipit, male sibi consulit, neq; consiliū eius stare potest. Qui enim huic potestati resistit, iam cecidit, cum sit homo dei comparatione, tanq̄ antelucani roris gutta, inquit sap. Hinc ait.

Cur timēdus solus deus.

Sap.11.

Dn̄s dissipat consilia gentiū, reprobat cogitationes populorū, & reprobat consilia principū. Gentium nomine, idololatræ, & nationes Christū non recipientes, neq; deum agnoscentes, pplm uero, iudęos intelligit, ut pluribus ī psal.2. diximus. Vterq; populus, Christo deo, totis uiribus, oībusq; dolis aduersabatur. Neq; nō conuenerūt cū illis, & reges, & principes, ut in priori psal.2. Sed oīa eorū cōsilia, omnes conatus uicit, profligauit, & penitus dißipauit deus, q creauit oīa, & in cuius potestate sunt omnes fines terre, a quo nusq̄ est fuga, nec in cœlo, nec in inferno, uel in aere, uel in extremis maris, ut ait psal.139. Sic et impia hoīm cōsilia cotidie reprobat deus, qui impias earū uires tollit, eripiens pauperē de manu fortiū, et tyrānorū. Neq; non ipsos impios hinc sępe aufert, & impietatis ministros, dignis pœnis afficit. Interim uero, si paulo diuturniore afflictione molesteris, qui pietati studes, sustine, et dominū expecta, quia auxiliū feret in tempore oportuno. Aut enī quod meritus es, aut quia te exercet, D. Iob exēplo, aut ut maiori premio afficiaris, te in hac momentanea uita, partim iuste, partim benigne affligit deus. Non enī affligere te potest quisq̄, nisi patiatur deus. Cupiditatem nocendi habere potest impius, nocere uero nō potest, nisi detur a deo potestas. Non haberes potestatē (inqt Christus) &c. Omnis enī potestas a deo est, siue bona, siue mala, quā patitur. Si autē mala illis impijs data erat ptās a deo patre in Christū, non miremur, si in nostrā longe maiorē haud dubie utilitatem, detur aliquando praua ptās, quę nos afficiat. Illa uero pticula in hoc loco, Reprobat consilia principū, nō est in hebręo, sed bene additur, ut hominē doceat nihil esse in hoc mūdo aut sublimitatis, aut ptātis, cuius consiliū, cōtra dei uolūtatē pręualere potest.

Psal.2.

Psal.139.

Cur affligūtur pii?

Oīs ptās a deo.

Consiliū autē dn̄i in eternū manet. Certum enim est, quod

Cogitationes cordis eius, in generatione & generationē. Certū, firmū, stabile, perpetuū est dei consiliū, & uoluntas, & quęq; ipse cogitat, hoc est, quę sola uolūtate uult, et quocūq; tēpore uolet, apud oēs hoīm generationes, perpetuo manebūt, quæcūq; constituit deus, ut maneant. Est enī constans, immutabilis ueritas dei, quę manet inęternū. Deū tamē sententiā uelut mutantē, nō semel in sacris literis pspicimus. Sic enī pœnituit fecisse hoīem. Sic Saulē regē constituisse pœnituit, Neq; tamē fas est, aut ignorātię, aut imbecillitatis, aut incōstantiæ quicq̄ putare in deo, qui oīa potest, oīa ab ęterno pręsciuit, nouit, disponit oīa, certūq; rerū ordinē cōstituit, futuraq; oīa in eius cōspectu, et presentia præsentanea, et certa sunt. Neq; in deo pœnitētia locū habet, qui quod futurū est, ignorare non potest. Non enim potest dicere, nō putaram. Minabatur deus niniuitis, quod adhuc quadraginta dies, &c. Erāt (inq̄) minę a deo, ut terrore resipisceret populus, non autem iudiciū dei, quod uerū & certū est, cum sit deus uerax, & consiliū eius manet inæternū. Quod autem ait scriptura, deum pœnitere, priorem statum rerum, pro inscrutabili suo iudicio, & præscientia, sic mutare constituit, non priorem sententiā suam mutare, deum sentiamus. Quoties ergo, rerum mutationes fieri a deo perspicimus, deum pœnitere, & suam uoluntatē mutare, humanis quidē uerbis docemur, quia non solet homo, nisi pœnitentia, suū institutū mutare, sed dei cogitationes, et eius consilia immutabilia sunt, quia nec ignorare, nec obliuisci, nec falli potest. Nec est alia suę mutabilitatis causa, q̄ quod cōstituit eo modo mutare,

Eadē est semper & perpetua dei uoluntas.

Genes.6.
1.Reg.15.

Ione.

Pœnitere in deo.

Ignorare aut obliuisci non pōt deus.

tate, sicut pauloante diximus. Cogitationes etenim cordis, & uoluntatis dei, (ut hic ait) manent perpetuo in generatione, et generatione, q̃diu durabit hominũ generatio. Neq; aliæ sunt cogitationes dei cordis, q̃ eius præsentaneę uolũtates seu facta, quoties, et quando uoluerit. Non enim ut homo secum cogitat, secum deliberat, sententiæ incertus, cum omnia præterita, præsentia, & futura, illi pręsentanea sint, in quo nulla ignorantia est, nulla prorsus imbecillitas, qui dicit, & facta sunt, ut supra diximus. Illi igitur soli adhærere bonum est, omnia ab eo expectare, ut uere beati simus, quandoquidem

Cogitatiões dei.

Beata gens cuius est dñs deus eius. Illa ipsa gens, quę deũ timet, quę ab eius mĩa pendet, quæ in lege eius meditabitur die ac nocte, quæ aliã legem, aliud consiliũ non sibi quęrit, q̃ a uerbo dei, cui certam fidem habet, quæq; in eo docentur, seruare cupit. Beata (inquit) hęc gens est, quia solã spem habet in deo. Hic est, qui iure dicere potest, Dominus meus, & deus meus. Hic uere est ille

Btã gens.

Populus, quem elegit in hęreditatem sibi. Alium uero populum, qui eum non cognoscit, non sibi eligit in hereditatẽ, ad eum nõ appropinquabũt, non erũt participes futuræ glĩæ, sed eos repellet, deijcietq; in tenebras exteriores. Ad eos enim dicet, nescio uos. Sunt quidẽ filij alieni, mentientes et deo, et de deo, indigni qui sint æternæ hæreditatis participes. Qui igĩ aliquãdo esse fœlices & beati cupiũt, hũc benignũ & misericordẽ dominũ agnoscant, et timeant, ut supradiximus. Quod hic ait, elegit, indicat neminem esse de hęreditate dei, nisi qui ab eo eligitur. Multos enĩ esse uocatos, paucos uero electos, narrat euangelium. Ego (inquit) scio quos elegerim. Hi sunt, quos præsciuit & prædestinauit. Hi sunt filij dei, cohęredes autẽ Christi. Hęc est Christi hęreditas, de qua in psal. 2. Cur autẽ hos elegit, alios nõ elegit, diuinũ archanũ est, cuius maiestatis pręscientię relinquamus. Nimiũ igĩ de prædestinatione inuestigari ab homine, hoc est, humana ratione, impiũ esse uidetur. De his quidẽ diuinis, et maxime archanis, cum apostolo dicamus, nõ iudicantes, sed admirãtes, & dei incompręhensibilẽ scientiã, et potentiã adorãtes. O altitudo diuitiarũ sapientię &c. Vltra manifestũ uerbũ dei, facessat omnis humana indagatio. Soliciti simus omnes, ut dei uoluntatẽ faciamus, bene sperantes in misericordia eius. Certũ est neq; in cœlo, neq; in terra, neq; in inferno, ignorante deo fieri quicq̃, in quem nulla cadit ignorantia, nulla obliuio. Nullum populum non uidet, nullum non habet sub oculis. Nam

Populus alienus a deo.

Electi dei

Math. 10. Joan. 13. Rhom. 8.

De pdestinatiõe nõ inuestigãdum.

Rhom. 11.

Quomodo pscrutanda archana dei

De cœlo respexit dñs, uidet oẽs filios hominũ. Et bonos, & malos, & dignos hęreditate, & indignos, & uere adoratores, et hypocritas. Illos eligit, hos reijcit. Neq; modo respexit antehac, sed perpetuo respicit. Nõ enĩ cadit passerculus absq; eius sciẽtia. Quid sit uidere, quod ad deũ attinet, dixi I psal. 16. Respexit (inqt) dominus de cœlo, et

De pręparato habitaculo suo, respexit super oẽs, qui habitãt terrã. Iterũ idem repetit, cũ non sit aliud dei pręparatũ habitaculũ, q̃ cœlum, q̃ firmißimũ solium eius, ut hic uertit Hiero. q̃ thronus, & sedes maiestatis suæ, unde semp prospicit, quia nusq̃ non præsens est, nihil nõ uidet, neq; usq̃ ullus est, cuius secretißima cogitatio, nõ sit illi manifesta semper, et quidẽ præcognita. Respicit deus nõ uano respectu, non incerto, aut inani uisu oculorũ, sed oĩa cũ iudicio, iusticia, et mĩa respicit, cui nihil nõ curæ est, qui oĩa disponit, et regit, quẽ prorsus nihil prǽterit, qui penitus nihil nescit. Quid enim ignorare potest potens ille deus, qui omnia condidit, atq; gubernat, quiq; finxit corda nostra? Ille uidet omnes. Ille respexit super omnes, cognouit omnes, priusq̃ essent, percognitus est illi animus, priusq̃ cogitauit homo. Quod cœlũ deo præparatũ habitaculũ dicimus, nõ id agit scriptura, ut doceat deum arctari certo loco, eoq; contineri tanq̃ parietibus, aut cancellis, sed cũ sit latitudo cœli immẽsa, cũ sit ornatißima dei machina.

Scientia dei.

Dei rerũ oĩm perfecta sciencia.

machina, neq; tam aliud admirandũ uidet humanus oculus, q̃ cœlũ, locũ illũ oĩm augustissimũ. Thronũ, sedẽ, domũ, & habitaculũ dei, illud cœlum uocat scriptura, ut dei incomprehensibilem maiestatem doceat, quantũ humanis uerbis fieri potest. Alias quidẽ, neq; cœlum, & cœli cœlorũ, deum capere posse, docet sap. Dic prçterea in psal. 5. & 8. Aliter, de his prioribus locis, alij sentiunt. Beata gens &c. Beatus populus, quem elegit deus in hçreditatẽ sibi. Hic est prior ille dominus, qui diligit mĩam, & iudiciũ, cuius mĩa plena est terra, & pro illa sua mĩa, elegit sibi hçreditatem suã, quia respexit benignissime super omnes filios hominũ, filios Adami primi parentis, filios damnationis, nisi per Iesum filiũ suum, quem in terrã demisit, ut homo fieret, genusq; humanũ per suã paßionẽ redimeret. Hic est, qui per nimiam dilectionẽ respexit ad nos, non autem nos ad eum respeximus, quia prior ipse dilexit nos deus pater, qui misit filium suũ propitiationẽ pro peccatis nostris, inquit Ioan. Sic respexit de prçparato habitaculo suo, super omnes qui terram habitant, qui pro oĩbus mortuus est, oĩbus æque ꝓfuit, q̃uis non omnes uerbũ acceperunt, non quod noluit deus, sed quod dei benignitatẽ contemnit filius hominis, qui non uult renouari in Christo. Hi sunt filij hominũ, graui corde, de quibus in psal. 4. Beata uero gens illa, cuius est dominus deus eius, quç hũc benignum deũ recte agnoscit, in eũ credit, quia studiosa est, ut faciat uoluntatem eius. Super hanc gentẽ respicit, de prçparato tabernaculo suo, ut per gratiam dignã efficiat suo eodẽ tabernaculo, ut cum eo regnet imperpetuũ. Sic ad hos inquiet Christus in postrema sententia. Venite benedicti patris mei, percipite regnum &c. Qui hçc probe memoria tenet, non potest nõ timere, non reuereri deum, et a uitæ turpitudine in eius conspectu abhorrere. Hoc certo certius, cuiuis persuasum sit, nihil prorsus nõ fieri, sub oculis eius. Nihil enim aut cordis hominum, aut cogitationum ignorat ille.

Cur cœlũ, habitaculum dei.

Benignissima mĩa dei in oẽs

1. Ioan. 4.

Qui finxit singillatim corda eorũ

Operatur etenim cordie deus, inserens animas, & cor, hoc est, intellectũ tribuit unicuiq; secundum mensuram. Et sicut omnia tribuit, ita nihil ignorat. Certum est enim, quod

Intelligit omnia opera eorum.

Quæ a corde originẽ habent. Prius enim cogitamus q̃ facimus. Nostras uero cogitationes, longe penitius intelligit deus, q̃ nos ipsi, qui cogitamus, quia ipse est, qui animũ, qui cogitationem, qui spiritũ fecit, & dedit homini. Nõ igitur alia esse possunt, q̃ sunt creata, neq; eum latere possunt, quæ creauit, cũ nihil prorsus cogitetur, aut fiat absq; scientia eius, ut docet euãgel. Hçc docet euãgelicus propheta, ut omnes admoneat, cum deo, qui nihil nõ uidet, omnia ut syncere agamus, atq; ex fide, eumq; uere timeamus, & diligamus, ut docet in priore loco euangel. cum non sit salus, non sit tutũ aliud auxiliũ, q̃ ab eo. Aliter. Sup filios hoĩm deus uere respexit, quia finxit &c. hoc est, formauit corda timentiũ eum, quibus intellectum dedit, alij sermonẽ sapientiæ, alij scientiæ &c. Hinc intelligit opera eorũ, quia ab eo accipiunt, quicquid bonũ est. Neq; stare potest hominis imbecillitas absq; eo. Certum est enim, quod

Oĩa intelligit deus.

Luc. 12.

1. Corĩ. 12.

Non saluatur rex per multã uirtutem. Si in hoc sæculo, certa spes ulla uideretur in fortitudine, in mundanis uiribus, quis tam securus est, q̃ rex in suo regno, qui diuitijs, qui hominũ multitudine, oĩq; humana potentia abũdat? Non eum tamẽ saluare possunt omnes huiusmodi uires, quæ uidẽtur esse in rege, per multã, & uariã, & ingentẽ illam uirtutẽ, & fortitudinẽ, nisi omnẽ spem suã habeat in deo, qui dominus est uirtutum. Dic in psal. 2. & 19. Nam si humana sola cõsilia habeãt reges, si illis innitãtur, reprobat illa dominus, & dißipat, ut supra in hoc psal. Bonũ est itaq; & solum bonum, & utile, sperare in domino, & non in principibus, quia uana salus hominis. Neq; mortaliũ quiq; sunt, quibus in deo

Psal.

Regũ, uires I deo.

Regibus maxime opus est auxilio dei.

in deo sperare, et illi se cōmittere magis opus est, q̄ regibus, & principibus, aliisq; qui præsunt oibus. Eget eni maiore auxilio, qui pluribus, & illis quidē maioribus curis, distinet. Non igitur spem suā ponāt reges in equis, et curribus, non in multitudine exercitus, ut ex hebræo hic locus uertitur, sed in deo sperent, et eius nomen, eius auxiliū inuocent, quantūcunq; superbi, magnifici, & potentes sibi uideantur, quia non saluatur rex &c.

Et gigas non saluabitur in multitudine uirtutis suæ. *Nec fortis liberabitur in multitudine uirtutis, perspicue uertit ex hebræo Hiero. Gigātes uariis nominibus appellātur in hebræo, ut aiunt in lingua periti, aliquando Heroes, et patres patriæ, nonnunq̄ terribiles, & metuendi tyranni, ui et armis in alios grassantes, illustres, & candidi optimates, scelus, et flagitiū, insignes latrones, ui irruentes, & uiolenter opprimentes, &c. Gigantes uero a potentia dicuntur oēs. Sic illo uocabulo, & in bonam, & in malam partem utitur scriptura sacra. Idem uidetur hic repetere, solicite admonens, ne in alio quouis, q̄ in deo spem ponamus. Regis quidē & gigantis noīe, eos hic intelligit, qui in suis uiribus sperāt. Quantūuis ergo gigātes sint, quātacūq; potētia, magis ab hoīe alienū nihil est, qui salutē quærit, q̄ in multitudine, aut magnitudine fortitudinis, aut uiriū suarū spem ponere, quia*

Gigantes.

Fallax equus ad salutē. *Equus (inqt sap.) paratur ad diē belli, dominus autē salutē tribuit. Equum uel pro ipso equite, uel potius pro oī robore exercitus ponit, oīq; humana potentia, ut i psal. 19. Quid stultius, q̄ in equi egregia forma, corporis magnitudine, īuicta quantauisq; pernici uelocitate, rarane eius audacia, tibi uictoria opinione tua polliceri, & spem tuam in illo ponere? Fallax plane equus ad salutē. Hunc eni equū, et ascensorē, deridet deus, inqt Iob. Qui eni et te, et equū tuū finxit, utrūq; p arbitrio, regit, humiliat, deiicit. Sic & equū & ascensore, deiecit in mare, ait Moses. Decipiet igit illa uana spes ī humanis uiribus. Nā qui spem ponit in fortitudine sua.*

Prouer. 21

Equus.

Psal. 19.

Iob. 39.

Exod. 15.

In abunbātia autē uirtutis suæ non saluabitur. *Non iuuat numerosissimus exercitus, quia deū p sua parte neutiq̄ habet, quē non agnoscit, nō timet, nō amat, nō inuocat. Priores illi reges, & gygantes, hanc habere uident humanā abūdantiā, uirtutē exercituū et fortitudinis, sed per ea nō saluabūtur, non uincēt. Est eni deus, dominus exercituū. Aliter. Equus quo gestat anima, corpus est. Quantūcunq; aut speciosum, aut robustū uideatur, imbecillius nihil est, si in suis uiribus spem constituat. Gygas uidetur caro apud homines, sed apud deum, puluis, & cinis est. Pendeamus igitur non a uiribus nostris, sed a bonitate, & misericordia dei. Timeat eum omnis terra, ut supra in hoc psalmo. Nam*

Non iuuāt humanæ uires.

Corpus, animę equus est.

Ecce oculi dn̄i super metuētes eū. *Ecce, (inquit) legentem excitans. Seipsum euestigio explanat.*

Et in eis qui sperāt super mīa eius. *Nam illi sancto timore deū metuunt, amant, reuerentur, illi bene psallant, ut in psalmi principio. Qui deum bene amat, eum timet. Qui bene timet, bene amat. Quia timor sine amore qui spem adfert, ī desperationē præcipitat. Spes autē sine timore & reuerentia, in præsumptionē euadit. Qui ergo bene sperant, se, et negotiorū, et rerū uel prosperarū, uel aduersarū oīm quicquid est, deo prorsus cōmittunt, fidūt, illi se dedunt, quia uere in auxilio, et mīa eius sperāt, nō autē in uiribus suis quibuscūq;. Non tamen reprobatur iustū bellū, neq; ducis industria, in rebus, ad hoc bellū pertinentibus prępărātis se, modo dei potentiæ meminerit, qui est deus exercituū, eiusq; maiestati & se, et uires suas humiliter cōmittat, eiusq; uoluntati omnia referat, in eius auxilio spem omnē cōstituat, Iosuæ, Iudæ, Gedeonis, nostriq; Dauidis exēplo, & aliorū oīm bonorū principū. Dic in psal. 19. Auersatus est deus a Saule, quia deum dereliquit, hoc est, cępit fidere suis*

Timor & dilectio, coniungantur.

Quomodo iustum bellū ineundū.

ff uiribus

uiribus, &c. Eos itaq; respicit dominus, qui agnoscunt eum, & sperāt in eo, in illosq; suos oculos suum benignū conspectum habet.

Vt eruat a morte animas eorum.

A morte uel tēporanea, uel ęterna, solus deus est qui liberat, cū sit ille solus, qui liberare potest. Solus protector, defensor, & fortitudo est timentiū eū. In eos igit, qui ī eū sic sperāt, parati sunt semp benigni ocli dei, fauoris eius benignitas, ut aīas, uitas eorū eruat a morte.

Et alat eos in fame. Prospiciat eis, ut nihil desit, quod uel ad corporis necessitatem, uel ad uerā animæ salutē attinet. Famē, p oī necessitate ponit. Ne soliciti igitur sitis, quid manducetis, inqt euang. Scit enī pater uester cœlestis, &c. Suos enī saciat a corporis fame, quos nō derelinquit, ut in psal. 36. Animā uero sui uerbi pane saturat, quē de cœlo dat. Oīa igitur a deo petite, contenti ea sorte, quā accipietis. Nō uult tamē deus ut pigri et desides nosipsos negligamus, sed honesta arte, et solicita manu, ut uictum quęramus, uel diui Pauli exēplo. Nā uictū quęrit, qui suo ordini, suę uocationi nō negligenter incūbit. Fugiendū est a nimia cupiditate, ab ambitione. Neq; diuitias, neq; mendacitatē petebat sapiēs. Sic docet nos petere oratio dominica, quotidianū scil; panē. Nullus ergo ad uirtutē gradus uidetur mendicitas. Vt pauperes uero simus, et spū, et affectu oportet. Neq; sunt improbę diuitię, quas possidet homo, licet amplas facultates habeat, p gradus dignitate. Ditissimus erat Salomon, ut abūde narrat sacra historia. Decuit enī regiā maiestatē diuitijs abundare. Neq; nō mediocres, et pbe diuitiæ cuius honestæ sunt, p sua sorte, modo nō fit huius scli diues. Sint mores igit uestri, sine auaritia (inquit apost) cōtenti præsentibus et sorte, quā a deo accipitis. Dixi pluribus ī psal. 9. Si uero urgeamur aut periculis, aut necessitate, in deo firmā spem habeamus, & auxillum petamus, magna fiducia ab eo, qui suis prospicit in tempore oportuno, neq; differt, nisi in maiorem nostrā utilitatem, neq; suos tentari sinit, ultra q̄ ferre possunt. Feramus itaq; patienter, si aliquando urgeant aduersa. Et cū propheta fortiter dicamus.

Fames.
Math. 6.
Psal. 36.
Ioan. 6.
Industria humana.
Prouerb. 30.
Mendicitas ipsa, nullus est ad uirtutē gradus.
Diuitię honestæ.
Hebr. 13.
Psal. 9.

Anima nostra sustinet dominū.

Anima (inquit) hoc est, homo qui per animā uiuit, sentit, operatur. Sic et aīa appositissime pro hac uita ponitur in sacris literis. Corpus enī absq; aīa, et stipes, et truncus est. Hęc aīa sustinet dominū. Expectat benignitatē eius. Interim quicquid euenit, propter certā spem in deo quā habet, ęquo & pacato animo fert. Post priora oīa, in qbus de hominis imbecillitate, nisi spem in deo ponat, disseruit, nunc de patientia docet propheta. De hac patientia nō semel antea diximus, in psal. 17. 24. 26. & 30. Causam uero huius patientiæ docet. Anima (inquit) mea sustinet dominum.

Anima.
Psal.

Qm̄ adiutor & ptector noster est.

In oportuno tempore. Hoc persuasum sit animis nostris, id quod certissimū est. Hac spe, facile oīa sustinebimus quęcūq; aduersa sunt, q̄diu sic uisum est deo. Adiutor est deus, ut bene agamus, ut a morte, & fame eruat. Sine eius quidē gratia, insufficientes ex nobis sumus. Protector est, ne inimici, ut improbe cupiunt, noceant, neue pereamus. Gaudentes igitur in huius (inquit) benigni dei auxilio, in hac certa spe manebimus.

Quia in eo lętabitur cor nostrum.

Propter illā certā fidē, quā habemus ī uerbo, et pmissionibus eius, neq; timebimus milia populi, seu hostiū aduersantiū, quia protector noster est. Sic ibant gaudētes apost. a cōspectu consilij, quod digni habiti sunt pro noīe Iesu, contumeliā pati. Hinc ait, Lętabit cor nostrū in eo, quia pmittit auxiliū bene in eo speranti.

Et in noīe sancto eius sperauimus.

Et ideo liberati sumus. Hanc spem in deo sępe repetit, illam super oīa cupiens insinuare, seu potius inserere, ut altissimas agat radices in animis oīm hominū, qui deum agnoscūt. Ait igitur oīm fidelium noīe. In nomine eius, hoc est, ī bonitate illius sperauimus, &c. Hoc est,

nomen

1. Re. &.

Nomē sanctū dñi. nomen sanctū, quod oīa sanctificat, sine quo neq; sanctū, neq; purū, neq; sanū neq; honestum, aut bonū quicq̄ esse pōt. Admonet igit apost. ut I huius nominis gloriā fiant a nobis omnia. De hoc nomine dic in psal. 8. Nūc oīm piorum nomine supplex deum sic orat. Postq̄ omnē spem in te (inquit) constituimus.

Fiat misericordia tua domine sup nos, quēadmodū sperauimus in te.

Per certā itaq; fidem, certa spe imbuti, diuini uerbi doctrina, & huius prophetæ exemplo, solicite petamus, fiat misericordia tua domine super nos, &c. Hoc orat oīs pius, oīs fidelis, qui deū recte agnoscit, quia omnē spem in deo habet. Certā spem habeat necesse est q petit. Aliter enī frustra petit. Hinc ait. Quē admodū sperauimus in te. Bene quidē speranti, exhibet suā mīam benignus deus. Hæc est mīa qua plena est terra, quā prestat pro bonitate. Mia dei, gratia, nō debitum. Non enim debitū, sed mīa dei est, & ultronea gratia, qua iuuamur, quia mereri non possumus. Solam fidem, solā spem exigit a nobis, modo pro uiribus nos ipsos nō negligamus, sed soliciti simus in noīe domini, ut dignā fide obedientiam præstemus, & per solicita bona opera nostra, eam fidem nobis inesse ostendamus. Si ergo misericordiā, gratiā, auxiliū, et protectionē uelimus a deo, certā spem habeamus in eo necesse est, illi nos cōmendantes, cum in eius manu sit omnis gratia.

Psalmus. 33.

Titulus.

David cum immutaret uultū coram Abimelech, & dimisit eum, & abijt.

1. Reg. 21. & 22. Nota est illa historia de rege David, cum admonitus a Ionatha, ut a Saulis imperio abiret, ad uicinū regem Geth, qui Achis uocabatur fugisset. Quo, cum ueniret, ad regē q; ductus, cū a seruis regis nosceretur, sibi ualde timens de rege, ne uel eum Sauli traderet, uel morte afficeret, immutauit uultū suum, coram rege Abimelech, se furore correptum simulans, &c. spumāq; ex ore proijciens, &c. Illum ergo rex dimitti iussit. Inde igitur abijt, fugiens in speluncam odellam. Cōuenit historia titulo, nisi quod regis nomē, quē hic Abimelech uocat, parū cōuenit. Rex enī, Achis, appellatur in sacra historia. Sed huius nostræ ætatis quidā eruditi uiri, reges palestinorum, hoc appellatiuo noīe Abimelech uocatos asserūt, ut ægiptiorū reges, Pharaones, id quod August. latuisse uidetur. Postq̄ uero, hoc suæ uitæ maximū, et præsentaneū uelut discrimen euaserit propheta, hunc psalmū in dei laudem cecinit, pios omnes suo docens exēplo, ut oīa bona, et prospera deo referant, et pro illis solicite gratias agant, quoniā ipse est, qui uere eripit, et saluat, &c. Hunc psalmū de eo interpretari uidetur Arnobius, qui coram principe carnis & uiciorū, hoc est, corā diabolo, usq; adeo suum uultum benigna dei gratia mutat, ut dimittat eum diabolus & abire sinat a regia, & potestate illius, ad quem, ut hunc psalmum canet præ gaudio, maxime pertinet. Ioseph. libro 6. cap. 13.

In summa.

Quē admodū hic noster propheta deū laudat, eius bonitatē agnoscit, sic et oēs, ut una cum eo deum agnoscant, & laudent, uehementer inuitat. Neq; modo inuitat, sed etiā, ut deū timeant, & laudent, solicite hortatur & admonet oēs. Iustū dei timorem docet. Id quod ut studiosius faciāt, de dei bonitate erga iustos, et eius ira, erga malos, admonet omnes.

Explanatio.



Enedicam dñm. in omni tempore.

Gratias agam (inqt) domino in oī tempore, siue prospero, siue aduerso. Si tibi arrideant prospera, benedic domio, a quo accipis oīa. Si a magno piculo liberatis, benedic domino, q uere suorū liberator est. Si aduersis urgearis, benedic domino, dominū nihilominus laudato, qui nihil Benedict' deus in oī tēpore.

non facit in tuā utilitatē, quia bonus est, et in oportuno tpe, auxiliū feret, neq; aliud auxiliū est, nisi ab eo. Si quæ dederit, eripuerit, benedic domino, qui nō aufert a te, nisi in cōmodū tuū, neq; aufert quod tuū est. Ipse enī tibi mutuo dedit, ut quoad sibi uisum est fruaris. Dominus dedit, dominus abstulit, inquit. D. Iob. Sit ergo nomē domini benedictū. Benedicam igit dominū (inqt) in oī tēpore, id quod iustissimū est, quia beneficijs nos afficit perpetuo.

Iob.1.

Et semper laus eius in ore meo.

Idem repetit alijs uerbis, ut uehemētius admoneat, uel benedictionis modū explicat. Neq; aliud hoc ē, q̄ quod ait apost. Vt dei semp memores simus, i eius gloriā oīa faciamus &c. Vehementer admonet, ut oī tpe soliciti simus in agendis gratijs, in denunciandis beneficijs dei apud alios, in memoria noīs illius, abhorrentes ab his quæ phibet, aßidueq; uersari in charitate, et innocētia. Sic laudat deus a pijs. Has laudes agnoscit. Hoc est corde credere, ore confiteri, & opere pficere. Tam ardet in amore dei noster propheta, ut uerborū omnique poßit uehemētia, omnes doceat suo exēplo laudare deū semper, ut uicißim a deo laudentur, qui suos laudat, hoc est, illis benignus est, illis fauet, atq; benefacit omnibus, timentibus, & uere agnoscentibus eum. Ab alio nemine laudem (inquit) quæram. Nam

1.Cori.10.

Laudes deo dignæ.

Quomodo laudamur a deo?

In domino laudabitur anima mea.

Nolo cuiusq̄ hoīs laudē, nisi ī domino laudet. Nolo laudari nisi a laude digno uiro. Cupio de bonitate laudari. Nolo ut aīa mea laudetur apud se, hoc est, laudet se, uel delectet se, nisi in domino. Nolo gliari, nisi in domino, ut monet apost. Eius uita laudat in domino, qui alijs uitæ innocentia, bono est exemplo. A b oībus pijs laudabitur, nō quia diues, quia potens est, sed quod iustus, et rectus corde, et opere, quia omnibus pro facultate benignus est, et misericors, & mansuetus. Hos enim solus docet uerbū dei, quia in ore superbi, & peccatoris, non est speciosa laus. Hinc adiecit.

Laudari in domino.

1.Corin.1.

Eccles.15.

Audiant mansueti & lætentur.

Audiant, discāt, et fidē habeāt, huic doctrinę, et lęteni mansueti, et mites, ut deū digne laudent, non inuiti, sed hilariter & læti, non sibi timeāt, quia deū semp habent, qui respicit eos, ut in psal. supiore pximo. Illis quidē solis dat deus gratiā. Illi soli, bonæ doctrinæ capaces sunt. Discite (inqt Christus) a me, quia mitis sum, et humilis corde. In maleuolā quidē animā, non intrabit sapientia. Hinc ad eos.

Iaco.4. Deū laudare nemo potest nisi mitis. Sap.1.

Magnificate dominum mecum.

Meo (inquit) exemplo, et mecū, magnificate, et glorificate deū, eum super oīa diligite, eius bonitatē denūciate, &c. et soliciti una uoce.

Exaltemus nomē eius in idipsum.

Simul (inquit) tuto conatu oēs, et oī spūs feruore cōtendamus, ut nomē dei exaltemus, & magnificemus, et dilatemus. Exultate dei nomen, qui alios, absolutā eius potestatē, immensam maiestatē, ineffabilē bonitatē, incompræhensibilē uirtutē, singularē benignitatē, et facilitatē erga oēs inuocātes eū in ueritate, docet & denunciat. Sic magnificatur, & exaltatur, et nomen, & fama, et glia dei, quia per hāc doctrinā, maiestatē dei et cognoscunt, & agnoscūt plures. Dic in psal. 29. Discite igit, meo (inqt) exemplo, ut mecū dicere poßitis.

Exaltar nomē

Et exquisiui dnm, & exaudiuit me.

Supplex, et solicite īuocaui auxiliū (inqt) a domino oraui, ut ī neceßitate succurreret, et exaudiuit me, quia magnificaui eū, &c. Quid sit deū quęrere, dic ī psal. 9. Me (inqt) exaudiuit.

Psal.9.

Et ex oībus tribulationibus meis, eripuit me.

Ex oī angustia, ex oī timore, et pauore, qbus tribulabar, eripuit me, opē tulit, et liberauit me ab imminenti periculo, de manibus inimicorū, sic eripit deus uere credentes. Meo igitur exemplo, omnes (inquit) qui mansueti estis, magnificate dominū mecum, & certa fiducia in neceßitate.

Accedite ad eum, & illuminamini.

Est enī benignus, et misericors deus, et paratus inuocantibus eū in ueritate. Exqrite ergo eū, solicite inuocate eū, firma spe impetrandi, estote

estote illi quantum poteritis, & simillimi, & proximi, et eo ipso illuminamini. Eo enim accessu, filij lucis effecti estis, nihil deest uobis ad fœlicitatem, a filijs tenebrarũ tuti estis, a portis inferi &c. Est enĩ lux uera: Sic splendet lucerna dei, super capita nostra, ut ait D. Iob. Si igitur ad eum recte accesseritis, de tenebris, de piculis, uel animi, uel corporis, uos eripiet. Et ad lumen eius ambulabitis in tenebris, ut ait Iob in priore loco. Currite ergo, et sic ad deum confluite, ut digni sitis, qui ab illo illuminamini, per gratiã auxilij sui.

Ad deum accedere & illuminari.

Iob. 29.

Et facies uestræ non confundentur.

Quia nõ frustrabimini eius auxilio. Confundentur igit inimici, a quibus uos eripiet, nos autẽ liberati, exultabitis. Sic orabãt tres pueri. Ne cõfundas nos, &c. Facies (inqt) uestræ non confundentur, nõ rubore afficiemini, non pudore, quẽ uultus, & facies detegit, sed tuti eritis, & fortes, & alacres per spem certam, ut omnia sustineatis. Pudore afficeretur pius uir, si ad dominũ accedens auxilij gratia frustraretur, auxilio nõ iuuaretur. Sed noli (inquit) desperare, esto certus, quia dominus auxilium feret in tempore. Nam et

Daniel. 3.

Iste pauper clamauit, & dñs exaudiuit eũ, & ex oĩbus tribulatiõibus eius saluauit eũ. Vel semetipsum intelligit, cũ dicat iste pauper, uel mansuetos oẽs, qui sunt pauperes spũ. Non ergo superbe, nõ arrogãter, sibi quicq̃ uendicat, sed more illius publicani, uix ausus uultũ suũ ad deũ attollere. Iste (inqt) pauper, iste miser hõ, qui nihil meritus est, clamauit, ppitius esto, etc. et dignatus est dominus exaudire eũ. Ego enĩ accessi paup, et humilis, & exaudiuit, & saluauit me. Qui ergo nõ humilis est, nõ miser apud se, nõ abdicans seipsum, nõ pauper spũ, ad deũ accedere non põt. Supbis enĩ resistit. Subditi igiĩ estote deo (inqt. D. Iaco.) et resistite diabolo, et fugiet a uobis. Emũdate manus pctõres, et purificate corda, duplices aĩo. Miseri estote, et lugete, &c. Hunc locũ uidetur explanare. Et

Arrogantiã fuge.

Luc. 18.

Dign⁹ qui ad deum accedat.

Iaco. 4.

Quos exaudit de⁹.

qui sic ad dominũ accedũt, exaudienĩ haud dubie, et deus saluabit eos, ut docet hic ppheta. Suos enĩ ministros habet deus, qui ĩ pauperũ tutelã uigilãt. Vt aĩt suos paupes saluet deus.

Immittet angelus domini, in circuitu timentiũ eum & eripiet eos.

Magis pspicue, sic uertit hunc locũ ex hebræo Hiero. Circũdat angelus domini ĩ gyro timẽtes eum, & eruet eos. Felinus uero sic uertit. Angeli castra, circũ timentes dominũ ponũt. Sensum obscuræ literæ nostræ aperiũt. Sic ergo literã nostrã explanemus. Angelus, iussu domini, ĩmittet, interponet, ppugnaculũ, inter pios uiros, et eorũ inimicos, et in circuitu oĩm timentiũ deũ, et spem habentiũ in eo, uelut muro pios cinget, et certo certius eripiet eos sic angustiatos per angelũ suũ benignus deus, neq; hostes ut cupiunt nocebunt. Angelorũ itaq; auxilia, sepẽ, qua cingit uinea, interpretatur Hiero. apud Math. 21. Equi quoq; dei, exercitus dei, uocantur angeli. Hiero. lege in cap. 3. in pphetã Abacuc. Sic Syriæ rex, sonitũ curruum, & equorũ, et plurimi exercitus audierat. Sic angelos dei, castra appellat Iacob. Hic uero de immissione bonorũ angelorũ loquimur. Talẽ angelum misit deus, qui filios israel præcederet, & custodiret eos &c. De his frequens est memoria in sacris literis. In alio quidẽ psalmo, de malorũ angelorũ immissione, qui a deo mittunĩ, ut iuste uindicent, docet. Misit (inqt) in eos irã indignationis, &c. immissionẽ per angelos malos. Sicut ergo angelos suos bonos emittit deus, ut suis opẽ ferãt, ita et patitur, ut angeli mali, suã potestatẽ et uoluntatẽ exerceant, suumq; diuinũ iudiciũ exequanĩ, ut in psal. sequẽti. In exercitu cœli, sunt et boni et mali ãgeli, boni a dextris sunt, qui deo concordes adiuuant, mali a sinistris, suæ maliciæ seruientes, obtemperant. Lege cap. 18. 2. Paral. Sic adfuit inter filios dei sathan, ut docet historia Iob. Bonũ genium, & malũ genium, omnẽ hominẽ habere, putabat antiquitas. Neq; ab illa abhorrere uidetur, ecclesiasticorũ scriptorũ sentẽtia, ut unicuiq; sit

Angelorũ ministeria

4. Reg. 7.

Genes. 22.

Exod. 23, & 22.

Psal. 77.

Angeli boni & mali.

Iob. 1.

ff 3. bonus,

bonus, & malus angelus. Hinc nuncij dei appellantur angeli, suapte significatione. Neq; ullus est, qui nõ habet angelũ aiæ suæ custodẽ, inquit Hiero. in Math. cap. 18. Id quod ex illo loco aperte probari uidetur. Angeli (inquit) eorũ, semp uident faciẽ patris &c. Hinc orationes nostras ad deũ deferũt, inquit Tobias. Diximus in psal. 17. Et custos, et comes angelus dei est, inquit Hiero. in Epist. ad Eustochiũ, quæ incipit. Si cuncta &c. to. 1. fol. 80. Sic enim angeli sunt, iussu benigni dei administratorij spũs, ut ait apost. et nobis seruiũt. Immittet itaq; angelus domini ĩ circuitu &c. Quare uos omnes (inquit) qui uultis, aut cupitis esse pij, & iusti, & frui auxilio dei.

Tobiæ. 3. & 5. Psal. 17. Angeli hominũ custodes. Hebr. 1.

Gustate & uidete, quoniã suauis est dominus. Nolite (inquit) frigide uerbis meis fidẽ habere, sed si mala, si aduersa irruerint, uos prorsus dei bonitati cõmittite, in eo solo, spem oẽm ponite, interim fortiter sustinete, et eo modo gustate, experientia pbate suauitatẽ bonitatis dei tandẽ, quia certo certius auxiliũ ĩ tempore feret. Mire alios ad dei agnitionẽ inuitat in hoc psalmo. Audiant (inquit) mansueti, magnificate dominũ. Accedite ad eum, gustate &c. Et uidete (inquit) postq̃ gustaueritis, animo considerate, et certo certius intelligetis, quoniam suauis est dominus per miãm, erga oẽs in eũ credẽtes, quos ab oĩ angustia, ab oĩ amaritudine, haud dubie liberabit, id quod uos faciet crescere in salutẽ, si bene gustetis &c. inqt. D. Petr. Quãobrem.

Gustare in domino.

1. Petr. 2.

Beatus uir, qui sperat in eo. Quia tutus & securus est ab oĩ graui periculo. Hic est enĩ suauis gustus de deo, habere certã scilicet fidem, & indubitatã spem in auxilio dei. Hoc diuinũ robur, docuerat Heliseus, doctus a spũsancto, cũ syrie rex tam ualidũ exercitũ immitteret, qui eum occideret, neq; spes esset refugij. Noli (inquit ad ministrũ) timere, plures enim nobiscum sunt, quam cũ illis. Iterum igitur atq; iterum, omnes admonet.

4. Reg. 6.

Timete dominũ oẽs sancti eius. Agnoscite, diligite, & tum quidem in eo solo sperate oẽs sancti, oẽs fideles, oẽs mãsueti, et mites. Timere deũ debemus, et sperare. Spes amorẽ indicat. Nemo enĩ in deo sperare potest, nisi qui amat deũ, quem diligere tenemur ex toto corde &c. Qui sic amat atq; timet, certæ spei per certã fidem, suauẽ habet priorem gustum. Vt autem speremus, sequitur promißio uerbi dei, cui certã fidem adhibeamus. Dominum (inquit) timete.

Sancti.

Quoniam non est inopia timẽtibus eũ. Auxilio aut necessario, aut utili non egent, qui in deo sperant. Qui autem in deo spem suam non ponunt, quantũcunq; aut superbi, aut potentes, aut diuites uideantur, & consilij, & auxilij inopia, haud dubie laborabunt. Nam illi (inquit)

Inopia, absq; deo.

Diuites eguerunt & esurierunt. Diuites, superbi, huius sc̃li potẽtes, prioribus mansuetis inimici, cũ urgerentur neceßitate, spem habentes in curribus, & equis suis, (ut diximus in superiore psal. proximo) eguerũt auxilio, et esurientes, eos nõ aluit deus in fame, ut ibi quoq; diximus. Eguerũt gratia dei, esurierũt fidei, et iusticiæ fame, et inopia, quia sperabant in diuitijs. Non erant mites et mansueti, sed fidentes in diuitijs suis, ut ait Marc. Gigãtes erãt, ut in psal. superiore pxĩo, &c. qui in multitudine uirtutis suæ nõ saluant. Mites igit et mãsueti, Christũ benigne inuitantẽ audiamus. Venite (inqt) ad me, et ego reficiã uos, &c. Sic diuites eguerũt, et semp egent.

Egestas non sperantiũ in dño.

Math. 11.

Inquirentes autẽ dominũ non minuentur omni bono. Deũ uere inquirunt, qui eum per fidẽ agnoscũt, uoluntatemq; suã in uerbo eius perscrutantur, ut eam faciant, in eo spem omnẽ habent, illi se totos cõmittunt, ab alio nullo aut auxiliũ petũt, aut quouismodo sperant. Hi sunt, qui nõ minuentur oĩ bono, non deerit illis omne bonũ, uertit Hiero. perspicue, quia pauperes spũ sunt, non autẽ diuites & superbi. Quod ait, omne bonum, noli aut diuitias, aut huius sc̃li honores, aut po-

Inquirẽtes deum.

Vere bonum.

aut potentias, aut uoluptates somniare, sed quicquid uere bonũ est, quicquid ad tuã salutẽ utilissimũ est, id impetrabis, q̃uis aliud longe sit, q̃ forte aut optes, aut uelis. Quærite ergo regnũ dei, (inquit Christus) hoc est, quærite deum, ut uoluntatem eius faciatis, illi uos cõmittite, et hęc oĩa adjicientur. Quod si diuitias, si honores acceperis, noli diuitijs, aut honoribus cor apponere, sed datori, in omni humilitate gratias agito, utq; memineris non te dominũ earũ rerũ constitutũ, sed dispensatorem. Hæc est uera doctrina dei, quã ut oẽs accipiant, et solicite discant ab eo, nũc oẽs qui cupiũt esse ex filijs dei, in persona dei, uocat, et inuitat ꝓpheta. Prius (inqt) uos admonui ad timorẽ dei. Nunc autem ne ignoretis.

Math.6.

Diuitiis ne insolescas.

Venite filii audite me, timorẽ domini docebo uos. Inuitat (inq̃) oẽs, ut audiant, & obsequentur, audiant corde, & fide. Docebo (inqt) uos, timorẽ domini, hoc est, rectum cultũ dei, mores, qui deo placent. Filios oẽs uocat, qui uolunt esse filij. Sic indulgens pater, filios per prophetã docet. Cupit ut filij sint, quia oẽs uult saluos fieri. Indicat ergo filialem esse timorem, quem uult, & exigit deus, quia uocat amice, & benigne inuitat, non sua, sed nostra causa. Hic timor domini, nihil habet amaritudinis, sed suauitatis plurimũ, quia non ad seruitutem cogit, sed libertatem offert, non carceres minatur, nisi timorem respuamus, sed dies bonos, ut e uestigio sequitur, æternãq; beatitudinem. Hic est dei, qui est uere bonus, non hominum timor. Hic est, qui uult omnes saluos fieri, qui non uult mortem peccatoris &c. Hinc tam amice, tam benigne, tam paterne inuitat. Venite (inquit) uos filij, uos mansueti & mites, timorem domini docebo uos. Dei timor, est ipsa uera sapientia, quæ uitam præstat. Prius fidem, nunc uitæ innocentiam, & bona opera docet. Vt hoc uero doceat, sic interrogat propheta, ut qui nolit æternam mortem, ab eo uitam discat.

Timor domini.

Filialis timor.

Dei timor

Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos? Veniat ille, & audiat, & discat quisquis est. Neminẽ esse puto, qui nõ se dicat uehementer cupere. Quis uitã, & in hoc sęculo, & in futuro non cupit? De utrãq; uita, & utriusq; uitæ delitijs, seu potius uirtute, eximie docet August. super Ioan. tractat.124. to.9. Hanc uitam nunc paucis explanat, uidere scilicet dies bonos, dies quietos, dies securos, quos uidere in hoc sæculo nullis alijs datur, nisi illis, qui certa fide bonitatis dei, in ea spem omnẽ ponũt, sua quacũq; sorte contenti, et constanter quæ huius mũdi aduersa sunt, per gratiã sustinent. Est enim ualde timendũ, ne huius sæculi nimię fœlicitati respondeatur. Fili, recordare, quia recepisti bona &c. Gaudeamus itaq;, uel in tribulationibus, modo nõ patiamur, pro male factis nostris, ut ait Petr. Vitã uere bonã in hoc sæculo, innocentiã recte appellamus. Innocentẽ intelligo, qui est mũdo corde per fidem, et purus manibus per innocentiã, et operationẽ. Hic accipiet benedictionẽ, et miam a domĩo. Hic est qui loquitur ueritatẽ in corde, qui non se conformat huic sclo, ut ait apost. Hinc ait. Si uis (inquit) uitam bonam.

Vita bona in hoc sęculo.

Luc.16.

Innocens.

Psal.23.

Psal.14.

Rhom.12.

Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Hæc facias necesse est, si hos dies bonos uelis. Cur a lingua potius, quàm a corde & cogitatione incipit? Quia cordis nuntius, est lingua, quia stultus fatua loquitur. Neq; exeunt malę cogitationes, nisi per linguam. Os (inquit) loquitur ex abundãtia cordis. Mors enim in manibus linguæ. Qui ergo custodit linguam, custodit animã, inquit sap. Cultus enim iusticiæ, silentium. Qui ergo monet ne lingua peccemus, simul prohibet, ne male cogitemus. De lingua dic in psalmo.11.&.14. Prohibe (inquit) linguam tuam a malo, a scurrilitate, a turpiloquio, ut monet apost. et cum primis caue labia tua, ne loquantur dolum, aduersus ueritatem, uel in deum falsa doctrina

Esai.35.

Prouer.2.

Linguã a malo prohibere.

Psal.

bonus, & malus angelus. Hinc nuncij dei appellantur angeli, suapte significatione. Neq; ullus est, qui nō habet angelū aīę suę custodē, inquit Hiero. in Math. cap. 18. Id quod ex illo loco aperte probari uidetur. Angeli (inquit) eorū, semp uident faciē patris &c. Hinc orationes nostras ad deū deferūt, inquit Tobias. Diximus in psal. 17. Et custos, et comes angelus dei est, inquit Hiero. in Epist. ad Eustochiū, quæ incipit. Si cuncta &c. to. 1. fol. 80. Sic enim angeli sunt, iussu benigni dei administratorij spūs, ut ait apost. et nobis seruiūt. Immittet itaq; angelus domini ī circuitu &c. Quare uos omnes (inquit) qui uultis, aut cupitis esse pij, & iusti, & frui auxilio dei.

Tobiæ. 3. & 5. Psal. 17. Angeli hominū custodes.

Hebr. 1.

Gustate & uidete, quoniā suauis est dominus. Nolite (inquit) frigide uerbis meis fidē habere, sed si mala, si aduersa irruerint, uos prorsus dei bonitati cōmittite, in eo solo, spem oēm ponite, interim fortiter sustinete, et eo modo gustate, experientia pbate suauitatē bonitatis dei tandē, quia certo certius auxiliū ī tempore feret. Mire alios ad dei agnitionē inuitat in hoc psalmo. Audiant (inquit) mansueti, magnificate dominū. Accedite ad eum, gustate &c. Et uidete (inquit) postq̄ gustaueritis, animo considerate, et certo certius intelligetis, quoniam suauis est dominus per mīam, erga oēs in eū credētes, quos ab oī angustia, ab oī amaritudine, haud dubie liberabit, id quod uos faciet crescere in salutē, si bene gustetis &c. inqt. D. Petr. Quaobrem.

Gustare in domino.

1. Petr. 2.

Beatus uir, qui sperat in eo. Quia tutus & securus est ab oī graui periculo. Hic est enī suauis gustus de deo, habere certā scilicet fidem, & indubitatā spem in auxilio dei. Hoc diuinū robur, docuerat Heliseus, doctus a spūsancto, cū Syrie rex tam ualidū exercitū immitteret, qui eum occideret, neq; spes esset refugij. Noli (inquit ad ministrū) timere, plures enim nobiscum sunt, quàm cū illis. Iterum igitur atq; iterum, omnes admonet.

4. Reg. 6.

Timete dominū oēs sancti eius. Agnoscite, diligite, & tum quidem in eo solo sperate oēs sancti, oēs fideles, oēs mãsueti, et mites. Timere deū debemus, et sperare. Spes amorē indicat. Nemo enī in deo sperare potest, nisi qui amat deū, quem diligere tenemur ex toto corde &c. Qui sic amat atq; timet, certæ spei per certā fidem, suauē habet priorem gustum. Vt autem speremus, sequitur promißio uerbi dei, cui certā fidem adhibeamus. Dominum (inquit) timete.

Sancti.

Quoniam non est inopia timētibus eū. Auxilio aut necessario, aut utili non egent, qui in deo sperant. Qui autem in deo spem suam non ponunt, quantūcunq; aut superbi, aut potentes, aut diuites uideantur, & consilij, & auxilij inopia, haud dubie laborabunt. Nam illi (inquit)

Inopia, absq; deo.

Diuites eguerunt & esurierunt. Diuites, superbi, huius sclī potētes, prioribus mansuetis inimici, cū urgerentur neceßitate, spem habentes in curribus, & equis suis, (ut diximus in superiore psal. proximo) eguerūt auxilio, et esurientes, eos nō aluit deus in fame, ut ibi quoq; diximus. Eguerūt gratia dei, esurierūt fidei, et iusticiæ fame, et inopia, quia sperabant in diuitijs. Non erant mites et mansueti, sed fidentes in diuitijs suis, ut ait Marc. Gigātes erāt, ut in psal. superiore pxīo, &c. qui in multitudine uirtutis suę nō saluant. Mites igif et mãsueti, Christū benigne inuitantē audiamus. Venite (inqt) ad me, et ego reficiā uos, &c. Sic diuites eguerūt, et semp egent.

Egestas non sperantiū in dño.

Math. 11.

Inquirentes autē dominū non minuentur omni bono. Deū uere inquirunt, qui eum per fidē agnoscūt, uoluntatemq; suā in uerbo eius perscrutantur, ut eam faciant, in eo spem omnē habent, illi se totos cōmittunt, ab alio nullo aut auxiliū petūt, aut quouismodo sperant. Hi sunt, qui nō minuentur oī bono, non deerit illis omne bonū, uertit Hiero. perspicue, quia pauperes spū sunt, non autē diuites & superbi. Quod ait, omne bonum, noli aut diuitias, aut huius sclī honores, aut po-

Inquirente deum.

Vere bonum.

aut potentias, aut uoluptates somniare, sed quicquid uere bonũ est, quicquid ad tuã salutẽ utilißimũ est, id impetrabis, quis aliud longe sit, q̃ forte aut optes, aut uelis. Quærite ergo regnũ dei, (inquit Christus) hoc est, quærite deum, ut uoluntatem eius faciatis, illi uos cõmittite, et hæc oĩa adijcientur. Quod si diuitias, si honores acceperis, noli diuitijs, aut honoribus cor apponere, sed datori, in omni humilitate gratias agito, utq; memineris non te dominũ earũ rerũ constitutũ, sed dispensatorem. Hæc est uera doctrina dei, quã ut oẽs accipiant, et solicite discant ab eo, nũc oẽs qui cupiũt esse ex filijs dei, in persona dei, uocat, et inuitat ꝓpheta. Prius (inqt) uos admonui ad timorẽ dei. Nunc autem ne ignoretis.

Math. 6.

Diuitijs ne insolescas.

Venite filii audite me, timorẽ domini docebo uos. Inuitat (inq̃) oẽs, ut audiant, & obsequentur, audiant corde, & fide. Docebo (inqt) uos, timorẽ domini, hoc est, rectum cultũ dei, mores, qui deo placent. Filios oẽs uocat, qui uolunt esse filij. Sic indulgens pater, filios per prophetã docet. Cupit ut filij sint, quia oẽs uult saluos fieri. Indicat ergo filialem esse timorem, quem uult, & exigit deus, quia uocat amice, & benigne inuitat, non sua, sed nostra causa. Hic timor domini, nihil habet amaritudinis, sed suauitatis plurimũ, quia non ad seruitutem cogit, sed libertatem offert, non carceres minatur, nisi timorem respuamus, sed dies bonos, ut euestigio sequitur, æternamq; beatitudinem. Hic est dei, qui est uere bonus, non hominum timor. Hic est, qui uult omnes saluos fieri, qui non uult mortem peccatoris &c. Hinc tam amice, tam benigne, tam paterne inuitat. Venite (inquit) uos filij, uos mansueti & mites, timorem domini docebo uos. Dei timor, est ipsa uera sapientia, quæ uitam præstat. Prius fidem, nunc uitæ innocentiam, & bona opera docet. Vt hoc uero doceat, sic interrogat propheta, ut qui nolit æternam mortem, ab eo uitam discat.

Timor domini.

Filialis timor.

Dei timor

Quis est homo qui uult uitam, & diligit dies uidere bonos? Veniat ille, & audiat, & discat quisquis est. Neminẽ esse puto, qui nõ se dicat uehementer cupere. Quis uitã, & in hoc sęculo, & in futuro non cupit? De utraq; uita, & utriusq; uitæ delitijs, seu potius uirtute, eximie docet August. super Ioan. tractat. 124. to. 9. Hanc uitam nunc paucis explanat, uidere scilicet dies bonos, dies quietos, dies securos, quos uidere in hoc sæculo nullis alijs datur, nisi illis, qui certa fide bonitatis dei, in ea spem omnẽ ponũt, sua quacũq; sorte contenti, et constanter quæ huius mũdi aduersa sunt, per gratiã sustinent. Est enim ualde timendũ, ne huius sæculi nimię fœlicitati respondeatur. Fili, recordare, quia recepisti bona &c. Gaudeamus itaq;, uel in tribulationibus, modo nõ patiamur, pro male factis nostris, ut ait Petr. Vitã uere bonã in hoc sæculo, innocentiã recte appellamus. Innocentẽ intelligo, qui est mũdo corde per fidem, et purus manibus per innocentiã, et operationẽ. Hic accipiet benedictionẽ, et mĩam a domĩo. Hic est qui loquitur ueritatẽ in corde, qui non se conformat huic sc̃lo, ut ait apost. Hinc ait. Si uis (inquit) uitam bonam.

Vita bona in hoc sęculo.

Luc. 16.

Innocens.

Psal. 23.

Psal. 14.

Rhom. 12.

Prohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Hæc facias necesse est, si hos dies bonos uelis. Cur a lingua potius, quàm a corde & cogitatione incipit? Quia cordis nuntius, est lingua, quia stultus fatua loquitur. Neq; exeunt malę cogitationes, nisi per linguam. Os (inquit) loquitur ex abundãtia cordis. Mors enim in manibus linguæ. Qui ergo custodit linguam, custodit animã, inquit sap. Cultus enim iusticiæ, silentium. Qui ergo monet ne lingua peccemus, simul prohibet, ne male cogitemus. De lingua dic in psalmo. 11. & 14. Prohibe (inquit) linguam tuam a malo, a scurrilitate, a turpiloquio, ut monet apost. et cum primis caue labia tua, ne loquantur dolum, aduersus ueritatem, uel in deum. falsa doctrina

Esai. 35.

Prouer. 2.

Linguã a malo ꝓhibere.

Psal.

doctrina, uel in proximũ aut detractione, aut fraude. Qui sic potens est cohibere, & domare linguã (inquit. D. Iaco.) facile totũ reliquũ corpus circũducere quo uelit, põt. Neq; cor prauũ habere potest, cui tam recta lingua est. Sicut ergo ĩ corde, in uerbis, in lingua, et pudicitia, et castitas, & oĩs continẽtia exigit a christiano uiro, ita & in factis. Hinc ait.

Iacobi. 3.

Declina a malo, & fac bonum.

Declinare a malo.

Perfectæ quidem doctrinæ prima pars est, ad uitæ innocentiã, declinare scilʒ a malo, occasiones fugere, abhorrere a turpitudine. Innocentiæ uehementissima ppugnacula hęc sunt. Diximus in psal. 1. & 17. A malo bene declinamus, (cũ nemo sine pctõ uiuat) quãdo uiribus nostris diffidentes, ad mĩam dei confugimus, studiosi ut mala fugiamus. Et si aliquãdo inciderimus et serio, et celeriter pœniteamus. Enitamur quoq; oportet, tã ut fugiamus pcti turpitudinẽ, qua irritamus deũ, q̃ ut bonũ operemur, pro oblata occasione, secundũ uoluntatem dei, quã ex uerbo eius discimus. Paucissimis uerbis, maxima, uel potius oĩa docet, quę ad humanam iusticiam spectant. Mala frustra fugimus, nisi pro occasione bona faciamus. Alterũ est prohibitiuum, alterũ imperatiuum pręceptũ. Non sufficit uitare culpam, nisi addamus obedientiã. Hoc est uere timere deũ, quod est initiũ sapientiæ, sic meditari in lege dei, ut ea quæ præcipit facere studeamus, & quæ prohibet, solicite fugiamus. Hęc ut probe (inquit) facias.

Psal. 1. & 17.

Fac bonũ.

Inquire pacẽ, & persequere eam.

Vere pacẽ inquirit, & inuestigat, qui deũ requirit in uerbo eius, cui fidem habeat. Quis deũ requirit, & pauloante diximus, & in psalmo. 13. Pacẽ erga deũ inquirit, qui certa fide in deum, solicitus est, ut ei gratus esse poßit, quia uoluntatẽ eius seruare studet, siue in uitã siue in mortẽ, ut ait apost. Pacem uero inquirere erga proximũ est, charitatem seruare, ut scilʒ unanimes simus, compatientes, &c. quæ docet Petr. Pacem sequimini cũ oĩbus (inquit apost.) et sanctimoniã, sine qua nemo uidebit deũ. Hanc (inqt) pacẽ, et inquire et psequere. Non enĩ esse põt utile quod ĩceperis, nisi psequaris, et nisi ad finẽ usq; pseueraueris. Quãdiu hic uiuimus, pacẽ inquirimus, et fugit a nobis. Inquirimus (inq̃) hoc est, solicite hic laborantes, tandẽ reperire, et frui cupimus, in futuro sclo. Addit itaq; ut eã persequamur, quia laborãdũ est semp, cũ sit militia hoĩs tota hęc uita, securitas autẽ in futura. Sic Christũ per fidẽ inqrimus, et p imitationẽ obediẽtes psequimur. Quàm uero sit sanum, et utilißimũ hoc consiliũ docet propheta, per unius beneficiũ, et alterius periculũ, damnũ, & interitum. De illis, qui hanc pacem inquirunt, non est quod sibi (inquit) timeant. Nam

Psal. 13.

Philipp. 1.

1. Petr. 3.

Hebr. 12.

Math. 10.

Pacẽ inquirere, & psequi.

Oculi dñi sup iustos, & aures eius ad preces eorũ.

Suos respicit benigno oculo, apud quos præsens est semp, ut preces eorũ exaudiat, ut illis ĩ tpe succurrat. Hĩc ait, aures eius ad preces eorũ, faciles, et benignę, et paratę sunt. Paratę (inqt) sunt aures dei ad preces nostras, nõ tamẽ ut quę ĩ hoc sclo nõnunq̃ petimus, ĩpetremus, sed quę utiliora nobis sunt, ut tribuat. Petitis (inqt. D. Iaco.) et nõ accipitis, eo quod male petatis, &c. Neq; nõ et ualde utilia nobis aliquãdo aduersa sunt. Nam in hoc mũdo (inquit Christus) pręssurã habebimus, plorabimus, et flebimus. Sed tristicia uertetur in gaudiũ. Sint enĩ in hoc mũdo persequutiones oportet, in eos qui pie uolunt uiuere, ut ait apost. Nam mũdus eos habet odio. Iustos hic uocat, qui deũ timent, & eius suauitatẽ gustare optant, pacem eius inquirẽtes, &c. Optemus igitur, ut simus iusti, et oculi domini sint super nos, non tam ut suauiter, & læte in hoc mundo uiuamus, sed in domino, quàm ut gratiã pręstet, qua innocentiam seruemus, conscientiæ pacem habentes, ueram ut uitã, & dies bonos tandẽ adsequamur. Et hi sunt oculi misericordię dei, quibus benigne suos respicit, atq; liberat sæpenumero, ab huius quoq; sæculi angustijs, quas uel propter hominũ peccata infligit, uel suos exercet, rerum huius sæculi aduersitate, ut eius

Iacobi. 4.

Ioan. 16.

2. Timo. 3.

Quid precandum.

Cur infligit deus?

ut eius meminerint magis, & ab huius uitæ fœda suauitate longe fugiant, ne subdutã carnem pctõ, in præcipitiũ trahat carnis delectatio. Hæ sunt benignę dei castigationes, ut sui cõuertãtur, et uiuant. Impios quidẽ alio uultu respicit. Hinc ait. Oculi domini super iustos.

Benigna dei castigatio in suos.

Vultus autẽ dñi sup facientes mala, ut perdat de terra memoriã eorũ.

Sicut enim super iustos oculũ benignũ habet, ita sup faciẽtes mala, sup iniquitatẽ diligẽtes, contra sceleratos et malignos pctõres, terribilẽ habet uultũ, usq; adeo, nisi cõuertantur, et resipiscant, ut perdat de terra memoriã eorũ, ut nusq̃ uideant uitã, aut dies bonos. Ab uno perspicue uertitur. Ira domini super facientes mala. &c. De uultu & facie dei, diximus in psal. 10. Sic deletur eorũ memoria de terra uiuentiũ, qui mali sunt, ut non scribãtur in libro uitæ. Neq; non perdit aliquando malos deus, et uisibiliter, et corporaliter in hac uita, ut sint alijs exemplo uirtutis, et iræ dei in malos. Vere quidẽ impiorũ memoria perditur, et ita deletur de terra, ut quæratur peccatũ illorum, & non inueniatur. Nam qui malignantur, exterminabuntur, & adhuc pusillum, & non erit. Deus etiam hos nescire dicitur. Eos igit̃ inuocantes non exaudit, cũ ab illis auertat faciem suã. Suos autẽ exaudit. Nam et

Vult⁹ dei in malos.

Psal. 9.

Luc. 13.

Clamauerũt iusti, & dñs exaudiuit eos, & ex omibus tribulationibus eorũ, liberauit eos.

Nam aures eius ad preces eorũ, ut supradixit. Iustos tamẽ in hoc mũdo multis aduersis afflictos uidemus, qui aßidua oratione non liberantur. Sed noli timere (inquit. D. Augus.) tantũ fac quod iubet, et si nõ eruet te corporaliter, eruet te spiritualiter. Eruebat deus tres pueros de camino ignis prorsus illęsos, & lætos, non autem innocentes prothomartyres illos, nõ machabęos eruebat. Neq; tamen non eosdem benignos oculos, super utrosq; habebat. Sed alteros, ut inimici confunderentur, liberauit, alteros, ut statim ab inimicis, et oibus tribulationibus liberaret, in uitãq;, et dies bonos collocaret, hinc eripuit. Sic lõge benignius eripuit suos martyres hinc ad ęternã gloriã, cum ab impijs eos interfici pateretur, q̃ si cũ stupendo miraculo, ab impiorũ manibus liberasset. Fidei constantia uicerũt ipsi. Neq; non ab illis, fidei constantißimã soliditatem didicerũt alij. Sic magnificatur deus in sanctis suis, siue in uitam, siue in mortem, ut ait apost. Semper itaq; suos liberat ab afflictionibus, siue per uitam, siue per fœlicißimam mortem. Nullos ergo inimicos timeant iusti. Nam

Aduersitatum patientia.

Eripit in hac vita alios, alios nõ eripit deus.

Martyrũ utilitas.

Philipp. 1.

Iuxta est his, q̃ tribulato sũt corde.

Qui contrito sunt corde, ut ex hebręo uertit. Hic aperte docemur, quos exaudit deus, non pctõres, hoc est, nõ eos qui se adhuc pctis delectant, sed qui contrito sunt corde, & ualde pœnitet eos peccasse, prioreq; uitã innouare constituunt, & quo magis id adsequi poßint, spũs humilitate (ut hic sequit̃) & pręteritorũ cõdonationẽ a deo petũt, et pręsentaneã eius gratiã, tã ut impetrent, quæ modo petũt, q̃ ut eorũ uestigia, posthac dirigat benignitas eius. Pij quoq; oẽs in hoc mũdo, tribulato sunt corde, qui dissolui cupiũt, et esse cũ Christo, ut ait apost. quia de mũdo neutiq̃ gaudẽt, in quo nõ aliud, q̃ pręssurã, q̃ iniqtates ppe uident. Qui uero sic seminãt in lachrimis i hoc mũdo cordis tribulationes, in exultatione metẽt ęternũ gaudiũ, in futuro. Est (inqt) iuxta his, hoc est pręsens ut subueniat, quia de cœlo respicit, et per gratiã suis adest. Hi sunt mites, paupes, et humiles, ad quos respicit deus. Nam

Contrito corde in hoc sæculo qui?

Aegrescerunt hunc mundum, pii.

Et humiles spiritu saluabit.

Hos enim solos, saluabit deus. In hos benigni oculi eius respiciunt. Neq; in alios benignus est. Nam deponit potentes de sede, et exaltat humiles, odioq; habet pctõres. Quo magis te erigis, tanto magis a deo recedis. Quo eris humilior, tanto eris proximior deo. Superbis qdẽ resistit deus, aduersat̃, humilibus dat gratiã. Esto igit̃ humilis, si uis a deo saluari. Neq; desperes, si multis aduersis affligaris. Cũ sint

Qui vult erigi, se humiliet.

Multæ

Multæ tribulationes iustorum.

Hoc est, oĩm qui pie uolunt uiuere in hoc sẽlo (ut ait apost.) multę tẽtationes, multę ꝑsequutiões, m̃lti laquei diaboli, m̃lti externi hostes.

2.Timo.3

Et de oĩbus his liberabit eos dñs.

Vel benigne in hoc sẽlo, ut eos eripiat de faucibus inimicorũ, uel per patientiã, ut pacato aĩo oĩa ferant in domio, uel multo benignius in futuro liberabit, ut paulo ante diximus. Nã

Custodit omnia ossa eorum.

Omnes animi uirtutes, animi fortitudinẽ, patientiã &c. ne deficiant, ne succũbant, et hosti cedant. Custodit oĩa (inquit) ossa deus. Nisi enĩ deus custodierit ciuitatẽ, frustra uigilat, qui custodit eã. Nos infirmi quidẽ sumus, & prorsus ex nobis insufficientes. Vires igiẽ nõ habemus nisi a deo. Ossa in hoc loco, animi cõstantiam, firmã fidẽ, certã in deo spem, internasq; uirtutes intellige. Dic in psal. 6. & 31. Si autem deus custodierit ossa eorum.

Ossa.

Psal.

Vnum ex his non conteretur.

Tam enĩ diligẽter custodit dominus, nõ quędã, sed oĩa ossa seruorũ suorũ, ut unum ex his per inimicos nõ conteratur, sed integrũ manet, ut custodire poßit uias duras, ut in alio psal. Se igiẽ custodiri petit in eodẽ, ut pupillã oculi. Perspicuũ est hunc locũ de oßibus corporis nõ posse intelligi, cũ et conterantur, & distrahantur, et dilanientur sępe iustorũ corpora a tyrannus, & carnificibus, quos tamen sanos, et integros intus custodit deus in aĩo, in spũ, spũsq; robur pręstat, id quod ossa significãt, quo omnẽ inimicoꝝ sęuitiã plane despiciunt. Dominus mihi adiutor, et ego despiciã inimicos meos, inq̃t idẽ. Visi sunt tamen oculis insipientium mori. Illi autem sunt in pace. Corpus dilaniare possunt tyrãni. Iustorũ autem animæ in manu dei sunt. Mors igitur illorum, uita est, & tum quidem incipit habere dies bonos, ut supra in hoc psal. Cæterum

Psal.16.

Psal.117.

Mors peccatorũ pessima. Nam interficit eos malicia, ut uertit Hiero. Non solũ mala, sed peßima est, quia morienẽ perpetuo. Hęc est mors nõ corporis, sed aĩæ, uel potius utriusq; in gehennã ignis. Multi enim iusti, si corporis mortẽ respicias, misere uidenẽ mori. Nã et gladio interficiunẽ, et a bestijs, et uolatilibus deuoranẽ, et mari aut flumine demerguntẽ, et præcipites detriti deijciunẽ, aut subito, aut multis cruciatibus, tãdẽ moriunẽ. Noli igitur ex hoc malã eius mortẽ iudicare. Moriuntur sæpius in domo sua, in lecto suo, inter notos, et amicos, qui sceleratißimi sunt. Neq; tamen nõ peßima est eorũ mors, exẽplo illius diuitis in euãg. Non enĩ uides quod intus est, nõ uides maliciã, quæ eos interficit. Lege August. hic. Pc̃tõres maxime sunt, qui humiles, pios, et iustos odio prosequuntur. Item et qui suis peccatis delectantur, quia eorũ non pœnitet. Hi digni sunt morte peßima, quia prius deum odio habent, teste euangel. Hinc ait.

Non mortis genus respiciendum.

Luc.16.

Pc̃tõres

Ioan.15.

Et qui oderunt iustũ delinquent.

Hũc iustũ, Christũ nõnulli intelligũt, quẽ uere odio habent iudęi, idololatræ, et impij oẽs iustorũ ꝑsequutores. Sed iuxta priorẽ sensum, de his loquiẽ ꝓpheta, qui sunt piorũ inimici, et eos odio habent, & scelerate persequunẽ. Hi non possunt non uehementer delinquere, & mori peßime, et plane desolabũtur, & culpabuntur, ut uertit Hiero. peribit memoria eorum de terra, ut supra in hoc psalmo, quia relicti sunt desyderijs suis, ut ait apost. Delinquant igitur necesse est, & contumelijs afficiant corpora sua. Contra uero de iustis, quia

Redimet dñs aĩas seruorũ suorũ.

Fideles et humiles enim spũ saluabit, et de oĩbus tribulatiõibus liberabit eos, de mala morte eruet, custodiet oĩa ossa eorũ, ut supra ĩ hoc psal. Quod ait, redimet animas eorũ, indicat opus esse auxilio, & redemptione dei, ut saluemur. Parũ sufficiunt uires nostræ, uel longe potius absq; gratia nocent. Prona est enĩ natura in malũ, & non aliud q̃ peccatũ habitat in carne nostra, si relinquamur uiribus nostris. Hanc redemptionẽ, paratãq; gratiam, oĩbus credentibus et reconciliatis attulit benignus Christus, & cotidie pręstat. Horum

itaq;

itaq; seruorū animas redimet,iamq; redemit.
Et non delinquēt omnes qui sperāt in eo. Delicto ad mortē,quia dominus per gratiā non deseret, auxiliū feret, uel ut in tā graue peccatū non incidāt,uel ut cito resipiscant,& fortiores reddantur. Cū enim ceciderit iustus (inquit) non collidetur, quia dominus supponit manū suam. Qui sic natus est ex deo,peccatū nō facit,inquit Ioan. Alij itaq; uertūt. Non peccabūt,non desolabūtur. non condemnabunt,quia sperant in deo, quia eum recte agnoscūt,in eum credūt. Hinc eos facile pœnitet, atq; in gratiā redeunt resipiscētes,iniquitatē non diligūt,sed peccatū odio habent,et licet p imbecillitatē peccent,tristes de peccato, quod in benignū deū cōmiserunt, tribulato sunt corde. Ipsi eteni,et semper dei memores sunt,& mandatorū eius, deū super oīa diligūt. Eos igitur exaudiet facile,eos salabit,&c.ut supra ī hoc psal. Supplices oremus,ut p gratiā,hanc uerā spē,et fidei fructū nobis impetremus,et cōferat dei benignitas, tā ut ab oī pctō fugiamus et bona operemur,q̄ ut ī hac uita pacatos consciē dies habeamus, et in futura,bonorū dierū ęternitatē. Amen.

Psal.36.
Ioan.3.

Psalmus,ipsi Dauid.34.

Presentē psalmū de Christo interpretanī pe pe oēs,q̄uis de quouis uiro iusto,qui inimicorū magna ui, pernitioso dolo,diabolicaq; fraude,plurimū molestatur,æque intelligi pōt,pariter & de Christi ecclia, contra huius sęculi gigantes,et acerrimos persequutores,et malignos hereticos orante,cū primis interpretari cōmode pōt. Sed Christū canimus. Ipsi enī Dauid,ut ī titulo reuelauit spūs sanctus,ut de nostro Dauide Christo apte uaticinaretī. Huc ergo psalmū cecinit ipsi Dauid,hoc est Christo,qui recte Dauid, hoc est,uel manu fortis, uel desiderabilis, uel dilectus interpretaī, qui est,secūdū carnē de semine Dauid. Quis tam manu fortis,q̄ Christus,qui nostrā carnē,mūdū,diabolū,sua diuina potentia uicit. Qui loculū tetigit (ut hic ait August.) et resurrexit mortuus. Qui fregit tartara qui ptātē habet sumendi corpus suū,&c. cui data est oīs potestas etc. Quis tā desiderabilis,q̄ suo aduētu īferni portas fregit,damnatū genus humanū liberauit,cœli portas aperuit,uitā ęternā suis promittit,& pręstat,fidelis est in oībus uerbis suis,deglutiens mortē,ut uitę ęternę efficeremur hęredes,inquit D.Petr. Quis tā dilectus, patris testimonio? Quis tanta dilectione dignus. Sicut ergo huic Dauid cecinit propheta,ita et nos illi toto corde psallamus. Secundū historiam, in Saulē,& illi adhęrentes inimicissimos suos,orauit propheta.

Christus, cur Dauid dicitur.
Ioan.10.
Math.28.
1.Petr.3.
Psal.2.

In summa.

Patrem orat Christus uehemēter,ut eum secundū carnē contra inimicorū sæuitiā saluet, deijciantur hostes et infirmentur,cū sine causa insanirent,Sui exultent in domino,qui potens est eripere eos. Hostiū insolentiā & impiā crudelitatē docet,qui pro bonis,retribuūt mala. Doluit Christus pctā eorū,suis exemplū præbens. Illi autē in malicia gloriantes, magis ac magis insaniūt. Iterū orat,sermonē ad patrē uertens,ut nō uincant aduersarij,qui eum,& suos gratis odio habēt. Dolo,nō minus q̄ ui aggrediūtur aduersarij. Iterū & tertio orat Christus,ut confusione deijciant inimici,& sui lætentur in laudem dei patris.

Explanatio.



Vdica domine nocentes me. Vertit Hiero. Iudica domine aduersarios meos. Qui enim uolens nocet, aduersarius est. Aduersarij Christi,erant Iudæi, & alij multi, ut in psal.2.&.3. Quod ait. Iudica nocentes me, hoc est, meos (inquit Christus) in me credentes. Orauit pro suis. Neq; nō orauit Christus homo, ut in plærisq; prioribus psalmis, ut de Christo homine intelligi quoq; possit. Qui petit nocētes iudicari,haud dubie eos ut digni

sunt

sunt condemnari petit, cũ non habeant, quod respondeant, quo liberentur. Hinc ait. Iudica

Et expugna impugnantes me.

Tu me uindica de illis, qui me, & ueritatem, quã ego (inquit) doceo, expugnare conãtur, quia me, & ueritatẽ quã doceo, & oẽs in me credentes omni conatu impugnãt, eos persequuntur, in eos impetũ faciunt, & ui, & dolo molestant, & insidiantur, ut me, & meos expugnent. Tu igitur eos expugna, uince, profliga, dele, et ueritatẽ defende. Hoc in iudęos potißimum orauit Christus, qui illi aduersati sunt semper. Hoc orandum est ecclesiæ, aut eius cuiuis fideli membro, in hæreticos, qui suis paradoxis, cõmentitia doctrina, priscam, synceramq; ueritatem inuertere student. Vt igitur eos expugnes (inquit) domine pater.

Apprehẽde arma & scutũ, & exurge in adiutoriũ mihi. Cum inceperit metaphorã de bello, et pugna, quæ sine armis non fiunt, arma tribuit deo, ut alios humanos affectus, irã, subsannationẽ &c. item et membra, ut oculos, aures, & id genus alia. Dic in psal. 5. non quod deo opus est, his humanis armis, qui dicit, & facta sunt, quiq; corporalia mẽbra non habet, sed ita est usus sacrarũ literarũ, ut hoiem humanis uerbis doceat. Quod ait. Apprehende arma, et scutũ, non aliud est, q̃ excita absolutã potentiã tuã, qua omnẽ fortitudinẽ pro uoluntate superas. Est eni deus exercituum. Armis uincit hostes, scuto suos tuetur. Hoc est scutum bonæ uoluntatis eius. Gratia dei est, quæ uincit, & defendit. Hinc ait in Cantico Mosi. Videte quod ego sum solus, & nõ sit alius deus pręter me. Ego occidam, & ego uiuere faciã, &c. Item inferius. Si arripuerit iudiciũ manus mea, reddã ultionẽ hostibus &c. Sic habet euaginatũ semper gladiũ in aduersarios. Hęc sunt huius loci arma. Cõfortamini igił in domino (inqt apost.) et in potẽtia uirtutis eius. Arma uero pij uiri sunt contra omnes aduersarios, fides, et certa spes in deo. Cõtra externos uero hostes, charitas erga proximũ arma salutaria ministrat, patiẽtia, muri seu munitę arcis uim habet contra omnia aduersa, ueritas tanq̃ clypeum, oĩa mendacia defendit, recipitq; illæsa. Hæc sunt iusticię nostrę arma, de quibus apost. Admonet quoq;. D. Petr. ut hac cogitatione armemur. Hęc est armatura dei, quã ut accipiamus admonet apostol. ut poßimus resistere in die malo, in oĩbus sumentes scutũ fidei, &c. Arma uero pctõris sunt, infidelitas, malicia, dolosus animus, scelerata mens, membraq; corruptißimę uolũtati inseruiẽtia, ut docet apost. in priore loco, odium in bonos, malignitas in omnes pios. Hinc detractiones, hinc falsę delationes, mẽdacia, accusationes &c. Hęc arma a suo patre diabolo accipiũt. Quibus armis haud dubie, non tam aliũ q̃ seipsum uincit impius, eaq; confringet deus, ut postea sequitur. Orat quidẽ hic Christus homo, in fragili carne constitutus, ut deus pater appręhendat arma & scutum, diuinam suam potentiã contra aduersarios, exurgatq; illi in adiutorium. Appræhende (inquit) arma et

Effunde frameam tuã, & conclude aduersum eos, qui psequuntur me.

Qui petit ut gladiũ, & uires effundat, uehementer petit, ut celeriter in aduersarios, oẽm potentiã, oẽs uires excitet. Hinc prius orat, ut exurgat deus &c. Nunc autẽ. Effunde (inquit) frameam, fortiter educ, et exime gladiũ, ut ab alio uertitur, & conclude aduersum eos qui me persequuntur, hoc est, discerne causam meã, a causa eorũ, & ut digni sunt, iudiciũ fac de illis, uindica me, seu potius meos (inqt Christus) et sic repelle eos, et ut uertit Hiero. pręoccupa ex aduerso, ut quemadmodũ cupiant, nocendi uires non habeant. Sic conclusit deus quinquaginta illos milites, quos contra Heliã miserat Ochosias. Effunde igił aduersum eos frameã (inquit) tuã, extende brachiũ, & potentiã, sint arma tua inter me, et ipsos, quibus me defendas ab illorũ malignitate, & priusq̃ ad me accedant, prodi illis obuiã, qui me persequuntur,

Marginalia: Psal. 5. — Deutero. 32. — Psal. 7. — Ephes 6. — Arma pii viri. — Rhom. 6. — 1. Petr. 4. — Ephes. 6. — Arma impiorum. — 2. Thessalo. — Luc. — 4. Reg. 1. — Prouer. 14.

sequuntur, ut uiam eis intercludas, ne ad me perueniāt, ut uertit Felinus. Sic imbecilles nimiū ex nobis sumus, nisi per gratiā opem ferat deus. Id quod in hoc psalmo, & plærisq; alijs, non solū in euang. sępe suo docet exemplo Christus. Hinc ait. Effunde frameā &c. Et quicquid illi conentur aduersum me, supplex (inquit) rogo, domine pater.

Dic animę meę, salus tua ego sum.

Dei dicere, ut sępe admonuimus, est facere, et adimplere. Dic (inquit) animæ, hoc est, uitæ meę, dic et fac, ut perspiciāt omnes, uere credant, ueręq; ex euentu sentiant, et persuasum habeant semp, te id pmittere, & dicere animę meę. Dic igit mihi. Et si dixeris, si uolueris, iam feceris. Cum ergo sis uere spes mea, uere salus mea, supplex rogo domine, sic adiuua me, sic esto mihi salus, ut

Confundātur & reuereantur quęrētes animā meā. Frequens est in hac petitione noster ppheta, ut confundātur eius inimici, hoc est, pudore afficiātur, suā maliciā, suā iniquitatē agnoscentes, ut per confusionē resipiscāt. Hinc addit, et reuereantur, hoc est, timeāt & dei recordentur. Sic uult apost. qui nō obedit uerbo suo, alij cū illo ne cōmisceantur, ut confundatur, & per peccati agnitionē seipsum intra se pudore afficiat. Vel confundantur, hoc est, frustrentur uolūtate sua impij illi, ne pręualeant, cadantq; illi & uincantur, et reuereantur, timore afficiantur, ne amplius ausint. Sed qui maligni sunt, neq; deum, neq; hominē reuerentur, ut ait euangel. Proximi igitur & animā, et uitā quęrūt. Sic quęrebāt summi sacerdotes, et iudęorū oē conciliū, falsum testimoniū aduersus Iesum, ut eum morti traderēt. Neq; reueriti sunt, nō pœnituit eos, dei nō sunt recordati. Sic non minus solicite, quęrūt heretici contra pios, et fidelia ecclesiæ membra. Ambulans enī recto itinere, despicitur ab eo, qui infami graditur uia, ut ait sap. cum in ore stulti sit uirga superbiæ. Hinc iterum in eos orat.

2. Thessalo. 3.

Luc. 18.

Prouerb. 14.

Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.

Auertātur retrorsum, hoc est, deijciantur, fugentur, cogātur dare terga, ut uertit Felinus, et illis eueniant, quæ mihi minabantur, opprobriū ferant illi, et sic confundantur, uel eos pudeat, uel pereāt, cogitātes mihi mala inferre. Iterū prope idem repetit, at paulo uehementius. Auertanť retrorsum, hoc est, post tergū deijciantur, qui præcedere, & uincere conati sunt, sequantur modo, & uincantur illi, male cogitātes, et inania cōtra Christū meditātes. Atq; ut nulli⁹ aut estimatiōis, aut roboris sint.

Fiant tanq̄ puluis, ante faciē uenti.

Hoc tropo loquendi, et comparādi impios pulueri, usus est in psal. 1. lege ut ibi. Prophetis quidē frequens est. Memoria uestra comparabitur pulueri, inqt Iob. Neq; aliud est, q̄ quod nō sint maioris ualoris, maioris potentiæ aut fortitudinis, q̄ sit puluis contra ualidū uentū, neq; non uilescant apud omnes ut puluis, qui sterilis est, &c. Sunt enim inconstantes, & facile ruentes in oīa mala, in oīa & corporis, & animæ pericula, relicti desiderijs suis. Docet sic fore potius, quàm optat propheta. Fiant (inquit) tanquàm puluis.

Psal. 1.

Iob. 13.

Et angelus domini coartans eos.

Immittatur sup. a deo. Coartatur ille, qui in angustijs, præter spem forte constituitur, & prorsus impeditur, ne quod maxime cupiat, p uoluntate explere possit. Hinc ait. Angelus dei manū apponat, coartans, et refrenās eos, ut inualidas habeant (inquit) uires &c. Angelos dei, huiusmodi ministros esse non semel legitur. Ecce angelus dei, accepta sentētia ab eo, scindet te mediū, inquit Daniel. Misit nos dominus ut pdamus illos, inqunt angeli Loth. Dic in psal. proximo præcedente. Sunt enim administratorij spūs, quos in aduersarios immittit deus, nōnunq̄ uisibiles, magis ut terreantur inimici, uisibiliq; exēplo admoneanť. Alij de malis angelis hunc locū intelligūt, qui dei quoq; angeli sunt, quoties ab eo ut hoīes

Angeli erga hoīes.

Daniel. 13

Genes. 19.

 affligant,

affligant, mittuntur. Sunt enim immißiones per angelos malos, ut ait in alio psal. Clare hoc indicat historia Iob. Per eos enī, et iram, et indignationē suam exercet deus, atq; tribulationē immittit, ut suos ꝓbet, exerceatq;, aduersarios deijciat, qui sunt angeli dei creati ab eo, et obsequētes imperio eius. Sed redeamus ad psalmū. Fiant tanq̄ puluis, instabiles, nullius (inquit) uirtutis, nullarū prorsus uiriū, & mittatur angelus domini coartās eos, qui eos coerceat, illis uires adimat, deturbet. Et

Psal.77.

Fiat uia illorū tenebræ & lubricū.

Tenebræ fiant illis, quocūq; incedant, ut non uideant quo se uertant, ita exagitentur a spū, relinquanturq; desiderijs suis. Huius loci perspicuū sensum, uidetur indicare cap.3. Iob, siue de huius uitæ obscuritate, & tenebris intelligas, siue de futuris tenebris in inferno. Et lubricum fiat illorū (inquit) iter, ut locū non habeant quo consistant, aut ubi tuti, aut securi esse poßint. Et palpabunt quasi in tenebris, et non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios, inquit Iob. Sic erunt instabiles ut puluis. Vndiq; sint eis tenebræ, undiq; lubricitas, undiq; terrores, et horrores, undiq; ĩcerta statio, incertus manendi locus. Hinc, atq; illinc labantur, cadant, aduersis affligantur, quæ futura prospera sperant, inuertantur. Aliā uiā reperire non poßunt, qui fidē Christi impugnant, quia solidū fundamentū (ut ait apost.) derelinquunt. Totū hunc locū paucis explanare uidetur Hieremias. Via (inquit) illorū erit quasi lubricum, in tenebris impellentur enim, &c. Hæc est maledictionis cæcitas, de qua Moses Deutero.28. Hæc est maxima uindicta dei, qua omnis sensus, omnis intellectus tollitur, omnis gratiæ lumen prorsus aufertur, & relinquitur homo desiderijs suis, ut ait apostol. Sic est angelus domini coartans eos. Et

Tenebrosę & lubricę uię peccatorū.

Iob.12.

1.Corin.3.

Hiere.23.

Deute.28.

Rhom.1.

Angelus domini persequens eos.

Perspicue sic uertit Hiero. Angelus domini persequatur eos. Hæc omnia uel prędicit futura impijs, doctus a spiritu sancto, uel optat, non ira cōmotus, propheta, nō amaro animo conturbatus, ut hic ait. D. August. sed iusticia uiciorum puniendorum. Neq; non docet hæc futura impijs, ut ab impietate longe abhorreant, et fugiant homines, qui non sunt prorsus deplorati. De ministerio angelorum, qui hos persequunt paulo ante diximus. Vere suā uim exercuit ĩ iudęos, hæc Christi oratio, qui non modo corrupti moribus, et abominabiles facti sunt, sed etiā ea cæcitate percußi, ut suā iamiam ob oculis internitionē non cernerēt, cum ad mœnia, atq; portas urgeret hostis, intestinū odium neutiq̄ deponerent, ut testatur Iosephus, de bello iudaico. Sic patitur deus crudelē angelum (ut ait sap.) grassari in impios homines, ut eius uindictam exerceant. Vterq; āgelus dei est, et bonus et malus. Dei ĩperio uterq; paret. Dignißimi fuerunt iudęi, quos persequeretur angelus dei. Hinc in eos orat in psal. principio. Iudica nocentes me.

Optat, seu prędicit ꝓpheta, in inimicos.

Psal.13.

Prouerb.17.

Quia gratis absconderūt mihi interitū laquei sui.

Gratis, hoc est, sine causa (inquit) occultabant insidias suas, fraudes struebant, quibus me delerent, impugnantes me gratis. Sic odio Christū gratis habuerunt iudęi. Laqueus eorū erat laqueus interitus, & mortis. Sanguinē sitiebant. Absconderunt laqueos suos, & insidias, quibus occulte Christo interitū pararent. Hinc toties, ut in sermone caperent, Christum accesserunt. Quod ait in interitū laquei sui, uere laqueus hic impiorū erat, quia ut postea sequitur, uenerunt laquei super eos, quos illi non cogitabant, & putantes iustum perdere, cęciderunt illi. Laqueum uocat, omnē speciem insidiarū, et dolorū, quibus inescare, aut decipere studet impius inimicus. Ponunt & similes laqueos quotidie hæretici, & impij homines, contra ecclesiam, & pia eius membra, nullam habentes aliā causam, q̄ quod malicia obcęcati sunt. Sed non præualuerunt inquit, quia

Psal.68. &.19.

Laqueus.

Superuacue exprobrauerūt animā meam.

Rem superuacue facit, uel qui id fatit quod nullam utilitatē adferre potest, uel quod

Rem superuacue facere.

quod conatur, explere non potest, uel qui sine causa rem ita facit, ut non apud oēs improbū esse non possit. Hinc uertit Hiero. Sine causa foderunt foueā animę meę. Sic exprobraverunt, & falsis mendacijs, aīam, hoc est, uitam Christi notabant iudaei. Vini nāq; potatorē, cōmedentē cum publicanis et pctōribus, seditiosum, caesari aduersariū uirū, illum falso incusabant, caeterisq; multis probris, & irrisiōnibus afficiebant, cū nihil inuenirent causae in eo, uel Pilati, impij iudicis testimonio. Foderunt foueas, parabāt insidias, ut animā, et uitam eius deuorarent. Occultis foueis capiunt ferae bestiae. Hinc pro insidijs foueas, ponit sępe scriptura. Sic & Christi ecclesiā, et eius pia membra, quotidie mendacijs, falsis pbris et insidijs afficiunt hęretici. Neq; non manifeste hoc in hęreticis perspicimus, quos nullo modo pudet, ut ea quae uelint promoueant, mendacijs omnia miscere. Id quod nunq̄ aut manifestius, aut impudentius uisum est, q̄ hac nostra dolenda tempestate. In quēcunq; igitur ueritatis aduersarium, sic orat.

Luc. 23.

Audax in mendaciū hęreticus.

Veniat illi laqueus quē ignorat, & captio quam abscondit, appręhendat eum, & cadat inidipsum.

Quisquis enī est, qui ueritati aduersatur, pijs oībus occultos laqueos, & dolos parat, quibus eos circūueniat, & obruat. Aequum est igitur, ut in eodē puniatur quo deliquit. Hinc ait. Veniat illi laqueus quē ignorat, ueniat illi (inquit) calamitas, quā nō futurā suspicatur, ut inopinate capiatur, quē admodū alios capere uoluit, et captio, appręhensio, quā abscōdit contra me, (inquit Christus) appręhendat eū, et simul cū illa apprehensione cadat, praecipitetur, cadat in foueam, quam alteri parauit. Dixi in psal. 7. Hoc proditori Iudae contigit, hoc iudęis omnibus, qui exules a natiuo solo, nusquam, nisi precariū domiciliū habent. Mali et scelerati, nihil minus putant, q̄ quod in eos eueniret malū, quod alijs parāt. Aegre ferendum non est, si a malis, inter quos necessario uiuendum est, membra Christi impetantur,

Mali suo malo pereunt.

postq̄ Christum, & caput sic tractarunt impij homines. Fidamus itaq; deo, qui nos eripiet, & conuertetur dolor in caput ipsorum, id quod hic optat, uel futurū haud dubie praedicit Christus, ore prophetae. Quare sic fidens in deo patre, ut nobis exemplum praebeat, gaudens ait Christus. Psal. 7.

Anima autē mea exultabit in dn̄o.

In eius auxilio sperans saluabor, ab hmōi ingratis, et impijs, in gaudiū uertetur oīs tristicia, quicqd minent ipsi. Exultabit itaq;, et lętabitur anima mea, certa spe auxilij. Sic docet Christus in euang. Gaudete, et exultate &c. Luc. 6.

Et delectabitur in salutari suo.

Delectabitur aīa mea, in salute, & secura ope a deo patre mihi pręstanda, quicquid conētur impij. Hoc ait pro constanti, et certa fiducia, quam habet ī auxilio dei patris, ut nos de hac certa fiducia doceat Christus, summus oīm praeceptor. Prae nimio igitur gaudio ait.

Omnia ossa mea dicēt. Omnes interiores animae uirtutes, & fidei, & spei & scientiae, & intellectus, & fortitudinis, & animi robora dicent ad dominum, cogitabunt, persuasum habebunt, etiam in medio tribulationum, pro auxilij certa fiducia.

Ossa spiritus.

Domine quis similis tibi? Quis tam bonus, tam potens? Erant quoq; Christi ossa non modo apostoli, & discipuli eius, sed ad finem usq; saeculi, omnes in eum credētes, Christi ossa erūt, per fidei robur, & constantiam. Et omnes hi dicent, Domine, quis similis tibi? Tu es etenim deus.

Eripiens inopem de manu fortiorum eius, egenū & pauperem a diripientibus eum. Hęc est bonitas dei, hęc est potētia eius. Nulla uis, nulla potestas ei resistere pōt. Ipse enī solus egenū, et pauperē, hoc est, auxilio destitutū, & humilē, qui in eo spem ponit, a diripientibus eum, a saeuis persequutoribus, a tyrannis, ne uitā, et animā rapiant, liberat. Personę gradū, aut statū non respicit deus. Cuiuis bonus est, modo sit pau

Bonitas dei erga suos.

 per spū,

per spũ, modo sit humilis, in eo solo fidens, illiusq; bonitati se totũ cõmittat. Neq; est, qui de manu sua possit eruere, cũ sit ei alius nullus similis, ut iã paulo ante. Deponit enĩ potẽtes de sede, & exaltat humiles. Huic itaq; Dauid Christo, huic manu forti canitur hic psalmus, ut diximus in titulo, qui sola uoluntate, suos liberat. Quod hic ait, Eripies inopem, &c. Christũ uere indicat, qui oĩ humana ope destitutus est, egenus factus, cũ esset diues, ut ait apost. nec haberet ubi caput reclinaret, mitis et pauper spũ. Hinc oẽs monet. Discite (inqt) a me, quia mitis sum &c. Vehementi et uario quidẽ affectu, scripsit hunc psalmũ propheta. Nũc enĩ memoria bonitatis dei, magna securitate, magnaq; lęticia, afficit. Nunc impiorũ ingratitudine, et malignitate, exasperat, nunq̃ alienus a charitate. Ab unius igit memoria, in alterius mentionẽ se uertit subito, loquens in Christi persona. Sic enim spũ turbari uidetur propheta, quoties de Christi inimicis, et acerbissima persequutione eius, mentionẽ facit, id quod uidere licet, tam hic, q̃ in psal. 21. et plerisq; alijs. Et quod nũc sequit, priori illi loco, supuacue exprobrauerũt animã meã, respondere uidetur. Valde (inquit) urgeor iniquorũ malignitate, qui falsa obijciunt, cupientes populũ decipere & abducere a uera doctrina, et delere nomen meũ. Eaq; causa multi erant.

Vario affectu scripsit.

Psal. 21.

Surgentes testes iniqui. Qui falsis mendacijs cõtra me testabant. Id quod euangelio cõuenit. Et quidã surgentes (inqt Marcus) falsum testimoniũ ferebant aduersus eũ. Simul et impij iudices, et principes sacerdotũ.

Marc. 14.

Quæ ignorabã interrogabãt me. Nihil ignorabat Christus, deo patri æqualis, qui omnia præsciuit, suãq; passionẽ discipulis prędixit, qui est sapiẽtia patris &c. Sed Christus homo ignorabat, quæ illi ab hostibus obijcerentur. Multa quoq; sunt, quę deus nescire dicitur, non quod ignoret quicq̃ sed quod non probet, quod cum eo non cohęreant, quod illi aduersentur, quod falsa sint. Sic nescire dicit peccatores, quos odio habet. Nunq̃ (inquit) noui uos, discedite a me, qui operamini iniquitatẽ. Cum uero interrogatus esset Christus, de his quæ falsi testes dixerunt, summis sacerdotibus nihil respondit (inquit Marcus) quia ignorabat, hoc est, non erant digna responso. Cum ergo rursum interrogarẽt eum, esset ne filius dei benedicti, illico respondit. Ego sum. Apud Pilatũ eum accusabãt, quod gentẽ subuerteret, quod tributum dari cæsari prohiberet. Ignorabat Christus, quia falsa erãt. Hęc fecerunt iudæi contra Christũ, non modo superuacue, frustra, et sine causa, ut supradixit, sed etiã, quod deterrimũ est, pro bonis mala reddiderũt. Orauit enim pro inimicis. Voluit redimere eos. Ad eos maxime uenit. Veritatẽ apud eos solicite docebat. Sed pro his oĩbus, (inquit) illi malicia obcæcati iudæi.

Nescire dei.

Luc. 13.

Retribuebant mihi mala pro bonis, sterilitatem animæ meæ. Lege quę diximus in psal. 2. 3. et. 21. Curare uolebat Christus, illi eum uulnerauerunt, hic saluare, illi perdere, hic uitã dare, illi mortem. Sic pro bonis retribuebãt mala. Et retribuebant (inquit) sterilitatẽ animę meę, quia falsis delationibus, me seditiosum uirũ dixerunt, uini potatorem, inutilem prorsus, pernitiosum uirũ, & peccatorẽ. Hanc sterilitatẽ, & ab oĩ bono fructu, a uitę innocentia alienã esse animã, & uitã meã, falso dixerũt, quando solicitus, eos quotidie uiam salutis docui, uiam uitę ęternę, & uerbo, & facto. Vel retribuebant sterilitatẽ animæ meę, non respondentes uoluntati meę, cum in illis utilitatem, & fructũ redemptionis quęrerem, illi autem spreuerunt me. Ego uitam illis obtuli, illi mortem uitæ prætulerunt, & pro perpetuis, & cœlestibus diuitijs, æternam egestatem in gehenna sibi elegerunt. Eorũ tamen cæcitatẽ, seu maliciã potius, non parũ dolebam, inquit Christus.

Vitæ sterilitas.

Ego autẽ cũ mihi molesti essent, induebar cilicio, humiliabã in ieiunio animã meam. Hęc est Christi uera doctrina, ut non modo inimicum diligamus, sed

Verus amor erga proximũ.

mus, sed etiã de quouis infortunio, de aduerso casu, de illius pctõ non aliter doleamus, q̃ de fratre, aut alio quouis amãtiβimo, quamq; de nobiſmetipſis. Simul & oremus pro illo oportet aβidue, atq; ex animo, & benefaciamus male facienti. Sic cũ me delere, & interficere studerent, ego (inquit) moriens, et uices eorũ dolens induebar cilicio, & sacco, ut mos erat, cum tristes lugerent apud iudæos. Fuerũt enĩ doloris notę. Dic ut in psal. 29. Cilicio Christus induebatur, cum uilem carnẽ nostrã indueret, inquit August. Eramus tum deo molesti, ei nempe inimici, cum hoc ciliciũ pro nostra redemptione sumeret Christus. Ipse nihilominus portauit iniqtates nostras. Paβus est pro nobis &c. Hoc cilicio, hac aſperrima ueste amictus est nostra causa. Asperas quoq; uestes induũt sancti uiri in hoc sc'lo, qui lugẽt, nõ tam quod aduersa multa patiantur, q̃ quod diſſolui cupiãt, et eſſe cũ Christo, ut ait apost. quęrentes beatũ illum luctũ euangelic. in hac uita, ut in futura gaudeãt perpetuo. Abhorreat uero luctus, ab oĩ externa hipocriſi, monet perſancte euangel. Neq; tamen uestium splendor cum pœnitentia conuenit. Cui nãq; animus in alto mœrore est, in hoc sæculo ingemiſcens (ut ait apost.) supernã habitationem cupiens superindui, quæ sunt huius ſęculi pulchra, splendida, ſuauiaq; omnia, illi plane ingrata sunt, & amara. Id quod nec insania, nec desperatione, nec ſimulatione fit a sanctis uiris, sed quodã huius sæculi contemptu, propterea quod totus animus, cum deo uersatur, qui deſpicit, quę huius mũdi gloriosa uidentur omnia, nisi fiant in gloriam eius. Hinc ueſtiũ uilitatem, sibi elegerunt, & multi, & pij uiri, quos molles non decet eſſe, teste euangel. Quod ait Christus, induebar cilicio &c. et humiliabam in ieiunio animã meam, exemplo nos docet, ut imitatores illius simus, animosq; ieiunio præparemus, cum sit orandum, ne ciborum grauitate, spiritus uelocitas, qui ad deũ animi alta contemplatione aſcendat, impediatur, neue corporis nimia tyrãnis, spiritus sanctitatẽ, & lenitudinẽ opprimat. Lege Theophilact. Marc. 9. Ieiunij rationem paucis tradere, q̃uis multos habeat, hac nostra tẽpestate uere improbos inimicos, iuxta scripturas, et ueteris, et noui testamenti, ueterẽ q; ecclesiæ consuetudinem, & doctiβimorũ patrũ sententias, non grauabor. In ueteri testamento, frequentiora seruata ieiunia, nemo neſcire potest, loca sunt multa, ut de Niniuitis, de Iosaphat, qui prędicabat ieiuniũ uniuersis, de Daniele, de regina Hester. De filijs israel ſępenumero. Mandat itaq; deus per Ioelem, ut ad eum conuertamur, in ieiunio &c. Hinc in priore capite. Accingite (inquit) & plangite, sanctificate ieiunium &c. Ieiunia non tollit Christus, qui omnia exigit a nobis, quibus et facilius abstinere poſſumus a malo, & excitari ad bonũ. Si caro nostra nos ad peccatum inuitat, nisi mortificetur, quid aliud est quæso quod eius uires tam extenuat, q̃ ieiuniũ? Neq; non & spiritum, aptum, & liberũ efficit, ut hinc in cœlum ad dei præsentiam se subleuet, ad gratiam, & alia quæ cõmoda sunt impetranda. Hinc in utroq; tęstamento, in omni ferme loco, ieiuniũ, & orationes cõmemorata, & coniuncta perſpicies. Bona est oratio cum ieiunio, inquit angelus apud Tobiã. Sic posuit faciem suam ad dominũ propheta Daniel, rogans cum ieiunijs. In oratione, & ieiunio, ejicitur dęmonium, inquit Christus. Sic apud Luc. laudatur Anna propheti ſſa, quod non diſceſſerat a templo ieiunijs, & obsecrationibus seruiens die ac nocte. Et quo magis probari a Christo ieiunium intelligas, ieiunantes docet, Cum ieiunatis, nolite fieri (inquit) sicut hypocritæ tristes &c. Neq; suos diſcipulos postq̃ hinc diſceſſerit, liberos eſſe uoluit a ieiunio. Cũ auferetur sponſus ab eis, tunc (inquit) ieiunabunt. Neq; hoc ieiunium de quo loquimur aliud est, q̃ a cibis licitis abstinere, & potus, aliorũq; ciborum parcitate, carnis superbiã deprimere. Hoc indicat expreſſe Ionas. Ecce (inquit Esai.) in die ieiunij uestri inuenitur uolũtas uestra. Ecce ad lites, et con-

Margin notes (left column): Math. 5. — Psal. 29. — Philipp. 1. — Math. 5. — 2. Cori. 5. — Vestĩ uilitas deo dicatis hominibus.

Margin notes (right column): Ieiunij ratio. — Ionæ. 3. — 2. Paralip. 20. — Ioel. 2. — Ieiunia, nõ tollit Christus. — Tob. 12. — Daniel. 9. — Math. 17. — Luc. 2. — Math. 6. — Ieiunium. — Esai. 58.

et contentiones ieiunatis. Nolite ieiunare, sicut usq; ad hanc diem &c. aliud indicans ieiuniũ, q̃ abstinere a peccatis. Non est itaq; unicum illud ieiuniũ, a peccato scilicet abstinere, sed una cum abstinentia, quantũ fieri potest, accedat quoq; hoc aliud ieiunium necesse est. Iuuat quoq; abstinẽtia plurimũ, ut a pc̃õrum, illecebris tutiores simus. Extenuatur quidem inimicus ille, caro, ne tantopere superbiat, & erigat se aduersus spiritũ. Tantæ quidẽ uirtutis est illud ieiuniũ, quod per abstinentiã carni frenũ inijcit, ut tam corpus, q̃ animũ humiliet, modo uere abstineamus, et eo quidẽ animo, ut simus paratiores tam ad orationẽ, & fugienda peccata, quæ benignũ deũ irritant, q̃ ad illi in his seruiendũ, quæ grata, & accepta sunt. Sic enim ait Esai. in priore loco, illud ieiuniũ non eligi a deo, quod carnis uoluntatem sequitur. Neq; prodest homini, se per abstinentiã affligere, nisi a peccatis abstineat, atq; bonis operibus incumbat. Alias quidem similis est illi, (ut ait Ecclesiastic.) qui lotus propter tactum mortui cadaueris (more ueteris testamenti loquitur) iterum euestigio se inficit alio tactu. Hic est canis, qui ad uomitum redit, seu ut uerius dicam, sus est, quæ alio non delectatur, q̃ ut se continuo uolutabro inuoluat, hoc est, ut pc̃ti fœditate inficiat se, peccatũq; pc̃tõ adijciat. Veterẽ ecclesiæ consuetudinẽ, in ieiuniorũ obseruatione, probãt ueteres scriptores oẽs. Ignatius de quadragesima, & testatur, & alios hortatur in sua epist. ad Philipp. Item & ad quartam, & sextam feriam ieiunandã hortatur. De hac epistola testatur Polycarpus in sua epist. ad eosdẽ Philipp. Huius epistolę Polycarpi ad Philippẽ. meminit Hierony. in cathalogo scriptorũ ecclesiastic. De quadragesimæ ieiunio absq; æsu carnium seruari, testatur tripartita historia, cum narrat Spiridonẽ continuasse ieiunia cũ suis, certoq; die cõmedisse, medios autem dies, sine cibo transigere. Coactum uero necessitate, porcinas carnes cõmedisse. Varie tamen seruatum hoc ieiuniũ narrat. Rhomæ treis tantũ hebdomadas ante pascha ieiunium fuisse, præter sabbatũ, & dominicam diem. Alexandria sex septimanas, alij septẽ ieiunabant. Neq; eandẽ abstinentiam similẽ habebant, ut docet eadẽ historia. Seruatũ tamen apud omnes ieiuniũ, et statum, et quotannis certum, manifeste constat. De quadragesima, & Augustinũ contra Faustum hereticum, et Chrisost. in opere sex dierũ, prima potissimũ homelia, lege. Nos unã quadragesimã, secundũ traditionẽ apost. toto anno, tẽ pore congruo ieiunamus, inquit Hiero. contra Montanũ hereticũ, in epist. ad Marcellã to. 3. De huius uero ieiunij, hoc est, abstinentiæ laudibus, q̃ solicite scribant omnes ueteres qui uersati sunt in sacris literis exponẽdis, præter eos quos supra nominauimus, cuiuis lectori facile constabit. D. quidem ille Basillius, quas nup latinas Erasmus fecit, cuius operis meminit August. contra Pelagianum hereticũ, eximias duas contiones reliquit, de laudibus ieiunij. Virtutũ quidem uelut fundamentũ est ieiunium, inquit Hiero. seu uirtutum mater, ut in priore loco ait Chrisost. Et si aliquando (inquit idem) ad deum uelimus accedere, & eum, quantum homini poßibile est, colloqui, huc confugiendum est, & per huiusmodi manus ad eum perducimur. Nam & si in paradiso necessariũ erat ieiuniũ, extra paradisum multo (inquit) magis. Et sicut de paradiso expellebamur, quia non ieiunauimus, ita ut redeamus, ieiunemus, inquit August. libr. 1. contra Pelag. Ideo (mea semẽtia) tam laudatum est apud omnes ueteres catholicos, & probos uiros hoc ieiunium, ciborũ scilicet abstinentia, quod sentirent carnis robustã illam rebellionem, qua hominẽ in omnia uitia traheret, alio fere modo extenuari non posse, quàm per ciborum abstinentiam, ab illis potißimũ, quibus roboratur corpus, & se delectat caro. Qui aliud itaq; ieiunium nolunt, q̃ a peccatis abstinere, parũ (quo cõmodius abstinere poßint, uel uerius, sine quo non possunt) ualidum et præcipuum, post beneficium gratiæ dei, hoc ieiunij auxilium, considerant.

Ecclesi. 34

Ieiuniũ ex patribus.

Libro. 1. cap. 10. & libr. 9. cap. 38.

Ieiunii uarietas.

Ieiunii uirtus.

Quale ieiunium?

Est quoq; pergratum nostrum ieiunium deo, quoties eo animo ieiunamus, tam ut carnem, uere nostrum domesticum inimicum debellemus, quàm ut ad preces, & alia bona opera paratiores simus. Solicitam itaq; orationem, cum ieiunio cõiungamus. Oportet autẽ non ieiunare solum, sed simul orare. Sic enim uere preces fiunt, si non solũ ieiunet pius christianus, sed etiam oret, ut qui orat ciborum uaporibus non grauetur, & expeditus, & leuis oret, ut ait Theophilactus Marc. cap. 9. Quo quidem spiritu seducuntur, qui ieiunijs detrahunt, manifestum est indicium. Sed ne desint friuolæ rationes, uel impiæ potius, ut ab his optimis exercitijs, & utilissimis uelut medicinis, tam animæ, q̃ corpori abhorreat populus christianus, & carni liberius seruiat, commentũ afferunt de humana iam corporis debilitate, quæ ardua, & rigida illa priora ieiunia ferre non potest. Hi sunt uentris, et huius sæculi, contionatores, carni, non spiritui inseruientes, uere antichristi præcones. Hęc est libertas, quã uulgo porrigunt, ut carnem nullo modo coherceant. Vere tamẽ prædicant longe nunc debiliores homines, quàm quondam, sed in bona opera, utilia, & necessaria christiano uiro exercitia, in omnes deniq; uirtutes, in uitia quidem, in peccata, in uitæ omnes fœditates, & pronos, & robustissimos. Probatione nõ eget. Res ipsa manifesta est. Caueant sibi christianæ aures, ab illis clamatoribus, qui non modo a ieiunijs, uerũ etiam ab alijs optimis operibus & institutis, ut sit oĩs licentia, quantumuis improba, in occasionem carnis, & multimodæ maliciæ uelamen, omni studio suos auditores auocant. Non potest esse, non magna eius impietas, qui uerbo, uel facto, nititur, ut uilescat ieiunium. Neminem ego uidi christiano nomine dignum, qui eo die quo ieiunat, non sit paratiore animo ad rem omnẽ salutarẽ, abstineatq; cautius a linguæ, & operis turpitudine. Id quod indicat puriorem intus animum. De alijs uero deploratis, solo nomine christianis, qui scelerata mente, non modo ieiunia, aliasq; utiles obseruationes contemnunt, sed omnia prope sacra quantũuis animæ salubria, nisi corpori suauia, et placentia sint, plane rident, spernunt, conspuunt. De his (inquam) parum attinet dicere, quàm sint alieni, non modo ab omni uera doctrina christiana, sed etiam ab omni specie christiani hominis. Vetus est damnata hæresis, ut ait August. negare seruanda esse ieiunia. Non sunt igitur antiquanda priora ieiunia, multo minus contemnenda. Ex his enim quæ diximus liquet aperte, probata esse uerbo dei in utroq; testamento ieiunia. Eademq; non modo a pijs recepta perspicitis, sed etiã certa quędam tempora obseruari. Neq; tamen non sunt libera, quæuiscunq; ieiunia, modo sit honesta libertatis causa, & absit omnino contemptus, & proximi scandalum. Quod autem ad honestam causam attinet, modo commode fieri possit, probum aliquem, & doctum uirum consulat uelim, qui libertate fruetur. Pudeat christianum uirum, sine iusta causa, abire a consuetudine piorum uirorũ. Id quod dolendum est hac nostra maligna ætate, in qua pro solita christiana uerecundia, orta est, & multiplex, & horrenda audacia, seu potius bonarum rerum omnium, omnisq; probi ordinis contemptus. Se quidem indignum christiano nomine putabat quondam, qui una cum alijs, & sana consilia non reciperet, & ea quàm posset diligentissime non seruaret. Proni quondam, & libentes, præpositorum sanis omnibus admonitionibus obediebant, iuxta apost. qui sani christiani erant omnes. Orandum est assidue, ut spiritu simus humiliores, Christi hic exemplo, qui in ieiunio humiliabat animam suam. Ieiunium quidem, & humilem efficit, & humilem exigit. Nemo facile ieiunij utilitates explicauerit. Sensus enim puros, purgatosq;, atq; alacriores efficit, & animum transfert ad sapientiam, inquit Ecclesiastes, carnem subiugat, concupiscentiã moderatur, libidinis ardorem extenuat, hominẽq; totum humiliat, uelutq; frœno cohercet,

Ieiunio nõ detrahendum.

Libr. de heresib. cap. 53.

Libera ieiunia, quo modo?

Ieiunii vtilitas.

Ecclesi. 2.

coherceat, cum sit castitatis fundamentum, ut ait Ambros. spiritum ad cœlestia eleuat. Vna igit cũ uentris abstinentia, ieiunet oculus, ne uanitatũ uisu delectetur, ieiunet auris, a fabularũ rerũq; turpiũ auditu, ieiunet lingua, a mẽdacio ab obtrectatione, a iuramẽto, a blasphemia, ab oĩ conuitio, a turpiloquio &c. ieiunet manus ab illicito tactu, a flagitioso quouis opere, a proximi percußione, ieiunet pes ab itinere, quo ducat reliquum corpus, ad explendam malã concupiscentiã. Non enim potest prodesse a cibis abstinẽtia, si per pctã erraueri mus. Non ieiunamus in domino, nisi domĩo placere studeamus. Duobus dominis seruire non possumus, carni, & spũi, deo, & sathanę. Ieiunemus itaq; ut deo seruiamus. Magnũ est enĩ ad innocentiã et uerã pietatẽ adiumentũ, abstinentia. Nullus itaq; hæc ieiunia nõ recipit, qui nõ aut arrogãtia, aut malicia, aut ignorantia obcęcatur. Fatentur maligniores, ieiunia prędicari in sacris literis, sed unũ esse solũ abstinere scilꝫ a pctĩs. Iam prius uidemur his responsum dedisse. Iactant apostolũ, qui non uult hominẽ iudicari in cibo; & potu. Et oĩa mũda mũdis, id quod nemo christianus nõ fatetur. Iudaizare nõ licet, hos taxat apost. non eos qui partim ad tẽpus abstinent, partim per oẽm uitã, si quis carnis aut uini usum sibi uelit sua sponte interdicere, nõ quod peccatũ sit uti quouiscunq; cibo, sed quia libet coercere corpus, ut spiritui obediat magis, eosq; cibos illi tollere, qui carni nimias uires adferrẽt, ut a pctĩs facilius abstineat. Quod autem aiunt, neminẽ arctari debere ad statos ieiunij dies, sed cuiuis liberũ relinqui, ut pro uoluntate abstineat, uel cibũ sumat, certum est, inutile esse ieiuniũ, & parũ deo gratum, quod inuite seruamus. Certos tamẽ & statutos ieiunij dies, ex uetere ecclesia, ab apostolorũ temporibus accepimus, & oĩs ætatis exemplo seruamus, ut ex supradictis manifestũ est. Nõnulla quidem adiecta sunt, & recepta, piorũ christianorũ consensu. Hæc seruare decet, neq; hunc apud christianos ordinem, suo iure cuiuis infrigere licet. Et quo quisquis magis pius est, eo magis alacriter ieiunium recipit, & obseruat, saltem ut alios, qui hoc exercitio magis indigent, suo trahat exemplo. Cum in multis locis ad ieiunia maximo studio horteiur Chrisost. tum in quodam sermone de ieiunio to. 2. pag. 349. de quadragesimæ ieiunio, sic ait. Nautis (inquit) & agricolis iocundũ est uer, sed iocundiores sunt ieiuniorum dies, spiritale animarum uer, & fidißima tranquillitas animorum. Agricolis uer iocundum est propter depictam terram floribus, nautis, quod dorsum maris deductis nauibus tuto licebit ascẽdere, & undarũ pericula non formidare. Nobis iucundum est ieiuniorũ uer, quod non undarum, sed cogitationũ & concupiscentiarũ, carnis fluctus & turbines mitigantur, & coronæ nobis non florum, sed spiritualium gratiarũ parantur. Cessat pugna carnis aduersus animã, et animę aduersus carnẽ, nec ultra insurgit ancilla in dominã, nec serua superbit in liberã, sed uniuersa hęc prælia ieiuniorũ præsentia conquiescunt. Hactenus ille.

Omnium mẽbrorũ ieiuniũ.

Non iudicandũ in cibo & potu.

De statis ieiunii diebus.

Eiusdem quoq; uerba in quodam alio sermone de ieiunio to. 5 pag. 504. libenter apponam, tam ut sciant maligni, quanto cum studio ueteres patres ad ieiunium hortabantur, quàm ut pij ab eorũ sermone abhorreant, qui sacra ieiunia deprauant, & nihilipendunt. Ieiunium angelorũ (inquit) imitatio est, pro nostra uitili contemptus pręsentiũ, scola precum, alimonia animæ, frænum oris, mitigat concupiscentias. Sciunt qui ieiunant. Mitigat uoluptates. Non ignorant qui tentarunt. Mollit furorẽ, compescit iram, sedat fluctus naturæ, excitat rationẽ, claram facit animam, alleuiat carnem, nocturnas fœdas intemperantias fugat, liberat ab ebrietate, tollit capitis dolores. Ieiunijs bene compositi sunt gustus, facilis lingua, recta cogitatio, quia mali affectus extenuantur. Libenter (inquam) hęc ad uerbum, ex Chrisost. citaui, ut maligni discant, & his qui pio sunt animo contra malignos parata sunt hæc arma. De illis non loquitur Chrisost.

Chrisost. de ieiunio.

Chrisost. qui nihil minus agūt q̃ ieiuniū, quoties occurrunt dies ieiuniorū, quia non modo lautiores epulas, prope, lōgeq; perquirūt, sed etiā (quod semel in die cōmedendū est) crassum, præpinguēq; alias uentrē, ciborū nimia nimis copia distendunt, epicurei bene saginati porci, in corporis haud dubie præsentaneum multimodū damnū, et animæ futurū periculū. Hoc enim ieiunio nō mitigātur, sed augentur corporis uoluptates. Discant igitur qui sunt pio quouis aīo oēs qui pietati student, ut ieiunio, corporis nimias uires extenuare cupiāt, ut animæ, caro se subijciat, aīa uero se possit liberius deo subijcere, in omni humilitate, & obedientia. Reuertamur itaq; ad nostrū prophetam, ut ieiunij uelut modū uere discamus. Humiliabā in ieiunio animā (inquit) meā, spiritū meū, hoc est, affligebā corpus meū ieiunio, animū præparans, ut spiritui obediret, spirituſq; in oratione paratior esset, orans assidue etiā pro inimicis. Hęc ait Christus homo & deus, qui ieiunabat quadraginta dies, & noctes. Sed inutiles erant illis iudæis Christi orationes, & ieiunia, qui resipiscere noluerunt, oblatam gratiā respuentes, quia longe a salute mea fuerunt (inquit) uerba delictorū meorum. Hoc erat Christi ieiuniū, hac inedia afficiebatur, sicut alias dixit se sitire, humani generis redemptionem scilicet. Mihi (inquit) et meis proderit itaq; oratio mea. Nam

Male ieiunantes.

Corpus ieiunio prę parandū.

Psal.21.

Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Oratio mea in sinum meū reuertetur, perspicue uertit Hiero. Quod autē ait Christus in sinu meo conuertetur, indicat suā passionē alijs non fore utilem, nisi in eum credētibus, in quibus est ipse, et ipsi in eo. Sūt enim digni, qui locū habeāt in sinu Abrahæ. Orabat Christus p iudęis, sed eius oratio eis nō profuit, quia filij alieni fuerūt, nō credētes. Cōuertitur itaq; oratio Christi ab eis, ad gentes, ut docet apost. Nam illę (inquit) sunt in sinu meo, in perpetua memoria mea. Nō autē iudęi et inimici. Orabat tamē p inimicis, ut in psal.21. Tam itaq; p inimicis, q̃ pro tyrannis

Luc.10.

Act.13.

Psal.21.

et impijs hominibus, ut ad deū redeant, et eos maliciæ pœniteat, orare nos oportet, Christi exemplo. Quod si illis nō proderit, nobis tamen non erit inutilis nostra oratio, cuius fructus ad nos redeūt, et dignā mercedē haud dubie nostræ charitatis, a deo recipiemus, quia cōuertetur orationis utilitas in sinū nostrū, ut hic ait, hoc est, ad nos ipsos reuertet, et nobis erit utilitati. Sic docet euang. Vel oratio mea cōuertetur ī sinu meo, quia assidua erit oratio mea. Iterū atq; iterū repetā. Sed reuertamur ad Christi exemplum. Ego (inquit) in ieiunio humiliabam animā meam. Ego pro illis orabam, quantūuis longe erant a salute mea. Et quāmuis gratis me persequebantur, tamen

Oratio nō inutilis.

Math.10.

Quasi proximū, & quasi fratrem, sic complacebā. Sic (inquit) studebā complacere eis, sic ambulaui ad eos, ut uertit Hiero. sic apud eos uersatus sum, et quę potui feci oīa, quibus eos lenirē, et ab odio reuocarem, ut proximū, aut fratrem, nemo tractare possit amicitius. Blādo sermōe, utili doctrina, uitę candore, amicis deniq; oībus actionibus, illis uere cōplacere studebā, quasi qui studiosissime solicitus est, ut proximū, ut fratrē, ut amantissimū, beneuolentia, & beneficijs adficeret, cupiēs congerere carbones ignis, sup capita eorum, ut ait apost. Postq̃ nihil tamen (inquit) profeci pro amantissimo dolore.

Christi bonitas erga inimicos.

Quasi lugēs & cōtristat⁹, sic humiliabar. Humiliabar (inqt) affligebar in ieiunio, &c. prę tristicia, q̃ me respuebāt iudęi, quos lucrifacere cupiebā. Quod ait, quasi lugēs, nō similitudinis, sed cōfirmationis nota est, quasi diceret, uerū luctū, uerā tristiciā habebā uere humiliabar, qui hoīs cā, caro et mortalis factus sum. Sic ait Ioā.1. quasi unigeniti &c. hoc est, uere unigeniti. Vere (inqt) lugēs, & cōtristatus sū, de malignitate et obstinatia iudęorū, q credere nolūt, quos tanta solicitudine uocaui. Quoties (inqt) uolui uos cōgregare, sicut gallina pullos suos, & noluistis? Nostra quoq; pctā lugēs, dolebat benignus christus, nō aliī, uel mlto magis q̃ solet amātissimū filiū lugere

Quasi.

Math.23.

lugere mater. Hinc uertit hunc locum Hiero. Quasi lugens mater, tristis incuruabar. Illi tamen & me (inquit) despiciebant.

Et aduersum me letati sunt,& conuenerunt. Quod aduersus Christũ lęti, et funesta alacritate cõuenerũt iudęi, sæpissime docent euangelis. de quorũ cõuentione, et conspiratione, diximus in psal.2. & 3. et.21. Conueniũt & hæretici contra ecclesiam, & ueritatis doctrinã, cõueniunt immanes beluæ tyranni, et iustorũ persequutores, cõtra pios, cõtra pauperes, de quibus in plęrisq; psal. iam diximus. Et per hãc eorũ (inqt) cõuentionẽ.

Psal.2.3. &.21.

Piorũ inimici.

Congregata sunt super me flagella.& ignoraui. Omni quidẽ odio, omni detractione, oĩbus mendacijs, & testibus iniquis, ut supradixit, clam & occulte primũ, tandẽ ui aperta psequuti sunt me, ut me delerent. Sic eñi sup me, & aduersum me congregarũt flagella, sic me percutientes, ut uertit Hiero. mẽdacijs &c. pręter externas, et corporales afflictiones multimodas, quibus a plãta pedis ad capitis usq; uerticẽ, non erat in eo sanitas. Et hęc (inqt) ignoraui, hoc est, ignorare uolui, paratus ignoscere, quãdo p illis oraui, cupiens ne ĩputaret, ut supra in hoc psal. Aliter. Quæ contra me obijciebant, falsa erãt mendacia et ideo ignoraui, quia talia non meritus sum. Non solet agnoscere mendacia deus, qui est ipsa ueritas. Hæc nescire dicitur, non quia nescit, sed ideo, quia reprobat, & odio habet. Hinc talia uidere nõ dicit deus. Dixim⁹ paulo ante ĩ hoc psal. Sed hi (inqt) maligni tandẽ.

Esai.1.

Quę nescire dicitur deus?

Dissipati sunt. Diuisi sunt ĩ testimonijs nõ cõuenerũt inimici, quia mẽdacia nõ cõstãt. Sic docet euang. Multi (inqt) testimoniũ dicebãt aduersus Iesum, et cõuenientia testimonia nõ erãt. Et nõ erat cõueniens (inqt) testimoniũ illorũ. Diuisi quoq; sunt, quia dixerunt alij, quod bonus esset, hic est uere propheta. Quidã autẽ ex eis uolebãt appręhendere eũ, inquit Ioan. Dissentio itaq; facta est in turba, inqt. Sic dißipati, et diuisi sunt p cordis dissentionẽ. Vel dißipati sunt, quia in paßione miracula uidebãt, quæ ĩtus turbabãt, et stimulabãt eos. Sic tamẽ dißipati, nõ sunt compuncti, nõ pœnituit eos. Vel dißipati, hoc est, deiecti, & dispersi a natiuo solo per totũ orbẽ, nõ tamẽ compũcti sunt, qui modo uiuunt. Et q̃uis apta falsitate cõfundebantur, et dißipati erãt, et in presentia uelut a cõmunibꝫ hoĩm abiecti sunt, perfricta tamen fronte, nec sunt pudefacti.

Marc.14.

Ioan.7.

Nec compuncti. Non pœnituit eos. Nõ tacuerũt, ut uertit Hiero. Quin impudẽs ille sũmus sacerdos, ut ait euang. nihilo secius exurgẽs, Iesum ĩterrogauit, &c. Cõpunctus ille dicit, qui cũ male fecerit, atq; rem pudore dignã senserit, maculã, aut fœditatẽ suã intra se agnoscit, cuius pœnitet, quẽ cõsciẽtia adeo stimulat, ut toto aĩo resipiscere cupiat. Sed hi maligni, non sunt (inquit) compuncti. Sed

Compunctus quis?

Tentauerũt me. Fictorũ uerborũ simulatione (ut uertit Hiero.) Deriserũt, et tentauerũt me. Nõ eñi alia causa summus ille sacerdos Christũ interrogabat, iterũ atq; tercio, q̃ ut tentaret, multiplicię; interrogatione uerbũ aliquod eliceret, quo palã eum criminaret. Sic tentant hęretici catholicos, sic maligni simplices ac pbos. Sic improbe tentarũt me, inqt et

Subsannauerũt me subsãnatione. De subsannatiõe diximus ĩ psal.2. Deriserũt me (inqt) derisione. Repetit, ut derisionis multitudinẽ, et magnitudinẽ et ĩprobitatẽ doceat. Palã est in euangelio, de illorũ subsannatione. Tantũ abest, ut eos puduerit dißipationis, & confusionis, ut nõ modo non tacuerint, sed & dolis tentauerint, et ludibrijs subsannauerint, Prophetiza Christe. etc. Aue rex iudęorũ, etc. Similiter, et summi sacerdotes illudẽtes, &c. inquit Marc. Hęc est improborũ oĩm impudẽs audacia, hęreticorũ potißimũ, ut q̃uis se uictos ueritate conspexerint, conuitijs tamen, dicterijs, & mendatijs, ueritatis assertores, eos nõ pudet incessere, ut uel his machinis, pijs silentiũ imponãt, & eos apud imperitã plebẽ traducãt, seseq;, et falsiloquio, et multiloquio inuictos apud stupidũ uulgus ostentant, ubi uerba sæ-

Marc.15.

Impiorũ impudentia.

Impiorũ impudẽs audacia.

ba sæpius, q̃ ueritas ualet. Hæc aduersum me (inqt) fecerūt. Simul et prę impotenti odio.

Frenduerūt sup me dentibus suis.

Frendere dentibus.

Frendere dentibus, est nimiū irati hoīs nota, qui dentiū collisione, uocem uelut e dentibus emittens, iracundiā detegit, animiq; internā sęuitiā indicat. Sic frendebāt dentibus iudęi, cū alias sępißime, tum maxime, cū pertrāseuntes & mouentes capita sua dicerent. Vah qui destruis templū dei &c. Sic haud dubie in catholicos, nulla causa, dentibus frendent hęretici, ueritatis aduersarij. Sic in D. Stephanum dentibus stridebāt iudęi, quod de ueritate admoneret eos. Nostræ dolendę quidem ætatis experientia nos plane id nimiū docet. Postq̃ hostiū impietatē narrauerit Christus, nūc ad preces reuertitur, deū patrē alloquens.

Domine quando respicies.

Respicere

Quādo faciē tuā, in qua est omnis fauor, oīs gratia, oē auxiliū, ad me cōuerties, ut opem feras. Sic moras ægre fert, qui in angustia constituitur, certam spem auxilij habens. Orabat itaq; Christus hō. Quando respicies domine. Trāseat a me calix iste, si fieri pōt. Postq̃ aūt fieri non potest, nisi ut bibā, fiat uolūtas tua. Hoc affectu semp orādū est, ut nos, oīaq; nia dei uoluntati subijciamus. Orat tamē solicite.

Quo affectu orandum.

Restitue aīam meā a malignitate.

Hoc est. Adiuua me contra hos malignos, si tibi uisum fuerit, ne moriar, ne me interficiāt, qui uideor iam morti pximus in manibus crudelißimorū inimicorū, neq; aufugij ulla spes uidetur. Vel postq̃ oportet me mori, restitue animā, hoc est, uitā meā, ut resurgā, in salutē omniū credentiū. Sic orat Christus homo ad deū patrē, quem deus pater suscitauit, solutis doloribus īferni, inqt. D. Petr. Meā igit aīam restitue ab hac iudęorū malignitate, qa me psequunt gratis, ut supra. Oīa p malignitate faciūt. Eripe igit aīam meā, ut ab alijs uertit. Et

Act.2.

A leonibus unicā meā.

A truculentis illis beluis, qui in me ut leones dentibus frendent, quo modo frendent leones, cum teneant prędā, ut ait Esai. Restitue unicā meā, uitā meā, omni humano auxilio destitutā. De hac unica, diximus in psal. 21. Hanc uero unicam suam, ecclesiam, suorū fideliū congregationem, pro qua passus est, quā & persequebantur, et quotidie persequūtur ut leones inimici, intelligere non alienū uidetur. Hæc est unica, & unice dilecta Christi. Hæc est, animula eius, quā super omnia diligit, ut abunde canticorū liber docet, quā Christus a diaboli captiuitate, libertati restituit. Restitue ergo domine pater, unicā (inquit) hāc meā, quia tu es, qui restitues hæreditatem meam mihi, id quod certe facies, quia & me resuscitabis, & meos seruabis. Postq̃ uero sic restitueris.

Esai.5. Psal.21. Ecclesia Christi. Psal.15.

Cōfitebor tibi in ecclesia magna.

Laudes tibi canā, tua beneficia, tuā potentiā, et bonitatem prædicabo in ecclesia magna, in ecclesia gentiū, in ecclesia oīm populorū, non modo apud iudæos, ut omnes te agnoscant. Sic misit apostolos, et discipulos in uniuersum mundū, ut euangeliū, ut restitutā gratiam, ut remißionē peccatorū, oībus qui crederent, oī creaturæ prædicarent, exiuitq; sonus eorū, in uniuersam terrā. Sic enī et impleuit Christus quæ promisit, & a deo patre impetrauit quæ uoluit. Confitebor igitur (inquit) tibi.

Euangelii prædicatio.

Et in populo graui laudabo te.

Populū grauē, a constantia, et fortitudine appellat. Ab alijs ideo uertitur, In populo forti. Populus grauis est, qui deū agnoscit, qui eius amore cōtemnit oīa, qui non oī uento mouetur, fidei maturitate roboratus. Ab his bene laudatur deus. Apud illos quoq; solicite laudes dei prædicādæ sunt, ut cōstantiā retineāt. Neq; nō apud omnes uerbum dei denuntiare oportet. Sic ait se oībus debitorē apostolus, qui uerā doctrinā non spernunt. Alij uero nō sunt digni, quibus prędicetur, quia sanctū non est dandū canibus. &c. Te igit laudabo (inquit) in populo graui, hoc est (ut alium quoq; sensum addamus) populo potēti pro mūdanis uiribus, quē, ut te agnoscat, efficiā. Quamūuis enim sunt graues, aut fortes, eorū tamen

Populus grauis.

frangam

frangā uires, & de ferocibus mites efficiam. Gladios eorū in uomeres conflabo &c. Alij grauē populū intelligunt, qui terrenis dediti, et peccatorū uoluptatibus irretiti, uultū suum declinant in terrā, ut in alio psalmo. Ad hos loquitur in psal. 4. Filij hoīm, usq; quo graui corde? Apud hos laudatur deus, quoties uerbo dei docentur, ut eum agnoscāt, et a priore somno ignorantię, et cęcitatis expergiscant. Populū quoq; grauē, gentes forte intelligit, per uniuersum orbē diffusas, pro multitudine, et magno robore prę iudęis. Tanq̄ igitur ab indignis, se ad gentes cōuertebant Paulus & Barnabas, ut apud hūc populū Christi laudes prædicarent. Grauis deniq; populus est, qui duræ ceruicis est, et difficilis, ut fidem uerbis dei habeat. Sed et apud hos solicite laudādus est deus, et oportune, et importune prędicandus, ut in eis uincatur infidelitas, et regnet fides, modo nō prorsus uerbū respuāt. Restitue igitur animā (inquit) meā, ut resurgā, et mea resurrectione, uincam aduersarios meos, ut

Esai. 2. Psal. 16. Psal. 4. Act. 13.

Non supergaudeant mihi, qui aduersantur mihi inique, qui oderūt me gratis, & annuunt oculis.

Quomodo aduersantur mali Christo, et membris eius inique, iniuste, sine causa, eum odientes gratis, et pro bono malū retribuētes, iam supradiximus. Nūc orat, ne supgaudeant, ne pręualentes, uoto fruantur lęti, qui mihi (inquit) sic aduersantur inique, gratis odientes, et tamen quasi amici, oculis annuūt, uultu adsentire uidentur. Et annuunt (inquit) oculis, hoc est, uultu odiū dißimulant, ut me facilius decipiant. Quantū uero ab his qui oculis sic annuūt cauendū est, docet Ecclesiastic. In conspectu oculorū (inquit) tuorū, conculcabit os suū, et super sermones tuos admirabitur. Nouißime autē peruertet os suū, et in uerbis tuis dabit scandalum, qui annuens oculo, fabricat iniqua. O pernitiosam pestem. Conniuentes oculo, uertit Hiero. Sic ad Christū sępe accesserunt iudęi, eum magistrū uocātes, et ueritatis adsertorē. Horum nebulonū plena est nostra ætas. In hos itaq; orat. Non supgaudeant (inquit) non insolescant uictoria, ne uictores insultēt, qui sic aduersant mihi inique, qui oderunt me gratis, me nulla causa persequuntur, & dolis aggrediuntur, simulantes amicitiam, cum sint inimicißimi. Blando enim sermone nōnunq̄ ad me accesserunt, nihil minus uidebantur quàm inimici.

Maligni in pios. Eccles. 17. Cauendū ab annuente oculo. Simulata amicitia fugienda.

Quoniā q̄dē pacifice loquebātur.

Odium, uerborum fuco simulantes, quàmuis in animo nihil minus q̄ pacem habebāt, quoniam non pacem loquebantur, ut uertit Felix. Verbis tamen pacem simulabant.

Et in iracundia terræ loquētes dolos cogitabant. Vere occultū odium, et dißimulatū, terræ uocat iracundiā, hoc est, hominū qui in terrā, et huius mundi uiā latā, oculos prorsus declinant, nihil minus q̄ simplicitatem, q̄ ueritatē, q̄ cœlestia cogitantes, pios omnes odio habentes. Dolos igitur, & fraudes fabricant, & uijs oībus proximi interitū cogitant impijßimi uiri, uere homines de hoc mūdo, ut ait euangel. qui spiritū ueritatis capere non possunt, ueritatis aduersarij. Vertit itaq; Hiero. ex hebręo. In rapina terræ, uerba fraudulenta concinnunt. Simulata eteni uerba accumulāt, ut piorū non tam facultates, q̄ uitā, et animā rapiāt, ut pauloante. Iudæorū in Christū uere dici potest, iracūdia terræ, qui Christū morte potius afficerent, q̄ Rhomani tollerent illis locū, & gentē, ut ait euangel. Prius ergo pacifice, & dolose multa loquebantur, sed & aperte tandem insaniebant contra me, inquit Christus.

Terrę iracundia.

Et dilatauerūt super me os suū, & dixerūt. Euge euge, uiderūt oculi nostri. Post omnes occultos dolos, & iudęorū insidias i Christū, oēmq; dißimulatā malignitatē, tandē ui aperta consiliū inierūt, ut eum caperent, & occiderent. Et tum manifeste priorē occultā iracundiam declarare cœperūt. Eum itaq; capi fecerūt, et super eum dilatauerūt os suū, falsis testimonijs, & mendacijs

dacijs accusantes, et uociferantes. Crucifige crucifige. Et dixerunt, cum iam cruci affixus esset, Euge euge, iam uiderunt oculi nostri, quod diu affectauimus, hunc scilicet cruci affixum. Bene est, optime successit. Euge, exultantis interiectio est in hoc loco. Nam lætati sunt de morte Christi, ut supra ĩ hoc psalmo, pariter & sic exultantes, subsannauerunt, et deriserunt, & exprobrarũt, Vah qui destruis templũ dei. Descende de cruce &c. Vah indignãtis interiectio est. Hinc uertit hũc locũ Hiero. Vah uah, uidet oculus noster. Idẽ sensus est. Nam & indignabantur, & lętabant. Neq; minus indignantur in pios maligni, & lętantur hęretici, & scelerati uiri, si catholicos aliquãdo, et probos uiros afflictos uiderint, aut crudeli morte affectos. Aubulãs enĩ recto itinere, despicit ab improbis, inqt sap. Sed quicquid conantur impij, suis prospicit deus, quia uisi sunt oculis insipientiũ mori, cũ tamen illi sint in pace, inquit sapientia. Iterũ pro suis ad patrem igitur orat Christus.

Proverb. 14.

Sap. 3.

Vidisti domine, ne sileas. Nihil te fugit. Hęc oĩa (inqt) et pernouisti priusquam fierent. Vidisti ergo, & nũc uides, et perspicis, quę aduersum me moliuntur. Vidisti eorũ malignitatẽ, et meã innocentiã. Supplex igit rogo, ne sileas, ne taceas, ut omnes tuã potentiã agnoscant, ne tardes mihi opem ferre, ut resurgã, ut restituatur aĩa mea, ut sæuitiæ eorũ non cedam. Non silere dei, est, facere, opem ferre. Sic & dicere dei, facere est, dicit enim & factũ est, dei quoq; silere est, aut non facere, aut iudiciũ suum differre. Dic in psal. 27. Ne igitur sileas, (inquit) ne amplius differas, quia opus est mihi tuo auxilio. Dic solum, & factum est. Quamobrem.

Silere in deo.

Psal. 27.

Domine ne discedas a me.

Quæ nam sit hæc oratio, Ne discedas a me. Diximus in psal. 21. Ne deseras me, sed

Exurge, & itẽde iudicio meo deus meus, & dñs meus, in causam meã.

Exurgit deus, quoties opem fert. Petit Christus, ut exurgat deus pater, & intendat iudicio suo, solicite operã adhibeat, uigilet (ut ab alijs uertitur) in causam suã, ne ab aduersarijs uinceretur, ne frustra pateretur pro humano genere. Iudiciũ itaq; suum, suamq; causam appellat, postq̃ pro diuina sua bonitate sic decreuit humanũ genꝰ recõciliare deo patri. Magno spũs feruore, & affectu sic orat. Deus meus, & dominus meus &c. suũ amorẽ, erga genus humanũ indicãs. Iterũ repetit.

Iudica me secundũ iusticiã tuam domine deus meus.

Qui omnia iuste iudicas. Prius orauit, ut secundũ causam suã, quę iusta est, aduersarios iudicet deus. Patris iudiciũ uidetur Christus petere, ut causa supplicij manifesta sit, & eo maxime, quod inter duos latrones pendebant eum iudęi, tanq̃ malefactorẽ. Vehementer itaq; deũ patrẽ orat, ut in hanc causam intenderet. Iudica (inquit) innocentẽ secundũ iusticiã tuã, quos liberare soles. Quãuis enim me cruci affixerũt, turpißimaq; morte, ut sceleratißimũ cõdemnauerunt, sum tamẽ uere innocens, quia iustam causam, aut iniustã, nõ facit pœna, sed causa. Eodẽ supplicio moritur martyr, quo latro, et homicida, sed causa lõge dißimili. Causa etenĩ, nõ pœna martyrẽ indicat, quia uere beati sunt, qui persequutionẽ patiunt propter iusticiã. Orat itaq;, ut secundũ causam, nõ secũdũ pœnã iudicetur, hoc est, ut qui uidẽt eũ morte affici, & quidẽ turpißima, non a morte sed a causa eum iudicent. Deũ itaq; patrẽ solicite orat Christus homo, ut opem ferat, ut animã suã per diuinã resurrectionẽ restituat, ut ueritatẽ agnoscãt omnes. Sic uidemus optimos affligi, cruciari a tyrannis. Suos enĩ dilectißimos, non semel affligit deus, et affligi patitur, quia diligit, quia corripit, quia admonet, quia uult ut patiantur, tam in eorũ utilitatẽ, q̃ aliorũ. Bonus pater dissolutũ nõnunq̃, & luxuriosum filiũ persequitur, hoc est, eius uitia, ut hic ait August. acriter castigat. Non enim quẽ genuit persequitur, sed filij maliciã, ut eũ ab animi morbo sanet. Qui enĩ parcit uirge, odit

Causa nõ pœna martyrem indicat.

Cur affliguntur pij.

Nõ hoiem sed crimen pseq. iusti iudicis partes sunt.

Prouer.12 odit filiũ, inquit sap. Sic medicus ferro secat, urit, pręmit, persequitur, nõ hominẽ, sed morbũ. Sic lethargici, alapis, punctionibus, asperrimis nonnunquã aculeis excitantur, ne letali somno pereant. Sic ligantur phrenetici, uel a filijs, maxime inuiti, quantũcunq; clament, resistant, conuicientur, pugnent, percutiant. Neq; filij nomine dignus esset, nisi hanc uim inferret. Sic & benignus deus, quos diligit, benigne affligit. Quin ad explanationẽ redeamus. Petit Christus homo, domine pater auxiliũ a te, et iudiciũ tuũ contra inimicos, ut iudices, & me eripias a manibus eorum, supplex peto, ne sint ipsi uictores, fac pro tua bonitate, ut uincantur.

In inuitũ, si fieri potest, conferenda beneficia.

Et non supergaudeant mihi.

Iterũ hoc repetit, ut orationi uehementiã addat. Modũ orandi deum maxima solicitudine docet, orationisq; nostrę causas adferre, non ut deũ doceamus, sed nos ipsos magis ac magis excitemus, ut spiritu ad dei pręsentiã, humillime accedamus. Hinc orat. Fac benigne deus, ut nõ supergaudeãt inimici. Ne putent se uicisse, & de malicia glorientur.

Non dicant in cordibus suis, euge euge aię nostrę. Non cogitẽt apud se, bene est, uicimus, nostra ẽ uictoria. Euge aiæ nostrę, gaudiũ sit uitę nostrę quia uicimus, et

Deuorabimus eum. Cũ non sit qui eripiat. Sperauit in deo patre. Nunc in cruce pendet, liberet eum si uult. Inimicorũ sęuitiã indicat, uerbum deuorare, aut canis, aut lupi instar, aut, ut iam dixit, leonis. Indica igit me (inquit) deus pater, uindica me de illis, ne de iniquitate sua in me gaudeant, sic inuicẽ sibi gratulãtes. Euge euge animæ nostræ, lęte ut uolumus, ut optauimus, successerũt omnia, ex sentẽtia confectũ est negociũ. Satis est factũ animæ nostræ, uolũtati nostrę. Euge, ut diximus, uel exultantis, uel gratulãtis est. Eo modo sibi gratulant maligni oẽs, cũ pbos quos psequunt, in laqueos, aut internitionẽ, ut ipsis uisum est, pduxerĩt. Nã qui tribulãt me, exultabũt, si motus fuero, ut idẽ ait. Fac igit supplex (inquit) rogo, ut spe sua frustrentur, et

Deuorare

Mali, de piorũ malis gaudẽt

Psal.12.

Erubescant & reuereantur simul, qui gratulantur malis meis,

Rogat pro inimicis, ut pudore afficiantur, et eos pœniteat, simul & reuereantur, errorem agnoscant, & sanctũ dei timorẽ habeant, ne lętentur, aut gratulentur malis suis, ut solent improbi dicentes. Euge euge, ut supra. Gratulantur (inquit) malis meis, fauent illis, cupiunt ut me superent mala, malis meis arrident, de illis deniq; inuicem gaudent. Fac igitur, supplex rogo (inquit) pater.

Induãtur confusione, & reuerẽtia, qui maligna loquuntur sup me.

Idẽ repetit feruenti affectu, orans, uel ut resipiscãt, uel ut deijciantur inimici. Confusionẽ induit, qui de peccati fœditate erubescit, pudoreq; afficitur, terretur consciẽtia, incipitq; timere pœnitentia ductus. Docet eo modo apost. ut fratris cõmercium fugiamus, ut confundat &c. Est etiã indui confusione, undiq; cingi probris, et ignominia, abijciq; ab hoĩm cõmercio. Id quod huic loco non alienũ uidet. Sic enĩ confusione induuntur iudęi iã exules, apud omnes, probro, & ignominiæ expositi, uere induti ignominia, tanquã ueste, & oĩ confusione circumdati. Hoc in eos orat, qui maligna loquuntur, qui dolos fabricãt, qui falsa mendacia in proximũ quærunt, qui super me, (inquit) hoc est, cõtra me, maligna loquũtur. Est enim loquendi modus, et frequens in hac nostra æditione, ut sup me, loco, cõtra me, ponatur. Quoties maligna & mẽdacia loquuti sunt iudęi cõtra christũ, passim euãg. testant. Illi idcirco, induantur (inqt) confusione, sint apud oẽs despectui, nisi resipiscãt. Mei uero

Indui confusione.

2.Tessal.3

Luc.4. &10.

Psal.3

Exultẽt & letentur, qui uolũt iustiçiã meã. Qui credũt & uolũt mandata mea seruare, qui abhorrent ab iniqtate, et qui ęquitatẽ diligũt, rogo (inqt) pater exultent illi, in cordibus suis, et lętent apud se, pacatã, et quietã conscientiã habentes. Et quantũuis

Bene ... ditari ... ciã dei

corporis

corporis molestiã patiantur, animi tamen, et fidei constantiã retineant, & intus pro conscientiæ integritate gaudeant. Rogo igitur pro eis, ut sint in fide constantes.

Et dicãt semp, Cantantes, et psallẽtes Magnificetur dñs. Aduersariorũ deiectione, et interitu, et suorũ fideliũ uictoria, et fidei constantia. Agnoscat ab oĩbus deus, et adoret eũ oĩs ppl's. Qui sic domĩo canũt, et exultãt in eo, amici dei sũt. Sic magnificet (inqt) deus pater, ab his qui uolũt iusticiã meã.

Qui uolunt pacem serui eius.

Illi ipsi sunt, qui uolunt iusticiã meã. Pro humilitate, se patris sui seruum uocat Christus. Non enĩ rapinã arbitratus est, se æqualẽ esse deo patri, sed seipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, inquit apost. Qui autẽ Christi sunt, uolunt, & cupiunt huius serui pacẽ, quia non persequũtur eum, aut suos, ut priores illi inimici, sed eum magnificant, laudant, extollũt, et eius iusticiã, eius doctrinã, eius misericordiam super omnia uolunt, et cupiunt. Seruum quoq; unũquẽq; uirũ iustũ intelligo, qui nihil tam cupit, q̃ iusticiam Christi, qui pacẽ quærit cum omnibus conseruis suis. Ab his recte magnificatur deus, pro his orat Christus, ut pauloante. Iudica me, defende me, & eripe me, hoc est, meos, a prioribus inimicis.

Philipp. 2.

Et lingua mea meditabitur iusticiam tuã, tota die laudem tuam.

Hoc non aliud est, q̃ confiteri deũ patrẽ in ecclesia magna, solicite denunciare iusticiã, bonitatẽ, et laudẽ dei patris apud eos, ut supra ĩ hoc psal. Et hoc faciã (inqt) tota die, cõtinue et assidue. Sic euangeliz abat Christus, et ut euãgelizarent, discipulos suos misit, binos, et binos. Hoc enĩ est, recte meditari de lege, de iusticia, de bonitate, et mĩa, de laude, et beneficijs dei, ea assidue alijs denũciare, ut per eos magnificet dominus, ut pauloante dixit. Non enĩ apud te cogitare, & contemplari sufficit, nisi ea prędices, ubicũq; uisum est oportunũ, in gloriã dei. Non modo animo, et opere, sed lingua quoq; meditari, assidue prędicare iusticiã dei oportet. Fide etenĩ, innocentia, honestis actionibus, uolũtatis eius denunciatione, laudat deus. Et bonæ meditationes sunt erga deũ, quęcũq; aut mente, aut ope, aut sermone, in dei laudẽ cogitamus, facimus, aut loqmur.

Luc. 4. & 10.

Psal. 39.

Bene meditari iusticiã dei.

Quibus laudatur deus?

Psalmus. 35.

Titulus.

In finem, seruo domini Dauid.

Hunc psalmũ reuelauit spũs sanctus seruo domini Dauid, quẽ elegit secundũ cor suũ, ut illũ in multorũ doctrinã caneret. Hæc est plana, et perspicua tituli explanatio, paucis.

In summa.

Prauũ impiorũ ingeniũ, fœdã in uitia pronitatẽ, ipsiusq; impietatis causam, & eius externa quædam iudicia, narrat. Magnã dei mĩam prędicat, pio uiro præmiũ, facileq; erga eum dei bonitatẽ docet. Supplex precatur pius, ne impij uiri impietas, eum uincat. Et quo magis pios consoletur, expellendos impios docet.

Explanatio.



Dixit iniustus, ut delinquat ĩ semetipso, Non est timor dei ante oculos eius.

Sic oĩs iniustus, oĩs peccator, delinquit in semetipso, qui dixit, secũq; constituit, delinquere. Causa uero delicti est, quia non est timor dei, &c. Qui enim timet deũ, nõ facit mala. Sed hic iniustus, ait in semetipso. Cur nõ delinquã (inqt) ego, cur non faciã quicquid aĩo lubeat? Non animaduertit deus, nõ uidebit, de his rebus nõ est sibi curę, uel si maxime fuerit, faciã tamen. Sic uolens, et sciens, nõ carnis imbecillitate, sed fœda malicia, ultroneaq; uoluptate delinquit. Hæc est impietas, aut scelus, ut uertit Hiero. ĩpij uiri. Quod ait litera nostra, In semetipso, In medio cordis sui, uertit Hiero. Hic est uere dei Imemor, uel potius deũ cõtemnit. Hic est qui

Maligna impietas deĩnquẽtium.

dicit, oblitus est deus, quia auferuntur iudicia dei a facie eius, ut ait in psal. 9. Time igitur dominũ, et recede a malo, inquit sap. Sed neq; deũ timent, neq; hominẽ reuerentur maligni, ut ait euangel. de iniquo iudice. Gladij nonnunq̃ potestatẽ timẽt scelerati. Deũ quidẽ qui oẽm potestatẽ habet, quiq; oĩa potest, oĩa uidet, nihil ignorat, qui potest corpus, et animã mittere in gehennam ignis, non timent, quia non uere agnoscũt, ideo eum ante oculos nõ habent, id quod manifestum est.

Psal. 9.
Prouer, 3.
Luc. 18.
Quem timent scelerati?

Q̃m dolose egit in cõspectu eius.

Dißimulat egregie, hipocritãq; agit, nõ deũ, sed seipsum decipiens. Nequiter se humiliat, sed interiora eius plena sunt dolo, ut ait ecclesiastic. Quasi nõ uideret deus, nequiter, turpiterq; uitã ducit. Perspicuũ igit est ex fructibus, corrupto, maleq; persuaso aĩo, illũ hęc dolose agere, in cõspectu dei, plane cõtra conscietiã, quantũuis dißimulet, aut stolide nimis putet, se fucũ facere deo posse, ut deũ decipiat, q̃ nihil ignorat, priusq̃ fiat. Sed causa est, quia nõ est timor, non est agnitio dei, non est memoria dei in cõspectu eius. Tam igit manifesta sunt eius scelera, & tam impia.

Eccles. 19.

Vt inueniatur iniq̃tas eius ad odiũ.

Tam aperte in cõspectu hoĩm turpiter egit, apudq; oẽs probos, uel potius apud deũ et hominẽ, tam inique, et impie uixit, ut inueniatur (inquit) iniquitas eius ad odiũ. Nullus est nõ alienus a deo, qui eius mores & actiões, eius turpẽ uitã, nõ odio habeat. Oĩm bonorũ odio dignus est, quẽ odio quoq; deus habet. Nullus ergo est, qui nõ facile intelligit ex his fructibus, eũ constituisse apud se, delinquere, et peccare, et turpiter uitã ducere. Non enĩ alias, tã palã et fœde uitã ageret. O nimiã ętatis nostræ, huius generis hoĩm multitudinẽ, q palã nõ uerent, et turpißima loq, et fœdißima patrare. Et quo magis hũc aĩm illi ĩesse pnoscas nõ modo fcta (inqt) docẽt, sed etiã uerba. Nã

Impiorũ mores, odio habẽt pii.
Psal. 138. & 118.
Ex operibus, hoĩs iudiciũ.

Verba oris eius, iniquitas & dolus.

Ex ore eius pficiscit alid nihil, nisi turpitudo, nisi scurrilitas, nisi blasphemia, nisi ira, nisi uĩdicta, nisi dolus, et fucatꝰ sermo, nisi fraus, nisi direptiones, crudelitatis tyrãnidisq; cõsilia, et id genus alia. Quis hũc hominẽ nõ facile, nõ perspicue iudicat secũ dixisse, ĩ semetipso, hoc est, in aĩo constituisse, & turpẽ uitã ducere, et deũ nõ timere? Docet hoc euangel. Ex abũdãtia (inquit) cordis, os loquit. Neq; ignorantia, sed malicia sic uiuit impius, quia

Oris ingens iniquitas.
Math. 12.

Noluit intelligere ut bene ageret.

Contempsit doctrinã, admonitores odio habebat, conscię stimulos nihili fecit, resipiscere noluit, nõ quod aliquãdo non urgeret sceleris conscientia, sed quod p cõcepta malicia, obedire nollet, cũ apud se prorsus decreuerit, ut delinquat. Cessauit igit aliquãdo cogitare, ut benefaceret, ut uertit Hiero. quia noluit bene cogitare. Perditißimũ genus hoĩm, qui quantũuis ĩtelligãt, nolũt tamẽ ĩtelligere, dei prorsus inimici, quẽ, et oẽm eius doctrinã, plane et apte cõtemnũt, aĩo, lingua, et ope, blasphemi, prsus ĩcreduli. Vereor ne huiꝰ generis nimis multi sint. Nullus nõ uidet ĩ hoc ĩpio, qđ uere

Perditum genus hominũ.

Iniq̃tatẽ meditatus est ĩ cubili suo.

Indicant quidem huius scelerati uiri internas meditationes, externa opera, nulli non manifesta, cum scilicet, in aĩo sic constituisse, neq; meliora secũ meditari, in cubili suo, in lecto, in otio, in occultißimo alias aĩo suo, q̃ iniq̃tatẽ, q̃ uitę turpitudinẽ, q̃ contemptũ dei, et mãdatorũ eius. Ex fructibus cognoscitur arbor. Quod ait, meditatus est, docet hunc impium nõ subito, aut aliquo casu, aut fragilitate deliquisse, sed aĩo, uitæ turpitudini dedito. Valde hãc iniquitatẽ meditant in cubili suo, et impie nimis soliciti sunt, qui nõ modo secũ male decreuerũt iniquitatẽ agere, sed etiã & uerbis, et scriptis, ut alios ad eandẽ ĩpietatẽ trahant, aliosq; eodẽ ueneno inficiãt, peßime satagũt, et ĩpijßime bonas horas, ĩ detestãda maxime opera cõsumũt. Hic uere est, de quo nũc ait.

Ab externis operibus, iudicare licet.
In eos qui etiã scriptis inficiũt.

Astitit oĩ uiæ nõ bonæ. Pronus est in oĩa uitia, nulla est turpitudo, quã ipse non perpetrat, nullũ tam fœdũ peccatũ, quod ipse non facit, quo nõ delectat se, non promouet,

Ipsa impietas.

per

per oĩaq; tẽtat, ut oĩbus noceat, probos oẽs, non solũ odio habet, sed sceleratis oĩbus fauet, eorũq; scelera ꝓmouet, quia impius est.

Maliciam autem non odiuit.

Sed etiam dilexit, ut pauloante. Hoc palam, hoc manifestũ est. Maliciã odio habere nõ potest, q oĩ prauitate delectat se. Malũ itaq; nõ abijciet, ut uertit Hiero. Stat ergo in uia peccatorũ, & sedet in cathedra pestilentiæ, ut in psal. 1. Oĩ igiẽ uię (inqt) nõ bonę, astitit. Paratus erat semp, ut quicũq; hãc uiã sectarent, illis se adiũgeret, cũ illis uersari, societatẽ inire cũ eis. Nã si uidebat furẽ currebat cũ eo. Hi sunt uere pctõres, quos odio deus habet. Noluit, spreuit sapiẽtis cõsiliũ audire. Prouer. cap. 1. Hos tamen, et sępe et diu patiẽ deus, ꝓ imperscrutabili sua bonitate, paratus ut resipiscẽtes benigne recipiat. Hic uelut dei mĩam admirans, in hanc uocem prorũpit ꝓpheta.

Dñe in cœlo mĩa tua. Admirabilis est supraq; oẽm humanũ sensum usq; ad cœlũ pertingens mĩa (inqt) tua domine, quę sic impios patiẽ &c. quia suauis es domĩe, et miserationes tuæ super oĩa opera tua, patiens, et multũ misericors es. Nusq̃ uiuiẽ, sine tua mĩa, nusq̃ nõ est. Non enĩ locũ suũ tenent cœlites illi, nisi tua mĩa. Absq; illa, siue in cœlo, siue in terra, non extat quicq̃ bene. Domine usq; ad cœlos mĩa tua, uertit Felix. Hic rerũ oĩm laudatiões illę, in psal. 148. Sic oĩs spũs laudet dominũ. Augustinus hoc cœlũ, cœlestia, et spũalia dona intelligit, quæ de cœlo ad nos descendũt, quibus abhorrere docemur a priore impietate, et reuereri hunc misericordem deũ, ut resipiscentes, ei placere studeamus. Quo nihil uerius est, hic tamen ut dixi, admirari uidetur ꝓpheta, de mĩa dei, admiratione dignissima, quę hos ĩpios tã diu patiẽ. Omnẽ itaq; humanũ sensum uicit lõgissime. Hic ait.

Et ueritas tua usq; ad nubes.

Omnẽ humanã cogitationẽ, aut sensum transcendit. Nullus infra nubes, huius ueritatis mĩę dei, nõ est particeps, uel ĩpius, uel iustus. In ĩpios misericors est, quos nõ statim pœnis afficit, quia patiens est. Patienter agit ꝓpter nos (inqt. D. Petr.) nolẽs aliquos perire &c. Huius gratiæ expers nullus est, nisi q se auertit. Nemini nõ se offert. Vocaui (inqt sap. in persona dei) et renuistis, &c. Hanc ueritatẽ sentit, quicquid sub cœlo, aut sub nubibus, aut uiuit, aut est. Neq; iumẽta negligit, ut statim sequitur. Aug. has nubes, in hoc loco, prędicatores intelligit. Sic igiẽ hęc duo loca, secundũ hunc sensum iungere licet. Domine in cœlestibus beneficijs mĩa tua, quæ non a nobis, aut alio quouis, q̃ a te solo accipimus. Et ueritas tua, uerbũ tuum, quo docemur, peruenit usq; ad nubes, ad prędicatores, qui docti uerbo ueritatis tuæ, id alijs denunciant. Isti sunt qui ut nubes uolãt. Has nubes sup indignos, mandat aliquando deus ne pluant. Sed prior sensus haud dubie germanior est. Ait igitur. Hęc tota mĩa tua, ueritas tua est, iusticia tua est domine, quia oĩa iuste disponis, siue impiũ prosperare patieris, siue iustum, & innocentem, deprimi sinas. Hæc est ueritas, quę manet inæternum, solidissima quidẽ. Quoniam

Iusticia tua sicut montes. Quod prius mĩam, nunc iusticiã uocat. Est etenim iusticia dei, mĩa eius, qui nihil agit, nisi ĩ ęquitate, & iusticia, in mansuetudine, & patientia, cum sit longanimus, & misericors. Hæc est ueritas tam solida, ut montes nõ sint tam solidi. Tamq; sublimis est, et ultra omnẽ humanũ captum, mĩa dei, ut non sint æquanda montiũ cacumina, quę ut in eam illam altitudinẽ congerantur, humana ratione compræhendi neqt. Ab uno itaq; sic uertiẽ hic locus. Iusticia dei celsissimis mõtibus sublimior est. Homini igiẽ non est peruia, nõ perscrutabilis est, altior est, occultior est, q̃ ut rõne attĩgere possit humana imbecillitas. Alij hos montes aplos intelligũt, qui suã iusticiã, integritatẽ, doctrinam, non a se, sed a deo habent. Sed litere uicinior est prior sensus. Hinc ait.

Iudicia dei abissus multa. De abisso, diximus in psal. 22. & 32. Abissus (inquit) multa, profunditas magna, imperscrutabilis

Psal. 1.
Vere peccatores.
Prouerb. cap. 1.
Mĩa dei.
Psal. 144.
Mĩa dñi in impios.
2. Petr. 3.
Prouer. 1.
Verbi denuntiatores, nubes
Dei mĩa, est ipsa iusticia dei.

tabilis

Rhom.11. tabilis altitudo, ab hoīs sensu remotissimū ar chanū. Hinc clamat apost. O altitudo sciētię, et sapientię dei &c. Quis cognouit sensū do mini &c. Si uni igit dederit deus, alteri abstu lerit, noli esse curiosus nimis, ut altū secretū dei inuestiges. Si priorē illū impiū, dignos il lico pœnis nō affecerit, noli tarditatē dei ac cusare, noli indignari, esto æquo aīo, quia dei iudiciū est. Si piū uirū afflixerit molestijs af fecerit, boni consulito, quia quod optimū est, id operat deus ī oībus. Dei itaq; iudicia abis sus multa. &c. Tam enim occulta sunt iudicia dei, ut ultra omnē humanū captū, ut non mo do amicos dei, piosq; uiros, sed etiā animalia, et inimicos saluos faciat, illa prior misericor dia dei. Ad deū itaq; sermonē uertens ait.

Impia cu riositas, q̄ dei opera inuestigat

Homines & iumēta saluabis dñe, quēadmodū multiplicasti miseri- cordiā tuā deus. Tam enī lata est mīa tua domīe (sic enī tibi placuit multiplicare, et ampliare tuā mīam sup oīa) ut nō modo (in quit) hoīes, sed et iumenta salua feceris, nihil est, qd non tibi curæ sit. Hoīes, et aīa, et cor pore saluabis, si te audierint. Brutorū quoq; aīaliū corpora saluat deus, q dat iumētis escā ipsorū, quæ nutrit, et pascit. Oīa enī a te ex pectāt, ut des illis escā in tēpore. Escā quidē a deo leonū catuli quęrūt rugiētes. Pater enī cœlestis oīa pascit, ut ait euangel. Bonitatē igit dei admirans, cui res omnes tantæ curæ sunt, quiq; tam patiens est, sic deū alloquit.

Psal.147.

Math.6.

Quàm pręciosa est mīa tua deus. Litera quidē perspicua est. De illis taceo, qui hunc priorē locū, de gentibus interpretatur, quas iumēta uocari uolūt, sine lege errantes, et nescientes deū, quas bestias terræ appellat Ezech. suo tamē aduentu, eas cū primis salua uit Christus. Hūc aīalem hoīem uocat apost. insensatū ante gratiā, qui non percipit ea quę sunt spūs. Corpus hoīs, uere iumentū est, p nū in oīa pctā, deo aduersariū. uere iumentū, nisi resipiscat, et Christi iugū accipiat, spiritui obediens. Neq; admiremur in tam magna dei

Ezech.34

1.Cori.2.

mīa si blasphemos īpios, de quibus in princi pio, diuturnius nōnunq̄ ferat benignus deus, qui solem suū oriri facit, sup bonos, et malos, pluit sup iustos, et iniustos. Neq; indicat ante tēpus illi soli notū. Solus enī perspicit quādo ueniet dies eius, psal. 36. Qui hæc iumenta, dæmones saluandos intelligūt, longe errant. Non mihi alienū uidet, postq̄ ī psal. principio, de illo blasphemo, et obstinato īpio, cuius ini quitas ad odiū, docuerit, si hunc locū sic intel ligamus, ut hoīes, pios uiros, iumenta, īpios, sentiamus, deū non agnoscentes, flagitiosos, uitę turpitudine se delectantes, ipsis iumentis et belluis deteriores, equos et mulos, in qbus non est intellectus, qui in hac uita nihil habēt prorsus, præter eorū turpissima pctā, præter beluinā, et fœdissimā eorū uitā, indigni q uo centur hoīes. Hos tamē saluat, quibus p tēpo rali uita necessaria tribuit. Pios uere saluat, quibus et temparalē, & æternā uitā elargit. Neq; nō aliquando dei magna mīa resipiscūt impij, et de iumentis, et pctōribus, fiunt hoīes deū agnoscentes. Si uero nō resipiscunt, uere iumenta sunt, uere in inferno cū dæmonibus sepelienda, qui tam pnā, & magnā dei mīam respuunt. Hi sunt impij hoīes qui constituunt apud se, qui aliā uoluntatē habere nolunt, q̄ ut delinquant, ut fœde uiuant, quia nō est timor dei ante oculos eorū. Longe quidem alia est uoluntas piorum, qui contra hos impios in solo deo, spem suam constituunt. Hinc ait.

Math.5.

Psal.36.

Iumenta impij.

Psal.31.

Indigni hominis nomine.

Filii autē hominū in tegmine ala- rū tuarū sperabūt. Qui uere sunt ho mines, et deū & creatorē, et in oībus te pro tectorem agnoscentes, nō modo quæ habent oīa a te accipere se agnoscūt, sed etiā quoties opus (inquit) fuerit, ad te confugient, et fir miter sperabūt in tegmine, et umbra, et pro tectione alarū tuarū, quę sunt multę mīę tuę, ut illis tam in hoc sclo cōtra oēs hostes, spiri tuales potissimū opem feras, q̄ in futuro, ut promissam ęternitatis gloriā assequant, uere filij hoīm ratione fruentiū, non ut iumentorū filij, absq; cognitione dei. Inter hoīes, & fi lios

Homines recte deū agnoscen tes.

lios hoim, August. hic pluribus uerbis differentiā docet. Lege apud eū. De alis dei, diximus in psal. 16. De filijs hominū in. 4. et. 13. psal. Adde Hiero. in cap. 4. ecclesiast. Filij uero hominum sic sperantes, & omnem (inquit) spem suam habentes in te solo.

Psal, 16.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ. Alia est ebrietas mala, alia salubris. Dic i psal. 22. Tropus est scripturæ, ut ebrietatem pro abundātia, et saturitate ponat. Sic ait. Visitasti terram, et inebriasti eam. Hunc itaq; locū sic uertit Felix. Saturabuntur pinguedine domus tuæ. Filij igitur hoim, in te, spem (inquit) suā ponentes domine, inebriabuntur, & abunde saturabuntur ab ubertate, de pinguedine domus tuæ. Ad hanc spiritualem, et diuinā ebrietatem, et saturitatem, alia nulla saturitas, alia nulla ubertas, nulla rerū abundantia, cōparari potest. Est enī cœlestis gloria, cuius suauissimā ubertatē, nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs ascendit, quā deus præparauit in illa domo sua, ubi mansiones multæ sunt, his qui diligunt eum, inqt apost. quia eos cum uultu suo adimplebit lætícia, ut in psal. 15. In hac uita, & magnam quoq; huius ubertatis scintillā per speciē, uelut in enigmate sentiunt filij dei, ut ait apost. qui huius præsentis uitæ uoluptates prorsus fugiunt, et se, hoc est, carnalem suā uoluntatē abnegant, a solo deo pendent, in eo fiduciam ex toto corde habent, ut ait sap. Hi sunt qui certa fide in deum contra omnes hostes muniuntur, qui huius sclī spem omnē ab aīo deponunt, neq; non & parentes, & uxorem, et filios, ac fratres in hac sctā ebrietate, sui uelut obliti, pro Christo, si res urgeat, deserūt, uel ad martirij usq; palmam. Sic saluat homines mīa dei, ut pauloante. O calicem sic inebriantē, q̄ præclarus est. Ab ubertate igitur domus tuæ, cœlestis gloriæ, inebriabuntur.

Psal. 22. Ebrietas. Vbertas domus dei. 1. Cori. 2. Psal. 15. Prouer. 3.

Et torrente uoluptatis tuæ potabis eos. Cupit propheta uerbis quantū fieri potest, cælestis retributionis ineffabilem gloriam, priorem illā ubertatem, oculis abijcere. Et torrente (inqt) &c. Torrentē, ualde inundantē aquā, præter expectationē esse, nullus ignorat. Tali torrente suos potabit deus. Quāuis enī in eum spem omnē suam posuerint, neq; non certo sperauerint de eius mīa, ad æternā gloriā, qui maxime iusti sunt, longe tamen ampliorem adsequentur, q̄ spe expectabāt. Tam benignus, tāq; misericors est deus, tam abūde retribuit. Ait itaq;. Torrētē uoluptatis, et delitiarū tuarū, (ut a Hiero. uertitur) in cœlesti gaudio potabis eos. Quæ nā uoluptas, quæ delitiæ huic cōparari possunt? Est enī paradisus oīm uoluptatū, oīm delitiarū ad oēm usq; satietatē. De hoc torrente maxime bibit ī hac uita, qui in Christi paßione, qua sanguinē suū nostra causa uelut torrentē abūdantißime, in remißionē nostrorū pctōrū effudit, uere spem suā ponit. Abūdans enī, et omniū præstantißimus est huiusmodi potus. Nam qui de eo bibit, inæternum non sitiet, ut ait euangel. Hanc mensam, ut ad saturitatem edamus, et bibamus, promisit filijs suis Christus. Neq; alio reperiri (inquit) potest hic potus, q̄ apud te domine deus misericors.

Torrens voluptatis. Ioan. 4. & 7. Luc. 22.

Quoniam apud te fons uitæ. Est enī fons aquę saliētis in uitā ęternā Christus (inqt) filius tuus, qui apud te est, et semp fuit, quem deorsum in terrā ad nos misisti, ut nobis uitæ aquā, hoc est cœlestē doctrinā daret, Docuit enī uias uitæ. Volūtatē patris, et docuit, et fecit ille solus. Ab hoc fonte, emanat oīs itaq; salubris adeo potus, ut qui bene de illo bibat, & ad finem usq; perseueret, non amplius sitiat. Illic enī quando facie ad faciē hunc uitæ fontē uidebimus, in cœlesti domo, uere saturabimur. Nā disponā p uobis regnū (inqt Luc. in priore loco) sicut disposuit mihi pater &c. Apud te igitur fons uitæ.

Luc. 22.

~~Et~~ ~~I~~n lumine tuo uidebimus lumē. Neq; uerū lumē est quod a te non pficiscitur, neq; aliud lumē uere uirtutis aut uoluptatis, uel in hoc sclo uidemus, uel in futuro uidebimus, q̄ apud te, & a te, qui es lux uera. Hoc est lumen de lumine, (ut ait Ioan.) quod illuminat

Lumē dei.

minat omnē hominē &c. Lumē dei patris est filius. In lumine ergo, splendoris, & gratiæ tuæ, ĩ lumine doctrinę, et fidei, ĩ Christo Iesu filio tuo deus pater, uidebimus lumen nostrũ, quo recte ad te ambulemus. Sine hoc lumine, in tenebris ambulamus, & quo, oĩm rerũ incerti, nescimus. Interim enĩ in hac uita, in ea doctrina, quã a priore filio tuo accepimus, quæ est lucerna pedibus nostris, uidemus lumen uolũtatis & pręceptorũ tuorũ, ut recte ambulemus, uidemus lumē fidei, quo recta, et certa uia ducimur. Deũ patrē nũc alloquitur ꝓpheta, certa fide pręsentiēs, quod lumē suũ, Christũ, demitteret ĩ terrã. Lumē de lumine, in quo uerũ lumē, uerã sciētiã dei uidebimus. Hoc est lumē, quod dirigit ĩ uiã pacis. Hãc lucē ut uere adsequamur, supplex (inqt) rogo.

Pretende mĩam tuã scientibus te.

Pretende (inqt) prępone, et cito emitte misericordiã tuã, hoc lumē tuũ, quod a te ꝑ mĩam speramus, scientibus, et agnoscētibus te, tam ut eorũ gressus dirigat, q̃ ut sit eis scutum & ꝓtectio cõtra impios, et malignãtes, ne tuos seducant. Hoc orare uidet, more patrũ ueteris testamēti, qui per spem certã expectabãt hãc redemptionē israel. Idē nobis orandũ est quotidie, ut pręsentanea gratia iuuemur. Hoc pro sua charitate, nõ tam suo, q̃ oĩm nomine orauit propheta. Prętende igit mĩam (inqt) tuã, benignã gratiã tuã, ut sit tuis scientibus et agnoscentibus te, ad defensionē parata.

Et iusticiam tuã, his qui sunt recto corde.

Prętende. Indigni sunt hac iusticia, hac mĩa tua, & gratia, nisi qui sunt recto corde, hoc est, qui te agnoscũt, et fidē habent in filio tuo, quē mittes domine pater, qui est tua iusticia, qui per eum oparis oĩa. Qui hãc

Rectus corde.

rectitudinē habet, nõ constituit secum delinquere, ut in psal. principio, non se delectat in impietate, timorē dei ante oculos habet, studiosus est ut uolũtatē dei faciat. Qui his moribus sunt, hi sunt recti corde. His prętendet deus pater misericordiam suam, & eos pręmuniet, hanc iusticiam suã ad eos in tempore mittet, quia mites sunt, & humiles corde. Sic igitur qui rectus est corde, solicite orat.

Non ueniat mihi pes superbiæ.

Sicut illi impio in huius psal. principio, qui te nõ agnoscit, nõ timet, nõ reueret. Pes supbię, est elatus animus, affectus supbię, quãdo sibi nimiũ tribuit homo, suimet nimis amans, sibiipsi nimiũ fidens, suæ imbecillitatis plane oblitus. Hinc oē malũ, oē peccatũ. Est enim oĩs pcĩi radix, hmõi pes superbię. Pede corporis transimus, et ad optatũ locũ peruenimus. Sic habet animus, et suũ pedē, suũ affectũ, quo ab humilitate, in supbiã, in sui obliuionē seducit. Ab hac igit se orat liberari, tanq̃ a fõte oĩm malorũ. Deiecti sunt ãgeli ꝑ supbia. Supbia, cecidit primus parens, persuasus astutia diaboli, se fore æqualē deo, si de pomo cõmederet. Bonũ, et malũ sciret. Nõ igit ueniat mihi pes (inquit) supbię, non contingat ut mihi, et uiribus meis fidã, tolle animi arrogãtiã a me, ad quã prona est caro, spũ lõge fortior, nisi ꝑ tuã gratiã. Vtq; tutior (inqt) euadã, supplex precor, ut tua grã a me munias ab hac supbia.

Pes superbiæ.

Pes animi

Superbia fons oĩm malorũ.

Et manus pctõrũ nõ moueat me.

Si me ad hoc pctõres, impij, diaboli ministri, stimulare, aut solicitare uelint, prętēde mĩam tuã domine mihi, protege me, pręmunias me gratia tua quęso, et da mihi constantiã, ut manus, ut opus, ut ĩpij solicitudo, nõ me moueat de recto loco, de uia recta, quin te agnoscã, te timeã, eũq; timorē ante oculos semper habeã, oĩa tibi tribuã, me tibi perpetuo totũ cõmittã, nõ illi impio assentiã, nõ acquiescã, ut monet sap. Non enĩ me latet, pedem, affectũ superbiæ, hominē prorsus a te abijcere, tuęq; gratiæ expertem indignũq; facere prorsus. Deponis itaq; hos superbos de sede, et exaltas humiles. Id quod exploratissimũ est. Nã

Animi rectitudo.

Prouer.1.

Ibi cęciderũt qui operantur iniqtatē.

Hinc omnes lachrimæ, omne peccatũ, a superbia scilicet. Ibi cæciderũt angeli de cœlo. Ibi cęcidit Adã de paradiso, unde oĩs pcti fomes. Qui igit peccauerũt oēs, qui iniquitatē opati sunt, ibi inceperũt cadere. Quãobrem.

Oẽne peccatũ a superbia.

Expulsi

Expulsi sunt, & nõ potuerũt stare.

Expulsi sunt angeli de cælo, Adam de paradiso, et p illo pctõ superbiæ, illic amplius stare, aut manere nõ potuerũt. Non potuerũt surgere, uertit Hiero. Nõ potuerũt redire, unde expulsi sunt. Sic expellitur oĩs superbus a fauore, a gratia dei, nec stare potest, sed omni uento iactatur, q̃diu supbus est, nimiũ sibi, & uiribus suis fidens, non in mĩa dei. Relinquit enim desiderio suo, &c. ut ait apost. Rhom. 1. *Non sic expellebatur, qui se indignũ dixit, ut corrigiã calciamẽti eius solueret.* Luc. 3. *Et qui dixit, Nõ sum dignus ut intres sub tectũ meũ. Et qui dixit, Propitius esto mihi pctõri.* Luc. 18. *Discite a me (inqt christus) quia mitis sum, et humilis corde. His enĩ deus mĩam largit. Superbis uero resistit, qui deũ factis non agnoscũt. Neq; non solent uerba factis esse similia, ut supra ĩ hoc psal. Videre tamen licet, quibus facta cũ uerbis lõge dissonãt. Vereor ne multi nimis expulsi sint, primores potißimũ uiri, qui uerbis deum fatentur, factis autẽ negant. Oremus aßiduæ, ut ueræ humilitatis gratia nobis det, quæ deo maxime grata est. Quantũ uero differat ab humilitate supbia, paucis docet sap.* Prouer. 11 *Vbi fuerit supbia, ibi erit & contumelia. Vbi autẽ est humilitas, ibi et sapientia, inqt. Lege D. Iob cap. 40. quæ in supbos orat, uel potius indicat, quęnã uindicta superbos manet.* Iob. 40. *Supbia totus feruebat ĩpius ille, in huius psal. principio. Expulsus est igit, nec potest stare. Humilitate delectemur, ut nobis tandẽ liceat astare cõspectui dei, ubi oĩs oĩm deliciarũ bona ebrietas, ineffabilis ubertas, æterna glia. Amen.* Humilitas subleuat.

Psalmus ipsi Dauid. 36.

Ipsi enim Dauid ut hunc psalmũ caneret, in piorũ omniũ consolationẽ, & impiorũ terrorẽ, reuelauit spũs sanctus, ne scilicet terreantur pij, si impios prosperari, pios quidem affligi, & aduersis molestari uideant. Sic enim prosperabãtur diu Dauidis inimici, ipse autẽ fuga, parentũ, et amicorũ persecutione angebatur. Tandem uero deletis inimicis, uictor magna fœlicitate euasit.

In summa.

Ab impiorũ uita, et moribus, pios oẽs cauere admonet, A quibus, quo magis abhorreãt, et maloꝝ instabilitatẽ, et facilẽ ruinã, et bonoꝝ securitatẽ premijq; amplitudinem, docet.

Explanatio.



Oli emulari in malignantibus.

Emulari, notum est duas habere significatiões inuidere, & amare scilicet, uel potius pro amore seu affectu imitari. Huic loco conuenit utraq; significatio. Iustum etenim uirum sic admonet propheta. Noli (inquit) emulari in malignantibus, hoc est, noli inuidere malignantibus, & impijs hominibus, aut ægre ferre, si eos aliquando prosperos, & huius sæculi fœlicitatem, diuitias, præfecturas, honores adsequutos uideris, eoq; pro libidine nocendi potestatem habeant, & in malignitate uixerint, iniquitatem operantes, quia breuis est gloria eorũ, ut in hoc psalmo. Vel noli emulari, &c. hoc est, in uita eorum noli eos imitari, noli eorum uitam amare, ut eos imitari uelis. Hinc uertit Pagninus. Ne misceas te cũ malignis. In hunc sensum ait sap. Ne emuleris uiros malos, nec desideres esse cum eis. Prouerb. 24. *Et iterum. Non emuleris impios, quoniam lucerna eorum extinguetur.*

Neq; zelaueris faciẽtes iniquitatẽ.

Idem repetit, ne uel emuleris, uel zelaueris, aut ames iniquitatem facientes, uel ut eorum prosperitatem ægre feras, cum non sint tibi tam res prospere &c. quia zelus huiusmodi malus est, non secundũ scientiã, ut ait apost. Rhom. 10. *Non zeles gloriam, & opes peccatoris, inquit Eccliastic.* Ecclef. 9. *Si te lactauerint pctõres; (inquit sap.) ne acquiescas.* Prouer. 1. *Cũ illis quoq; zelũ contentionis non habeamus, monet apost.* 1. Corin. 3.

Quoniam tanq̃ fœnum uelociter arescent. Cur ergo aut illis inuidebunt iusti, aut eos imitari uelint, qui tam cito pereunt? Arescent (inquit) sicut fœnũ, quod a falcario falce desecatũ intra paucissimas horas et omnẽ uiriditatẽ, et priores uires amittit, iam pallidũ, planeq; mortuũ. Huic impiũ comparat. Iam iam floret, qui illico aut misere cadit, aut iam morte præuentus, terra & puluis iacet. Sic est omnis caro fœnum, ut ait Esai. Sic ait in alio psal. Cum exorti fuerint peccatores, sicut fœnum &c. Sic responsum est illi stulto diuiti. Stulte, hac (inquit) nocte animã tuam, &c. Sic fit omnibus, ut ibi ait, qui nolunt esse diuites in deũ. Velociter igitur arescent, cito consumentur.

Impiorũ repẽtinus interitus.

Esai. 40.
Psal. 91.
Luc. 12.

Et quemadmodũ olera herbarũ, cito decident. Cito deficient, omnes uires tanq̃ emortui, celeriter amittent, quia non habent altas radices, facile euelluntur, alieni ab ubertate gratię dei, ut in psal. proximo superiore. Sic & hi omnes, qui sperãt in hominibus, in incertis diuitijs, in rebus quibuscunq; alijs, q̃ in solo deo, cito, et facile decidũt. Arboris robur non habent, sed ut olera ut legumina, ut teneræ herbæ, facile aut euelluntur, aut cadunt. Si unam aut alteram æstatem habeant, hyeme marcescunt. Noli igitur qui iustus es, eos emulari. Sed

Non sperãdũ nisi in dño.

Spera in domino. Solidam fidem in illum habeto, in eius manus, omnẽ spem tuam ponito. Sorte tua esto contentus, quæq; uult deus, siue tribuat, siue eripiat, grato, & humili accipe animo.

Et fac bonitatẽ. Noli studere, ut malignos emuleris, sed solicitus esto, ut erga oẽs charitatẽ exerceas. Hoc est enĩ facere bonitatẽ, integram fidẽ habere, & bene operari. Vertit itaq; Felinus. Stude beneficentiæ.

Facere bonitatem.

Et inhabita terrã. Secure enim terrã inhabitabis, et quieto animo, in quocunq; regione fueris, siue peregrinus, siue exul, siue in prosperis, siue in aduersis, quia te totũ deo commisisti, lete quicquid dederit accipiens. Permanebis igitur, si non corpore, animo tamen quieto, & securo, qui sic habitat terram. Hinc ait sap. in persona dei. Qui me audierit, absq; terrore requiescet. Non enim ut fœnum arescet &c. sicut maligni, qui omni aduerso flatu, turbantur, deijciuntur, et torquentur, facile decidunt, qui nihil minus q̃ terrã inhabitant, cum sint omniũ rerum incerti. Illi enim soli terrã habitare uidentur, qui nullis animi molestijs præmuniuntur, quia æquo animo ferũt omnia, tam quod non ignorant fieri omnia a deo, quam quod in solo deo sperãt, qui omnia pro uoluntate disponit, & quod optimum est agnoscentibus eum præstat. Spera igitur in domino, & terram inhabita.

Animi securitas.

Inhabitare terrã.

Et pasceris in diuitiis eius. De fructibus eius saturaberis, quia deus in quo speras, alet te in fame. Non enim uidi iustũ derelictũ &c. ut postea in hoc psalmo. Erant quidẽ in ueteri testamento promissiones de longa uita, & frugum abundantia. Vt uiuas longo tempore, & bene sit tibi, inquit. Hęc erat quoq; Isaac patris ad filiũ Esau benedictio. Det tibi deus de pinguedine terræ abundantiam &c. Sic terrenarũ rerum promissione trahebantur, & minis, de earundem rerũ amissione terrebantur. De utroq; Deutero. 8. Regnum etenim cœlorũ nondũ erat notum, non adhuc prædicatum. Nobis modo promittuntur alię diuitię, alię longe pręstantiores uoluptates. De his diuitijs, dic in psalmo proximo superiore, ibi inebriabunt ubertate &c. Neq; non in hac uita suos nõ derelinquit deus, magnisq; nõnunq̃ beneficijs afficit, sed utilissimis. Quod autẽ hic ait. Terram inhabitas, et pasceris &c. Terram, Augus. ecclesiam, diuitias, sanam eius multiplicitem doctrinã intelligit, quibus uere pascuntur pij omnes. Qui hanc terram, hoc est ecclesiam inhabitant, in loco bonæ pascuæ collocantur. Terrã quoq; bene inhabitat, qui spirituali doctrina, cui nullę diuitię comparandę sunt, corpus efficit spũi obediẽs, ne terra, hoc est, caro,

Deuter. 5.
Gene. 27.
Deuter. 8.
Terra.
Psal. 22.

est, caro, in qua spiritus inhabitat, dominetur. Huic enim recte dicitur, Spera in deo, et

Delectare in dño, & dabit tibi petitionẽ cordis tui. Delectatur quidẽ in domino, qui illũ ex toto corde, ex tota mente &c. uere amat, eius uerbo credit, in eius auxilio, & mia sperat, certa fide solicitus, ut declinet a malo, et faciat bonũ. In domio delectari est, nõ modo de dei bonitate, sola mentis contẽplatione, intus suauiter gaudẽs cogitare, sed solicite etiã facere quæ præcipit, ut potius factores, q̃ auditores simus. Ita monet apost. ut qui gloriat, in domio glorietur. Sic (inquit) delectare in domino, nõ in huius sęculi potentia, honoribus, aut diuitijs, et nõ opus erit, ut in malignantibus emuleris, quia dabit ipse deus tibi petitiões cordis tui, ut qd utilissimũ est, speres. Petitiões cordis (inqt) et spũs, nõ autẽ carnis, dabit. Dic in psal. 20. Neq; quod cupiũt hoĩes sæpenumero dat petenti deus, sed utiliora haud dubie, quia sæpe nesciũt quid petant, ut ait Christus. Vt petamus tamen, & uult, & mandat deus. Petite (inquit) &c. Neq; aliud iam docet pphetа.

Delectari in dño.

1. Corin. 1.

Psal. 20.

Matt. 21.

Reuela domino causam tuam, & spera in eo, & ipse faciet. Toties domino causam nostrã reuelamus, quoties nõ in quouis hoĩe, sed in eo solo sperantes, pctã nostra, uitã nostrã, necessitatẽ nostrã, ei narramus, nos nostraq; ei cõmittimus, & ab eo quicqd est auxilij, petimus. Narramus (inq̃) non quod prius nesciat ipse, qui nihil ignorat, sed uult et mandat, ut precibus ad eũ accedamus, spũ contemplãtes eũ. Id quod si fecerimus, omnẽ spem cõstituentes in eo, ipse haud dubie id faciet, qd nobis erit oĩm utilissimũ.

Reuelare dño causam.

Et educet quasi lumẽ iusticiã tuã, & iudiciũ tuũ, tanq̃ meridiem. Quid sit in hoc loco iusticia hoĩs, ex prædictis manifestũ est, fidẽ in deũ habere scilз, illi se cõmittere, ab eo solo pendere, a malignis, et eorũ uita abhorrere, & magno studio bonũ operari. Neq; non idem est, rectũ hominis iudicium. Repetit enim ut solet. Noli igitur emulari in malignantibus, sed spera in deo, et ipse faciet p bonitate sua, ne frustra speres, quia te iuuabit in oportuno tẽpore, inimicos tuos fugabit. Non enĩ derelinquit sperantes in eo. Et tum quidẽ educet in oĩm tandẽ oculos, quasi clarum lumen iusticiã tuã, & quasi meridiẽ, seu meridianũ solẽ, illud rectũ iudiciũ tuũ, splendidũ faciet, ut nullus non perspiciat, illũ esse optimũ deũ, qui saluos facit sperãtes in eo, illosq; sibi curæ esse, qui sperant in eo, teq; ex eorũ numero esse, postq̃ adeo benigne auxiliũ tulit deus, in oĩm inimicorũ admirationẽ, uel stuporẽ potius. Reuela (inquit sap.) domino opera tua, & dirigẽtur cogitationes tuæ. Hanc uero opem quãuis non aperte ferat in hoc sęculo, maneantq; nõnunq̃ occulta priora iusticia, et iudiciũ piorũ uirorũ, cũ non uideatur præsentaneũ auxiliũ habere iustus, speret tamen in deo, & ipse clarescere faciet iusticiã eius, plusq̃ meridiem, plusq̃ huius sæculi omnes claritates, cum ad hunc terminum uenerit, quo dicet Christus, Venite benedicti patris mei &c. Hæc est spes, quæ corporali oculo nõ uidetur, quam, certa fides, de certis promissionibus dei docet. Quamobrem.

Vera iusticia, siue iudiciũ hoĩs

Prouer. 6.

Spes ex fide.

Subditus esto domino, & ora eũ. Quod ait, Subditus esto domino, docet nos, pro uoluntate nostra nihil uelle debere. Non erimus tum uere subditi. Humiliemus itaq; deo animas nostras, oĩa ab eo expectantes. Quicquid disposuerit, libenter acceptemus, quicquid patimur, quęcunq; nobis contingũt, æquo animo feramus, non nescientes id totũ esse ex deo. Dic ergo, et ex animo dic, Sicut domino placuit ita fiat. Qui hoc modo subditus est, eum haud dubie orantem, exaudit deus. Hinc addit. Subditus esto domino, & ora eum. Neminem nisi subditum, & humilem, exaudit deus. Hunc sensum perspicuum efficit Felix, qui sic ex hebræo uertit. Expecta dominũ, & expecta ipsum. Expectamus dominũ, quando sustinemus, quoad uisum sibi fuerit, quando studemus ut eius uoluntati obedia-

Subdidi sim⁹ deo.

Expectare dñm.

obediamus. Hāc patientiā, spes nutrit. Dic in psal. 9. & 17. Delectare igit in domino, et

Noli emulari in eo, qui pſperatur in uia sua, & in homine faciēte iniusticias. Hi sunt diuites huius seculi, qui non in domino prosperātur, sed in uia sua, ut hic ait. Vias eni dei respuunt. Quāuis tu afficiaris multis molestijs, impius uero, & qui manifeste iniustus est, in uia sua maligna prosperatur, qui solet insolescere, superbire, fortitudinē suā legē iniusticię facere, noli tamen emulari in eo, ut i psalmi principio, noli amare uias eius, noli ægre ferre, noli conqueri de eo, sed spera in deo, & expecta eum.

Patientiæ doctrina.

Desine ab ira. Quātauis iniuria te afficiat, ira ne mouearis. De prosperis eius noli indignari. Esto patiens, & sustine, noli non subditus esse deo. Noli uindictā quærere, ne reddas malum pro malo. Deo te cōmenda.

Et derelinque furorem. Vel repetit uehementiæ causa, cum addit furorē iræ; tam ardet pro charitate, ut pios omnes ab his malignis abhorrere doceat. Vel iram (ut quidā sentiūt) celerē animi cōmotionē, furorē autē diuturniorem iram intelligit, quæ manet, atq; animū magis ac magis stimulat. Noli ergo indignari contra illos impios, & malignos pſperos, id quod infirmiores multi, continere uix queunt, ut non faciant. Eos eni et mouet, et stimulat, & urit ualde, quod tam prosperi sint impij, de quo conquerit Hieremias. Derelinque hūc furorē. Male scilicet, aut facere aut optare illis, noli. Ne dicas, inqt sap. Reddā malū, expecta dominū, & liberabit te. Et

Ira. Furor.

Hiere. 12.

Prouerb. 20.

Noli emulari ut maligneris. Noli illis ita inuidere, aut illoꝝ uiā sic amare, quia in huius seculi oculis prospera est, ut cū illis, priore iusticia relicta, maligneris, ut cum illis, aut abire, aut stare, aut sedere uelis, ut in primo psalmo docemur.

Quoniam qui malignātur exterminabuntur. Noli igitur malignari in illis, noli te miscere illis, ne cū illis exterminneris, extra Christi ecclesiā deijciaris, a cœlesti gl'ia depellaris. Lege Hiero. Prouerb. 2. in fine. Hoc certo certius est, qui malignant, qui malignā, improbā, & turpem uitā ducūt, exterminabūtur, peribūt, ut uertit Hiero. excindentur, ut ab alio uertitur, ab oī hęreditate dei, tam in hac uita, quàm in futura.

Exterminari.

Sustinentes autē dominū, ipsi hæreditabunt terrā. Erunt eni terrā oīm, quæ in terra sunt, uere domini, terrā inhabitabūt, ut supra. Erunt per patientiā, oīa possidentes, ut ait apost. Totū illud caput lege, quod huic loco conducit. O pulcherrimā, & utilissimā patientiā. Sustine ad huius uitę momentū, & si interim ut cupias, non prospiciat deus, pro patientia unius uelut horę, æternā hęreditatē possidebis. Eris enim Christi cohęres. Hæc est terra uiuentiū. Vere & hanc pręsentaneā terrā hęreditabis. Nam contentus eris tua sorte, quęcūq; contigerint, uel potius quęcūq; deus præstiterit. Qui hāc animi patientiam habet, propter deum, is solus uiuit in terra. Sustine igitur.

2. Cori. 6.

Breuis patiētia, ęternā hęreditatem adquirit.

Et adhuc pusillum. Adhuc modicum sustine in hac uita quæ breuis est, uel donec aliter uisum fuerit deo.

Et non erit peccator, quæres locū eius, & nō inuenies. Non enim raro pereunt in hoc sclo peccatores, ut pluribus in psal. 6. diximus. Sustine igitur adhuc pusillū, quia nescis q̄ modicū tempus illi maligno superest. Exterminabitur plane, et quidē breui, et amplius non erit. Cū enim perierit, quęres locū eius, hoc est, tecum cogitabis, ut uertit Hiero. de loco eius, in quo superbe imperare solitus est, et iniuste pios diuexare, et nō inuenies eum, quia iam exterminauit eū deus, qui cōtra impiū, suis auxiliū tulit, et impiū e medio sustulit, quia gloria eius, stercus & uermis est, hodie extollitur, et cras non inuenietur, &c. Quod enim ait litera nostra, quęres locū eius, &c. Non hoc ait, ut impiū quærat iustus, desiderio impij, sed quæres, hoc est, tecum co-

Machab. 1.

cum cogitabis, uel miraberis potius, sublatū nūc esse prorsus illū hoīem, qui iamiam tanta rerū oīm abūdantia, tanto in oīm oculis splendore, tanto fastu, tanta imperauit atrocitate. Neq; modo sublatū intelliges, sed eius nomen oībus quoq; odio haberi, quia laus impiorum breuis. Non itaq; inuenies priorē locū eius. Longe aliter inuenies, q̄ prius. Nam qui eum antea in cœlū usq; laudibus tollebant, ab eius modo nomine abhorrent, probris oībus eum afficiunt, liberæ prioris uitæ suæ turpitudinē notāt, multis uerbis repræhendūt. Quis hoc non aliquando audiuit, uidit, perspexit ipse, ut nihil addam de æterno priore exterminio? Illi ergo uere exterminabunt, tā a fauore dei q̄ hoīm, pro eorū dum uixerint sæua supbia.

Et breuis & odiosa impiorū gloria.

Impiorū interitus apud homines.

Mansueti autē hæreditabunt terrā.

Beati mites (inqt euāgel.) quoniā ipsi possidebūt terrā. Hi sunt quidē hæreditate digni, filij dei, cohæredes Christi, facti ad imaginē dei, quā, uitæ innocētia seruāt, et retinent. Et hi mansueti, & humiles, non contentione, nō rixa, nō bonorū rapina delectabūtur, sed pacifice hæreditabunt terrā, erunt contenti sua sorte, æquo animo sustinebunt aduersa oīa.

Et delectabūtur in multitudine pacis.

Cum oībus charitatē habebunt. Studiose oībus benefacient. Alteri non facient, quod nolunt fieri sibi. Omnia deniq; solicite agent, ut sit amor, concordia, pax. Quando enim plus, et iterum plus pacis est, tanto magis ac magis gaudent pij oēs. Nam in huius uitæ peregrinatione, alia nulla re tantopere se delectant probi, q̄ in pacis multitudine, ut nusq̄ non sit uera pax optantes, eāq; perquirunt, et persequunt, ut in alio psal. In hoc enī cognoscent oēs (inquit Christus) quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Maligni uero contra. Nam

Homo pacis.

Psal.33.

Ioan.13.

Obseruabit peccator iustū, & stridebit super eum dentibus suis.

Iustum enī ferre non potest malignus. Qui iustū itaq; persequitur, illū malignū esse certum est. Habent quidem uarias intentiones cordis, et animi, malignus, et iustus. Quærit per humilitatē iustus, maxime sublimia. Maligni per elationem, ad inferiora detrudūtur. Alter ut alte surgat, sese deprimit. Alter ut præcipitetur, se extollit. Alter aduersa patienter sustinet. Alter pro malignitate, alijs aduersa infert, infligitq;. Cupit iustus malignū, humilitate, patientia, comitate, oratione, lucrari deo. Iusto studet malignus, pro bono malum reddere, pro uita, quā illi cupit iustus, eum uita priuare. Iniustus enī sic odit iustū, ut eū nolit esse. Nam quāto iustior est, tanto illi pro iniquitate eius, magis aduersatur, cum sit contrarius opibus eius, ut ait sap. Sic odio iustos habent impij. Sic uitæ mors est cōtraria. Cupit igiť maxime, uel ut iustum iniustū secū faciat, uel ut e medio iustū tollat: Quod si illū iniustū secum fecerit, nihilo tamen maiori amicitia iungitur. Bona enī, & sana concordia, conuenire non possunt iniusti. Neq; aliquādo uere concordes reperiuntur, nisi cū in iusti perniciem cōuenerint. Et tum quidem cōueniunt, nō quod se inuicē ament, sed quod eum simul oderint, qui amandus est, Vere filij diaboli, ī quibus nulla est charitatis mica. Sic igitur ait ppheta. Obseruabit peccator iustū, ut in eum calūnias in eius exitium fabricet, et præ odio stridebit super eum, &c. quē cupit deuorare, ut escam panis, & frendunt super iustos impij suis dentibus, et maligno animo, eos conterere student. Sic in Stephanū, stridebant impij iudæi. Sed quantūuis odio habet iustum malignus, nō est, quod sibi timeat iustus. Sustineat (ut iam diximus) paululum, et suam causam deo relinquat, iniustum ferat æquo animo, & non præualebit.

Inter iustū & iniustū, quid interfit.

Odiū maligni in pios.

Sap.2.5. &.33.

Inter impios nulla vera concordia.

Psal.13.

Act.7.

Dn̄s autē irridebit eum, quoniam prospexit, quod ueniet dies eius.

Illum intelligit risu dignum deus, qui contra iustum dei, sic stolide conatur. Prospicit quidem deus, qui quod futurū est ignorat nihil, quod cito ueniet, & cito quidē, dies eius maligni, quo exterminabitur, quo dignas pœnas

 luet,

luet, dies interitus eius, et postea nō erit. De irrisione dei, dixi ī psal. 2. Non igit eū timeat iustus. Minantur quidē multa maligni, et non modo in iustum strident dentibus, sed etiam

Gladiū euaginauerūt pctōres, intenderūt arcū suū, ut decipiāt pauperē, & inopē, ut trucident rectos corde.

Gladium euaginare

Arcū intendere.

Gladiū euaginare, inimicorū apertam uim docet, arcū intēdere, fraudes et dolos. Hinc utriq; respōdet, ut decipiāt (inquit) pauperē, & inopē, mansuetū, et simplicē uirū occulto dolo, arcum intenderunt. Vt rectos corde trucident, ui aperta gladiū euaginarūt. Dic in psal. 9. Sic enim ui, & dolo, pios uincere student impij. Concinne qdē arcus dolo comparatur. Vulnerat enim emissa sagitta, priusq̄ euitari poßit, subito. Dic in psal. 7. Quod ait euaginatunt, postq̄ occulto dolo, blandicijs, aut minis uincere nequeunt impij, gladiū adhuc in uagina continentes, tandē aperta tyrannide aggrediuntur. Omnia prius fraudibus, & dolis tentant, & beneloquendo male cupiunt, & peßime conantur. Sed cū in pfundū malorū uenerit impius, deū et hoīem contemnens, per fas & nefas grassat. Arcū semp intensum habent īpij in oēm occasionē, ut pijs noceāt, et simplices decipiāt. Sed noli (inquit) hos dolos, has minas timere, nisi ut ab illis caueas, ut non emuleris, quia auxiliū feret deus in tempore. Vt igitur non præualeant aut gladius, aut malignorū arcus, oīm piorum nomine precatur propheta.

Psal. 9.

Psal. 7.

Malignorū solicita malignitas, ī pios.

Gladius eorū intret in corda ipsorū, & arcus eorū confringantur.

Esto spiritu igit pauper, & sustine adhuc pusillum. Noli deum derelinquere, ut diteris in hoc sęculo cum impijs, uidebis eos perire suo gladio. Hoc est, quod ait. Gladius eorū &c. quia cito deficient, ut sequitur. Confringentur arcus ipsorū, quia frustrabūtur, nec dolus eorū ipsis proderit. Nā exterminabunt &c. Noli igitur te miscere cū illis, qui soliciti nimis sunt, ut huius sęculi diuitias, honores, inanem gloriā, per fas, & nefas acquirāt. Esto contentus quacunq; tua sorte. Nam longe

Melius est modicum iusto, super diuitias peccatorum multas.

Cum tuo modico quietum, pacatū habes animū, gladiū in corde non habes, quēadmodum illi maligni, qui diuitijs huius sæculi affluentes, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, ut ait apost. Et qui diuitijs deditus est, nunq̄ non anxietate premitur. Magno enim sudore (ut taceam de periculis animę & corporis) acquiruntur, anxia solicitudine possidentur, & incredibili dolore amittūtur. Gladius itaq; eorū, uere intrat in corda ipsorum, cum sit illis exitij, et mortis causa. Melius est modicū igitur iusto, &c. Esto diues in bonis operibus, ut ait apostol. in superiore loco, in humilitate, in spūs paupertate. Qui alio modo diues est, in itineribus suis marcescet, inquit. D. Iacobus. Hunc locū perspicuis maxime uerbis, sic refert sap. Melius est parū (inquit) cum iusticia, quā multi fructus cum iniquitate. Et iterum. Melius esse parū cum timore domini, q̄ thesauri magni, & insatiabiles. Quæ nam insana cōmutatio, pro huius sæculi incertis, momentaneisq; diuitijs, & animam perdere, & ab æterna gloria depelli. De diuitiarū periculo, lege Chrisost. homelia. 29. to. 2. Non itaq; proderit malignis potentia eorum, nec diuitiæ, nec uires. Melius est ergo modicum iusto.

Diuitiarū aculei.

1. Timo. 6

Iacob. 1.

Prouerb. 16. & 15.

Math. 16.

Quoniā brachia peccatorū conteretur.

Vires eorū, qui sunt in hoc sclo diuites peccatores, confringētur, non modo debilitabuntur. Improborū brachia, sunt improbæ uires eorū, in quibus non modo sperāt illi, sed etiam eas exercent in piorū diuexationes. Dixi in psal. 9. Diuitijs abūdant, inde malignam potentiā acquirentes, inde brachia, inde uires, inde fortitudo iniusticiæ, ut ait sap. Melius est ergo modicum iusto &c. Quoniam huiusmodi brachia conterentur, destruentur, peribunt penitus.

Psal. 9.

Sap. 2.

Confit=

Inter iustū & iniustū, quid intersit.

Confirmat autē iustos dominus.

Sustentat eos suo fauore, sua gratia. Cū suis diuitijs exterminabuntur alij. Iustū consolidat deus, tuetur, suscipit. Melius est ergo modicū iusto &c. Pauxillulū igitur expecta, ut supradixit, & cū tuo modico esto contentus, quia breui impiorū dies uenient &c. quando ipsi deijcient in ignē æternū, tu uero subleuaberis ad æternā gloriā. Breuis est molestia, sed ęterna erit btitudinis retributio. Hinc ait.

Nouit dñs dies immaculatorū, & hęreditas eorum inęternum erit.

De die impij supradiximus. Hic de die immaculatorū docet, hoc est iustorū, quorū hęreditas erit inęternū, per æternā gloriam. Nouit deus utriusq; diem, utriusq; iudiciū. Nihil est, quod non prospicit deus, non præsciat. Alterius diem in eius interitū, alterius in gloriam pręuidet deus. Curam utriusq; agit. Punit, et remunerat. Sic ait in alio psalmo. Nouit deus uiam iustorū, iter impiorū peribit. Suos dirigit in bonū diem bonus deus. Sic docet mites uias suas. Sic docet eos uidere dies bonos. Sic confirmat, cōsolidat, efficit suos ualidos, ne ab inimicis uincantur. Adiutor est in opportunitatibus in tribulatione. Cum ergo futura sit iustis, hæc prior hæreditas.

Dei præscientia. — Psal. 1.

Non cōfundētur in tēpore malo,

Non erūt prostrati ab inimicis in hoc sęculo, nisi in magnā eoꝝ utilitatem, quā accipient a deo, pro expectatione & patientia, et in tempore malo, in tempore famis, tempore tribulationis, et persequutionis, tempore belli, tempore tentationis, tēpore terribilis iudicij, non confundent sperantes in deo, pudore nō afficientur, huius mūdi iudicio nō terrebūtur, deo se cōmittent, non destituentur auxilio. Nam

Piorū constantia.

Et in diebus famis saturabuntur.

Dies famis sunt, illa priora mala tempora, siue huius sæculi, siue futuri. Est enim et tuta, et optima saturitas, quam deus præstat, siue in uitam, siue in mortem. Vtroq; magnificatur Christus. Est enim deus qui esurientes replet bonis, & diuites dimittit inanes. Famē, pro oī angustia, afflictione, necessitate, periculo, ponit. Si ergo angustijs, aut magna tribulatione afficitur pius uir, non confunditur. nō pudore afficitur, nō desperat, sed gratias agit deo, lęteq; aduersa accipit, postq̄ sic deo uisum est. Gloriat (inq̄) in tribulatione, non ignorans quod tribulatio patientiā operatur, patientia probationem, probatio uero spem, spes autem non confundit. Hic est qui uere in die famis, in die cuiuscunq; tribulationis, pro certa spe, quam habet in deo, saturabitur, consolabitur, et ut ferre possit, roborabitur. Hic est qui probe redimit tēpus, quando dies mali sunt, ut ait apost. Confirmantur igitur per dei gratiā iusti, ut nō ultra q̄ ferre possint, afficiantur tentatione, ne pereāt. Peribunt autē, qui hanc spem non habent.

Philipp. 1. — Famis. — Pii viri securitas. — Rhom. 5. — Ephe. 5.

Quoniam peccatores peribunt.

Non enim in deo, sed in diuitijs, in potētia, in uiribus suis, aut in homine spem suā ponunt. Nihil minus q̄ dei memores sunt. Hūc maledictū pronūciat itaq; Hieremias, qui cōfidit in hoīe, et ponit carnē brachiū suū, quia a domino recedit cor eius. Pereat ergo necesse est, quia elongat a deo. Neq; eum aut diuitię, aut potētię, aut magistratus, aut regnū, aut imperiū iuuare potest, absq; deo. Quo enim magis elati sunt maligni, eo citius corruūt. Hinc ait.

Hiere. 17. — Nihil iuuat absq; deo.

Inimici uero dñi, mox ut honorificati fuerint, & exaltati, deficiētes quēadmodum fumus, deficient.

Mire in hoc psalmo, impiorum, & certum, & terribilem, et inopinatum interitum exaggerat, ut iustos consoletur, ne minis eorum, aut molestijs interim terreantur. Primū enī persuasum habeat iustus, inimicum eius, dei cum primis inimicum esse. Hinc ait. Inimici uero domini, &c. Nam qui eos spernit, inquit euāgel. &c. et qui uos odit, me prius uobis odio habet. Noli igitur breui duraturā eorū potentiā timere. Tam breuis est impiorū gloria, ut cū honorificati fuerint, exaltati, euecti impij,

Iustorū inimici, dei inimici. — Luc. 10.

et maxime diuites, et ingenti potestate præditi, mox & e uestigio, cum minime putarint, cadunt, deficiunt, tolluntur e medio iustorum, audientes terribilē illam euāgel. uocē. Stulte hac nocte &c. Repetit, Deficientes deficiēt, ut nulli non persuasißimū sit, hoc et certo certius fore, & fore cito. Et deficient (inquit) quēadmodū fumus. Obserua comparationē. Fumus, ut atra nubes tanta densitate caliginosus nōnunq̄ insurgit, ut oīa obscurare uideatur, uel meridianā lucē tollere, at si paululum expectaueris, adeo euanescit subito, & dispergitur, ut fuisse aliquando, non uideatur. Sic ait de maligno, qui ut fumus, oīa læta & iocunda tollere uidebatur. Sed eo sublato, nitescunt omnia, quę ipse obscurare minabatur. Redeunt omnia q̄ prius lętiora quæ ipse contristabat. Sic fit de impij uiri, maligni, aut cuiusuis tyranni interitu, qui paulo ante tam rebus q̄ hominibus ruinam, et exitium minabatur. Quo sublato, lęta iucundaq; omnia redeunt. Expecta igitur paululum, confortetur cor tuū, & interim uiriliter age. Omni nāq; iniuria, sic rectos corde afficiunt maligni, ut sit opus magna patientia. Sic patitur deus, ut pijs uiris magnæ sint utilitati, malignæ persequutiones. Qui enim pie uiuere uolunt in hoc sæculo, persequutionē patiātur necesse est, inquit apost. Parum esse uidetur, si te bonis, fortunisq; spoliet impius, siue peccator, qui deum non cognoscit, ut ait Ioan. in quo nulla est fides, iusticiæ nulla memoria, misericordiæ multo minus. Hinc ait.

Luc.12.

Fumi ad impios cō paratio.

Restitutū gaudium, maligni hominis interitu.

2.Timo.3

1.Ioan.3.

Mutuabitur pctōr, & non soluet.

Fit debitum ex uarijs causis. Nullum tamen maius est debitū, aut potius soluendū, q̄ quod mutuo accipitur. Quod enim meum est, tuum facio, tua sola causa, in tuam solam utilitatē. Quæ autem alij debemus, soluenda sunt debita, nisi prorsus soluendo nō fuerimus. Neq; id tamen satis est, si soluendi animū non habuerimus. Simusq; soliciti oportet, ut condonet creditor. Lege. D. Ambros. in libr. de Tobia. Noster uero malignus, nō modo alia debita non soluit, sed neq; quod mutuū accipit, ciuili, et naturali iure obligatus. De hoc peccatore loquitur Ecclesiastic. Fraudabit illū pecunia (inquit) sua, et poßidebit illū inimicum gratis. Neq; aliud in hoc loco uidetur agere propheta, q̄ indicare malignitatem iniustorū hominū, qui per fas, et nefas oīa sibi rapiunt, iure, uel iniuria. Opem quoq; si res urgeat, ab omnibus efflagitabunt maligni, nulli uero manū porrigent ipsi, nisi in eorū aut gloriā, aut cōmodū, cum sint prorsus alieni, ab omni iusticia mansuetudine, et mīa, quia non miseretur proximo suo impius, inquit sap. Gratiā non rependet, quin malū longe potius pro bono retribuet. Horum hominū immanitatē docet Ecclesiastic. Iniuste (inquit) aget, et nihilominus fremet &c. quæ sequuntur. Alij hunc locum de illo iniquo homine intelligunt, qui a fratre neceßitatem patiente, claudit uiscera, neq; unq̄, nisi fœnoris causa, pecuniā impertitur proximo. Accipit talentum a deo, ut ait euangel. sed non soluit, non solicite negociatur pro uoluntate domini, uel potius hunc benignū elargitorē cōtemnit. Recipit diuitias, et potestatē a deo, sed nō agnoscit dei beneficiū, nō agit gratias, male dispēsat. Hic mutuo accipit, sed non soluit. Iustus uero contra.

Soluendū ęs alienū.

Eccles.29.

Iniustorū hoim malignitas.

Prouer.12

Eccles.13.

Mutuum dū frant.

Iustus autē miseretur & retribuet.

Non modo soluit quod debet, sed & pro charitate, & proximi neceßitate, ultro de rebus suis elargitur, non abscondet suā pecuniā sub lapide, ut in priore capite ait Ecclesiasticus. Diues ille malignus eget semper, quia satiatur nunq̄. Iustus autē suo modico diues, alijs de illo libenter impertitur. Melius est ergo modicum iusto &c. Dat enim si habet iustus. Si nō habet, quod largiatur, intus miseretur, et opere subueniet, uel consilio, uel consolatione, uel uerborū lenitate iuuat. Bonū bono non modo retribuet, sed omniū misertus, oībus benefacere paratus erit, uel maledicentibus, & inimicis. Non deest igitur unde det, qui amore proximi afficitur. Benigna uoluntas non uacat munere. Sola beneuolētia munus est.

Beneuolentia munus & beneficiū est

nus est. Ille uero peccator, miseretur aut rarißime, aut nunq̃. Illã igitur retribuendi beneuolentiã nõ habet, qui tota die concupiscit, et desiderat, (inquit sap.) qui autẽ iustus est, retribuet, & non cessabit. Neq; solum retribuet iustus, sed eius quoq; causa retribuet deus. Valde ergo retribuet iustus. Prouer 21

Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: Tam benignus est deus erga suos iustos, ut eorũ amicis benefaciat. Sic ad Abraham loquutus est deus. Benedicã benedicentibus tibi, &c. Qui ergo iusto benedicit, qui illi fauet, qui eum iuuat, qui diligit hæreditabit terrã, erit per gratiã de benedictis, quia non potest esse uoluntate, et animo non iustus, qui iustis ex animo benefacit, fauetq; quia iusti sunt. Sic ait euang. qui prophetam recipit, prophetæ mercedẽ accipiet. Et quemadmodũ illis benefacit deus, qui suis fauent, ita & qui suis molestus est, dignis pœnis afficit. Hinc ait. Math.10.

Maledicentes autẽ ei, disperibũt. Id quod maligni oẽs faciunt, qui iustos execrantur, et tanq̃ execratione dignos, oĩ probro afficiunt, et super eos strident dentibus, ut pauloante. Disperibũt igitur, exterminabuntur, &c. Alij hunc locũ de deo intelligũt, ut qui sunt eius amici, terrã hæreditent, quia benedicunt deo, eius beneficia agnoscũt, gratias agunt, gloriã eius quærunt, &c. Contra uero, qui inimici eius sunt, maledicentes ei, id quod faciunt maligni omnes, qui pios, & dei membra persequuntur, disperibũt, & exterminabuntur, &c. Iustus autẽ, quia sperat in deo, et benedicit ipse deo, q̃a subditus est deo, ut pauloãte, et de oĩbus agit gratias, et benedicit ei deus, quia fauet illi, et ideo nõ cõfũdet in tpe quocũq; malo, ut supradixit. Quoniã

Apud dñm gressus hoĩs dirigetur. Propterea quod spem suã omnẽ ponit in deo, gressus hoĩs, uestigia eius, & iter huius uitæ, a domino dirigentur, et ne erret, ne cadat firmabunt, ut uertit Hiero. Gressus (inq̃t) eius a domino dirigẽtur, longe maiore diligẽtia, q̃ pater infantis adhuc filij gressus dirigit, manu sustentãs, ne cadens cadat. A domĩo (inq̃t sap.) diriguntur gressus uiri &c. Hoĩem appellat iustũ, dignũ hoĩs nomine, qui deũ creatorẽ agnoscit, ut ĩ psal. superiore. Illũ diriget deus. Prouerb. 20.

Quia uiã eius uolet. Dominus pro sua benitate illi iusto fauet, uoletq; uiã eius, hoc est, probabit uiã eius, quia erit sibi grata postq̃ dirigit gressus eius. Non potest esse non gratũ deo, quod ipse dirigit. Est ergo ex eius uoluntate & gratia, quod ab eo dirigimur, non meritis nostris. Vires non suppetũt (inquit sap.) sed qui inspector est cordis ipse intelligit. Vere etenĩ iustũ dirigit deus. Nam Prouerb. 24.

Cum ceciderit nõ collidetur, quia supponit deus manũ suam. Tam iustus nullus est, qui aliquando non cadat per infirmitatẽ carnis. Qui dicit se peccatũ non habere, mendax est. Septiesq; in die cadit iustus & resurget, inquit sap. Cũ tamen ceciderit iustus, non collidetur, non frangetur, non peribit, quẽadmodũ impij, ut ait sap. in priore loco, qui corruent in malũ, qui corruẽti iusto, supponit deus manũ suam, operam, auxilium suum, gratiam, ut cito & serio pœniteat, & resurgat. Si autẽ ualde urgeant externi quiq; inimici, adest benignum auxilium dei in tempore oportuno, ne collidatur, ne pro inimicorũ libidine cõfringatur, & pereat. Id quod experientia docet, inquit propheta. Nam 1.Ioan 1. Prouerb. 24.

Iunior fui, etenim senui, & nõ uidi iustum derelictũ, nec semen eius quærens danẽ. Quia miseretur aliorũ, et ideo misericordiã consequitur. Quis permansit (inquit Ecclesiastic.) in mãdatis eius, et derelictus est? Hoc passim in tota scriptura promittitur. Neq; dereliquit deus sanctos suos, q̃uis in huius seculi diuitijs non prosperentur q̃uis aduersa patiantur. Nam magnificabitur Christus siue per mortẽ, siue per uitã, ut ait apost. Scio (inquit idẽ) quod afflictiones prouenient mihi ad salutẽ. Diuitiæ igitur, et Eccles.2. Philipp.1. &.2.

quaerere panē q...

Timenda fœlicitas.

prospera si arrideant, caue tibi, quia uenenū secū trahunt. Sępius enim nocent q̄ prosunt. Petijt ergo sap. dei spū haud dubie edoctus, neq; diuitias, neq; mendicitatē, sed uictui necessaria. Si enī in eo fidentes (modo nosmetipsos nō negligamus) a patre cotidianū panē petamus, dabit haud dubie quod cōmodū erit nobis. Cōmodū erit, quicq̄d dabit. Quod ait propheta. Iunior fui, etenī senui, de sua tantū ętate loqui non uidetur. Est enī res per exigua uiuus hominis ętas. Cū ergo de se non loquatur, sed de spūs doctrina, quę in eo creuit, secundū gratiam dei, de hac iuuentute aut senectute eum loqui arbitror, quę fuit a principio scli, usq; ad finē. Suas enī ętates habet mundus. Neq; non in oī ętate, oculi domini super iustos. Spiritu igit' prophetię sic loqui uidetur, ut nec in prima ętate hominū, nec in ultima iustū uiderit derelictū. Sic enim docet spūs dei, sic docet uerbū eius. Neq; se derelictū aliquando sentit, qui omnē suā spem posuit in deo, seq; deo totum cōmittit. Quicquid enim euenit ęquo animo fert, cum nō nesciat a uoluntate dei fieri omnia. Si uero urgeant aduersa, aut sunt per patientiam iustorū utile exercitiū; seu admonitio, aut iustā in prioris uitę purgationē fiunt. Non uidi iustum (inquit) derelictū, nec semen eius quęrens panē. Iusti semen sunt illi, qui iustis quoq; moribus imbuti sunt, & ea fide, ea innocentia uiuunt, qua iustos decet. Eiusq; doctrina & bona opera, iusti uiri semina sunt. Hi qui iusticiam imitantur, non quęrunt panē, non deserit eos deus, prospicit illis in tempore famis, in tempore necessitatis, sicut eorū maioribus prospexit. Ne igit' de quęrendo pane soliciti nimiū sint, admonet euangel. qui deo se prorsus cōmittunt. Prouidet enim deus. Quando misi (inquit) uos sine sacculo, et pera, et calciamentis, nunquid aliquid defuit uobis? Vult tamen ut nobis quoq; prospiciamus, ne pigri, et dormientes, supini a deo expectemus oīa, nullam curam de nobis habentes, ut tanq̄ de cœlo nobis in os cadat. Constituit deus, ut in

Patientia piī viri.

Semē iusti

Luc. 22.

Ne desides, nos ipsos negligam'.

laboribus cōmederet homo, & in sudore uultus, pane uesceretur, donec in puluerē reuerteretur. Quęrere panem non aliud est, q̄ in fame, molestijs & necessitate auxilio destitui, non consolari, nullo auxilio iuuari, certa spe non foueri. Qui iustus est, hanc famem pati non potest, qui uiuit ex fide. De pane, dic in psal. 13. Omitto quod panis uocabulo, seipsum uocat Christus. Ego sum panis (inquit) uiuus. Eiusq; corpus significat panis. Venite (inquit iudęi) mittamus lignū in panem eius, hoc est, crucem in corpus eius. Etiā uerbum dei panis uocatur, quod animę sit cibus. Iustus itaq; non quærit panem, cū abunde habeat quod sufficiat pro fiducia in deo, qualicūq; sua sorte cōtētus, quacūq; molestia pressus est, dignus qui in fame alatur. Quia

Gene. 3.

Psal. 13.

Hiere. 11.

Tota die miseretur & cōmodat.

Deū itaq; misericordem habet. Semper miseretur pauperum, & illis elargitur e modico quod habet iustus. Rem uero tuā cōmodare proximo, qui necessitate urgetur, licet eandē aut tantūdem, nullo lucro recipias, charitatis haud exiguum opus est. Hunc locum sic intelligit Diuus Ambros. libr. de Tobia cap. 2. Neq; nō perdenda est pecunia propter proximū, inquit Ecclesiastic. Si uero nō habet quod elargiatur, quod commodet iustus, miseretur tamen, animi promptitudine, uel beneuolētia, consilio, aut consolatione, egentem proximū iuuat. Quod ait nostra litera, cōmodat, non aliud est, q̄ quod pauloante dixit, dat, scilicet egenti, pro uiribus largitur, fide certus, quod recipiet longe maiora. Pro terrenis enī cœlestia, pro tēporarijs perpetua, pro perituris, inęternū duratura recipiet. Centuplū deniq; accipiet, et uitā ęternā possidebit ille iustus, una cū semine eius. Hunc locū alij intelligunt de eo qui priorē panem, hoc est, uerbum dei alijs cōmodat, & distribuit, qui non derelinquetur, sed hæreditabit terram.

Eccle. 29

Amplissima dei retributio.

Et semen illius in bn̄dictione erit.

Et apud deū et homines. De semine iusti uiri iam

iam diximus. Non uni igitur homini, aut genti, promittit deus hanc benedictionē, sed oībus, qui ex eodē sunt semine, ex eadē fide, et uitæ innocentia. Esse in benedictione, aliud non est, q̄ habere deū fauentē, et benignū, habere gratuitā gratiā a deo, qua possit illi placere, & malignos fugere, id quod nūc docet. Quicūq; es, q hāc (inqt) benedictionē optas.

Esse in bñdictione.

Declina a malo & fac bonū, & inhabita in sæculum sæculi. Dixi in psal. 33. ubi eadem uerba posuit. Hoc fac, & uiues, quia in sclm scli, hoc est, inęternū inhabitabis hęreditatē dei. Nam hęreditas eius in æternū erit tibi, ut supra in hoc psal. Hęc erit retributio, et merces iusti. Hęc duo coniūgit, a malo scilz declinare, et facere bonū. Nō enī sufficit abstinere a malo &c. Vtrumq; docet uerbum dei, ut utrūq; discamus. Bonū facere nequit, qui nō prius fugit, atq; abhorret a malo, qa pręcepta dei cōtemnit. In maleuolā animā nō itrabit sapiētia. Orauit itaq; i psal 50 Cor mundū crea in me deus, & spiritū rectū innoua in uisceribus meis. De utroq;, bono, et malo iudicat deus, et utrumq; a nobis exigit, tā ut a malo declinemus, q̄ ut faciamus bonū.

ipendiū ...iti uiri.

Quia dñs amat iudiciū. Amat rectā rationē uiuendi, hoc est, uerū iudiciū hominis, uera discretio ex uerbo dei, uera sciētia boni et mali, declinare a malo, et facere bonū. Hos amat deus, hos amicos, hos filios appellat, his ptector est in omni tribulatione. Ad hos respicit. Vel amat dominus iudiciū, quia iuste de omnibus iudicat, tam de bonis, quos remunerat, q̄ de malis, quos punit.

Hos diligit deus.

Et non derelinquet sanctos suos. Iustos, fideles suos, in angustijs, in aduersis non derelinquit, opem fert in tempore. Nam per eius gratiam.

Inęternū conseruabūtur. Ab omni malo, a mortali periculo, quorū erit hęreditas in cœlo. Sunt enī in benedictione dei, quę eos conseruat. Aliter erit longe cū iniustis. Nam

Iniusti punientur, & semē impiorum peribit. Quoniā deus prospicit, quod uenient dies illorū, tam iniustorū, q̄ seminis illorū, quando exterminabuntur, ut supra in hoc psal. & punietur ęterna pœna. Sicut enim iustoꝝ semen, est in benedictione, ut pauloante dixit, sic et iniustoꝝ semē, hoc est, impioꝝ et malignoꝝ hominū, in maledictiōe erūt, quos odio habet deus, et pibūt inęternū.

Iusti autē hęreditabūt terrā, & inhabitabūt in sęculū sęculi super eā. Alius nullus est, qui uere terrā hæreditat, qui uere dominus est huius uitæ, nisi iustus. Alij potius sæculi rebus seruiunt, q̄ dominantur, eas tam magnifaciunt. Non enim diuitijs imperant, sed ipsis diuitiæ. Iustus uero, eo quod habet fruitur, eodēq; cōtentus est. Si crescāt, dispensat largius. Si minuantur, neutiq̄ ægre fert. Si deficiant, neq; non & æquo aio fert. Iusti igitur, super terrā (inquit) inhabitabūt, et super oīa quę in terra sunt, dominabuntur, quia iusti sunt, quia in rebus huius sęculi caducis, spem suā non ponunt, quia nihil aliud uolunt, q̄ quod iustū est, quod deus uult. Hi uere sunt hęredes, et domini huius terræ, huius uitæ, q̄diu hic manēt, et post huius uitę cursum, inhabitabūt, et permanebūt in ppetua gloria, quā hic per uitæ innocentiā inchoarūt, et illic perficient. Vt autē hāc hęreditatē adsequatur.

Iustus, huius sęculi dominus.

Iusti temperātia & merces.

Os iusti meditabitur sapientiam. Sapientiā meditatur solus ille, qui in lege domini meditatur, id quod facit, quisquis iustus est, ut in psal. 1. Extra illā, nulla est sapientia. Os iusti sapientiā meditat, qui, ut corde purus est, ita ex ore quicq̄ exire non patitur, nisi honestū, nisi iustū. Discit ex uerbo dei quę recta sunt, ut eadē alios doceat. Neq; non idem est in opere, quod uerbo docet. Hic bene & sapienter meditatur in lege domini.

Lingua eius loquetur iudicium. Os etenim iusti uiri priusq̄ eloquatur, secum quid loquetur cogitabit, ne aliud, q̄ quod iustū est loquatur. Sic discendum est anteq̄ loquamur, in-

Eccles. 18. mur, inquit Ecclesiastic. Hoc est enĩ loqui iudicium, & loqui sapientiã, non huius mũdi, ut 1. Corin. 2. ait apost. Sic bene meditatur, et animo secum Probe cogitandũ, priusq̃ loquamur. deliberat, ne aliud loquaí, q̃ quod iudiciũ est, quod iustũ, quod æquum. Hac (inquit) lingua loquetur iustus, quia prius corde meditabaí. Os igitur ex corde loquitur. Nam

Lex dei ĩ corde ipsius. Ideo quę sunt dei, et ad deũ ptinẽt, loquiĩ, qa in lege dei meditatur die ac nocte, ut quę ibi scripta, et iussa sunt, faciat et doceat, quę aũt phibita, fugiat, aliosq; admoneat. Eum itaq; cõseruabit deus.

Et nõ supplãtabũtur gressus eius. Cui hoc modo, lex dei est in corde, inimicus aduersus eum nõ potest præualere oibus dolis, & insidijs suis, quia deus diriget gressus illius, ut supra in hoc psal. Non igiĩ supplantabuntur per aduersarios gressus eius, nulla fraude decipientur, nõ detrudetur a recta uia uita eius. Non enim deficient gressus eius, ut uertit Hiero. quos deus dirigit, &c. Vijs tamen oibus studẽt inimici, ut illi noceant, quia pios, odio persequunĩ impij. Sed quantũuis.

Considerat peccator iustũ, & quęrit mortificare eum. Respicit impius iustũ, et quęrit occidere eum, ut perspicue uertit Felix. Sic impius impie considerat contra iustũ, & quæ facit iustus animaduertit oĩa, ut nocere possit. Sic Christũ cõsiderabãt iudęi, Psal. 21. psal. 21. Solicitus est ĩpius, et iusti oẽs actiones considerat, ut reperiat quo eũ aliquando, calũnietur, falso accuset, morte afficiat.

Dñs autẽ non derelinquet eum in manibus suis. Sic nõ est derelicta Su- Magna iustorũ consolatio. sanna in manibus falsorũ presbiterorũ. Non derelictus est Daniel in lacu leonũ. Sic libe- Daniel. 13 & 14. rauit Petrũ de carcere deus, sic Paulum a tot Act. 12. periculis, a tot falsis fratribus, a tot naufra- 2. Cori. 11. gijs, &c. Sic liberat suos quotidie deus. Sic liberantur ab oibus inimicis, qui pro Christi nomine a tyrannis, tandem afficiũtur morte. Corpus moriĩ, aĩa liberaĩ. Magnificaĩ etenĩ Philipp. 1. deus, siue per uitã, siue p mortẽ. Condemnaĩ enĩ ab hoĩe impio iustus, sed non a deo, quia

Nec damnabit eum, cum iudicabitur illi. Iustũ non damnabit dominus, cum iudicatur, ut uertit Hiero. Hominis etenĩ iudiciũ fallitur. Condemnatũ igitur, seu re- Non condemnat deus, quẽ iudicat homo. probatum hominis iudicio, non pariter condemnat deus. Non enim iudicat secundũ uisionẽ oculorũ deus, neq; humana quauis affectione, sed secundũ ueritatẽ. Et pro damnatione impiorũ, benedictionem a deo recipiet iustus. Fœlicissima cõmutatio. Non damnabit iustũ deus, cũ iudicabitur illi, hoc est, de illo per impium, ut sentit August. Noli igitur impium, aut eius sæuitias timere. Sed

Expecta dñm. Sustine, patere, quæ uult deus, totum te illi commenda.

Et custodi uiã eius. Quã ex uerbo eius intelliges, nempe fidẽ, et charitatẽ, et in aduersis aĩ cõstantiã, Viriliter age, & sustine dominũ, et confortetí cor tuũ, ut in psal. 26.

Et exaltabit te, ut hęreditate capias terram. Non erũt tibi impedimento inimici superabis enĩ omnes, deijcientur quidẽ illi te uero exaltabit deus, ut hęreditate capias terram, hoc est, non precario, non conducto, sed uelut iure, ut hęres possideas terram, ut uertit Hiero. Non tuo tamen merito, sed per gratiam. Impij quidẽ exterminabuntur cito. Nam

Cũ perierint peccatores uidebis. Totum id uerũ esse, quod prędictũ est de impijs, facile tum iudicabis, et plane perspicies, cum perierint, cum exterminati fuerint, de- Impiorũ breuis gloria. leti & succisi. Delentur sæpe in hoc sæculo, et cũ sublati sint, tanq̃ ab ingenti tempestate, quiescit mundus. Hos itaq; impios periuros, certo certius crede, quia nõnunq̃ uidebis. Id quod si carneis oculis non uideris, crede, & Certus impiorũ interitus. fide nihilominus uideto periturum aliquando impiũ, quia sic docet, sic promittit deus. Videbis tandem, cum illi sint a sinistris, tu uero a dextris. Neq; non corporeo oculo sæpe uidetur, tam breuis est impiorum gloria, ut in psal-

in psalmi principio diximus. Hinc ait pphetá.

Vidi impiũ supexaltatũ, & eleuatũ sicut cedros libani. *Cedri in monte lybano, oĩm altißimæ arbores sunt. Pro ingentibus tyrannis, et superbia elatis maxime uiris ponũtur.* Diximus in psal. 28. *Sic solent eleuari impij homines, in huius scl̃i diuitijs, et gloria. Repetit supexaltatũ, & eleuatũ, ut huius tam intolerabilis impij nimiã sublimitatẽ, quã sup oẽs p libidine habebat, uerborũ uehementia doceat. Vt autẽ huius glię, et uanitatẽ, et breuitatẽ doceat, sic oẽs alloquitur ppheta. Vidi (inqt) hunc impiũ sic eleuatũ, et supexaltatũ, sup omnes potestatẽ habentẽ.*

Psal. 28.

Et transiui, & ecce nõ erat, quęsiui cũ, & non est inuentus locus eius. *Tam enĩ incerta est, et tã exiguo tẽpore durat hmõi uanitatis gloria, ut uel solo trãsitu, uelut umbra euanescat, & pereat. Nam ego (inqt) uidi eũ iamiam ante paucißimos dies, et statim transiui illac, & ecce cũ transirem, nõ erat, iã perijt dicto citius. Simile est quod ait in alio psal. Ad nihilũ deuenient (inquit) tanq̃ aqua decurrens. Oĩ hyperbole impiorũ fluxã, et cito periturã gloriã docet, ut iustos magis, ac magis consoletur, eorũ sæuitiã ne quouismodo timeant. Prius in hoc psal. futuro tempore usus est. Quæres (inquit) locum eius, et non inuenies. Hic autẽ præterito utitur, ut eum iam extinctum iam sublatum doceat. Quæsiui (inquit) eum, interrogaui de eo, ubinam esset, quid actum est de eo. Et nõ est inuentus locus eius. Mutata enĩ sunt oĩa in melius, quia iam perijt, & Saulis loco, sæui, & crudelis tyranni, successit mansuetus, mitis, & iustus ille Dauid. Nec tyrannũ iuuat, quod tam exaltatus, quod eleuatus erat in gloria, diuitiarum, & potentiæ magnitudine, quodq; eleuatum erat cor eius in superbiam, ut altißimo similis esse uelit, quia iam defecit sicut fumus, ut supra in hoc psalmo. Noli igitur eos emulari, noli te miscere illis, noli delectari moribus eorũ, sed delectare in domino, ut in psalmi principio. Noli eorum diuitias, pompam, potentias admirari. Noli eos deniq; timere. Cæterum*

Huius mũdi gloria breuis.

Psal. 57.

Impiorũ breuis gloria.

Custodi innocentiã, & uide æquitatem. *Custodi innocentiã apud te, uide, et considera æquitatẽ, ut eam obserues apud alios. Noli eorum iniquitatẽ uidere, ut imitari uelis, sed uide æquitatem. Respice ad ea quæ recta sunt, quæq; iusta, & tecum de illis meditare. Hoc est, habere legem dei in corde, ut supradixit.*

Quoniã sunt reliquię homini pacifico. *Non enim euanescit, non perit, ut impius, sed omnibus benefacere, cũ omnibus pacem habere, solicite ad concordiam solicitare omnes, adeo studiosus est, ut q̃uis moriatur, hoc est, dormiat in Christo, illi tamẽ, qui tam pacificus est, manẽt huiusmodi bonæ reliquiæ. Nam aliud in tota uita uidere noluit, q̃ æquitatem. Eius itaq; exemplo, multos in eandem uitę consuetudinem traxit, quos post se reliquit. Qui de illis nati sunt (inquit Ecclesiastic.) reliquerunt nomen narrandi laudes eorum. Plęraq; uestigia bonorũ operum reliquit. Sunt igitur homini pacifico, & iusto uiro, huiusmodi bonæ reliquiæ. Vel sunt illi reliquiæ, quia deiecto illo impio, bonæ pacis reliquias habebit pius. Aliter. Custodi innocentiam &c. Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico, hoc est, huic homini pacifico, huic simplici uiro, huic pacis studioso, debetur merces, sunt illi futura scilicet pręmia. Non enim in hoc sæculo, ut impius mercedem suam recepit. Non peribit, nõ exterminabitur, hereditate capiet terram, ut supra in hoc psalmo. Manent igitur illi in futuro sæculo reliquiæ, et retributiones æternæ uitæ.*

Reliquiæ boni viri.

Eccles. 43

Iniusti autẽ disperibũt, simul reliquiæ impiorũ interibũt. *Peribunt (inqt Ecclesiastic. in priore loco) quasi nõ fuerint, et nati sunt quasi nõ nati, et filij eorũ cũ ipsis. Vna cũ tota sua uana glia, peribũt quidem impij. Illis non supersunt alię reliquiæ, q̃ perpe-*

perpetuus interitus. Nam in uijs illorũ contritio, & infœlicitas. Peribunt ipsi, et semen eorum, & posteritas eorũ, quam relinquent, eadem morũ impietate fœdatam. Disperibũt una cum diuitijs, & terrena sua potentia, in quibus spem suam posuerunt.

Salus autẽ iustorũ a dño. *Nam est* Et protector eorũ in tempore tribulationis. *Postq̃ in eo omnẽ spem habent, et innocentia se delectãt. Hoc igit persuasum habeto, quod & protector eorũ est.* Et adiuuabit eos dñs. *Et non solum adiuuabit eos, ut malo resistant. Sed* Et liberabit eos, & eruet eos a peccatoribus, & saluabit eos. *Vt qui uideantur iam deprehensi, & in impiorũ manibus, euadant, pręterq; spem eruantur. Non enĩ derelinquet iustũ deus in manibus impiorũ, ut illũ ad suã impietatẽ trahant, ut supradiximus. Multis uerbis ut psuasum faciat, pmittit hoc auxiliũ dei ppheta. Hos itaq; iustos liberabit, eruet, et ideo saluabit benignus deus.* Quia sperauerũt in eo. *Se prorsus illi cõmiserunt, non in hominibus, sed in deo solo spem omnẽ suã constituũt, id quod impij non faciunt. Disperibũt igit. Disce christiane lector, atq; ab hoc loco, certam doctrinã accipe, qua temet certũ de benigno dei auxilio efficias, si deũ agnoueris, a malo declinaueris, & feceris bonũ, si innocẽtiã custodias, et studeas ęquitati, meditãdo ĩ lege dei, et spem oẽm tuã ĩ deo posueris. Hęc ut facere posis, ora solicite, domine adauge mihi fidẽ, &c.*

Psalmus Dauid. 37.

Titulus.

In rememoratiõe de sabbato, seu die sabbati.

Sabbatũ. *Notũ est sabbatũ, non aliud, q̃ quietẽ significare. Hunc itaq; psalmũ cecinit propheta, in rememorationẽ, et recordationem illius perpetui sabbati apud deũ, ut securã illã quietem impetrare posit. Docet itaq; orandi modũ, ut in psalmo uidebimus.*

In summa.

Orat, ut in psal. 6. Domine ne in furore &c. Manũ & asperam quidẽ dei correptionẽ diu sentiens absq; consolatione, turbatur ualde animus, seq; miserum clamat, qui undiq; non modo corporis molestißimis morbis, externisq; inimicis, sed etiã animo longe grauius uexatus, auxilio nõ tam cito iuuabatur. Fluctuans igitur inter spem, et desperationẽ, per gratiã ad dei bonitatẽ fugiens, humili patientia suã iniquitatẽ longe maioribus afflictionibus dignã agnoscens, æquo animo sustulit omnia, supplex dei adiutorium petens.

Explanatio.



Omine ne ĩ furore tuo arguas me, neq; in ira tua corripias me. *Sic enim orat, ne differatur correctio in illũ usq; diẽ terribilis iudicij &c. Hic repete, quæ in psalmi. 6. principio diximus. Quæ. D. August. tam in hoc loco, q̃ in libro de falsa pœnitẽtia, to. 4. pag. 749. et lib. 2. de Genesi contra Manicheos, de igne emendatorio seu purgatorio scripsit, prætereo.*

Purgatoriũ Rhomanum. *Quod autẽ ad questuosum illud Romani episcopi purgatorium attinet, qui sua potestate animas illinc eripere, & in cœlum collocare toties pollicitus est, quid aliud hoc est, q̃ ponere os in cœlum, q̃ faciem dei accipere, q̃ in cœlũ ascendere, et æqualem cũ deo potestatẽ uendicare? Deũ non decipit, qui nouit & decipientem, & deceptum, ut ait Iob.* Iob. 12. *Homines uero longe adhuc pernitiosius diu diu nimis, uendibilibus indulgẽtijs suis fefellit, quos neglecta dei mĩa, in illis a pœnæ & culpæ oĩm pctõr remißione, oẽm fiduciã ponere uoluit.* De indulgẽtiis Romanis. *Neq; alia mensura metiebãtur indulgentię, q̃ pecuniarũ pondere. Eoq; fit, ut nõ Romã, sed deũ ipsum uenalẽ pstituit. Sed deo optimo debemus, q̃d neminẽ nũc latet hic exitialis morbus, qui multorũ scriptis diuulgat. His itaq; indulgentijs, non tam uale, q̃ apage, dicamus.*

Hoc

Hoc Romanũ purgatoriũ, a christianorũ memoria, prorsus expungamus. Neq; tamẽ nõ receptißimũ est in oĩ ætate apud christianos oẽs, nostras qui uiuimus orationes, et eleemosinas fieri p mortuis, illisq; utiles esse. Id qd ut doceam, locos quosdã priscorum patrũ, ex multis adferam. Dionis. cap. 7. eccles. hierarch. Accedens (inqt) reuerendus antistes, precẽ sacrã super mortuũ peragit. Precatur oratio illa diuinã clementiã, ut cuncta dimittat, per infirmitatẽ humanã admissa peccata, eumq; in luce statuat, & regione uiuorum.

Dionis.

Item et paulo post. Promissum est, ut quę pro non indignis (inqt) a deo petamus, accipiamus. Postulat itaq; sanctus antistes, quę sunt (inqt) diuinitus promissa, & grata deo. Hęc didicit antistes, de scripturis (inqt) diuinitus traditis. Hęc ille non obscure.

Tertulli. Oblationes fieri pro mortuis, annuis diebus obitus illius mortui, docet Tertullianus, uetustißimus illic scriptor, de corona militis christiani, et in libro, de monogamia.

Cyprian. epist. 9. libro. 1. Pro eo qui in manifesto crimine moritur (inquit Cyprianus) nec offerri debet, nec sacrificiũ pro dormitione eius celebrari. Nec est (inquit) quo p dormitione eius apud nos fiat oblatio, aut aliqua nomine eius ĩ ecclesia deprecatio frequentetur.

Ambros. Eius (inquit Ambros.) principis, et proxime conclamauimus obitum, et nunc quadragesimũ diem celebramus, aßistente sacris altaribus honorio principe. Præsumo (inquit) de domino, quod suscipiat uocem orationis meę, qua prosequor animã piam. Tu solus (inquit) inuocandus es domine, tu rogandus, ut eum inter filios repræsentes. Item post pauca. Nec deserã (inquit) donec fletu, precibusq;, inducam uirũ, quo sua merita uocant, in montem domini sanctum. Hæc scripsit de obitu Theodotij. Omnes (inquit) oportet transire per flãmas, siue ille Ioan. euangelist. sit &c. In psal. 118. super illo uersu, Vide humilitatẽ meam.

Ioan. Damascenus. Iudas ille Machabeus (inquit Ioan. Damascenus) ob summã religionem, & fraternam charitatem, qua munera propitiatoria attulit, pro unoquoq; eorũ, qui occisi sunt in hoc facinore, ut in omnibus alijs, a diuinißima scriptura, & magnificus, & admirabilis habetur. Et diui (inquit) apostoli discipuli saluatoris, memoriam eorũ qui fideliter obdormierũt, habendam edixerunt, quod adhuc firmiter, atq; adeo sine contradictione, obseruat catholica ecclesia Christi dei, a finibus usq; ad fines terræ, ab eoq; tempore, usq; in præsens, & in finem mundi usq;. Quæ enim christiana (inquit) religio, erroris nescia suscipit, & in tot sæcula seruat inconcussa, minime uana sunt, sed utilia, deo placita, salutiq; nostræ conducibilia plurimũ. Hæc ille in oratione funebri, seu in sermone.

Pauperes post mortem conuocari, presbiterosq; rogatos, ut pro mortuis deum precarentur, docet Chrisost. 1. Corinth. 15. homelia. 41. Hinc ad lachrimantem, & dolentem ait. Ad cõmunem omniũ præfectum, cõmunem omniũ saluatorem, cõmunẽ patrẽ deum confuge. Gaudere docet, nitiq;, quantũ fieri (inquit) potest, ut iuuetur non lachrimis, sed prece, supplicationibus, eleemosinis, oblationibus. Nec est temere (inquit) excogitatum, nec frustra memoriam mortuorũ inter sacra mysteria celebramus, aut accedimus pro istis agnũ illum iacentem, & peccata mundi tollentẽ deprecantes, sed ut his consolatio hinc aliqua fiet. Nec temere qui altari aßistit, inter horrẽda mysteria clamat pro omnibus in Christo dormientibus &c. Et paulopost. Ne defatigemur mortuis (inquit) auxiliũ ferendo, preces pro ipsis offerendo &c. Item & infra. Quid ergo (inquit) doles? Quid lachrimaris, cum impetrandę mortuo uenię tot sunt rationes? Idem in homelia. 69. ad populũ to. 4. Nec temere ab apostolis hęc sancita (inqt) fuerunt, ut in tremendis mysterijs defunctorum agatur cõmemoratio. Chrisost.

De precatione pro mortuis, nemo tam frequens est, q̃ August. Non adferam quæ scribit in libr. 9. cõfeßionũ, de morte matris suę August.

Monicæ

Monicæ potissimũ, ab.11. capite usq; ad finẽ, ubi nõ modo preces fieri docet, suo uelut exẽplo pro mortuis, sed et frequentes orationes exigit in cap. ultimo. Nam ab oĩbus catholicis (inquit idẽ in glosa.1. Thessal. 4.) certo creditum est eos iuuari nostris precibus, sacrificio altaris, & eleemosinis.

Item in sermone.32. Orationibus (inqt) sanctæ ecclesiæ, et sacrificio salutari, & eleemosinis, quæ pro eorũ spiritibus erogantur, non est dubitandũ mortuos adiuuari, ut cũ eis misericordius agatur a domino, q̃ eorũ peccata meruerũt. Hoc enim a patribus traditũ, uniuersa obseruat ecclesia. Non oĩno ambigendum est, ista (inquit) prodesse defunctis, sed talibus, qui ita uixerunt ante mortem, ut possint eis hæc utilia esse post mortẽ. Nam quibusdam, quod in hoc (inquit) sc'lo non remittitur, remitti in futuro sęculo, ne futuri sęculi æterno supplicio puniantur, de Ciuitate dei libr. 21. cap. 13. In hanc sententiam pluribus scripsit idem August. in. 2. quęstione ad Dulcitium. Addit pręterea, quod quibus prosunt nostræ orationes, aut adhoc prosunt, ut fit plena remißio, aut certe, ut tollerabilior fiat ipsa damnatio.

Ante Augustini ætatem, uetus erat hæresis æriana, ne pro defunctis fierẽt orationes, ut ipse docet in libro de hæresibus. Alias quidẽ post hãc uitã dispensabit deus animas singulorũ, secundũ hoc, quod in eis maculas lepræ aut expiabiles, aut inexpiabiles uiderit, ait Origenes in octaua homelia in Leuitic. Origenes

Machabeorũ libros, de quibus pauloante, non tam facile reijcerem, quia licet in hebręorum canone non habeant, ab ecclesia tamen inter diuinorũ uoluminũ, annotantur historias, inquit Hiero. Et q̃uis non iudęi, ecclesia tamen illos libros pro canonicis habet, inquit Aug. de Ciuitate dei, libr.18. cap. 36. Hos quoq; libros, inter canonicos recepit uetus ecclesia in concilio 3. Carthaginenß.

Videtur ergo nimis alienũ a christiana religione orationes, oblationes, & eleemosinas pro defunctis, aut reijcere, aut paruifacere. Neq; (ut quidã mentiunt) credit ab ecclesia, quod illa sacerdotis cõmunio, quã sibi ĩ missa recipit, poßit mortuis, aut alteri cuiuis, per applicationẽ prodesse, sed inter tremenda illa mysteria (ut ait Chrisost.) fit mortuorũ memoria, quã deprecamur agnũ illũ iacentẽ, qui pctã tollit, ut pro diuina clementia, dimittat pctã per humanã infirmitatẽ admissa, ut supra ait Dionis. ut cũ eis misericordius agatur a domino, ut ĩ illo suo sermone ait. D. August. Posteriores scriptores, nullos afferam. Non mea uerba attuli, sed uetustißimorũ, & optimorũ quorũdam patrũ, & gręcorũ et latinorũ, ut per ea, totius ecclesię sententiã, consensum, & perpetuũ usum ab ipsis apost. per oĩm ætatum seriem, facile, et perspicue intelligamus, cui nemo bene christianus non inuitißime cõtradicet. Magna est enĩ fidei nostrę anchora receptißimus ille consensus. Quin ad psal. nunc redeamus. Qui hunc psalmum, iuxta historiã interpretatur Felinus, de corporis morbo, totũ psalmũ intelligit, quo tam diu, & tam acriter afflictus est propheta, ut prope de salute desperaret. Cum tamen persuasum tandem haberet, se tam graui morbo affici a deo, uel propter pctã sua, uel quia sic deo placuit, in eius exercitium, & utilitatem, supplex orat, amplius ne in tanta ira, hoc est, tam aspere corripiat eum deus. Nos uero psalmũ de animi morbo, seu anxietate potius interpretabimur, quo tam diu et tam grauiter aliquãdo afficitur homo peccator. Nunc igit sui timoris causam docere incipit. Maximam (inquit) causam habeo, sic clamandi ad te domine, ne in furore tuo arguas me.

Qm sagittę tuę infixæ sunt mihi.

Sagittæ dei, uel corporis acerbę afflictiones & persequutiones sunt, uel animi uehemẽtes perturbationes, propter patientiæ inopiam. Sic enĩ perturbatur animus modicæ fidei, ut ait Christus Petro. Minæ quoq; & legis increpationes, sagittæ sunt, quæ corda penetrant. Suos pbat, admonet, & exercet deus, Sagittæ dei.

huiusmo-

huiusmodi sagittis, ut in psal. 17. & 7. Oim uero afflictionū, illæ quæ animū infestāt, pijs uiris longe grauissimæ sunt, si de illis potissimū sint, quæ a deo auocant, quē super oīa diligit, et quærit iustus. Cor igit iusti penetrāt, et continuis molestijs uulnerāt. Supplex igit rogo domine, in tanto furore (inquit) tuo, ne arguas me. Sentio quod me uelut iratus corripis, quoniā sagittæ tuæ, correptiones tuæ durant. Videtur igitur infixæ sagittæ tuæ, et sic adhærere mihi perpetuo, ut ꝑpe de auxilio desperē. Ne ergo desit mihi tua gratia, ut resipiscā, ut oīa aduersa uolens patiar, et a uitæ turpitudine abhorream, supplex rogo. De his quoq; sagittis conquestus est D. Iob. Vere (inquit) mihi infixæ sunt domine. Nam

Iob. 6.

Et cōfirmasti super me manū tuā.

Rem aliquā cōfirmare, solidare est, et ualidas illi uires tribuere, ut hæreat, permaneatq;. Sic ait, confirmasti super me, durare fecisti cōtra me, manū, et afflictionis tuæ potentiā, peccatorū uulnera, illos conscientiæ acerbissimos stimulos. Tādiu quidē adhæserūt hæc uulnera (inqt) tua, et durare usq; adeo ꝑmisisti, quod

Non est sanitas in carne mea.

Quia sublata gratia, carnis opibus oblector. Neq; non & carnē, spū fortiorē patior, trahentē me in peccati laqueos. Hinc est, quod

A facie iræ tuæ non est pax ossibus meis, a facie peccatorum meorū.

Videtur hic locus, tam corporis, q̄ animi egritudinē indicare, uel potius totū hominē, corpus morbo, animū pctō afflictū. Non est pax ossibus (inqt) meis. Ossa intus latēt, et animi interiores uirtutes in sacris literis non semel significare solent. Quod igitur ait. Non est pax ossibus, animi inquietudinē, et assiduā uel potius cōtinuā uexationē docet, ut solet pius animus uexari, q̄diu carnē spū fortiorē sentit. Quod autē ait, a facie iræ tuæ, a facie peccatorū &c. modus est loquendi, indicans rem esse ante conspectum, & oculos nostros, qua terremur semper, neq; sinit eatum memoria,

Ossa.

Pio uiro aliud nihil tam molestum, q̄ peccatorū stimulus.

mentē, aut animū quiescere. Hanc faciem iræ dei, uidemus in uerbo illius, quibus increpat, et minat. Hinc ait. Nō est pax ossibus meis, a facie (inquit) iræ tuæ, hoc est, propter iram tuā, quæ mihi ob oculos uersatur semp. Scio me dignum hac ira tua, id quod me tantopere terret. Mihi persuasum est, has afflictiones fieri propter pctā mea, quorū memoria, me torquet assidue, quia contra seu corā me sunt semper, neq; non ualde conscientiā stimulant, & mihi semper obuia sunt, in conspectu, & memoria. Vere itaq; sentio, quod infixæ sunt mihi sagittæ tuæ, quibus me ualde affligis.

Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt caput meū, sicut onus graue grauatæ sunt super me.

Quicunq; pius est, & uincitur a tentatione, aut magno aliquo pctō, uel peccatorū multitudine laborat, neq; gratia dei reficitur, aut iuuatur, ut resistere possit, ac resipiscere, uere iniquitates illæ, caput eius supergrediuntur, cū super eum dominentur pctā, eumq; sub sua potestate habent, captiuū retinent, et in terrā deprimunt. Hinc ait. Sicut onus graue, quod ferre, aut pati, aut refellere, nequeam, quodq; in terrā premit, sic grauatæ sunt illæ iniquitates super me, intolerabili onere affecerūt me, efficiētes, ut cœlestia negligam, terrena, fœdasq; uoluptates cupiam, neq; libuit animū ad cœlestia tollere. Sic itaq; ut paraphrastes, ꝑspicue uertit Felinus. Iniquitates meæ superauerunt caput meū, ceu graue onus ponderosæ sunt, supra q̄ possum ferre. Onus, calamitatē, seu afflictionē in sacris literis, nōnunq̄ significat, id quod non est huic loco alienū. Sic uocat Esai. illas ingētes afflictiones in ægipto, onus ægipti. Plæraq; alia loca sunt. Toties sic repetit: Graue onus, graue grauatæ sunt iniquitates meæ contra me, uicerunt me, supergressæ sunt caput meū, ut mirā animi perturbationem doceat, ineffabileq; pcti pondus, in pio animo. Quis bene institutus pium animū habens erga deum, hoc tentationis onus aliquando non sentit? Insigniter onus appellat.

Peccatorū grauitas.

Onus.

Esai. 19.

Animi alacritas post resipiscentiam.

Nam simulatq; hoc onere leuatur pius animus, miram animi alacritatẽ, miram quietem, uelut grauißimo onere sublato, haud dubie sentiet. Est igitur onus graue, peccati stimulus. Nam si a tentatione, a carne uincatur, reluctante per gratiam spiritu, qui conscientiæ morsum excitat, si iterũ atq; iterũ, eodẽ modo tentetur, & uincatur, incipiatq; egerrime ferre, itæq; dei recordatione terrere pius animus, hoc onus plane sentiet quouis mõte grauius. Vere enim deprimit in terram, & inferiora terræ, nec sinit cœlestia suspicere peccati onus. Et tum quidẽ maxime cupienti resipiscere, grauißimũ onus est peccatũ, si aßiduum fuerit, si repetitũ sæpius, si recrudescat uulnus, si quod obductum uidetur cicatrice, rebulliat, in eodemq; loco reputrescat. Hinc labor, hinc pij animi grauis anxietas, ne in peccato detineatur, id quod nunc docet propheta. Non semel (inquit) lapsus sum, iterum atq; iterum. Nam et

Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meę, a facie insipientię meę.

Non adfuit mihi gratia, quæ uires pręstaret, sed tanq̃ relictus homo desiderijs suis, ut ait apost. quotidie ad uomitũ redeo, quæq; prius sanabilia, seu per pœnitentiã sanata & exiccata, & obducta uulnera uidebantur, iam reputruerunt, iam corrupta sunt, corruptißima sanie diffluũt, a facie insipientię meę, hoc est, (ut ab alio uertitur) propter stultitiã meam, quã ignorare non potui, quæ mihi semper est in conspectu, & me urget atq; stimulat, nec tamẽ desistere ualui, tanta fuit insipiẽtia mea & ignorantia, meiq;, seu potius dei obliuio. Recte suã hanc, hoc est, hominis insipientiam dicit. Non enim sanior est in homine sapientia, nisi iuuet, uel potius dirigat diuina gratia. Alias quidem carnis sapientia mors est, ut ait apost. Neq; habitat in carne bonum, ut idem ait. Orauit itaq;, ut auxilium impetraret, quo resipiscere, ne in die indignationis dei argueretur, ut in psalmi principio. Sui igitur peccati grauitatem sentiens propheta, et suę imbecillitatis pronitatẽ, qua facile reputrescunt cicatrices, suo docet exẽplo pctõres omnes, qua animi anxietate afficiantur, qua solicitudine, qua sui abiectione. Sic itaq; exclamat.

Rhom.1.

Hominis imbecillitas.

Hominis sapientia.

Rhom.8. &.7.

Miser factus sum. Quia meã iniquitatem, meam insipientiam, meam culpam, non satis cognosco. Carnis imbecillitate uincor. Pio quidem animo, aliud nihil tam miserum, tam calamitosum est. Scio me peccare per stultitiam meam, non coactum, sed mea (inquit) sponte, sed abstinere non ualeo, quia quod nolo malum hoc ago. Hinc in eodem loco exclamat apostolus, non aliter, quàm hic propheta. Infœlix homo, quis liberabit me, &c. Lege præterea quæ in eodem capite, ad hunc locum attinent. Factus sum (inquit) miser, onere peccatorum meorum, quæ me perpetuo deprimunt. Nam

Miseria pii viri.

Rhom.7.

Et curuatus sum usq; in finem.

Depressus sum animo, afflictus tam graui pondere, ut supra dixit, usq; in finem uitæ. Ita mihi uisum est, quando nullum leuamen, nullum auxilium sentio. Id quod me ualde afficit, timens, ne in finem usq; uitæ meæ, me captiuum detineat peccatũ. Hinc in alio psal. huius rei formidine sic exclamat. Vsq; quo domine obliuisceris me in finem, &c. Hunc germanum sensum puto. Vel curuatus sum usq; in finem, hoc est, curuo, & prosterno me cum publicano canens. Propitius esto mihi peccatori. Non sum ausus uultum attollere. Et id quidem usq; in finem facio, perpetuo clamans, miserere, &c. Interim non desino tristicia me afficere, ut tandem gratiã in oculis domini inueniam. Hinc ait.

Tota die contristatus ingrediebar.

Magno terrore afflictus. Vt simus uehementer quidem lugentes, & tristes, admonet. D. Iacob. ut in futura uita gaudeamus. Sic lugere peccata docet euangel. Tota igitur die, sine intermißione (inquit) dolens, et mœrens (ut uertit Hiero.) ambulaui præ timore iræ tuæ, postq̃ nullam aut consolantem, aut iuuantem

Iacob.4.

Math.5.

uantẽ gratiã senserim, sed relictus insipientię meę quotidie peccẽ. Maxime opus est, ut sic (inquit) clamem, ut tristicia me afficiam.

Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus, & non est sanitas in carne mea. *Hoc est hominis, tandem cognoscentis miseriã suam. Neq; tamẽ absq; gratia, hanc sui cognitionem habet. Est enim caput resipiscentiæ, peccatum cognoscere. Qui sic cognoscit, & dolet peccatum suum, sabbati cum primis (de quo in psalmi titulo) recordatur, et ne ab illa requie deijciatur, uehementißime timet. Hinc ait. Contristatus sum, &c. Perspicit enim carnẽ fortiorẽ spiritu, & illum uincentem. Ait quidem. Lumbi mei impleti sunt illusionibus, tentationibus, et libidinis, & aliorũ uitiorũ stimulis abundant. Quod ait de lumbis, interiorem hominẽ, internosq; affectus, concupiscentijs, et libidinis (inq) ardoribus conturbatos intelligit. Internæ quidem animi illusiones, mentem conturbant, et a uirtute auocant. Non est igitur sanitas (inquit) in carne mea, quæ militat aduersus spiritũ, et eo fortior euadit. Caro corrupta est uicijs, et peccatis dedita est, spiritus consilia respuit, rationis fræno coerceri non potest, tam abundat concupiscentia, & relinquitur caro desiderijs suis absq; gratia. Lege apost. cap. 7. ad Rho. Admonet igitur euangel. ut lumbos nostros pręcingamus, hoc est, illos animales affectus coerceamus, et lucernas rectæ rationis, castitatis, bonorũ operũ, sanæ doctrinæ, quæ uiam rectã cõmonstrent, in manibus, in factis habeamus. State ergo (inquit apostol.) succincti lumbos uestros in ueritate &c. hoc est, lumbos uestros laxare nolite, ut uagent animi affectus, quo uelint, sed succingite, & coercete, ut uerbo dei obediant. Inde ait Petr. Propter quod succincti lumbos mentis uestræ, &c. Lege in priore apostoli loco, Theophilactum. Nisi enim hoc fecerimus, impleantur lumbi illusionibus, & illecebris necesse est, neq; sanitas (inquit) esse potest. Corripit ergo deus benigne, et castigat. Corpus mortificat, ad spiritus sanitatẽ. Adhuc animi anxietates memorat, ut doceat quàm serio delendum sit peccatori, qui deum per peccatum contempsit.*

Resipiscẽtiæ caput, peccatum cognoscere.

Lumbi, quid?

Morb' animi grauissimus.

Luc. 12. Lũbi præcincti.

Lucerne in manibus. Ephe. 6.

1. Petr. 1.

Afflictus sum, & humiliatus sum nimis. *Animo uehementer affligitur, pius quisquis est, sentiens tam ualidos prauos affectus, quibus non potest resistere. Affligit quoq; deus, ut doceat, trahat, spiritualem intellectum contra carnem tribuat, ut diximus in psal. 31. Hinc ait, afflictus sum, et humiliatus sum nimis, hoc est, uehementer afflictus sum ualde crucior. Fœlices asperrimę corporis afflictiones sunt, quæ animæ salutẽ adferunt. Hinc repetit. Afflictus sum, et humiliatus sum. Humiliare enim affligere significat, in plærisq; sacræ scripturæ locis. Est enim uehemens hic repetitio, afflictionis & humiliationis, nisi malis ut diuersa ponere, quando humilem efficit afflictio. Quicquid est, ingentem terrorẽ docet propheta, quem suo exemplo, habere debeat de terribili iuditio dei, omnis peccator. Hinc ait. Præ nimio (inquit) dolore.*

Vtiles corporis afflictiones.

Rugiebam a gemitu cordis mei. *Non hominis (inquit) uoce plangebam, sed leonis, & belluæ potius instar, a gemitu cordis mei, ab imo pectoris mei, propter animi ingentẽ dolorem, rugiebam, omnẽ uocẽ humanã uici. Sic enim internis animi doloribus maxime affecti, tandẽ erumpere, et internum affectũ, uocis nimia ualiditate, testari solent. Indicat animi ardorem, quo dolet & plangit, tandẽq; precatur, ut ueniã, utq; gratiã impetret, omnibus peccatoribus pœnitentiæ exemplum prębens. Non est alienum a iusto uiro, ut tanto dolore torqueatur aliquando, ut animo deficiat, prope uelut desperans, ingenti terrore affectus. Sic enim defecit. D. Iob. Dixi in psalmo 30. Sed statim rediens ad se iustus, dei recordatur, & ad eius misericordiã, illico confugit. Hic est enim iustus timor dei, non desperare, sed a terrore, ad misericordiã confugere. Hinc ad deũ se conuertit.*

Animi grauis morbus vocis clamorẽ exprimit.

Dn̄e ante te omne desideriū meū. Tu nosti doloris mei causam, tu nosti quid uelim, quid optem, quibus afflictionibus, quo terrore, qua pœnitētia afficior, a te solo auxilium supplex peto, omne desideriū meum est ante te, in conspectu tuo, non te latet.

Et gemitus meus a te nō est abscōditus. Qua causa, & quantū gemuerim, non te latet. Timeo mihi, nisi tu gratiā citius præstiteris, ne me uincat carnis uoluptas, usq; in finē. Cupio tecū esse, cupio apud te sabbatizare. Sed fortior est caro. Nā quod odi malū, illud facio. Operatur pro uoluptate quod habitat ī me peccatū. Quāuis scd̄m interiorē hominē, legi (inquit) dei obsequi cupiā, uideo tamē aliā legē in membris repugnantē, et me captiuantē in legem peccati. Quāobrem.

Cor meum conturbatum est.

Nescit quo se uertat præ timore. Apud se fluctuat animus quid agere poßit, desperet ne, an spe respiret, adeo cor meum (inquit) conturbatum est, deiectum ab omni sano intellectu, uarijs concupiscentijs molestatum, anxietate exhaustum. Nam

Solicitudo conturbati animi.

Dereliquit me uirtus mea.

Fortitudo animi defecit. Omne auxiliū meū cōfunditur. Totus obstupesco, defecit in dolore uita mea, ut in alio psalmo. Vel dereliquit me uirtus mea, quia uidetur mihi sublata gratia, qua tentationibus resistam, Facile enim uincor. Nam

Et lumen oculorum meorum.

Dereliquit me præ nimio stupore, & animi defectione. Non enim uideo auxilium, omnis animi sensus, & intellectus perijt, non modo exterior oculus, hoc est, ratio, defecit. Nam

Et ipsum non est mecum. Mihi uideor oculorū lumen non habere. Ipsum (inquit) lumē oculorū, ipsa acies, cū ipsis oculis, nō est mecū, quia defecerūt oculi mei, ut fieri solet ī magnis animi anxietatibus. Vel ipsum lumen gratiæ, non est mecū, quia carnis pronitate uincor, & spreto ueritatis lumine, in pectorum tenebras, meipsum deijcio. Alij hoc lumen, spiritū sanctū interpretātur. Et ipsum (inquit) lumen, hoc est spūs sanctus, qui uerū lumen præstat, non est mecum, me deseruit. Admirāda oratione doloris uehemētiā narrat. Quod prius doceat se affligi, & humiliari, nūc addit præterea afflictionis suæ specificos, & externos quosdam aculeos, præter internum animi morbum. Adeo enim afflixisti me (inquit) præter internæ conscientiæ stimulos, quod externi.

Lumen.

Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerūt, & steterunt. Sunt enim in aduersis pauciẞimi amici, ut ait Eccles. cap. 12. Sunt qui hūc psalmū conferūt cū diui Iob historia. Et in multis plane cōueniunt, non solū in hoc loco. Sic aduersati sunt illi amici sui. Sic defecit a recto sensu, et multa inania loquebatur os eius, tandemq; resipuit, & dei recordatus est. Quin hunc locum uideamus. Non solū (inquit) appropinquauerūt, et prope, & ante conspectū meū uenerūt aduersantes mihi, uere iam aduersarij et inimici, qui prius amici uidebātur, sed etiā et steterunt aduersum me, non cessarūt aduersari mihi, tam amici, q̄ proximi, tam uicini, q̄ qui ex alijs causis, et se prius amicos simulabant, & amici ut essent pro beneficijs tenebant. Nunc tamen facti sunt inimici oēs, uere aduersarij. Et factus sum illis ī puerbiū, ut ait Iob, etiā inqlini domus meę sicut alienū habuerunt me. Hinc uelut idem hic ait.

Iob. 19. & 30.

Et qui iuxta me erāt, de longe steterunt. Iuxta illum fuerunt, qui proximiores erant, q̄ aut amici, aut uicini, qui illi in quotidiano forte obsequio seruiebant, qui sanguine cognati erant pximi, qui maxime a secretis erāt, quibus plurimū indulgere solebat, benignusq; esse. Ex quibus multi eum nūc deseruerunt, et de longe steterunt, abierūt, non obsequebant, non adfuerūt illi, neq; consilio, neq; obsequio, & qui me nouerant obliti sunt mei, inquit Iob. Adde psalmū. 30. Postq̄ enī uiderunt

Rara amicitia in aduersis.

Iob. 19.

uiderũt inimici, me tam derelictũ, & appropinquauerunt (inquit) audatius contra me.

Et uim faciebant, qui quærebant animam meam. Qui me interficere prius cupiebant, uidentes me ab oĩbus quasi derelictum, uim licentius intulerunt. Id quod fieri solet ab inimicis, qui occasionẽ quærunt. Neq; modo ui (inquit) persequebãtur me inimici, & eo modo quærebant animam meam, & uitam meam tollere. Sed

Et qui inquirebant mala mihi, loquuti sunt uanitates, & dolos tota die meditabantur. Est quidem inimicorũ uarietas. Sunt qui uitam tollere cupiunt acerbißimi inimici, uel ui, uel dolo, uel gladio, uel ueneno, uel manu, uel arte, ut qui falsa delatione, aut accusatione aggrediũtur. Sunt qui male cupiunt, neq; tamen animã quærunt, non sunt soliciti, ut uitam tollant, præ odio tamen continere nequeunt, ut non peßime loquantur. Hi uero inimici peßimi erãt, qui uanitates, & falsa mendacia loquuti sunt, item et dolis excogitabant illi mortem inferre. Hi (inq̃) loquuti sunt uanitates, et mẽdacia, meditantes dolos, & falsitates contra me, quibus me lædere oĩbus modis conabantur tota die, iugiter, improba solicitudine, continue. Adde psal. 40. Sed hos (inqt) inimicos patienter tuli, non enim probrũ probro reddidi. Quantũuis enim inimice, et improbe loquuti sunt illi.

Varii inimici.

Psal.

Ego tanq̃ surdus non audiebã, & sicut mutus non aperiẽs os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habẽs in ore suo redargutiones. Obturabat sibi aures per patientiã, quia noluit audire, ut conuitijs rẽsponderet, patienter diuinas afflictiones tulit, non aperiens os suum, ut maledicenti respondeat secundũ stultitiam suam, ut ait sup. Vere (inquit) mutus, & surdus factus sum, sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones cõuitia, quibus respõderẽ.

Prouerb. 26.

Optima est hæc taciturnitas, aureſq; fœlices sunt, quæ per gratiã audientes nõ audiunt, ut malũ malo rependãt, sed maledicẽtibus benedicũt, ut monet euãg. Qui sunt hac patiẽtia, uolũtatis dei maxime memores sunt, ut alterã potius maxillam prebeant, q̃ retaliare uelint. Nam hęc (inqt ꝓpheta) patienter ideo tuli.

Luc. 6.

Euãgelica patientia.

Quoniã in te domine speraui, tu exaudies me dñe deus meus. Nolui igitur me aut uerbis, aut factis uindicare, sed oĩa reliqui iudicio tuo, qui me precantem auxiliũ, contra hos inimicos pro tua bonitate, certo scio, in tẽpore exaudies. Similia loca, his paucis prioribus uersibus habes in psal. 30. & 40. Hunc psal. diuidit Hierony. Priorẽ partẽ ad pœnitentẽ, ab illo uero loco, Amici mei &c. ad Christũ ꝑtinere adserens. Si uero de Christo intelligere lubeat, litera perspicua est. Deseruerũt eũ plane amici oẽs, apostoli, discipuli &c. quorum unus proditor factus est, qui edebat panes meos, inquit idẽ. Cęteri relicto eo fugierunt. Quare ferociores facti sunt iudęi, ligauerũt eum et adduxerunt &c. Quantis uero falsis testimonijs & blasphemijs affecerunt eum, testantur euang. quibus neutiq̃ respondit, sed quasi ouis corã tondente (ut ait Esai.) nõ aperuit os suũ, &c. Sed & alius est quoq; intellectus, quẽ docet Arnobius, neq; pœnitet adferre. Amici (inqt) & ꝓximi mei, aduersum me steterũt &c. quia lũbi mei impleti sunt illusionibus, & dereliquit me uirtus mea, et lumen oculoꝝ &c. hoc est, Christus (inquit) & spiritussanctus, a qbus omnis uirtus, omnis fortitudo, omnis constantia, non sunt mecũ, sed deseruerũt me. Et q̃diu in his pollutionibus fœde (inquit) iaceo, amici mei, sacri interpretes, & uerbi dei annuntiatores, qui sunt bonorũ omnium uere amici, ipſeq; Christi doctrinæ, quæ uias uitæ docent, appropinquauerunt aduersum me, ut me increparent, et steterũt aduersum me, mortem, et ignẽ ęternũ minantes. Proximi autẽ, hoc est, angeli qui custodiæ deputant, et q̃diu iuste, & pie uiuimus, comites, & socij sunt,

Psal. 40.

Math. 26.

Ioan. 18.

Esai. 53.

 non

non ferentes fœditatem uitæ, a longe stant, fugientes a me. Quibus, cum destitutus sum, facile qui mihi mala uolunt, spiritus aduersarij omnes, uim mihi inferunt, et pro suo arbitrio me tractant, suggeruntq; suis ministris, malis hominibus, ut de me loquantur uanitates &c. qui me irritarent, et in iram, odium, uindictam prouocarent. Sed ego uoluntatis, et mandatorum dei non immemor, tanq̃ surdus, &c. Germanus est primus sensus, neq; tamen allegoriæ non gratæ sunt. Ad illũ redeo priorẽ. Nolui in uiribus (inquit) meis sperare, sed in te domine speraui, auxiliũ contra omnes aduersarios petens. Et certo scio, quod tu exaudies me.

Quia dixi. Quia sic oraui, sic apud me cogitaui, & certo certius persuasum habui, quod tu me, (ut pro bonitate soles) exaudies in te sperantem, et opem quando tibi uidebatur, in oportuno tempore feres.

Nequando supgaudeant mihi inimici mei. Si me, ut cupiunt, in fine uicerint. Iactabunt enim tum gaudentes de interitu meo, Præualuimus aduersus eum, qui tantopere in deo suo sperauit. Dic ĩ psal. 12. Si uideantur (inquit) sibi uincere hi inimici, tum quidem de uictoria, ut solent, et læti sunt, et magna uerba iactitant. Nam

Psal. 12.

Et dum cõmouentur pedes mei, super me magna loquuti sunt. Cõmouentur pedes nostri, quãdo a recta uia labimur in uicia, quãdo inimici in eam partẽ, quam cupiunt, seu ui, seu dolo traxerunt. Inimici uero, hoc est, diabolus & ministri eius, simulatq; uiderint pedes iusti cuiusuis uiri sic cõmoueri, & animi affectus, in libidinem, aut aliã uitæ turpitudinẽ trahi, magna loquuntur de illo, quẽ uicisse uidentur. In deo (inquiunt) sperauit, uicimus tamen, et illũ illaqueatũ tenemus, liberet eum nũc si uult, ut iudæi contra Christũ iactitabãt. Qui de Christo interpretãtur, pedes ipsos apostolos intelligũt, deserentes Christi nomen ad omnes gentes. In

Impiorũ iactantia.

paßionis tamẽ tempore defecerũt. Hinc magna loquuti sunt iudæi. In deo sperauit liberet eum &c. Neq; non id idem iactitare uidentur impij homines, iustorũ inimici, cũ iustos uicerint, indigna nõnunq̃ crudelitate. Et ideo hæc magna iactabũdi, cõtra me locuti (inqt) sunt.

Qm̃ ego in flagella paratus sum. Quem surdũ (ut supradixit) uiderũt, non aduersantẽ, omnia patienter ferentẽ. Iactarunt itaq; multo magis magna illa uerba contra me, quẽ tam obuiũ, eorũ insultationibus uiderunt, paratũ, & facilẽ arbitrantes, quẽ nullo negocio uincant. Sic iustum paratum putant impij, quẽ pro arbitrio affligant. Cum enim sint humiles, omnia patienter ferẽtes, parati uidentur impijs, in quos suã impietatẽ exerceant. Lætantur ergo de me, & contra me (inquit) magnifica loquuntur. Id quod experior (inquit) quotidie. Nam

Pius, facile ab impio vexatur.

Et dolor meus in conspectu meo semper. Ob oculos hunc dolorẽ habeo semper, et corã, tam aßidue infestant me inimici. Nunq̃ non mecũ reputo tantorũ etiam dolorum causas. Cogorq; persuasum habere, peccatorũ causa me sic iu[...] affligi. Nolo igitur declinare cor meum in uerba maliciæ ad excusandas excusationes in peccatis.

Labri... plurim... amici...

Psal. 140.

Qm̃ iniquitatẽ meã annunciabo. Fatebor me peccatorẽ, contristatus, et pœnitens, dignũq; tantis, aut longe pluribus flagellis, et molestijs agnoscam. Dic in psal. 31. Si de Christo intelligas, eius pctã & iniquitates, humani generis pctã erant, quorũ causa passus est, ut in psal. 21. Dixit itaq;, Annunciabo iniquitatẽ meã, quia palã huius peccati causa, morte me afficient inimici.

Innocẽ... inuider... hostes.

Psal. 21.

Et cogitabo pro peccatis meis. Quia uolens mortẽ patiar. Sed & qui pœnitet ait. Iniqtatẽ annũciabo, et cogitabo &c. Anxius ero (ut uertit Felix) & solicitus (ut a Hiero. uertitur) pro pctõ meo delendo, dolens, et supplex ad mĩam tuã confugiens, paratus ĩ flagella, in plagas quascũq;, in mortẽ, si tibi

Isa. 2.

si tibi domine uidebitur, ut me liberes, saluumq; facias. Interim uero, quoad saluum me feceris, misere affligor ego.

Inimici autē mei uiuunt, & confirmati sunt sup me. *Illi (inquit) uiuunt, et læti uiuūt, me prostratū, & deletū putātes, ut supradiximus, et confortati sunt cōtra me, quia me uicisse uidētur, suntq; confirmati contra me, quia constituerunt me persequi, quem absq; auxilio uident. Quamobrem.*

Et multiplicati sūt, qui oderūt me inique. *Iam inimici omnes, me deiectum uidentes, qui prius inique, & sine causa oderunt me, multiplicati sunt, conuenerūt in unū aduersum me, & noui, & ueteres inimici, uel qui prius uidebantur amici.*

Qui retribuunt mala pro bonis. *Quid iniquius, quid grauius? q̃ a beneficiario sic tractari? Hoc secundū historiā de Saule, et alijs intelligit, pro beneficijs mala retribuentibus. Neq; non euenit sæpe in hoc sæculo, si aduersis afficiamur, si deiecti paulo simus, si a principis gratia excidamus, ut in quos antea benefici fuerimus, in aliorū gratiā, nobis aduersentur illi ipsi. Vere (inquit) retribuunt mala pro bonis. Nam pro innocentia mea, me odio prosequuntur. Hinc ait.*

Lubrica ut plurimum amicitia.

Detrahebāt mihi qm̄ sequebar bonitatē. *Hoc de spūalibus hostibus, recte intelligi potest, qui eo magis homini inuidēt, et soliciti sunt, ut illi noceant, ut seducāt, quo magis eum uirtuti deditū sentiant. Id quod de iudæis contra Christū manifestū est. Neq; nō idē est in externis hostibus, et impijs uiris, qui bonis, & probis aduersantur semper, parati tam uerbo, q̃ facto, ut eos lædant propterea quod contrarij sunt operibus eorū, ut ait sap. Post omnes huiusmodi priores citatos dolores, & animi anxietates, suasq; illusiones & fœditates, quarū causa sibi tantopere timet, cupiens benigne corrigi, & liberari, ne in die iræ domini arguatur, supplex nunc orat, fugiens ad dei misericordiam.*

Innocētiæ inuident hostes.

Sap. 2.

Ne derelinquas me dn̄e deus me*, ne discesseris a me. *Idē repetit, p ardētissimo affectu exorādi, cū sit idē, ne derelinquas me, & ne discesseris a me. Sic orauit Christus in psal. 21. Sed de alio pctōre loquamur. Solet deus odio habere pctōres, et eos a se repellere, et derelinquere suis desiderijs, ut supradiximus. Orat igit. Ne derelinquas me domine pctōrē, noli me odio habere, ne despicias me, ne discesseris a me, ne elōgeris a me, esto mihi adiutor in oportunitate, esto cornu salutis meę, esto ptector uitę meę, quia nō modo inimici, sed etiā amici appropiquāt, et stāt cōtra me. Iniqtatē meā ego cognosco, doleo, pœnitet me, cogito mecū, solicitus sum, ut peccatū deleā, ut remittas, id quod tu facies, pro tua mīa, certū est. Quāobrē supplex oro.*

Hoc modo semp orandū.

Intēde in adiutoriū meū, dn̄e deus salutis meę. *Deus ppitius esto mihi peccatori. Ab alio quidē nulla speranda est salus. Tu igit solus deus es salutis meę. Intende ergo, et gratiā tuā celeriter exhibe in adiutoriū meū, festina in auxiliū meū, ut me adiuues, ut me liberes, ne me detineat sub sua manu inimicus usq; in finem, ut sim dignus tuo sabbato, tua quiete, tua uera gloria, ne me in furore arguas, ut in psalmi principio.*

Psalmus. 38.

Titulus.

In finē, pro Idithū, canticū Dauid. *Canticū, siue psalmus Dauid, factus est in finem optimū, pro Idithum. Hoc uerbū, in alijs sacris literis, raro admodū reperitur, nisi i primo Paralipo. 25. ubi inter alios cantores, & ministros, treis qui illic nominantur, qui prophetarēt, hoc est, canticos prophetiæ, et ueræ doctrinæ canerent populo, quibus doctiores ad uitæ integritatem euaderent, segregati, & electi erant, quorum unus, Idithum uocabatur. Quod igitur ait, pro Idithum, sentire uidetur, hunc psalmum scriptum a propheta, ut ab Idithum, illo perito cantore, seu illo* 1. Paral. 25

cantorum ordine caneretur, qui populum ad tolerandа mala doceret. Hunc psalmũ sancto Idithum canendum dedit propheta Dauid, inquit Ambros. libr. offic. 1. cap. 7. Neq; unus erat idithum, sed pro quouis alio intelligitur, qui huius gradus locum gerit, ut in psalmo. 40. Et quis hebraica nomina prope omnia, propriã quandã suã significationẽ habeant, hac nostra tamen ætate in illa lingua doctißimi, huius nominis significationẽ ignorari ab ipsis hebræis adserunt. Melius igitur longe censent tacere, q̃ effutire inania uerba. August. tamen, & illa quæ tribuitur Hiero. interpretatio super psal. hoc nomen Idithum, transilitionem, uel transilitorem interpretantur. Hos etiam sequutus hic est Erasmus Roterodamus, & pluribus uerbis, & eruditißimo sermone, qui hũc psalmũ enarrauit locupletißime. Legat qui uult apud eos curiosius. Nostræ quoq; ętatis in hebraica lingua docti uiri quidam, Idithum, uel legem eius, uel laudem, uel confeßionẽ dantẽ, significare aiunt, in quo sensu, non est a psalmis alienum uerbũ, in quibus datur lex uitæ, eius a quo datur omnis uita. Canuntq; laudem dei, & nos ad peccatorũ nostrorũ confeßionem hortantur, ut cum delicta nostra confeßione agnouerimus, ueniam a benigno deo impetremus. Idithum.

In summa.

Continere a responso nõnunq̃, longe melius esse docet, q̃ cõmoto animo, indecora loqui. Et cum primis id utile esse docet, uitæ breuitatem, quę tanq̃ umbra est, præ oculis habere semp, ne anxie nimiũ soliciti simus in congerendis diuitijs. Si aduersis affligamur, nullo murmure patiamur, sed peccatis nostris imputemus, dignos maioribus afflictionibus, nos estimantes, deũq; orantes deniq;, ut nos liberet a corpore mortis huius, in quo solo spes omnis constituenda est. Cupit itaq; non amplius esse peregrinus a deo. Hunc psalmum plurimi facit. D. Ambrosius, in libro. 1. officiorum, cap. 7.

Explanatio.



Dixi custodiam uias meas, ut non delinquã in lingua mea.

Inimicorum probris, conuicijs, et irrisionibus prouocatus, diu secum deliberans responderet ne improbitati eorũ, ut malum malo rependat, an ne taceret (tam fortiter aduersus spiritum se erigebat caro) subito in hãc uocẽ erumpere uisus est. Dixi, intus in animo, apud me cogitaui, decreui, nõ immemor per gratiam uoluntatis dei, custodiam, &c. Sic agit sapiens, qui priusquam loquatur, secum in animo deliberat, quid loquendum sit, hoc est habere os in corde. Et cor sapientis erudit os, ut ait sap. Quamobrem (inquit) dixi, Custodiam uias meas, gressus meos, solitum cursum uitæ meæ, assuetam, modestiam et mansuetudinem, ut in præsentia non delinquam in lingua mea, ut inimico non respondeam secundum stultitiam suam. Haec (inquit) dixi, Simul et Prouerb. 26.

Posui ori meo custodiam.

Priorem illã scilicet decretã animi uoluntatẽ custodiendi uias meas, non proprijs uiribus, sed per gratiam. Hoc est, linguæ frænũ inijcere (ut monet. D. Iacobus) iuuante gratia, quia deus operatur in nobis, & uelle, & perficere. Hinc suam imbecillitatem agnoscens, orat in alio psalmo. Pone domine custodiam ori meo. Neq; aliud sentit hic propheta, q̃ ut dei auxilio hanc oris custodiam habeat, qui toties in omnibus fere psalmis, nostrarũ uirium imbecillitatẽ docet, illisq; neutiq̃ fidendum. Admonet tamen, ut addamus uoluntatem, & conatũ nostrũ, simus quoq; industrij. Hinc monet Ecclesiastic. Sit manus (inquit) tua super os tuũ, ne capiaris in uerbo indisciplinato. Nisi dominus tamẽ custodierit ciuitatem, frustra uigilat qui custodit eam. Est itaq; orandũ solicite, ut tangat dominus os nostrum, tam ut probe taceamus, quam ut pie loqua-

Iacobi. 3. Rhom. 7. Psal. 140. Eccles. 5. Frænũ linguæ, gratia dei.

loquamur. Sic dat intellectum deus, sic tetigit os Hieremiæ prophetæ, sic non ex seipsis loquebantur apostoli. Bene autẽ custodiã ori ponit, qui linguã cohibet, ne scurrilia, turpia, deoue ingrata, proximoq; iniuria loquatur. Sic ait propheta. Posui (inquit) custodiã ori meo, in præsentia potissimum.

Cũ cõsisteret pctõr aduersum me.

Tacuisse non pœnitet.

Pręsente enĩ pctõre, pręsente aduersario, qui meis molestijs delectabatur, qui me solicitus est prouocare, qui conuicijs, seu calũnijs irritauit, posui custodiã ori meo, ne quid indigne loquerer, et quod ingratũ deo, et magis gratum aduersario fuisset. Sic miseria afflictum, gratis, atq; ultro insultat, lacessitq; inimicus homo. Neq; nõ sępius his inimicorũ molestijs (ut ĩ psalmo superiore proximo) afficiebatur noster propheta. Querelã itaq; uocis tacuit propheta, ne magis gauderet aduersarius, si lingua probrũ probro repẽdisset. Ait igitur. Posui ori meo custodiã, q̃diu stetit peccator aduersum me, qui impia loquebatur, mihi exprobrans, et mendacijs, conuicijsq; insectans. Cui ne uerbum quidem respondi, sed

Obmutui. Prorsus tacui. Obmutui silentio, addit Felix. Quæ repetitio, taciturnitatem prorsus indicat. Neq; id per superbiam feci, sed pro humilitate, me (inquit) dignum longe maiore afflictione reputans, patienter tuli. Hinc ait. Obmutui

Et humiliatus sum. Quia et me peccatorem agnoui, dignũ hac ab inimico acerbitate. Obmutui igitur. Alij potius sic intelligunt. Obmutui, & humiliatus sum, hoc est, ualde afflictus sum, huius peccatoris improbitate. Obmutui tamen.

Et silui a bonis. Hũc locũ uarie interpretantur. Alij, ut non modo a malo aliquo uerbo siluerit intelligũt, sed etiã a bonis uerbis, a fraterna correptione, a patientiæ doctrina, ne si bene loqui cœpisset, ipsius forte pctõris malignitas, mitioris animi modestiã turbasset, eo timens, ne uel nimiũ, uel intempestiue loquereť, tacuit. Sic utilius sibi uisum est facere, & silentio se continuit. Vel silui a bonis, ab amico aut sancto sermone, cum præ nimio dolore, boni, et sani, in tam conturbato animo, tum nihil esse uidebatur, quod ore pferrem. Silere igitur constitui. Vel silui a bonis, hoc est, a memoria benefactorũ, aut meritorũ meorũ, uelut de deo conquerens, et deũ accusans, quod me iniuste afflixisset, id qđ. D. Iob nõ tacuit. Sed alta hmõi (inquit) taciturnitas, internã morbi acerbitatẽ auxit. Nam

Iob.13.16. &.19.

Et dolor meus renouatus est.

Auctus est, incruduit, quia dolorẽ nõ efflaui, intus pertinaci silentio continui omnẽ spiritũ doloris, id quod bilem seu anxietatẽ, subinde renouat, augetq;. Habet enĩ dolor, suũ internũ ignẽ, quo animũ incendit, si taciturnitate intus cõprimatur. Aliũ non negligendũ sensum docere uidetur. D. August. Silui (inquit) a bonis, ubi nãq; loquendũ esset, non sum loquutus, tacui ubi loquutus fuissem. Est enim tempus loquendi, et tẽpus tacendi. Neq; non peccat, qui in tempore non loquitur. Id quod abunde docet Ezechiel. Verborũ forte lenitate, & suauitate, aut alia sana admonitione, inimicũ a maleuolẽtia reuocassem, & malũ in bono uicissem, ut ait apost. Hoc est carbones congerere super caput inimici. Afflictus sum itaq; apud me (inqt) et intus dolui, quia silui a bonis. Inde et dolor meus renouatus est. Nã cœpi plus dolere me tacuisse, quæ loq debuissem, q̃ de his quæ aduersum me loquebať peccator. Vel obmutui, et silui a bonis, hoc est, a iusta excusatiõe mea, pura, et integra consciã mea securus. Nolui me corã hominibus iustificare. Pctõris tamen conuicijs cõmotus.

Taciturnitas dolorẽ auget.

Ezech.3. &.13.

Rhom.12

Concaluit cor meũ intra me, & in meditatione mea exardescet ignis.

Vertit perspicue Hiero. Incaluit cor meum in medio mei, & in meditatione mea incensus sum igni. Tectus enim ignis magis æstuat, feruetq;. Est autẽ nõnullũ doloris leuamẽ (ut hic Erasmi uerbis utar) si quis animi curas, aut

Tacit⁹ dolor, incendit.

aut internos alios dolores, lingua profuderit. Illa igitur interna doloris conflictio, quę per tacitam meditationem increscit, animo uelut incendium infert. Concaluit igitur cor meũ (inquit) intra me, quia tacui, ut supradiximus. Et in illa interna sola et tacita occultaq; meditatione mea, exardescit ignis, crescit in immensum. Si tacuero, non recedet a me dolor, inquit Iob. Hactenus docuit, quantumcunq; cõmoueamur, aut animi, aut corporis doloribus, aut sceleratorum conuicijs, calumnijs & blasphemijs, ut ad loquendum simus cauti, et tardi, ne maledica, aut nobis indigna uerba, effluant. Hanc ad loquendum tarditatem, docet quoq; D. Iaco. Nobis itaq; dicamus semper, et secum constituat unusquisq;, ut in psalmi principio dixit propheta. Custodiam uias meas &c. Inimicorum conuicijs, calũnijs, & improbitati, nullum responsum (inquit) dedi, sed ad deum hoc modo.

Iob. 16.

Tardissimus ad loquendũ.

Iaco. 1.

Loquutus sum in lingua.

Supplex deum his precibus accessi. Sic ab homine ad deum fugiendum est.

Notum fac mihi dñe finem meũ.

Non orat, ut mortis suæ diem indicaret illi deus, neq; mortis suę horam, rem homini non utilem, & soli deo cognitam, rescire cupit, sed huius uitæ tedio, quãdo quotidie inter tot sceleratos uersari necesse est, ne ab illis in cœlestis uitæ discrimen abduceretur, sibi timens dissolui cupiebat, & esse cum Christo, ut ait apostol. Huius uitæ tedio, mori luctum existimabat, apostol. in priore loco. Hinc in alio psalmo. Hei mihi quia incolatus (inquit) meus, prolongatus est. Sic ait. Notũ fac mihi domine finem meum, ut breui sentiam, & festina, si tibi uidebitur, ut dormiam in pace, ut huiusmodi molestiarũ finem habeam. In hoc etenim mundo, non nisi prессuram habemus, ut ait Ioan. Vel notũ fac mihi domine finem meũ, hoc est, ut non me fugiat uera uita, quæ tibi grata est, tam ut hic pie uiuam, quàm ut apud te habitem omnibus diebus uitæ meæ fac mihi notum, fac memoria hunc finem retineã. Sic enim nouissimorũ memoria, in æternũ nõ peccabo. Hoc modo pro tua bonitate, notum fac mihi finẽ (inquit) meũ domine.

Mortis horam scire, inutile.

Philipp. 1.

Ibidem.

Psal. 119.

Ioan. 16.

Eccles. 7.

Et numerũ dierũ meorũ quis est.

Notũ fac mihi domine, fac ut breui sentiã, fac ut liberer, a corpore mortis hui⁹, ut ait apost.

Rhom. 7.

Vt sciam quid desit mihi.

Prius enim scire non possum, quàm uenerit mihi incertus ille mortis terminus. Hic enim nosmetipsos nescimus, omnium rerum prope incerti. Nunc non uidemus, nisi quemadmodum in enigmate, per speculum, ut ait apost. Tunc enim facie ad faciem uidebimus, et cognoscemus sicut iam cogniti sumus. Tunc certus ero, neq; amplius erit, aut inimicorũ, aut trãsmutationis metus. Ideo supplex (inquit) hæc peto domine, cum non me lateat, numerum dierum meorũ, terminũq; uitæ meę in tua esse manu. Nam

1. Corin. 13.

Ecce mensurabiles posuisti dies meos.

Hanc igitur mensuram, nouit nemo nisi tu solus. Nam tu cõstituisti terminos nostros, quos pręterire non possumus. Numerus enim mensiũ apud te est. Apud te quidem uitæ nostræ anni, horę, momenta, & certa sunt, & definita, certa iam ante, & infallibili pręscientia tua. Non enĩ fallitur dei prouidentia, et præscientia eius deficere non potest. Siue igitur gladio, siue morbo, siue casu moriaris, prius dei præscientia non nesciuit, tam ut sic, q̃ ut tũc ea morte hãc uitã finires. Nos uero latet, ut incertę uitę timore, solicite in uijs domini ambulemus semper. Hęc est utilitas incertæ uitæ nostræ. Hinc admonet euangelium, ut uigilemus semper, quia nescimus diem neq; horam. Omnes itaq; ut huius rei scientiam non negligant, non obliuiscantur, sic legentem excitat. Ecce (inquit) hoc certum est, mensurabiles posuisti dies meos, quia non erunt perpetui, sed breues admodum. Hinc uertit Hiero. Ecce breues posuisti dies meos, si cũ tua potißimũ æternitate conferantur. Vt cito igitur pertranseant cupio.

Definita sunt nostræ uitæ curricula.

Marc. 13.

Imbe=

Imbecillitatem meam non nescio. Nam

Et substantia mea, tanq̃ nihilũ ante te. Et uita mea quasi non sit, in conspectu tuo, uertit Hiero. perspicue. Tam enĩ fragilis, tam incerta, tam breuis, uel potius momentanea est hominis uita, ante deũ, et ĩ eius conspectu, si cum eius æternitate conferas, ut nulla uideatur. Hoc est, quod ait, Tanq̃ nihilũ ante te. Quæ est fortitudo mea, ut sustineã, inquit Iob. Non fortitudo lapidum fortitudo mea, neq; caro mea ænea est. Non itaq; alienum est, ut hunc locũ, de humanis uiribus, aut humana prudentia intelligamus, quibus neq; uitam nostrã uno momento proferre possumus, neq; nobis auxiliũ ferre absq; deo. Vilis itaq; caro nostra, momentanea uita nostra, nihil est ante deum. Hæc est hominis substantia absq; deo. O pulchrã hominis substantiã. Vis ne uidere q̃ preciosa est huiusmodi substantia. Euestigio sequitur. Quantumcunq; (inquit) aut substantiam, aut uitam hominis appelles, aut magnifacias.

Breuis uita. Iob.6. Vilis hominis substantia.

Verũtamẽ uniuersa uanitas omnis homo uiuens. Neutiq̃ preciosior, aut solidior est natura hominis, aĩalis illa substantia. Vanitas forte in hoc loco nõ sonat mendaciũ, sed rem inanẽ, rem frustraneã, inutilẽ, rem prorsus nihili. Quod autẽ ait, oĩs homo uiuẽs, hoc est, quantũuis uiuere, aut stare, aut permanere uideatur homo, in hac uita, seu quisquis est qui uiuit, quantũcũq; in oculis hominũ gloriose uiuat, uerũtamen uniuersa uanitas est, tota eius uita, res nihili est, momentanea est. Vanissimũ, et stultissimũ quidẽ est, in ea spem igit aliquã ponere. Vniuersa etenĩ hoĩs uita, siue p̃spera sit, siue aduersa, uanitas est, quia oĩa uanitas, ut docet Ecclesi. Cum sit nulla huius uitæ uera prosperitas. Lege ĩ hoc loco Erasmũ. Quantũuis itaq; sibi blandiatur de longa uita, quisquis homo est.

Vanitas.

Verũtamen in imagine pertransit homo. Non consistit, nullã habet soliditatem hominis uita, sed pertransit, præterit tanq̃ non esset uita, tanq̃ res quæ pertransit in quadã imagine, & umbra, ut ab alio uertitur. Fugit enim uita hominis, uelut umbra, inquit Iob. Est enim uelut imago quæ in speculo uidetur, ablato speculo, perit imago. Hinc in alio psal. sic interogat. Quid est homo &c. Euestigio respondet. Homo (inquit) uanitati, hoc est, nihili rei similis est, & dies eius sicut umbra prætereunt. Hominẽ tamen uidemus, & solicitum, & studiosum, & tumultuantem, ut diuitias congerat, ut honores adipiscatur, tam diuina, q̃ humana omnia, sursum ac deorsum miscentẽ, nõ minus, q̃ si perpetuo uiueret. In his imaginibus, in his umbris, relictis ueris bonis, suam uitam transigit homo. Sed uanitas est.

Sela. Vitę breuitas. Iob.14. Psal.13. Vana hominis solicitudo.

Sed & frustra conturbatur.

In uanũ tot labores consumit, frustra sic tumultuatur, stulte tãto sudore molitur, rem familiarẽ male fortasse partã, in immensum augere, tã cito perituerã, neq; sine graui nõnunq̃ molestia cõseruandã, animæ magno periculo, ut taceam de iniusta rerũ adquisitione, nihilq; de insolentijs refertã, quas congestæ magnæ diuitiæ, nõnunq̃ secũ trahũt. Vt ne addã quod in euangel. diuiti responsum est. Stulte in hac nocte repetent a te, quæ autẽ parasti cuius erũt? Luc.13. Orabat itaq; sapiẽter sap. Mendicitatẽ, et diuitias ne dederis mihi, tribue tantũ uictui meo necessaria, ne forte satiat' &c. Vis ne uidere, q̃ frustra, q̃ inaniter, ut ne dicã q̃ stulte conturbatur, et se molestijs afficit homo, unius momenti animalculum, ut diuitias accumulet? Sequitur enim. Frustra (inquit) cõturbatur in congerendis diuitijs, cuius uita tam momentanea, tãq; incerta est. Et eo magis frustra conturbatur, quando

In diuites huius sæcli. Prouer.30

Thesaurizat, & ignorat cui cõgregabit ea. Cui non hoc incertum est? Quis hoc ignorat? Quis hoc usu non perspicit? Solicitus est, sursum deorsumq; cursitat homo, per terram, per mare, per tot rerum discrimina, ut opes, ut amplas diuitias congerat,

Incerti hęredes.

lege erasmum.

congerat, neq; tamen nouit, quibus, aut cui, eas colligat. Quę enī oīm mortaliū minime uelit, ad illū nōnunq̄ deferuntur. Neq; melius in proprio sępe filio, aut pdigo, aut scelerato, aut degeneri, collocatas fortunas uidemus. Adde quod male partæ diuitiæ, & corporis et animæ exitiū minantur, & ut male acquisitæ, sic pessime aut consumuntur, aut uenenū secū trahūt, ut aliū quoq; possessorē inficiant. Difficile est (inquit Christus) diuiti intrare in regnū cœlorū, hoc est, qui diuitijs innititur, et in eis confidit, ut ait Marc. Amor diuitiarum (inquit Theophilactus Luc. 16.) & studium taxatur. Soli itaq; securi sunt thesauri ī cœlo, inquit Math. Quod igit̄ ad diuitias, aut acquirendas, aut conseruādas, aut elargiendas attinet, tribus uerbis te admoneo. Primū, ut honeste, & iuste acquisitas oīno uelis. Alias, ut pestē fuge. Melius est enim modicū iusto, sup diuitias peccatorū multas. Noli quoq; nimiū solicitus esse animæ tuæ, ut monet euangel. Considerate (inqt) coruos &c. Diuitię uero si affluant, nolite cor apponere, nolite in incerto diuitiaꝝ sperare. Nolite seruare, ut rem solidā, sed potius effundite, ut supfluā. Aliena etenim sunt non tua. Nisi bene dispensaueris uenena sunt, et mortifera. Esto igit̄ solicitus, ut reddas bonā rationē uillicatiōis tuæ. Esto paratus, animi affectu, ut in proximi auxiliū, sit promptus thesaurus tuus pro occasione. Liberalis elargitor esto in pauperes. Fac tibi sacculos (ut ait Luc. in priore loco) qui non ueterascunt, thesaurū non deficientē in cœlo, ubi neq; fur &c. In quo autē speret quisquis est, & cui se totū cōmitteret homo, suo nunc exemplo docet propheta. Nolo (inqt) frustra conturbari, nolo spem meam ponere, in huius uitæ incertis, & rebus facile caducis. Hanc (inquit) omnem spem abijcio.

Diuitiarū venenū.

Marc. 10.

Math. 10.

Diuitiarū vsus.

Luc. 16.

Et nunc quę est expectatio mea? Spretis alijs rebus quid expectabo? unde mihi auxiliū sperē? Vt alios doceat, sic interrogat. Quæ est (inquit) expectatio mea? In qua nā re, spem ego nūc meā, securę constituā, inter tot anxietates, tot animi curas, tot rerū uanitates, & incertitudines? Respondet.

Nonne dn̄s? Plane solus deus est (inquit) expectatio mea, spes mea, refugiū meū. Quæ ergo huius sunt mundi diuitiæ, uel prosperę, uel aduersę, paruifaciam, non tam ęgre ferā, (inquit) si amittātur. Gratias agam de oībus, contentus mea sorte. Domino igit̄ me prorsus cōmittam, ipse erit expectatio mea, quia in eo solo sperabo, neq; aliud optabo, q̄ eum. Voluntatē eius patienter feram, quoad illi uisum fuerit, siue in prosperis, siue in aduersis. Hoc est hominis omnia spernētis præ deo, et suam conuersationē in cœlo habentis. Hic est, qui bene custodit uias suas, ut in psalmi principio, ne delinquat in lingua sua, cui cordis cogitatio apud deum est. Tu igitur solus (inquit) es expectatio mea.

Iusta spes hominis.

Et substantia mea apud te est. Cū nisi a te, uel in uita, uel in morte, utile aut bonū nihil habeā. Nulla est in me substantia, nulla fortitudo, nulla uitæ constātia, nisi apud te, nisi in manu tua. Vt autē hanc substantiā, uitæ innocentiā appellē, his uerbis admonet Ecclesiastic. Bona (inquit) est substantia, cui non est peccatū in cōscientia. Recte ergo ait. Et substantia mea &c. Quia sine te uincunt me pctā, nulla est innocentia in me. Apud te sunt ueræ diuitiæ, cupio igitur habere has diuitias, et rerū substantiā, apud te, hoc est, quæ gratæ sunt tibi, non autē in his imaginibus, et huius sc̄li umbris, rebus caducis, & incertis. Illa etenī prior humana substātia, nihil habet in se boni absq; te, nihil solidi, aut certi. Ex hebręo huiusmodi locus clare sic uertitur. Et nunc quid expecto domine? Spes mea in te est. Vt igitur nō fallar ab expectatione mea, supplex (inquit) oro.

Ecclesi. 13.

Ab oībus iniquitatibus meis erue me. Vt te, et tua gratia dignū me facias. Agnosco me dignū, quē affligas, tuo fauore indignū. Ideo ut me benigne corrigas.

Opprobriū insipienti dedisti me.

Quia

Quia uoluisti, ut me probris afficeret, ut me exerceret atq; pbaret. Hęc eni patitur deus, Quantũ uero datus est huic insipienti in opprobriũ supradiximus, cũ peccator aduersus eum consisteret, falsis delationibus, calũnijs, et conuicijs, quẽ hic insipientẽ appellat, recte quidẽ. Insipientẽ quidẽ, flagitiosum uirũ, corruptißimũ, abominabilẽ, uocant sacræ literæ. Sic dixit insipiens in corde suo &c. Hos tamen insipientes, patienter (inqt) tuli. Nam

Insipiens.

Psal.13.

Obmutui. Prorsus silui.

Et non aperui os meũ. Vt uel conuiciũ rependerẽ, uel inimici stulticiæ responderem, ut in psalmi principio. Et ideo sic obmutui, sic silui, sic patienter tuli.

Taciturnitatis vel patientiæ iusta causa.

Quoniam tu fecisti. Non me latet, morbos, aduersas fortunas, afflictiões, anxietates, quas inferunt inimici, a te fieri, tua inferri uoluntate, qui pateris, ut sint aduersa, et afflictiones in eos potißimũ, quos diligis, uel quia per gratiã meriti sunt, ut corripiãtur, uel quia p bonitate probas, ut maiori corona sint digni per patientiã. Sic me manus domini tetigit, inqt Iob. Tu itaq; fecisti (inquit) et ideo patienter ferã. Quia licet persequutionẽ patimur, si spem nostrã tamẽ habeamus in deo, nõ derelinquimur, inquit apost. Sic speremus in deo, et per patientiã eius auxiliũ, et gratiã expectemus, ut ait idẽ, quia certo certius, in oportuno tẽpore succurret, hoc est, quãdo sibi utilius nobis uisum fuerit. Ad deũ itaq; orationẽ uertit, nõ hoĩs auxiliũ quęrit. Ait ergo.

Eccles.15.

1.Cori.4.

Amoue a me plagas tuas. Supplex (inquit) precor, postea͂q tu fecisti, estq; salus mea in sola manu tua, amoue a me, tolle, aufer, si quidem sic tibi uisum fuerit, has plagas tuas, erũnas, afflictionẽ, pręsentem morborũ anxietatem, inimicorũ molestiã. Nam nisi tu opem feras, constantioremq; animũ præstiteris, ferre non ualeo. Nam

A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus. Tam ualide me afflixisti, tuis (inqt) increpationibus, tuis afflictioĩbus, ut defecerim nimio dolore, ferre nequeã. Dic in psal. proximo superiore. Amoue igitur a me &c. Et erue me ab iniquitatibus meis, ignosce delictis meis, quorũ causa me iuste tantopere affligis. Non enim me latet, quoniam

Propter iniquitatẽ corripuisti hominem. Sic enim pro peccatis, homines affligere (inquit) soles, ut corripiantur. Illa est dei increpatio, afflictio p peccatis. In his (inquit) increpationibus corripuisti hominẽ, (seipsum intelligit) propter iniquitatem, quia meruit. Peccatis enĩ irascitur deus, p quibus nõ tam uerbis, q̃ plagis nõnunq̃ increpat. Ex plagisq; cognoscimus, iratũ nobis deum esse, benigna qdẽ ira. Dic in psal.2.et.17. Quod autẽ pro pctis affligimur, lege cap.8.Reg.3. Alias benigne corripit, alias uindicat deus. Sic enim ad uindictã creata sunt, ignis grando, fames, &c. ut ait Eccliast. Suos uero, nõ tam uerbo, q̃ facto increpat, ut admoneat, & admonitione corrigat. Hominem (inquit) sic increpas, pro bonitate tua, pro fortitudine tua, pro absoluta potestate tua, qua omnia potes, propter iniquitatem eius.

Pro peccatis affligimur.

Eccles.39.

Et tabescere fecisti sicut araneam animã eius. Valde affligebatur ppheta, grauiq; admodũ morbo, afflictũ illũ esse uidetur, instar Iob, qui similia loquebaẗ. Fecisti (inquit) aĩam, hoc est, uitã illius hominis, quẽ propter iniquitatẽ afflixisti, sicut araneã tabescere, hoc est, pre nimio dolore, ex grauißimo morbo, uarijsq; afflictionibus, deficere, et corpore adeo extenuari, et macerari, ut solet araneę corpus arescere, & absumi in tela sua conficienda, quæ tamẽ intrinsecus nõ emittitur (inqt Aristoteles) sed de suo corpore extrinsecus, tanq̃ se decorticaret. Id quod huic loco ualde conuenit, maxime, si de externo graui morbo intelligas. Maceratur enim externũ corpus in hac momentanea uita diuina increpatione, per afflictiones uarias, ut opulentius uiuat tandem anima in cœlo. Est enim

Araneæ, uitã hoĩs cõparat.

Aristotel' de historia animalũ libr. 9. cap.39.

ll fortior

fortior anima, corporis infirmitate, ait apost. Alij, ut tineam uertunt, ut quemadmodu a tinea arroditur pannus, sensimq; prorsus corrumpitur, Sic (inquit) tabescere, et corrumpi fecisti uitã meam, corpus meũ, huius morbi, harum afflictionũ & diuturnitate, & asperitate. Vel potius in hac nostra litera, non araneam, ipsum animalculũ, sed telam eius intellige, quam etiam araneam uocant latini, quæ cito deficit, faciléq; diuellitur, & deijcitur. Neq; minus facile tabescit, deficit, deijcitur, et (ut ab alijs uertitur) consumitur homo, quẽ uult affligere deus. Tam res nihili est eius substantia, ut paulo ante. Sicut tela araneatũ, fiducia hominis, inquit Iob. Frustra igit murmurat, frustra querelatur, nisi deo se subijciat. Frustra (ut supradixit) nimisq; anxius est in congerendis diuitijs, in honorum embitionem, &c. Accumulet enim quantũ uelit.

Iob. 8.

Veruntamen uane conturbatur omnis homo. Quia nihil sibi prodesse potest, aut murmur, aut querimonia, aut reluctatio, aut huiusmodi perturbationes, nimiæq; solicitudines. Solum enim remediũ est, ut sustineat, ut ferat æquo animo, ut patientiam habeat, ut omnia petat a deo, eius bonitati referat omnia, cum sit manus dei quę faciat, quæ affligat, quæ liberet, quæ conferat. Quamobrem (inquit diuus Iob) sicut domino placuit, ita fiat. Non igitur accusandũ est infortuniũ, non fatum, ut stolide a quibusdam solet, non contra deũ murmurandũ, sed omni humilitate orandus est, si illi uisum fuerit, ut plagas amoueat, ut supra orauit in hoc psalmo. Supplex igit ad deũ his uerbis cõfugito.

Patientia ferẽdę afflictiones.

Exaudi orationẽ meã dñe, & deprecationẽ meã auribus percipe. Orat, repetit, ut nos doceat, non segniter, nõ oscitanter orandũ esse deũ, sed ardentißimo spiritu. Exaudi orationẽ (inquit) meam, auribus percipe, ut (si quidem tibi uisum fuerit) plagas meas amoueas, &c. Addit pręterea.

Lachrimas meas. Supplendum est, respice, aut simile uerbũ. Feruebat itaq; prophetę spũs in hac oratione, usq; ad lachrimas. Sic orandus est deus. De orantis lachrimis, dic in psal. 6. Magis ac magis adhuc instat. Psal. 6.

Ne sileas. Exaudi domĩe orationẽ meã, et annue uotis, et precibus meis. Tunc enim non silet deus, sed nobis respondet. Dic in psal. 27. Hebraica litera hunc locum sic coniungit. Ad lachrimã meam non obsurdescas, inquit Hiero. Sic et hanc literã quoq; nostrã, legere, non alienum erit. Lachrimas meas ne sileas, sed illas agnosce, & auxilij beneficio oĩbus indica, inimicis potißimũ, te lachrimas meas accepisse. Hoc est deũ nõ silere, ut diximus. Neq; igit sileas (inquit) supplex oro.

Silere dei.

Psal. 27.

Quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei. Suos patres intelligit hic propheta, patriarchas, prophetas, & pios alios uiros, qui pręuixerant, iam mortuos, qui oẽs eandẽ fidem in deũ habebãt, quã ipse habuit, de quibus plerisq; loquitur apost. ad hebręos. Hi omnes pre desiderio æternæ uitæ, quis interim per fidem sint (ut ait apost.) non aduenæ, sed ciues, cum omnia tamẽ sint incerta in hoc sæculo, certam habitationẽ, quæ de cœlo est, superindui cupientes, dissolui cupiunt, & esse cũ deo in specie, egre ferentes, quod peregrinantur tam diu a deo. Dic in psal. 14. Interim sibimet uisi sunt peregrini, cum non in terra, aut uere amicos, aut patrem (ut ait euang.) habere uidentur. Se igitur totos deo cõmiserunt. Id quod hic ait. Exaudi orationẽ meã &c. quoniã aduena ego sum &c. Nam in hoc corpore, ciuitatem manentem non habemus, sed peregrinamur a deo, qui solus uere pater est, uere in aduersis auxiliator, a molestijs, uel corporis, uel animæ liberator. Supplex itaq; deum sic orat.

Hebrę. 11.

Remitte mihi, ut refrigerer priusquàm abeam. Condona mihi peccata mea, pro quibus affligor, ut cum abierim, non sim apud te peregrinus, sed ciuis, & amoue

moue a me plagas tuas, ut refrigerer ab illo priore interno calore, & igne exardescente, (ut supra in hoc psalmo) ut paululum refrigescat ardor ille, & respirem, a maximis doloribus, sentiamq; spiritus tui cõsolationem, parce mihi, ignosce peccatis, priusquàm abeam, hinc uadam, priusquàm moriar.

Et amplius non ero. *Si enim hinc abiero, huc iterum non redibo, mortuus non resurgam, non reuertar, Vt mihi salutẽ quæram, id quod in hac uita exorandum est, ut in psal. 6. Nam in inferno, quis confitebitur tibi. Sic orat. D. Iob. Dimitte me, ut plangam paululum dolorem meum. Licet precari deũ pro corporis sanitate, proq; longiore uita. Sic uisus est orare deũ, et in hoc, & alijs plerisq; psal. sed si illi uisum fuerit nobis cõmodum, illi referamus oĩa. Sic orauit Ezechias. Orandũ est, ut in psalmo quoq; proximo sequenti. Complaceat tibi domine, ut eruas me. Quãuis hic pro utroq;, longe tamen potius pro animæ, q̃ corporis salute solicitus est. Si uero paulo longius sileat deus, & opem non ferat, siue corpori, siue animę, patienter sustineamus, quia manus dei nos tangit, quia ipse est qui facit (ut supra in hoc psal.) in cõmodũ haud dubie nostrũ, siue quod pro peccatis ita meriti sumus, siue ut nos benigne exerceat, utq; sic affligi sit nobis utilius, siue id agat in gloriã suã, et nominis celebritatẽ, ut manifestent opa eius, ut ait Ioan. Certã interim spe in bonitate dei roborati, neutiq; desperemus.*

Psal. Iob. 10. Orare licet p̃ corporis sanitate. Ezech. 38. Aduersarum rerũ causæ. Ioan. 9.

Psalmus Dauid. In finem. 39.

In summa.

A maximo pręsentaneo periculo, tanq̃ a fœdo aliquo carcere liberatus propheta, docet primũ, ut ab eo nos discamus, et eximiã suam patientiã in angustijs, per spem certã in deo, et omni credenti, facilẽ securãq; bonitatẽ dei in auxilio ferendo. Pręedicanda beneficia dei, quę mirabilia, et infinita sunt, docet, alij ut de illis doceantur. Interno, non solo externo sacrificio, placatur deus. Suã solicitudinẽ, in denunciandis dei legibus, mandatis & miserationibus, docet. Misericordiã dei inuocat contra oẽs inimicos. Vt deijciantur inimici orat, fideles uero, ut in domino lętẽtur. Qui certo sperat, certaq; fide orat quisquis est, paratum illum habere dei auxilium docet. De Christo quoq; solet interpretari hic psalmus, authore apostol. ut statim dicemus, et docet perspicue Chrisost. in oratiõe. 4. cõtra iudęos, tomo. 1. Item & de Christi ecclesia, commode intelligitur hic psalmus.

Explanatio.

EXpectans expectaui dominum. *Expectãs (inquit) dominũ, & benignũ auxilium eius expectaui, patienter angustias, et quasq; calamitates sustinui, quoad aliter uisum esset dei bonitati. Hinc ait. Expectaui dominũ, & bonitatẽ eius. Plurimũ habet uirtutis, & energiæ orationis repetitio. Pre nimio quidẽ gaudio, animi magna constantia per gratiam, hic repetit, Expectans expectaui (inqt) dominũ, hoc est, patienter afflictiones sustinui, & deũ interim pro auxilio, supplex rogaui.*

Expectare dñm.

Et intendit mihi. *Inclinauit se mihi, ut ab alijs uertitur. Facile ut bene credenti solet, pro sua bonitate, respexit me.*

Et exaudiuit preces meas. *Quia mihi opẽ tulit. Non ergo sufficit pati, et ferre æquo animo, sed opus est solicite precari auxilium, certa fide impetrandi. Sic uult orari deus. Sic oraui, inquit propheta.*

Et eduxit me de lacu miserię, & de luto fecis. *Maxime lætitiæ causa uidetur. Circũdatus quidem erat ab hostibus, (ut ait postea ĩ hoc psal.) tanq̃ in lacũ, et carcerẽ deiectus, unde non erat locus euadendi, a quo lacu expedire se nõ poterat. Se deiectũ uelut*

in squalidū, et sordibus plenū carcerē narrat, quis non legatur usq; de hac eius calamitate, quod carcere afficeret. De Christo perspicue intelligitur hoc principiū. Hic erat cantus patrū, qui redēptionē promissam certa fide expectabant, quos uere eduxit Christus de inferno, lacu miseriæ, et fecis. Sic orabat, atq; orat in præsentia, ecclesia gentiū, quæ nūc dicit, expectās uehementi desiderio, expectaui aduentū huius domini, q tandē exaudiuit preces meas, atq; me eduxit de fœda idololatria, illo lacu miseriæ, & tenebrarū carcere, et impia supstitione, cui tanq̄ in tenaci luto detēta, adhærebā. Quāuis antea pplus gentiū ambulabat, in tenebris, et deum non cognouit, quē tantopere desideraret, hūc tamē canticū præ gaudio nunc canit, quia in auditu auris obediuit, et ad fidē accelerauit, et factæ sunt gētes, non alienigenæ, sed filij dei, cohæredes autem Christi. Quin ad literā redeo. Horridū lacū depingit, miseria, et luto non uulgari, sed sordido, cum primis, plenū. Nescio an obsessus erat ab hoste, tādiu, ut locū in quo manserat, unde abire tanq̄ a carcere non licebat, tetro carceri similē dicat præ sordibus, ut solet, ubi diu cogitur exercitus cōsidere in arcto loco.

Et magnificū & tutū auxiliū dei.

Quicquid est, magnificum dei auxiliū docet, quo non modo liberatus est, ab illo præsentaneo discrimine, sed etiā in tam solido, et tuto loco constitutus, ut nulla petra, nulla rupes, nulla firma et solidissima terra, et in qua fundamentum tutissime ponatur, secura sit magis. Hinc ait. Exaudiuit preces meas.

Psal. 26. Petra. Luc. 6. 1. Cori. 10.

Et statuit supra petrā pedes meos. Petra, et securitatem, et soliditatem in sacris literis significat. Sic ait in alio psalmo. In petra, in robore, in fortitudine, in soliditate exaltauit me. Sic ponit fundamentū domus supra petrā prudens ædificator, inquit euāgel. Vera quidē nostra petra, Christus est, inquit apost. Hic est, qui suos statuit in illa securitate. In hac petra cōstituit suas priores gentes. Statuit (inqt) pedes meos supra petrā, quia in tuto loco ab aduersarijs, me tandē cōstituit.

Et direxit gressus meos. Non ego (inquit) euasi arte, prudentia, astutia mea. Gratia sua me muniuit, tam ut euaderem, q̄ ut ne aberrarem, iterūq; in hostium manus inciderem.

Suos dirigit deus.

Sic dirigit deus pro sua bonitate mentes, & animos sperantiū in eo, ne aberrent a rectis semitis eius. Sic orat in alio psal. Gressus meos dirige, secundū eloquiū tuum, ut non dominet mei omnis iniusticia, hoc est, ut nulla iniusticia, nullū peccatū, nullus hostis me uincat. Hoc est benignum, & plenum, & efficax auxilium dei, non modo, ut liberet, sed etiam, ut præterea uelut manu dirigat, uere sperantes in eo. Sic ergo, et direxit (inquit) gressus meos.

Et immisit in os meum canticum nouum. Dedit in os meum canticū nouum, ut clare uertit Hiero. Ille (inquit) immisit, ille imposuit in os meū, ille docuit me canticum nouum, quo canerem laudes, et gratias pro tam ingentibus nouis beneficijs. Quis nisi omniū ingratissimus, indignissimusq; cui conferatur aliquando beneficium, non habet, agitq; gratias pro collato magno beneficio? Prius in lacu miseriæ, & luto fecis detinebatur, nunc autem liberatus dei beneficio, non potest non canere canticum nouum, non potest non agere nouas gratias benigno deo, huius beneficij largitori. Neq; tamen aut sua prudentia, aut suis uiribus, hæc canere potest, nisi a deo accipiat. Insufficientes enim sumus ex nobis, &c. Hinc ait. Immisit in os meum. Sic omne donū desursum est. Cui autē canat, docet propheta. Immisit in os (inquit) meum canticum nouum, hoc est.

Carmen deo nostro. Docuit Christus ecclesiam gentiū, non plures esse deos, sed unum. Hinc ait. Carmē deo nostro. Huic canticum & carmen canamus, hoc est, laudes illi canere, gratias agere, beneficiū eius, apud alios denunciare, a quo quicquid bonum est, accipimus. Hoc canticum nouū, erat de Christo saluatore. Annuncio uobis gaudium magnum,

gnum, inquit euangel. Hoc carmen, huic deo frequenter canendũ est, & memoria semper retinendũ, quia nunq̃ nõ sentimus eius beneficia. Neq; huiusmodi magnifica auxilia dei latere possunt, neq; his modo sunt utilia, quibus fiunt, sed praeterea.

Videbũt multi & timebũt, & sperabunt in dño. Certũ est, qui nõ erũt alieni a recto quouis iudicio, quod multi, mirabilia, et bonitates dei uidebũt, et perspiciẽt, quando a maximis periculis liberantur innocentes, & deijciuntur maligni, iustorũ persequutores, prudentur (inquit) uidebũt, et secũ considerabunt mira dei beneficia, eumq;, quẽ tam potentẽ, et benignũ dominũ uidebunt, timebunt, id quod est initium sapientiae, et sicut alij fecerunt, quibus opem tulit, ita & ipsi, potentiam & bonitatẽ dei agnoscentes, in domino, & eius auxdio sperabũt. Christi mirabilia uidebant multi, quorũ, quidã uidebãt illa, et timebãt, sed nõ sperabãt. Alij bene uidentes, timebãt, et sperabãt, uere beati. Hinc ait.

Beatus uir cuius est nomẽ domini spes eius. Qui a deo omnia expectat. Sperantes autem in domino, mĩa circũdabit. Neq; confundet, qui sic sperat. Sic delectare in domino, et ipse dabit petitiones cordis tui. Quod ait. Cuius est nomẽ domini spes eius, non aliud est q̃ si diceret, cuius dominus est spes eius, hoc est, qui in solo deo spẽm omnẽ constituit. Sic enĩ nomẽ domini, pro ipso domino, maiestate, potentia, & bonitate illius ponitur. Qui autẽ sic sperat, beatus est, quia dei uoluntatẽ sustinet, & expectat.

Psal. 36.

Nomẽ domini.

Et non respexit in uanitates, & insanias falsas. Ille in uanitates, & uere falsas insaniaas respicit, qui in alio sperat, q̃ in solo deo. Vanę quidẽ sunt alię spes omnes, et uere mendacia, quae sperantem decipiunt. Neq; modo mendacia sunt, sed etiã, & falsae insaniae, dementiaeq;. Non enim est suae mentis homo, qui in alio q̃ in deo creatore, pijs omnibus indulgentissimo patre, rerũ omniũ gubernatore, saluatoreq; nostro, a quo oĩa, spem suam ponit. Alter itaq; beatus est, qui bene sperat, alter infœlix, insanus, alienatus a certa mente. Has uanitates, & insanias, huius saeculi aut potentiã, & magnitudinem, aut uitiũ inanem ostentationem, aut ingentes diuitias, quę obcęcant hõmines, aut humanas artes, intelligit. Hinc uertit Hiero. Et nõ auersus est ad superbias pompasq; mendacij. Qui enĩ relicto deo, in his sperat, uere insanit. Vt autẽ oibus persuasum id faciat, deũ sic alloquitur. Qui sanę (inqt) mentis sunt, uidebũt, et timebunt te solũ. Vt hoc uero discant.

Hoĩs insania, in alio sperare, q̃ in deo.

Vanitates hominũ.

Multa tu fecisti domine deus mirabilia tua. Ex his cognoscere possunt, ut ait quoq; apost. uel ipsa naturali ratione, q̃ potens es deus, quamq; solus. Nam tu (inquit) huiusmodi mirabilia fecisti, & quotidie quidem facis, et alius nullus. Sic & se manifestauit Christus, multis, et frequentibus miraculis. Multa, et sępenumero (inquit) tu fecisti mirabilia tua. Neq; alius est, aut sursum in cœlo, aut deorsum in terra, qui haec facere potest, nisi tu solus. Nam

Et cogitationibus tuis, non est qui similis sit tibi. Humano more loquitur. Qui enim facturus est magni aliquid, prius secum cogitat, meditatur, expendit, quo nam pacto fieri aut melius, aut cõmodius, aut minori precio, aut magnificentius possit. Quãuis nulla sit talis mora in omnipotente deo, qui dicit & factum est, quicquid est, cuius cogitatio, seu uoluntas, est ipsa actio, ut nos tamen intelligamus, quemadmodũ res est, nihil a deo fieri, nisi absolutissimũ, uelut praemeditatione longa, multa (inquit) fecisti mirabilia tua, quae uere tua sunt, quia mirabilia, pręter omnem humanũ sensum. Neq; non ad te (inquit) solum, hęc facere pertinent. Nam & cogitationibus tuis, non est qui similis sit tibi, cum sit nullus alius, quantumuis coigtet, quantũq; solicitus sit, qui attingere potest ad tuas cogitationes, ad tua perfectissima opera, ad

Cogitatiões dei.

Sollius dei est, mirabilia facere.

ra, ad tua mirabilia quae facis. Hinc a te fieri, nullus nescire potest, huiusmodi mirabilia, quia uincũt humanã omnẽ, aut rationem, aut expectationem. Quis cognouit sensum domini? inquit apost. Neq; hęc tua (inquit) mirabilia, apud alios tacui. Sed

Rhom. 11.

Annunciaui & loquutus sum.

Hoc ait ecclesia Christi, seu bonũ eius membrum. Tua benigna, mirificaq; auxilia erga sperantes in te, alijs (inquit) prędicaui, ut te agnoscerent, cupiens tuum nomen magnificare. Quod ait, annunciaui, et loquutus sum, repetitio est, ut solet a prophetis fieri, pro ardentissimo affectu docendi alios. Annũciaui (inquit) &c. Neq; tamen sufficiunt humana (inquit) uerba, ut oĩa tua opera, oẽs cogitationes, omnes bonitates tuas numerẽ. Quia

Multiplicatæ sunt super numerũ.

Numerari nõ possunt perfectæ cogitationes tuæ, perfecta opera tua, immensæ bonitates tuæ, quia multa sunt mirabilia tua, ut paulo ante. Hunc itaq; locũ clare sic uertit Hiero. Si narrare uoluero, & numerare plura sunt, q̃ ut narrari queant. Iudæos nunc admonere uidetur, postq̃ Christus nobis natus est, qui pro humana redemptione, tot mirabilia fecit, quia natus est ex uirgine, miracula multa ædidit, passus est, & resurrexit, ascendit, &c. In huius itaq; benigni dei bonitate, certam (inquit) spem uestram constituite, non in uirtute uestra, aut opibus, aut sacrificijs uestris antiquis. Sed modo canticum illud nouum cantate, quia natus est nobis saluator mundi. Hinc sermonem ad deum uertens ait.

Sacrificium, & oblationẽ noluisti.

Vt in illis spem suam collocarent homines, quę sunt externa opera, et figurę futuri temporis, umbram tantum habentes futurorum bonorum, ut ait apost. Hinc Esai. in eodem sensu. Quo mihi multitudinem (inquit) uictimarũ? &c. Hoc sacrificium noluisti, nisi hominum illorum necessitas exigisset, ut in tui memoriã hæc agerent, ne dijs alienis ut gentes, offerrent sacrificia iudæi. Propter mandatum tamen dei, obediendum erat, et externis illis ritibus p tempore satisfaciendũ, quia erant externæ gratiarũ actiones, seu cõmissi peccati confessiones, et pręsentia signa futuræ fidei, umbræ scilz futuri sacrificij Christi, ut prius dixi. Se placere deo sciebant in illis sacrificijs, qui fidem adhibebãt, propter obedientiam, quia hoc externum exercitium pro tempore sic mandabat fieri. Tantũ cauerent, ne in uirtute sacrificiorum, spem suam collocarent. Hinc ait. Sacrificium noluisti, eo modo quo fit ab illis, ut tibi satisfaciat pro peccatis, ut statim sequitur, quia nõ meretur remissionẽ peccatorũ, &c. Nulla sunt externa nostra opera, quæ peccatorũ remissionẽ tribuunt, q̃uis in pio fideli uiro, deo sint ualde grata. Solum est unum sacrificiũ Christi, quo peccatũ tollitur. Hic est agnus qui tollit peccata mundi. Sacrificium, generale uocabulum est, significãs quicquid reddimus deo in ipsius honorem, & quicquid in ipsius gloriam facimus, cupientes eũ honore afficere, agnoscentes debitum, & obedientiã nostrã, erga eum. Hoc est sacrificare, id est sacrum facere, deo debitum cultum deferre. Neq; nostra opera sacrum est quod facimus, sed sacrum fit a deo, quoties res grata est illi, quam in eius laudem facimus. Siue igitur sacrificium, siue oblatio, hoc est, ultroneum uotum fuerit, nunq̃ ea (inquit) noluisti, uel ab impijs, uel ab alijs, hoc animo fieri, ut neglectis, quæ ad salutẽ maxime pertinent, illis nimium tribuamus, aut in illis certam aliquam spem constituamus. Non enim iustificant nostra opera. Fides est, quæ iustificat. Doctrinã itaq; certiorem, & perfectiorẽ (inquit pp̃heta) docuisti me. Quicquid enim aut dicant, aut credant alij.

Hebr. 10.
Esai. 1.

Vetus iudaicũ sacrificiũ.

Sacrificiũ.

Hebr.

Aures autem perfecisti mihi.

Et in auditu auris obediui (inquit) tibi, quia docuisti me, quæ uera, & perfecta sunt sacrificia, quam ueram fidei doctrinam hausi ex tuo (inquit) spiritu. Fides enim ex auditu. Perfecisti igit, & perfectas aures meas reddidisti,

didisti, ut ea auditu acciperem, & discerem, quę tu maxime uelis, et mandas, quę uere placita tibi sunt, hoc est, ut te agnoscam deum certa fide, qui ignoscis, & in cuius solius est potestate auxiliũ contra omnes hostes ferre, & peccatum remittere, non autẽ oblationes aut sacrificia, aut opera nostra, peccata remittunt, quæ sunt figuræ, de futuro Christi uero sacrificio admonentes, cum non remittatur peccatũ, nec in ueteri, nec in nouo testamento, nisi per fidem in Christũ. Ea itaq; fide expectabant redemptionem israel, ueteres illi patres. Certa est enim fidutia in misericordia dei patris per Christum, qui nos reconciliauit, quæ peccata remittit. Hanc certam fidutiam cuiuis habere licet, qui certam fidem habet huius reconciliationis factæ per Christum, et pœnitens, ea fidutia, peccati remissionem petit. Hæc sunt auribus haurienda. Sacrificium itaq; priscum illud, eo modo eoq; animo noluisti, quo absq; fide a multis factum est. Nam

Remissio peccatorũ

Holocaustum & pro peccatis nõ postulasti. Quãuis omniũ sacrificiorũ maximũ sit holocaustum, totum concrematũ, uere sacrificij Christi figura, non tamen erat tam efficax, tantæq; uirtutis, ut peccati (inquit) remissionem mereretur, quia & holocaustum quantũcunq; magnum, pro peccatis non exigisti, ut pro eo satisfaceret, ut paulo ante diximus. Non enim per sanguinem hircorum, aut uitulorũ &c. Hunc locum ibi explicatum uidebis. Aures itaq; meas (inquit) pfecisti, alia doctrina, alia uocatione cœlesti. Id quod postq̃ intellexerim.

Hebr. 10.

Tunc dixi. Mecum cogitaui statui, decreui, uoluntati tuæ parere. Nihil igitur in sacrificijs meis, in externis operibus meis fiduciæ habens, q̃uis ea tibi grata sunt, quibus tibi gratias agimus, quibusq; uoluntatis tuæ magis memores sumus. Itaq; uocatus per gratiam, ego dixi.

Ecce uenio. Quo uocas, quo mandas domine, tuã perfectã doctrinã sequar, tuã uoluntatẽ seruabo. Melior est enĩ obedientia, q̃ uictima, q̃ stultorũ uictimę, addit ecclesiastes. Vere quidẽ sunt stulti oẽs, qui nõ studẽt ut faciant uolũtatẽ dei. Nolũt oleũ habere in uasis suis. In tenebris ambulãt, nescientes quo uadũt. Beatus igiť uir ille, cuius est nomẽ domini spes eius. Dixi igiť. Ecce uenio, mea sponte accurro, ut uoluntatẽ tuã faciã, id quod spiritus tuus iampridem me docuit. Nam

Ecclesi. 4.

In capite libri scriptũ est de me, ut facerẽ uoluntatẽ tuam. Non ait, ego scripsi, sed scriptũ est de me. Non enĩ homo uaticinatur, nõ humana uolũtate allata est pphetia (inqt Petr.) sed spũ sctõ inspirati &c. In eo itaq; loquebatur spũs sanctus, qui calamũ eius direxit. Dic in psal. 44. Scriptũ est (inqt) de me in capite, in principio huius libri, qui cupio esse beatus, hoc est, scripto, & uerbo tuo mandasti, si cupiã esse de beatorũ numero, ut facerẽ uoluntatẽ tuam. Beatus uir, qui in lege (inquit) domini meditať &c. Hęc enim ait propheta, omnium, aut uniuscuiusq; potius pij uiri nomine, qui nihil tam optat q̃ placere deo. Docuit itaq; psalmus ille primus huius libri caput, & principiũ, illũ solũ beatũ esse, cuius uoluntas est in lege domini, quiq; in ea aßidue meditatur, ut eam obseruet. Dic ibi. Qui hũc et psal. illũ primũ in capite libri, de Christo interpretantur, hunc locum uere de Christo intelligunt, qui solus potuit, et fecit uoluntatẽ patris sui, uere beatus. Hic est qui ingrediens mundũ, (ut ait apost.) priora docuit abolita sacrificia, dicens. Holocaustomata pro peccato, non tibi placuerunt. Docuit patrem adorari in spiritu, docuit externa opera non mereri remißionẽ peccatorũ, neminem suis operibus satisfacere posse, docuit neminẽ non esse seruum inutilem, neq; de deo mereri posse, ut iure deũ obliget. Omnia igitur expectemus a deo, & gratia illius, ut in psalmi principio. De eo scriptũ est, uel ĩ huius libri principio, uel scdm Hiero, in ueteris testamenti principio. Illic etenim ait. In principio, creauit

2. Petr. 1.

Psal. 44.

Hebr. 10.

Perfecta doctrina Christi.

creauit deus cœlū et terrā. Priora uero huius psal. uerba in hoc sensu, tunc dixi, ecce scilicet uenio, ad Christū referunt, qui uenit sicut p̄misit, ut patris uolūtatē impleret, &c. Sed et Christi eccl'ia dicit, ut ad priorē sensum redeamus. Quicunq; uult esse beatus, scriptū est in capite libri de ipso, ut studeat facere uolūtatē dei, atq; p bona uolūtate idē q̄sq; est beatus.

Domine deus uolui. Quemadmodū dixit, & scriptū est in capite libri, facere uoluntatē tuā, quia meditatus sum assidue in lege tua. Non defuit uoluntas, conabor facere uoluntatē tuā. Velle tamē absq; te neq; possum, neq; quod uelim, perficere. Veni igitur tota mēte ad te, et uolui facere uolūtatē tuā.

Et legē tuā in medio uentris mei.

Cōstituere uolui, assidua illa meditatione. In ea igitur uersatus sum, studiosus, ut explerē,
Psal. semper eius memor fui, ut ait in psal. 118. am-
bulās, dormiēs, et surgēs, ut ait Moses Deu-
Deuter. 6. tero. 6. In medio (inquit) uentris, in altū cordis recessum, et uiscera, sapiētiæ receptaculū, demittere uolui, ubi est aīa, et sapientiæ alta sedes. Non ego posui, sed gratia dei, ut ait
Iob. 38. apost. Alias eteni. Quis posuit in uisceribus hominis sapientiā? Dabo igitur legē meā in
Hiere. 31. uisceribus eorū, inqt deus per Hiere. Hoc est tota mente uersari in lege dei, toto animo in ea delectari, habere conatum & uoluntatem, obedire legi dei. Hanc igitur legem, & uoluntatem (inquit) tuam a te didici, & eam

Annunciaui iusticiam tuam in ecclesia magna. Hoc est, apud omnes, et iudæos, et gētes, ubicūq; erat cetus, et populi congregatio, apud uniuersam ecclesiam, quoties sic annunciandi dabatur occasio. Ab alijs uertitur. In ecclesia multa, uel cetu multo annunciaui &c. Sic appellatur ecclesia magna
2. Paral. 7. 2. Paralipo. 7. Omnibus (inquit) prædicaui mirabilia, misericordiā, & bonitatē tuā, cupiēs ad eius rei agnitionē uocare omnes. Sic
Deuter. 6. admonet Moses. Erunt (inquit) uerba hęc in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis. Hęc (inquit) in ecclesia magna, apud uniuersum populū annunciaui assidue, et annūciabo. Nam

Ecce labia mea non prohibebo.

Vt non loquantur magnalia tua, sed diligentissime promouebo, ut iusticiā tuā annūciem, et loquar. Prius docuit se solicitū, ut faceret uolūtatē dei. Id quod non minus uerbo (inqt) q̄ opere faciā. Hinc labia mea nō prohibebo, inquit. Lege Chrisost. homelia. 75. tomo. 4.
Doctrina est, et quidē eximia, nō modo ut legem dei discamus, studeamusq; et scire, et facere, ut per externa opera nostra proximum quoq; doceamus, sed etiā ut alios uerbis, orati- Discenda & docēda lex dei.
one, assidue doceamus, secundū datā gratiā ne abscondamus in corde nostro legē dei, ut statim sequitur. Vere alijs annūciat legē dei, non modo qui apud multitudinē contionatur,
sed unusquisq; pro uocatione sua, qui uxorē, Ad neminem non spectat, docere legē dei.
qui liberos, qui familiā, qui uicinū, qui proximū ad uirtutē hortatur, docet, consulit, admonet, urget, increpat, minatur, disciplina cogit, si id pro potestate poterit, innocentia deniq; bono est illis exemplo. Quod autē sic annunciaui (inquit) iusticiam tuā, bonitatē, misericordiā, beneficia tua, rectitudinem tuam.

Dn̄e tu scisti. Tibi quidē manifestum est, qui nihil ignoras. Certū quidē est, quod

Iusticiā tuā non abscondi in corde meo. Sed studiose eā apud omnes denunciaui. Eam non occultaui apud me, non tacui apud alios, sed in ecclesia magna, et apud oēs.

Veritatē tuam & salutare tuū dixi.

Hanc ueritatē, fidē uertit Hiero. Hæc est ueritas, quæ ex uerbo dei discitur, cui fidē habeamus necesse est. Ex fide autē, salus emanat. Hinc addit. Veritatē & salutē tuā dixi, et denunciaui. Ex hac doctrina, cui fidem inq̄ habemus, uiam salutis accipimus. Bene ergo
coniungit fidē, et salutē. Præcedat enim fides Fides præcedat necesse est.
necesse est, sine qua nulla est salus, cū sine fide placere deo impossibile sit, ut ait apost. ut ad
denunciandam hanc ueritatem, suo exemplo Hebr. 11.
omnes doceat, ego (inquit) domine

Non

Non abscondi misericordiã tuã, & ueritatem a concilio multo.

Toties repetit, annunciaui, labia non prohibebo, dixi, non abscondi, & iterum, non abscondi a concilio multo, a populi frequentia, ut suam solicitudinẽ in uerbo dei denũciando doceat, ut quibus, illa potißimũ cura cõmissa est, alij ab eo discant. Ad nostrã etenim doctrinã scripta sunt. Quod ait, a concilio multo, uerbum dei denunciandum indicat apud multitudinẽ, & populi congregationẽ, quantum fieri potest, ut multi discant, ad multos perueniat misericordiæ, & ueritatis dei cognitio. Bene coniũgit misericordiã, & ueritatẽ, quia salutem habemus non ex operibus, quę facimus nos, sed pro misericordia saluos facit deus, ut antea diximus. Hęc est ueritas ex uerbo dei, non tacenda, sed annuncianda solicite. Hęc oĩa uere, et perspicue de Christo intelliguntur, qui impleuit legem dei patris, et eam per se, et apostolos suos annunciandã fecit in ecclesia magna, potißimũ apud gentes, et per omnẽ orbem terrarũ, quia iusticiã, misericordiã, & salutem, quam ipse perfectã attulit, ab hominibus noluit abscondi, sed ipsam ueritatẽ apud omnes denũciari uoluit, et mandauit. Ea quæ modo sequũtur de Christo intelligentes, perspicuum est, quod ad psalmi principiũ, ubi in paßione constitutus, auxiliũ a patre expectabat, reuertitur. Sic ait. Expectaui auxiliũ (inqt) tuũ domine. Tu autẽ domine, ne lõge &c. ut ĩ psal. quoq;. 21. orauit. Item. Misericordia tua &c. Et ideo ad te sic solicite oro, quia circũdederũt me, &c. Quod ait, comprehenderũt me iniquitates meę, suas iniquitates uocat, humani generis, seu iudęorum incredulitatem et peccata, ut in prędicto psalmo. 21. Sed alium sensum de ecclesia, seu pio uiro, tractamus. Expectans (inquit) expectaui te domine.

Tu autẽ domine ne longe facias miserationes tuas a me. Non enim me latet, q̃ sunt multę & magnę (inquit) misericordię tuę domine, q̃ utiles, & necessariæ mihi ad salutẽ. Ne igiẽ deseras me in necessitate, ne elonges mĩam tuam supplex oro, ut quemadmodũ & ego credidi, & alijs annunciaui, benignus mihi sis, ut opem feras in tempore, sicut hactenus fecisti. Sic enĩ soles pro tua misericordia tuos iuuare. Id quod ego uere (inquit) scio, & sentio. Nam

Mĩa tua & ueritas tua, semper susceperũt me. Semper protexerũt me, misericordia tua, ultronea tua bonitas, et ueritas tua, qui fidelis es ĩ omnibus uerbis tuis, sicut promittis adesse in te sperantibus, & opem ferre in tempore, eosq; circũdare misericordia tua. Id quod mihi opus (inquit) est.

Quoniã circũdederunt me mala, quorũ non est numerus. Multis enĩ molestijs, multis adeo hostibus exagitatus est Dauid, ut non defuerint filij proprij, qui eum persequerentur, ex unaq; calamitate (ut solet) alia orta est. Sic uoluit insignem suum seruum exercere deus, aliorũ fideliũ in exemplum, postq̃ dei auxilio, in quo solo sperauit, inimicos, et mala uicit omnia. Tot enim sunt (inqt) mala, tot calamitates, tam ab externis hostibus, q̃ ab internis, quæ me quotidie diuexant, ut nõ poßint numerari. Hęc erãt mala quæ deijciebãt eũ in lacũ miseriæ, ut in psal. principio. Me (inquit) mala circũdederũt, et

Comprehenderũt me iniquitates meę. Quia ualde afflictus sum. Quia iuste pro peccatis affligit me deus. Vicerũt me sępe pctã mea, in laqueos iniquitatum incidi. Sic ait Christus, qui humani generis pctã, sua uocat. Et ipse passus est propter pctã nostra. Si de homine intelligamus. Hoc est hoĩs per gratiã agnoscentis peccatũ suũ, & iram dei, qua pro peccatis affligitur. Vel comprehenderunt me, hoc est, uicerunt (inquit) iniquitates meę caput meum, ut idem ait.

Et non potui ut uiderem. Mei fere oblitus, non me satis peccatorem agnoui, seu potius plures erant iniquitates meæ,

Solicitudo docendi uerbũ dei.

Multitudini prædicandum.

meæ, quàm ego intelligebam. Videre igitur eas non potui, quia nesciui. Delicta quis intelligit? Tot etenim sunt peccata, tot delinquendi species, ut non poßint aut sciri, aut numerari ab homine, ut eas poßit euitare. Sic fatetur multiplicia peccata sua. Hinc ait.

Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei. Solet ꝑ innumerabili multitudine uulgo dici, ut plura sint, quàm capilli capitis. Neq; non idem indicare uidetur euãgel. Capilli capitis uestri omnes numerati sunt, inquit Lucas, hoc est, quantũuis uideantur innumerabiles, seu res nihili. Vt ergo doceat, suas iniquitates, suos hostes, suas calamitates numerari non posse, multiplicatæ sunt (inqt) super capillos capitis. Sic repleta est caro omni iniquitate, sic prona, sic subdita uicijs. Caro non uiuit, absq; iniquitatũ multitudine, absq; concupiscentia, etiã in maxime sanctis uiris. Vixit solus Christus, qui peccatum non fecit, nec fuit dolus in ore eius. Oẽs peccamus, & egemus gratia dei. Peccamus, licet nõ ad mortẽ. Septies in die cadit iustus. Vt uero ad mortẽ peccemus, circũdant nos, caro, mundus, & super omnia diabolus, solicite quęrens, quẽ deuoret. Quod si hoc sanctus fateatur, quanto magis nos et aßidui, et fœdißimi peccatores fateamur necesse est, nobisq; longe plus opus esse, ut soliciti cũ lachrimarum abundantia oremus, ut non elongetur a nobis misericordia dei. Christus ait se iniquitatibus suis circũdari, & tanta quidẽ multitudine circũdari, ut me (inquit) comprehendant, quia pro multitudine peccatorũ humani generis, paßus sum, & non potui tanta facere, ut uiderẽ fructũ, et utilitatem (inquit) paßionis meæ, potißimum apud iudæos. Illic enim multiplicatæ sunt super capillos iniquitates, per infidelitatẽ, et omnẽ abominationẽ, ut in psal. 13. Pro cuius rei dolore, et cor meũ dereliquit me, inquit Christus. Lege quæ diximus in psal. 21. Sed redeo ad aliũ sensum. Multiplicatę super capillos (inquit) &c. Tot itaq; hostibus, tot iniquitatibus, circumdatus, & uelut obrutus est, ut iure ipsa caro, ipsa hominis imbecillitas dicere poßit. Circumdederunt me iniquitates meæ, & mala, quorum non est numerus.

Luc. 12.

Caro, uitiis repleta.

Spiritus hostes.

Et cor meum dereliquit me.

Præ nimio dolore defecit cor meum, timui ne in finem usq; præualerent inimici. Hunc dolorem, cum in alijs plerisq; locis, tum in illo psal. 6. abunde expreßit. Neq; tamen sufficit dolor, sufficit pœnitentia nostra, sed opus est dei misericordia, quę peccatum remittat propter Christum, ut in psal. 24. et. 31. diximus. Quare supplex, & humillime deum hic orat.

Complaceat tibi dñe, ut eruas me.

Nihil est quod ego (inquit) merear, nihil meis uiribus poßum, iure meo non peto, tuam igitur misericordiam supplex appello, ut pro sola tua bonitate, complaceat tibi, uelisq; mihi adesse, ut eruas me ab his iniquitatibus, quæ tam numerosißimæ sunt, quæ me præmunt, quæ me quantũuis renitentem adeo uincunt, ut deficiãt uires meę, quia dereliquit me cor meum. Sic & derelinquit nos cor nostrum, hoc est, sana mens, quando in peccata incidimus frequentia, & multiplicata, ut hic ait. Hinc ad cor redire dicimur, quando resipiscimus. Sed timore (inquit) dereliquit me cor meum, agnoscens pœnam dignam peccatis meis. Ex me tamen, resipiscere aut satisfacere non ualeo. Supplex itaq; precor, complaceat tibi, &c. Ad miam tuam confugio.

Dñe ad adiuuandum me respice.

Circumdatum est, & obrutum, & morbi, & inimicorum, & peccatorum multitudine, ut ad cor meum redeam. Sic orat Christus pro toto humano genere. Cæterum uere ait homo peccator. Me respice ad adiuuandũ, quia nisi tu respicias, nisi auxilium tuleris, actum est de me. Omnibus generalis est doctrina, ut suis uiribus, neutiquàm fidant. Quod autem ad inimicos (inquit) attinet.

Viribus nostris nõ fidendũ.

Confundãtur & reuereãtur simul, qui quærũt animã meam, ut auferant

Inimici cō fusio.

rant eam. Afficitur inimicus pudore, et confusione, quādo sic repellit ut turpē conatū explere nō possit, uel potius fugatur, qui uincere sperabat. Hic uero non solū orat, ut confundantur inimici, sed etiā illa confusione deiecti, ut simul reuereantur, et erubescant, amplius tam turpiter conari. Externi hostes, animā, hoc est, uitam tollere quęrunt, spirituales uero, illam diuinā animā, auferre cupiunt, & impedire a cœlesti glīa. De utrisq; igitur inimicis, hunc locum intelligere licet. Quærit animā inimicus, qui solicitus est, ut eam perdat, dolis & machinis, quibus potest omnibus. Iterū igitur in huiusmodi inimicos orat, idem repetens pro feruore spiritus.

Quęrere animā.

Conuertantur retrorsum, & reuereantur, qui uolunt mihi mala

Non modo qui faciunt. Non duris nimiū uerbis imprecatur inimicis. Cōuertātur (inquit) retrorsum, hoc est, deijciantur a conatu, sicut hostis qui fugat, et retrocedit, dorsumq; uertit. Vel conuertantur retrorsum, hoc est, ubi antea peccatū sequebantur serui illius effecti, nunc Christū retro sequantur, & ei seruiant. Sic ad Petrum ait. Vade retro &c. Et reuereantur, inquit ut prius, agnoscant deum & eius reuerentia cohibeantur, qui uolunt mihi mala, uel corpore, uel anima. Quod si eos non pœniteat.

Math.16.

Ferāt confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, euge euge.

Statim (inquit) et celeriter terreantur hostes illi omnes, et confusionē accipiāt, deijciantur, et pereāt, ut uertit Hiero. ignominia afficiantur, qui mihi (inquit) dicunt, Euge euge, hoc est, qui gratulantur malis meis, et gaudent de mea calamitate, uel qui despiciunt me. Vertit itaq; Hiero. non Euge, quæ est gaudentis, uel assentantis interiectio, sed uah, quæ est indignantis, id quod docet quoq; euāgel. Dic in psal. 34. Quod autē ait litera nostra, euge, euge, ironia est, in priore sensu. Sic solent, cū se putent superiores inimici, irridentes insultare. Sic regē iudęorū, Christū flexis genibus salutabāt milites. Vel adulatione aggrediunt ore clamātes, euge, et gaude, corde uero animā rape cupientes. Cupit itaq; ut cito pereāt inimici, nisi resipiscāt, nimiū ne pijs noceāt, id quod futurum certissimū est. Dic in psal. 36. Cōfundantur ergo piorū (inquit) hostes, et

Marc.15.
Psal.34.
Marci 15.
Psal.36.

Exultēt & lętentur oēs quęrētes te.

Geminat lęticiæ uerbū. Eodē modo geminat Christus, Gaudete (inquit) et exultate, ecce merces uestra &c. Sic ait propheta. Exultēt et lętentur sup te, hoc est, in te, in bonitate et mīa tua, oēs quęrentes te, oēs qui in te spem suā ponūt, quia te agnoscūt, et certa fide ad te auxilij causa confugiūt, tuam uoluntatē scire cupiunt, et eam non minus adimplere. Exultent (inquit) depulsis iam inimicis, & libere in deo uiuāt, lęte canētes, ut in psal. 36. gaudeant, sed in domino, gratias agant, &c.

Quorū est lætari in deo.

Et dicant semp, magnificetur dn̄s, qui diligūt salutare tuū. Alias enim in te exultare nō possunt, nisi salutē tuā diligant. Salutē tuā diligūt, qui te fide agnoscūt, et uoluntati tuę obedire student, qui auxiliū a te solo quęrunt, qui se prorsus tibi cōmittunt, qui in te solo sperant, qui spretis huius sæculi delitijs, dissolui, et esse tecū cupiunt. Ab alijs laudari nō potest deus. Non enim est speciosa laus in ore pctōris. Qui ergo pij uiri sunt, et iusti, agnoscentes deū, hi pro amore erga deum, dicant (inquit) semper, & continue, et apud omnes hoc in ore habeāt, magnificetur, glorificetur deus, id quod non aliud est, q̄ ut eius bonitatē agnoscāt oēs, et memores sint magnitudinis, et beneficiorū eius, erga omnes sperantes in eū, cū sit ipse solus qui ab iniquitatibus, et ab hostiū periculo liberare potest, et p sua bonitate saluos facit sperantes in eū. Sic magnificandus est, & fide, & uerbis, & opere benignus deus. Huiusmodi uerborū, & laudū assiduitate, magis ac magis glorificat deus, et magnificat nomē ei⁹. Quo eni plures ad dei agnitionē accedūt, eo magis dilatat nomen

Salutē dei diligere, quid.

Magnificare deū.

men eius, & magnificatur. Eum sic magnificare tenemur, pro ineffabili sua bonitate, quia bonus, et benignus est. Quod autẽ benignus est, meo (inquit) exemplo discite.

Ego autem mendicus sum & pauper, dominus solicitus est mei.

2.Reg.7. Psal.77. Psal.87. Sustulit enim de pascuis me, ut essem dux sup populũ israel. De gregibus ouium, et de post fœtantes (inqt) accepit me. Pauper sum ego et in laboribus a iuuentute (inquit) mea exaltatus sum. Pauperẽ (inqt) me fateor, et mendicum, ex memet nihili hominẽ, egentẽ auxilio dei, meis uiribus non ualentem subsistere, peccatorẽ, auxiliũ necessario petentẽ, id quod omnes fateamur necesse est, cũ ex nobis nihil habeamus. A deo quidẽ omnia et accipimus, et petamus necesse est. Sed huius prophetæ exemplo consolationẽ discamus. Quantũuis ego (inqt) et mendicus & paup sum, dignus qui despiciar potius, dominus tamen solicitus est mei, agit causam meã, benignã curã de me habet, ipse p sola bonitate prospicit mihi. Sit ergo oĩbus doctrina, ut in deo spem oẽm suã ponant, et tum quidẽ haud dubie solicitus erit benignus deus pro illis, sic in eo sperantibus, ut benignã opem ferat in tempore opportuno, hoc est, quando nobis utilius erit. Scit enĩ pater noster cœlestis quo indigemus, inqt euãg. Quærite ergo regnũ dei, quærite deũ, ut supradixit ĩ hoc psal. et hęc oĩa adijcient uobis. Nũc sermonẽ ad deũ uertit. Ego diligo (inqt) salutẽ tuã, auxiliũ a te solo quęro, quãdoqdẽ

Eximia pauptas.

Certę spei in deũ certa vtilitas.

Math.6.

Adiutor meus, & protector meus es tu. Adiutor es tu domĩe quoties urgemur, ut ab inimicis eripias, Protector, ne toties, aut ne ultra uires urgeamur, et uĩcamur, ut cupiunt inimici. Te igitur supplex precor.

Deus meus ne tardaueris. Ne longe facias misericordiã tuã a me, ut supra, ne differas quęso auxilium ne sileas a me, ut in psal.27. Domine ad adiuuandũ me respice, et festina, ut ferant confestim cõfusionẽ suã, qui dicunt mihi Euge Euge, &c.

Psal.27.

Psalmus Dauid. 40.

Titulus. Iu finem.

In summa.

De Christo loquutus est propheta Dauid in hoc psalmo, id quod euangelista, et Petrus in aploꝝ actis testantur. De quouis tamen pio Christi mẽbro æque interpretari potest, quẽ ait beatũ ꝓpheta, si charitatẽ erga proximũ habeat, eamq; exerceat ĩ pauperes potißimũ inopia laborãtes, seu alias consolatione egentes, quem conseruabit deus, et beatum faciet. Inimicorũ & dolos, et immanem inimicitiam narrat, qui eum delere cupiũt. Neq; modo de apertis, forensibusq; narrat inimicis, sed de illis quoq; qui fingunt se amicos esse, cum sint oĩm inimicißimi, arridentes assentatores, ut in sermone capiant, ut dolũ falso fabricent, id qđ nõnunq̃ a domesticis, a filijs, a fictis amicis fit, qui edunt suũ panẽ. Certa itaq; fiducia in deũ, ut sustentari poßit, atq; inimicos uincere, ardẽter orat. Cõsolatus, gratias agit.

Math.26. Act.1.

Explanatio.



Beatus uir qui intelligit super egenũ & pauperẽ. Admonui nunc psal. de Christo interpretari, id quod paucis perstringam nunc in principio, ut ĩ alio sensu liberius, per totũ psalmũ uersari liceat. Hunc egenũ, & pauperem Christũ interpretamur, qui pro nobis egenus factus est, cũ uere esset diues, ut ait apost. qui ab hostibus, & amicis, & quidẽ domesticis, cognatis, fratribus, ad mortẽ usq; diuexabat, et eũ persecuti sunt, uerborũ oĩ probro, et factorum oĩ sæuitia, et crudelitate, tam occultis insidijs, q̃ ui aperta. Destitutus igit humano auxilio Christus homo, patrẽ rogat. Domĩe miserere &c. sana animã meã. Illũ itaq; resuscitauit dominus pater, q innocens fuit semper, nec est inuentus dolus in ore eius. Quãobrem, ut solet gratias agit. Hic egenus est ille, qui in ultimo, & postremo iudicio, oĩbus qui

2.Cor.8.

qui in hac uita egenos despexerunt, hęc obijciet. Esuriui, & non dedisti mihi manducare, sitiui, & non dedisti potũ &c. Quod egenũ se dicat, quod p̃ lõrem humani generis noĩe loquitur. Vere enim dolores nostros omnes, prȩter peccatum portauit, ut ait Esai. Dic in psal. 21. Beatus qui intelligit super hũc egenum, qui eum agnoscit, qui in eum credit &c. Aliũ nunc sensum tractamus. Pauperẽ uidere non sufficit, sed intelligere super eum necesse est, hoc est, eum benigne respicere, illi condolere, uel consilio, uel facto, uel prompta uolũtate iuuare, si per facultates nõ liceat. Hinc uertit Hiero. Beatus qui cogitat de paupere, hoc est, qui pauperẽ non modo nõ despicit, sed etiã illius conditionẽ miseretur, uidet eum miserationis oculo, libenter, beneuoloq; animo, illi ꝑ facultate prouidet, soliciteq; iuuat, etiã non rogatus, id quod beatius est. Magnũ est genus misericordiæ sola miserationis eleemosina, modo qui miseretur, auxiliũ ꝑ facultate addat. Vt uero de historia loquamur. Quantũuis erat rex, amicis tamẽ destitutus est Dauid, egens usq; adeo, ut coactus sit, sanctũ panem sumere. Lege pręterea multas eius necessitates in libro. 1. Regũ. Hunc itaq; psalmũ cecinit, tam ut omnes admoneat, q̃ sit utilis et sancta res, hoĩem miseria afflictũ, uel morbo, uel egestate, uel inimicorum sæuitia, uel alio quocũq; modo, auxilio iuuare, q̃ ut potentissimi reges, se homines esse meminerĩt, huic inopiæ, et ægestati subditos, usq; adeo, ut se miseros facile sentiãt, cum sic uisum fuerit deo. Perspicue rem docẽt nõnullę historiæ, pręter id quod nulla ætas, nõ uidet. Beatus uero ille, qui intelligit super egenũ quẽcũq;, qui proximi miseretur in egestate constituti. Et quẽadmodũ multiplex quidẽ est egestas, et corporis, & animæ, ita & multiplex est in egenos quoq; mĩa, quã ex gręco uocabulo, eleemosinam uocamus. Eget corpus, cibo, potu, uestibus, hospitio, & id genus alijs. Anima uero, doctrina, cõsilio, admonitione, obiurgatione, increpatione, ut corripiatur &c. Non est igiũ in sola pecuniarũ, aut aliarũ rerũ elargitione, sita eleemosina, quæ tamen ipsa deo pergrata est, modo fiat ex proprijs, & iuste acquisitis facultatibus, miserenti animo, in dei gloriam, siue in christianũ fiat, siue in iudęũ, aut ethnicum, pro gradus tamen diuersitate. Sunt enĩ gradus in conferendis eleemosinis, tam pro necessitatis diuersitate, q̃ personarũ uarietate. Eadẽ enim urgente inopia, si utriq; subuenire nequeas, potior tibi erit cognatus, affinis, uicinus, fidei domesticus. Est quoq; spũs eleemosina, si ignorantẽ doceas, si afflictũ consoleris, si deuiantẽ, doctrina, admonitione reducas, si male conantẽ obiurges, si delinquentẽ corripias, si obstinatiorẽ, carcere, aut uerbere alioue freno cohibeas, et pro potestate a deo tibi data, coerceas, si tua lenitate, tuaq; patiẽtia alias iracundiorem, in mansuetudinẽ uelut trahas, et pro odio dilectionẽ solicite offeras, si in te qui peccauerit, illi ex animo ignoscas; qua eleemosina nõ modo teipsum pacato aĩo efficies, sed illũ quoq; ab animi egritudine alleuiabis. Hæc (inq̃) atq; alia quæ facile numerari nõ possunt multa, ad iustã eleemosinã pertinẽt. Lege August. in Enchiridio. Vt uero eleemosinæ, et ordinẽ, et modũ, & utilitatem, & necessitatem discas, lege cum primis Cyprianum, in sermone de eleemosina. Qui sic intelligit super egenum, & pauperẽ, uere beatus est, quia respicit eum deus, et

In die mala liberabit eũ dominus.

In die mala, in die postremi iudicij, in die molestiarũ, tribulationũ, angustiarũ, et cũ maxime urgeant pericula, apponet dominus manũ suã, et hunc misericordem liberabit, ab oĩbus inimicis, uel carnis, uel spũs. Tanta est uirtus misericordiæ, et miserationis erga proximũ, ut remuneret deus, ampliter in centuplũ. Certum est enĩ quod unusquisq;, quodcũq; fecerit bonũ, hoc recipiet a domĩo, inquit apost. Hęc est retributio misericordiæ, et bonorũ operũ. Sic enim promittit Christus, qui ueritas est. Beati (inq̃t) misericordes, quoniã mĩam consequentur. Date eleemosinã (inquit Lucas) et

Math. 25. Esai. 53. Videre pauperẽ. Beatius uiro offerre. Magni principes non exempti a miseriis. Eleemosina. Iusta eleemosina. Spiritualis eleemo. Eleemosinę uirt. Ephe. 6.

Daniel. 4. ecce omnia mũda sunt. Tua pctã (inquit Daniel) eleemosinis redime, et iniquitates tuas, misericordijs pauperũ. Ipsa est (inquit angelus apud Tobiam) quę a morte liberat, et quę purgat pctã. Quod dixi eleemosinã liberare a peccato, nolo intelligas tua pctã, tuis operibus deleri. Sola enim mĩa dei pctã remittit. Dic in psal. 24. et. 31. Sed in eo qui rectã fidem habet tam gratæ sunt eleemosinæ apud deum, ut faciliore abundantioreq; haud dubie mĩam dei efficiat. Hinc ait Ecclesiast. Eleemosina resistit peccatis. Nisi uero hanc charitatem habuerimus, fidem in mĩa dei habere nõ possumus. Hinc ait Christus. Beati misericordes &c. hoc est, beati qui per fidem in dilectione proximi exercentur. Illis enĩ omnia mũda sunt. Hac eleemosina purgantur, et redimũtur pctã, liberamur a morte, hoc est, tales liberat, ac talibus ꝑ sua bonitate remittit deus. Sunt enim ad salutẽ necessaria charitatis opera cum fide, et his placatur deus. Vere itaq; beatus est, qui sic intelligit super egenũ, et pauperem, quia in die mala liberabit eum dominus. Hinc itaq; bene precatur propheta, uel potius auxilium dei promittit.

Tobię. 12.

Psal.

Ecclesi. 3.

Necessaria charitatis opa.

Dñs conseruet & uiuificet eum.

Quamuis orare uideatur, uerius (inq̃) prædicit, uel asserit. Hinc uertit Hiero. Dominus custodiet, et uiuificabit eum. Sed nostrã literam uideamus. Conseruet (inquit) dominus eum, ut pacato sit animo, ne in pericula incidat, ne uincat caro, ut hunc sanũ intellectum retineat. Viuificet eum deus, fortem in spiritu efficiat, resipiscentię gratiam pręstet, si forte ceciderit ab urgente malo liberet, uitæ integritati pctõ fœdatũ restituat, tanq̃ ab imminente morte, cum non sit in hac uita, qui recte memor sit dei, absq; gratia. Viuificet eũ deus.

Viuificare quid sit?

Et beatum faciet eum in terra.

Quid enim beatius in terra, in hoc sæculo, q̃ conseruari, & ut supra diximus, uiuificari a deo? Hic est beatus uir, de quo in primo psal. Hi sunt soli, qui hanc terram uere possident, et beate et fœliciter, uere huius sęculi domini. Alij uero, qui diuitijs inhiant, qui illis adeo cor apponunt, ut egentẽ proximũ negligant, uere possidentur a suis diuitijs, & serui facti sunt. Nihil igitur minus q̃ in terra beati sunt. Beatum itaq; hunc nostrum faciat deus.

Beatitudo in hac uita

Diuites, serui.

Et non tradat eum in animam inimicorum eius.

Suos quidẽ sic beatificat. Solet anima non semel pro uoluntate, aut libidine, intelligi in sacris literis. Dic in psal. 20. Hinc ait. Non tradat eum deus, hoc est, non patiatur, ut incidat in animã inimicorũ, ut tradatur inimicorũ libidini. Mala patitur deus, non facit. Neq; amplius q̃ patitur deus, aut diabolus, aut quiuis hostis potest. Non haberes potestatẽ (inquit) &c. Hæc perspicue docet. D. Iob historia. Ecce uniuersa quæ habet, in manu tua sunt, tantũ (inquit) in eum non extendas manũ tuã. Sic non semel afflictus est, magno, præsentaneoq; periculo, inimicis circũdatus noster propheta, quem liberauit deus, & libidini inimicorũ non reliquit. Sic & deus cũ omnibus faciet, qui sunt misericordes. Quod autem hic optare uideatur, certa ꝑmißio est, ut antea diximus. Frequens est loquendi modus, apud hunc potiß. prophetam, ut asserat, sicq; futurũ doceat, cũ optare uideatur. Hunc itaq; talẽ pium, mansuetũ, & misericordem uirũ, tam in sanitate, q̃ aduersa ualetudine conseruet (inquit) deus. Et

Anima ꝑ uolũtate.

Potest inimic⁹ quantum deus patitur.

Dñs ferat illi opem, super lectum doloris eius.

Doloris lectus est, uel graui morbo quoties afficitur, uel cum moriturus iamiam decũbat homo. Vtrũq; huic loco conuenit. At in posteriori sensu, maxime quidem opus est auxilio dei contra hostem, qui uehementer tum solicitat, ut cœlestiũ rerũ memoriam homini prorsus tollat, in huius sęculi rerum concupiscentia, decumbentis animũ detinet, urget uehementer, ut in desperationis pestem præcipitet. Sed huic beato, quæcunq; urgeat neceßitas in die mala, opem tum feret benignus deus, ut ꝑ misericordia qua in egenos

Visita dei q̃ ugna

nos usus est, misericordiā accipiat, sanitatēq; restituet, uel forte ut patienter ferat efficiet, in meliusq; multo omnia cōmutabit deus. Sic abunde retribuēs dominus, diligentibus se, et facientibus uoluntatem suam. Sibi etenim acceptum fert deus, quod uni ex minimis eius fecerimus. Lectus quoq; doloris esse uidetur, quoties grauis peccati morbo, urgetur pius christianus. Mortem quidem animæ minatur peccatū. Interim quoq; affligit pius animus, qui suos hos morbos lōge acerbiores habet, q̄ corpus sua uulnera, suas febres, sua quæq; alia incōmoda. Carnē interpretatur August. in hoc loco, doloris lectum. Nec alienum est, cūm sit animæ domiciliū, in quo male, nisi per gratiam, quiescit anima, turbatur, et continue molestatur. Caro enim aduersus spiritū &c. Et corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, &c. Propterea ingemiscimus (inquit apost.) &c. Opus est igitur misericordia dei, qui certo certius opem feret, super quēcunq; doloris lectū. Sic tu (inquit) opem tulisti huic beato domine, pro tua misericordia. Nam

Aliq; morbus, seu mors, peccatum.

Sap. 9.

Vniuersum stratum eius, uersasti in infirmitate eius. Sermonē ad deū uertit. Solent ualde infirmi optare, ut sæpe uersetur, & iterum, atq; iterum componatur lectus, ut mollius cōmodiusq; cubēt, uel tędio affecti, uel morbo afflicti. Sic enim & quietiores se fore putant, & tędio uel morbo nō= nihil leuari, refici, & consolari plurimū. Sed cuius lectum uersat deus, quem uisitat ipse, cui benignam manum apponit, quantumuis corpore uel animo infirmus est, qui decumbit, illum consolatur a morbo, fortem efficit contra omnē inimicum, quietum reddit, pacatum relinquit, paratumq; in omnē euentū, uel ut moriatur, si deo sic uisum fuerit, uel ut uiuat. Deo etenim eiusq; uoluntati, se totū commendat. Sic uersat stratū huius beati uiri benignus deus. Sic undiq; conseruat eum. Ipse solus est, qui molliter componit lectum, & quietem pręstat. Neq; modo partem, sed uniuersum stratum eius (inquit) uersabit, illum

Visitatio dei q̄ benigna.

quietum, & pacatū ex omni parte relinquet, quem sic uisitat dei bonitas. In hominis quidem consolatione, nulla spes est. Addo quod rari, aut nulli amici, in diebus malis, in diebus persequutionis, in mortis articulo, reperiuntur, nisi ut lucrum sibi captent. Inimici uero, & de infirmitate lætantur, & tum maxime obloquuntur, id quod statim hic docet. Sed de nostro beato, qui omnē spem in deo cōstituit, aliter dici potest. Versasti (inquit) domine lectum eius, &c. qui intellexit sup egenū &c. quia affuisti illi, & eum in infirmitate recreasti, & tanq̄ uiuificasti tuo auxilio. Quamobrem in omni (inquit) infirmitate mea, tibi soli me totum commendaui, quia

Rari amici in vltio articulo.

Ego dixi dn̄e miserere mei, sana animā meam, quia peccaui tibi. Ad dei auxilium (inquit) confugi, et supplex ego dixi, sic precatus sum, Domine miserere &c. Sana animā meam, quia peccaui tibi, scio me his flagellis, aut maioribus dignum, quia tibi peccaui. Scio me ferre non posse absq; tuo auxilio. Miserere igitur mei, tu benigne deus, cum sint alij nulli, aut pauci admodum, qui mei misereantur, uere nulli, qui opem ferre possunt. Amici elongauerūt se a me, et

Inimici mei dixerunt mala mihi. Dixerūt mala de me, uertit Hiero. non modo nō miserent. Meāq; mortē optantes, dicunt.

Quando morietur, & peribit nomen eius? Sic mali cupiunt, ut pereant boni, pereantq; eorum bona fama, probitatisq; gloria, & iusticia eorum, quæ improbos uehementer arguunt. Sic in Christū loquuti sunt iudęi, ut docet sap. liber, et perspicue docet euangel. de colonis, & hærede. Est enim improborum spes, ut si moriatur, qui eos & uita, & doctrina, & potestate, de impietate, aut improbitate obiurgat, affligitq; ut corripiat, simul moriatur cum eo pietas, & iusticia, ut illis tum liceat uiuere ut cupiunt, effrena licentia. Sed quemadmodū falsi, deceptiq; fuerunt iudæi, sic & imbrobi falluntur, quia

Marc. 12.

Impii pios sū mortē optant.

piorum nomẽ peribit nunq̃. Relinquunt enim suæ probitatis filios, quos conseruat deus, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Impius uero syncere cũ pio uiro nunq̃ agit. Interim cũ decumbit, optat semper eius mortẽ, malicia prosequitur, atq; ut bonũ eius nomen traducat, dolosa mendacia fabricat. Hinc ait.

Psal.36.

Et si ingrediebatur ut uideret, uana loquebatur cor eius. De unoquouis subdolo, fictoq; amico hic loqui uidetur, qui amicitiã simulans, uisitandi causa ad decumbentem ingreditur, blando sermone, & inimico animo, quouis inimico peior. Sic non absconditur in malis inimicus, ut ille ait. Sic ad Christum, ingrediebatur Iudas. Hos exploratores mittũt inimici, qui scrutentur, quid nam indecori, aut probri, aut falsi commenti reperiri poßit, quod obijciant, quoue traducant impijs mendacijs, pium decumbentem. Decumbentem hic intelligo, unũquemq; pium uirum, qui huius sæculi impietati aduersatur, neq; uidetur esse de hoc sẽclo, quia mundi uana longe fugit, ingemiscens, &c. ut ait apost. mortuus huic sæculo, & lugens. Hic semper decumbere uidetur in hac uita, & infirmus esse, & facilis, in quem suas iniquitates iaciant iniqui. Hinc ait. Et si ingrediebatur ut uideret, ut uisitaret decumbentẽ insignis hic ille amicus, uel si cum eo uersatus aliquando fuerit, non intellexit super egenum, non miseratus est eũ, quia minime dilexit, uana ideo mendacia loquebatur cor eius, corde contra eum meditatus est iniquitates, cum corde, & corde loquatur. Blande etenim decumbentẽ alloquitur, corde quærens ut deuoret. O frequentes mores nimium. Sic ergo uana, falsa, et simulata corde loquens, impieq; cogitans.

Eccles.12.

Vix in prosperis cognoscitur amicus.

Congregauit iniquitatem sibi. In dolosum animũ, falsa mendacia collegit, quibus proximũ afficeret probro. Quid iniquius? Qui enim sic uenit, ut exploraret, uana (inquit) & falsa mendacia corde loquebatur, & sibi congregauit iniquitatem, fingens ex capite proprio uana mendacia, omniaq; in doloso animo collegit, quantumuis falsa, quæ detrahendi aliquam ansam præbere possent. Tales fuerunt subintroducti fratres, ut ait apostol. &c. Mendaces sint oportet, cum sint filij diaboli, qui his moribus sunt. Hic itaq; explorator.

Dolosi & tractores.

Galath.2.

Egrediebatur foras, & loquebatur Egressus foras ad impios sodales suos, loquebatur illam iniquitatem, quam intus congregauit sibi, falsas detrectationes, & dolosa mendacia fabricans. Sic ab ultima cœna abibat Iudas, ut Christum traderet. Hinc uertit Hiero. Egrediens foras detrahet. Quæ cum loqueretur dolosus (inquit) explorator, falsißimusq; mendax.

Inidipsum aduersum me susurrabant omnes inimici mei. Iudæi de Christo. Inidipsum (inquit) hoc est, simul omnes impij, quibus ea narrabat, mei inimici susurrabant, murmurabant, concursantes aduersum me cõueniebãt, nocendi animo, falsa mendacia simul meditantes. Nam

Aduersum me cogitabant mala mihi. Falsa etenĩ illa cõmenta, quę mendacißimus explorator narrabat, tam amplificantes, q̃ eadem improbißime, in peßimam partem interpretantes, ut ab impijs fieri solet, Cogitabant (inquit) mala mihi, aduersum me, quibus modis, & me, & nomen meũ lædere possent, omnibus ut essem odio. Quod ait aduersum me, & mihi cogitabant mala, repetit non superflue, sed spiritus ardore, ut solet cõtra tam impios homines. Addit pręterea idem uelut repetens.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me. Christum dicebant iudæi, seditiosum esse uirum, seductorem, cæsari inimicum, in beelzebub demoniorũ principe, eijcere dæmonia. Verbum de quo hic loquitur, non exprimit. Vertit Hiero. Verbũ diaboli. Felix. Verbum belial, hoc est sceleris & rei prauæ, turpisq;. Quo nomine, perditos,

Belial.

et de-

et deploratos hoïes appellare solent hebræi, ut aiūt in lingua periti. Sic enim interpretatū uidetur uerbū belial in libro Iudicū. Filij (inquit) belial, hoc est, absq; iugo, hoc est, qui omnē correptionē cōtemnūt, uere deplorati, de quibus nulla bona spes relicta uidetur. Hi forte inimici, & filij belial, infundebant sibi uerbum diaboli (ut uertit Hiero.) contra Dauid, impie mentientes de eo, quod esset filius belial, quod esset masculorū concubitor, quod uiris abuteretur, ut narrat illa Iudicum historia, id quod fœdissimū est. Hoc forte erat uerbum iniquum, quod prę uerecundia nō exprimit. Hoc tamen uerbū, quantūuis falsum, constituerūt, et impudenti audacia, pro uerissimo affirmauerūt aduersus eum. Id quod forsitan explorator ille, qui frequēter ingrediebatur, simulato uultu, falso, ex suo capite fingebat. Quid tam improbū, quod ipsa non audet improbitas? Hęc omnia factitabant inimici audacius, quod uel sperarēt eum iam decūbentē graui morbo, mortē non euasurū, ut eos pro impietate aliquando afficere posset (mortuus enim nocere amplius nō potest) uel ut auctis inimicis, falsis detractionibus, eū facilius uincerent, & hominū beneuolētias ab eo abalienarent. Non enim aliud tam cupiebant, q̄ eius mortē, q̄ eum delere prorsus, & eius memoriam. Mortuus (inquiunt) nō amplius resurget, ut in nos animaduertat. Hinc ait. Loquamur de eo, agamus aduersus eum quod uolumus, quia morietur, uel morte afficiemus eū. Quod si mortuus fuerit.

Indic.19.

Improba inimicorū mendatia.

Nunquid qui dormit, nō adiiciet ut resurgat. Ex hebręo sic uertitur clarius. Qui dormiuit, non addet ut resurgat. Dormire p mori, dixi in psal.3. Eelinus hunc locum, ut paraphrastes perspicue sic explicat. Et iste decumbens haud surget posthac. Sic enim persuasum erat inimicis. Vel sic hostiliter minabantur, ut alij sentiunt. Audatius ergo insultabant. Non resurget. Ipsum iam decumbentem interficiemus, inquiunt. Facilius uincemus. Sed priorem sensum recipio potius. Nunquid qui dormit, qui semel mortuus est, non adijciet, non apponet, non addet aliquod medicamen, aut remedium, ut resurgat? Vere non potest, inquiunt. Morte ergo afficiamus eum, ut de iudæis aduersus Christum docet sap. Neq; mirum est (inquit) si me adeo persequuti sint inimici.

Psal.3.

Sap.2.

Etenim hō pacis meę in quo sperauí, qui ędebat panes meos, magnificauit super me supplantationē. Hunc locū de Christo uaticinatū, ex euangel. certū est, ut in huius psalmi argumento diximus, contra quem leuabat calcaneum suū Iudas, qui fuit dux eorum, qui compręhenderūt Iesum (inquit Lucas) familiaris, & unus apostol. Priorem nostrū sensum persequimur. Suū domesticū, seu familiarē, in quo maxime fidebat, uirum pacis suæ appellat propheta. Nam cum apud omnes æquum est, & diuinæ et humanę legi consonum, ut pax, concordia, amor, fidesq; seruetur, tum maxime inter domesticos, & familiares. Neq; non fidit homo suis maxime domesticis, quos uictu, et uestitu donat. Ab his tamen proditus est. Ait itaq;. Homo erat pacis meę, in quo speraui. Hic tamen super me (inquit) magnificauit supplantationē, hoc est, cum alijs conspirabat, ut me supplantaret, atq; opprimeret. Et hanc supplantationē, hunc conatum, ut me opprimeret, magnificauit, apud alios iactans, & sese ostentans, unum se esse ex illis, qui me supplantarent, idq; gloriatus est. O miserū hunc egenū, & pauperē, qui amicis tam destitutus est, ut etiam domestici, & familiares, id quod Dauidi contigit, ut narrat sacra historia, in eum insurgerent. Vere miser fuisset, si in hominē spem suā constituisset, in quo tam uana spes est, tamq; incerta, ut ab amico, inimicum intelligere nequeas. Ad dei igitur auxilium confugit noster propheta, ut eius exemplo, itidem faciamus omnes. Hinc ait.

Ioan.13.

Act.1.

Alia nulla maior pestis est, q̄ domesticus inimicus.

Vana spes in homie.

Tu autem domine miserere mei. Vt me adiuues, ut mihi opē feras in die mala,

in die angustiarũ, & tribulationũ, omni humano auxilio destituto, cũ me tam graui morbo decumbentem uideant, ut moriturũ breui existiment, uel tam obuiũ eorũ inimicitijs, & facilem qui uincar, omni humano auxilio me destitutũ putant, eoq; me despiciunt omnes, a me defecerũt, palamq; quondã qui uidebãtur amicißimi, aliorũ nũc fauorẽ captãtes, priorẽ amicitiam in inimicitiã improbe immutarunt, insidiasq; non mitius, quam inimicißimi parant. Tu igitur domine miserere mei.

Et resuscita me. Eleua me ab hoc morbo, ut surgã, et restitue me sanitati. De Christo palam est, in psal. 21. de oratione eius ad deũ patrẽ, quẽ deus pater suscitauit, inqt Luc. Orat quoq; pius uir. Domine resuscita me.

Et retribuam eis. Rependã eis ut meriti sunt, dignas gratias referã. Quod ait, et retribuã eis, non hoc ait, animo uindicandi se, de inimicis, est enim propheta indignũ. Dixi in psal. 17. Iuste tamen ut eos corripere posset, ut se peccatores agnoscerent, eosq; tam magni criminis pœniteret, erigi cupiebat. Id quod omnes probi quoad possunt, facere tenentur, modo caueant prorsus ne pręira priuatę uindictę scintillam habeant, quicquam ue tribuant. Sic corripit iustus in misericordia. Quam uero sit utilis correptio, docet ecclesiastic. Corripe amicum (inquit) ne forte nõ intellexerit &c. Amicum uero omnẽ hominẽ intelligimus, cum nihil sit iusto uiro indignius inimicitia. Sunt enim opera carnis, iræ, rixæ, contentiones &c. Neq; si deliquerit homo, quasi inimicum existimemus, sed corripiamus ut fratrem, inquit apost. Me igitur (inquit) resuscita, & retribuam eis, eos admonebo, corrigã, & uirga ferrea, si opus fuerit, confringam, non animi, sed correptionis causa, pro potestate, quam a te accepi, qui me regẽ constituisti. Hoc enim ad eos pertinet, qui prediti sunt publica potestate, ut malos coerceant, constituti ad uindictam malefactorũ, laudem uero bonorum, ut ait Petr. Alias uero, si pro tantis malis ipsis inimicißimis hostibus bona retribueris, id quod non prorsus alienum est ab hoc loco, carbones ignis congeres super caput eorum, inquit apostol. Hoc est, inimicum efficies, nisi fuerit immanis belua, ut ipse sibi irascatur, tuamq; bonitatem, cum sua malicia conferens, semetipsum arguet, ureturq; intus usq; adeo, ut charitatis calorem in mentẽ excipiat, fiatq; de graui inimico, ardens cum primis amicus. Noli igitur (inquit apost.) malum pro malo reddere, noli uinci a malo, sed uince in bono malum. Hæc erat de Saule inimicißimo, Dauidi gloriosa laus, ipsius inimici testimonio. Iustior (inquit) tu es q̃ ego. Tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Hinc ipse Dauid in alio psalmo. Si reddidi (inquit) retribuẽtibus mihi mala, &c. Priuatam etenim iniuriã uindicare non licet, Dimittamus, si uelimus nobis dimitti, oportet. De Christo hunc locum intelligentes, perspicuum est, quod pro inimicis orauit, neq; fas est credere, eius orationẽ non exaudiri, et multis utilẽ non fuisse. Orat uir ergo, ut eum deus pater resuscitaret, & inimicis retribueret, credentibus uitã scilicet æternam, non autẽ credentibus ignẽ æternũ. Varie admodũ interpretatur hic locus secundum literam. Alij minari eum putant futurã asperam correptionem inimicis, si eum deus resuscitaret. Hinc ait. Retribuam eis. Cũ rex esset, animaduertere in eos deberet, dei tamen, non suam iniuriam ulturus, & sic retribueret eis dignas pœnas. Alij uero non ut malum, aut pœnam rependeret, hunc locum intelligunt, sed reipsa ut declaret eos male, et stulte fecisse, quod eum tam certo moriturum putarint, quem nunc resuscitauit deus, parum diuinæ prouidentiæ memores. Quod autem ait postea, retribuam eis, non (inquit) malũ, sed scientiã. Eos enim docebo resuscitatione mea, ut sint cautiores posthac, ne tam stulte errent. Alij, quod pius uir pro insigni mansuetudine sua, constituerit bona rependere, tam reipsa, quam oratione ad deum pro illis, ut monet apostol. Benedicite (inquit) persequentibus

Marginalia (left): Psal. 17. — Vindictæ ne quicq̃ tribuam⁹, in correptione. — Eccles. 19. — Galath 5. — Tessalo. 3. — Psal. 2. — Rhom. 13. — 1. Petr. 2.

Marginalia (right): De loco, carbones cõgeres. Rhom. 12. — Pro malo retribuendũ bonũ. — 1. Reg. 24. — Psal. 7. — Rhom.

quentibus uos. Vitæ itaq; & sanitati restitui cupiebat, non ut se de inimicis uindicaret, sed ut bonum pro malo redderet. Hæc est euangelica doctrina, quam ut plures caperent optarem, pijsq; omnibus orandum est, quando in hac nostra dolenda ætate longissime uidemur ab hac doctrina usq; adeo discedere, ut in aliam partem declinare prope omnes uideamur, uel ignorantes hoc uerbum dei, uel potius increduli contemnentes. Orauit sanitatē propheta, & impetrauit. Hinc ait.

In hoc cognoui quoniam uoluisti me, quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Nam suscitasti me, et a morbo a morte liberasti. Gaudebant uero inimici, putantes me moriturū. Sed pro tua bonitate, me uiuere uoluisti, ne gauderent inimici. Hac igitur causa, tam ut illi, te omnia gubernantem pernoscerent, quàm ne improbum gaudium, de mea morte haberent, oraui ut suscites me. Nunc scio, postq̄ me suscitasti, quod uoluisti me, quod grata erat mea oratio tibi, quod me uiuere uoluisti in gloriam tuam, et inimicorum confusionem. Sic opem tulisti mihi, super lectū doloris, & uniuersum stratū meum uersasti. Illos etenim inimicos meos, ut digni sunt, deiecisti.

Me autem propter innocentiam suscepisti. Ideo me uoluisti, exaudisti, auxilium (inquit) præstitisti, quia innocenter ambulaui, fidem in te habui, uixi per gratiam in legē tua, iniquitatē odiui, iusticiam dilexi, hos inimicos non læsi, nihil ab honesto, et bono alienū optaui. Hunc locum sic uertit Hiero. clare. Ego autem in simplicitate mea adiutus sum a te. Illi dolose mecum egerūt, ego nihil minus quàm dolos in animo uersabam. Innocentem idcirco lædere conati sunt, nisi tu me suscepisses, qui soles innocentes liberare. Prius tamē in hoc psal. se ait peccasse, id quod innocentiæ aduersatur. Sed respondeo. Nisi fateretur se peccatorem, mendax fuisset, non innocens erga deum, Ioan. testimonio. Suam igitur imbecillitatem, suamq; indignitatē fatetur, nisi per gratiam. Innocens tamen esse potest erga proximū, cum nulli uelit malum, dolose nihil agit, neminem irritat. Sed potius pro malo, bonum reddit, ut pauloante diximus. Peccato non delectatur, quamuis aliquando per fragilitatē peccet. Me igitur (inquit) suscepisti in auxilium tuum propter innocentiam, contra hos omnes inimicos.

Innocēter uiuere.

1.Ioan.1.

Innocens.

Et confirmasti me in conspectu tuo in æternū. Vt ego faciam, quæ tibi grata sint, ut ab inimicis non opprimar, &c. Hæc omnia (inquit) consequor; meis neutiquàm meritis, quia tu confirmasti me auxilio gratiæ tuæ, in conspectu tuo in æternum, mei memor semper, pro tua bonitate. Semp enim me habes in conspectu tuo, in præsentia tua, in memoria tua, ut me in tempore adiuues. Illum enim maxime in conspectu habemus, quantūuis absentem, quem beneuolentia prosequimur, grata eius semper memoria, parati, ut illi beneficiamus pro omni occasione. Sic in dei conspectu pij uiri constituti sunt. Sic perpetuo præsens est nobiscū deus. Neq; alienum est, ut hunc locum intelligamus, non modo de bonitate dei in hoc sæculo, qua semper iuuabatur propheta, iuuantur item & pij omnes, sed etiam, quod certam fidem, et spem haberet de futura æterna uita. Ait igitur, Confirmasti me prædestinationis tuæ decreto, in conspectu tuo in æternum, ut sim tecum perpetuo. Sic in omni die mala, tam in hoc sæculo, q̄ in futuro, iustos & innocentes liberat deus. Hanc fidem, hanc spem, pios omnes habere oportet. Agit nunc gratias deo, pios omnes suo exemplo docens. Pro his (inquit) beneficijs erga me.

Benedictus dn̄s deus israel, a sæculo & usq; in sæculū. Sit (inquit) benedictus deus israel, deus oīm fideliū, nō modo a me, sed ab oībus pro incompræhēsibili bonitate sua, quā hactenus a sæculo, a sæculi principio exercuit, erga populū suum, patres nostros,

stros, & usq; in sæculum, et finem mundi faciet. Sit ergo benedictus, laudatus, prædicatus apud omnes, ut eum agnoscāt oēs omniū bonorū largitorem, adiutorem, defensorem, eumq; solum adorent, illi soli gratias agant, in sęculū sæculi, inęternū. Hoc enim est benedicere domino. Dic ut in psal. 3. Id quod fieri ab oībus maxime optāt propheta. Hinc ait.

Benedicere deo.

Psal. 3.

Fiat fiat. Verba sunt, seu optatiua, seu confirmatiua, & assertiua. Ex hebręo uertitur. Amen amen. Geminat, ardoris causa, tantopere cupit deum ab omnibus benedictū iri. Amen, hebraicū uerbū, id quod tam gręci, q̄ latini receperunt, sic latine interpretatur, & quidem præclare, & significanter, ut fatentur ipsi hebræi, fiat. Quo uerbo, & confirmantur, & adseruntur, & optantur, quæ antea dicta sunt, quia certa, & uera, & utilia sunt, utq; ita succedant, & adimpleantur, optatissimū est. Id quod perspicuum facit hunc locum. Eo sæpe usus est Christus, iuramenti loco, cum assereret, Amen dico uobis &c. Amen, apost. 1. Corinth. 1. docendum docuit, quando optamus. Dominū ergo deum israel, deum omniū fidelium, omniū eum agnoscentium, semper, & in omni tempore, & in omni loco, in omni actione, & opere benedicamus, qui paratus est pro ineffabili bonitate, omnibus inuocantibus eum in ueritate, subuenire.

Amen.

Amen.

Psalmos apud hebræos ī quinq; libros distributos ait hic Hiero. Primi libri finis hic est. Secūdus liber ab hoc sequēti. 41. usq; ad. 71. A septuagesimoprimo usq; ad. 88. tertius liber. Quartus ab. 89. usq; ad. 105. A. 106. usq; ad finem, quintus.

Nos tamen unicum librū de omnibus psalmis habemus. Sic enim & receptū esse uidetur a catholica ecclesia, et. D. Petr. Act. capite. 1. nō in libris, sed in libro psalmorū scriptū esse ait, in psal. scil; 68. et. 108. qui post hūc psalmū in ordine positi sunt. Neq; tamen aut secundū, aut tertiū librum citat. Nos itaq; psalmorū diuisionem nullam facimus.

Psalmus. 41.

Titulus.

In finem, intellectus, filiis Corę.

Similē titulū habet psal 31. nisi quod hic, filijs Corę additur. Quamuis plęriq; putent hunc psal. prophetico spiritu filios Corę cecinisse, mihi tamē uisum est potius, Dauidē hunc intellectum filijs Corę dedisse, ut illi apud populū eundē canerent, quo populus doceretur. Hinc ait. Intellectus, filijs Corę. Erant quidē ex primoribus inter leuitas, & cantores, filij Corę, quibus hūc psal. populo cantandū mandabat ꝓpheta, ut in psal. 38. diximus, pro Idithum. Hi erant filij Corę, quorū pater perierat cū Dathan & Abyron. Grande quidem miraculū (inqt Moses) ut Corę pereunte, filij eius nō perirēt. Hi deinceps leuitę, qui huius ordinis erāt, filij Corę, & Coritę uocabātur. Ait hic Hiero. psalmos oēs, qui filiorū Corę pręscriptionē habēt, lęta significare, et animi iocunditatē indicare, sed in domio, propterea quod terrenis contemptis, æterna, et cœlestia desiderāt, id quod huic nomini cōuenit. Corę quidē, caluū, seu caluitiū, gelu, seu glaciem, ut aiunt hebraica lingua periti, significat. Hinc filij Coræ, filij caluariæ, non absurde dicuntur, filij passionis Christi in caluaria, et illius redemptionis participes. Gelu aut glacies dicūtur, quod in hac uita, omnia illis frigescūt, uel ut glacies, fidei ardore liquescunt, seu obdurant se contra huius scl'i illecebras omnes, ut glacies, quas prorsus contemnunt,

Coritæ.

Core.

In summa.

Pij animi, qui huius sæculi uana, & caduca cito deserere cupit, ingens desiderium ad deū docet hic psalmus. Interim uero certa spe roboratus, seipsum consolatur, bonitatem dei non nesciens erga sperantes in eum. Quantūuis igitur abyssus abyssum inuocet, hoc est multimoda aduersa ingruāt, per priorē spem misericordię dei, tam in prosperis, q̄ in aduersis, deum orat, omnē spem in eo solo constituens, quæcunq; aduersa eueniant.

Expla-

Explanatio.



QVemadmodũ desyderat ceruus ad fontes aquarũ, ita desyderat aĩa mea ad te deus.

Cerui ad aquas, ut sitim extinguat, uehemẽs desyderium est, uel quando urgetur canibus, longo cursu estuans, uel cum serpentẽ (ut est natura ipsis inimicus) deuorauerit, siti ex ueneno contracta. Sic et ego (inquit) et anima mea desyderat, uelociter hic ad te deus meus. De ceruo similitudinẽ adfert. Qui enĩ currit in hac momentanea uita, tot miserijs, tot angustijs, tot malis plena, si pium quidẽ animũ erga deũ habuerit, non potest, ut ceruus, quẽ persequuntur canes, non sitire, ut his relictis, festinet omni conatu ad deũ. Currit ad aquas uelocissime ceruus, tu itidẽ ad deũ accelerãs, fide, et uitæ innocẽtia, curre. Serpentes enecat ceruus, tu similiter serpentes & peccata tua interfice. Sitit, ut fontes bibat, tu uero ut de fonte uitæ bibas incumbe. Hanc fidem, et spem, & desyderium docuit apost. Scimus (inquit) quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex deo habemus &c. Hoc desyderiũ igitur habebat dissolui, & esse scilicet cum Christo. Hoc idem quoq; desyderium se habere indicat noster propheta in alio psalmo. Heu (inquit) mihi, quia incolatus meus prolongatus est. Pijs etenĩ uiris, molestia est hæc uita tota. Propterea ingemiscimus &c. inquit apost. in priore loco. Hinc iterũ repetit.

Pii uiri desyderium ad deum.

2 Cori. 5.

Philipp. 1.

Psal. 119.

Sitiuit aĩa mea ad deũ fortẽ uiuũ.

Sitire nõ est rara metaphora in sacris literis indicans magnũ rei desyderiũ. Nullius quidẽ rei maius desyderiũ est corpori, q̃ potus, multũ sitienti. Nulla re magis se delectat q̃ potu, qui ualde sitit. Hinc p nimio amore erga genus humanũ, eius redemptionẽ sitiebat Christus. Sic ait ppheta, ut suo nos doceat exemplo. Sitiuit (inquit) aĩa mea, uehementer desyderauit, ut ad deũ fortẽ, qui omnia potes, et apud quẽ secure habitatur, cui resistere nullus potest, et deũ uiuũ, qui solus a morte liberas, cito ueniã. Deum fortem appellat, qui ab omnibus inimicis, oĩq; periculo, et defendere potest, et benigne solet. Fortem, non fontem, legendũ est. Deũ uiuum recte appellat, qui a peccati ueneno, quod ipsissimã mortẽ minatur, solus liberat, qui uiuit in æternũ, qui rebus omnibus uitã dat, qui conseruat oĩa, per quẽ omnia, uere uiuus deus. Qui hãc sitim habet, eum sic benigne cõsolatur Christus. Qui sitit, ueniat (inquit) & bibat &c. Præ ardentissimo itaq; desyderio, huius uitæ magno tędio afflictus, cito dissolui cupiens, et esse cum deo uiuo, apud quem est æterna uita, longioris moræ fastidio, in hanc uocem prorumpit. O miseram hanc uitam.

Deus fortis.

Deus uiuus.

Quando ueniã & apparebo ante faciem dei? *Molesta est illi omnis mora. Hoc uere amantis deũ est. Apparere ante faciem dei est, apud eum esse, suæ pręsentiæ astare, uultum eius, in quo est omnis gaudij abundantissima satietas, uidere, unde non est transmutatio, ut ait. D. Iacob. Hinc ab alio uertitur. Quando ueniam, & uidebor ante faciem dei? Quæ cum recordatur pius christianus, huius absentiæ longæ moræ tam tędio, quam periculo cõmotus, non potest non ualde contristari. Hinc ait.*

Apparere ante faciẽ dei.

Iacobi. 1.

Fuerũt mihi lachrimæ meæ panes die ac nocte. *Dolebam (inquit) continue, hoc est, die & nocte, usq; adeo, ut loco panis, loco cibi, quo corpus necessario reficerẽ, præ tristicia, lachrimas non semel effuderim. Hoc est, absq; lachrimis die nõ cõmedi, nocte non dormui, tam continue dolebã. Hinc uertit Hiero. Fuerunt mihi lachrimę meę per diẽ & noctem. Id quod intensum, firmatãq; animo tristiciam indicat, huius miseræ uitæ, ipsissimisq; mortibus plenæ asidua memoria. Pani non absurde comparantur lachrimæ, cum sint animæ salutaris cibus, ut in psal. 6.*

quẽ ad=

quẽadmodum panis corpori. Alij has lachrimas nõ doloris esse, sed internę lęticię existimant recordationis illius futuri gaudij, quod tãtopere desiderat. Dulces sunt illę lachrimę, quæ prę gaudio stillãt ab ocul. Sed prior sensus uicinior uidet, id quod manifestũ cẽseo ex sequẽtibus. Fuerũt mihi (inqt) lachrimę &c.

Dum dicitur mihi quotidie, ubi est deus tuus. Externi hostes, qui piũ uirũ persequuntur, hoc uere dicũt, licet non uerbis expresse, factis tamen, et malignis persequutionibus, Vbi est deus tuus, (inquiunt) qui te liberet, in quẽ tantopere speras? Si enim deũ putarent impij, qui tam fortis est, ut diximus, paratum pro bonitate, qui suis opem ferat, eosq; illi curæ esse, hostes eorũ habere odio, et dignis tandem pœnis afficere, qui eos persequuntur, nihil minus auderent, q̃ pios uiros molestijs afficere. Sed cum nihil minus in animo habere uideantur, dum reipsa pium persequuntur impij, dicere uidentur, Vbi est deus tuus? &c. Certam nihilominus spem habens (inquit) in deo forti, & uiuo, non mihi timui, expectans auxilium gratiæ illius, cum sit ille protector uitæ meæ. Quãuis enim urgerent ualde inimici, tamen

Dei obliuiscitur, q proximo nocet.

Hęc recordatus sum, & effudi in me animam meam. Mecum (inquit) deliberatius cogitaui ad memoriã reuocans, non malignitatẽ inimicorũ, qui dixerunt, ubi est deus tuus! sed dei potius paratã bonitatẽ ergo sperantes in eum. His itaq; spretis, ad deum totus desiderabam. Et hac meditatione confortatus, effudi in me animã meam, eam laxaui a priore angustia, & animus a prioribus laqueis liberabatur. Memet itaq; hac meditatione consolatus sum. Vel cum dicerent mihi quotidie, Vbi est deus tuus! effudi animã meã super me, ut uertit Felix, hoc est, omnes animæ uires dilataui, & foras uenire feci, ut simul in auxilium concurrerent, contra tantã angustiam. Mecũq; per certã spem in deo, sic cogitaui. Cito cõsolabor. Ad huius uitæ momentũ facile patiar, & hoc recordatus sum.

Quoniam transibo in locũ tabernaculi admirabilis, usq; ad domũ dei. Hanc persuasam, et certam spem habeo, si dominũ, ut æquum est sustinuero, per patientiam, quod tandem transibo ad locum (inquit) tabernaculi admirabilis, usq; ad domũ dei, usq; ad priorem faciem dei, quã ego tam ardenter desidero. Deum in ueteri testamento, mirabilẽ appellarunt, id quod dei uoce didicerunt. Cur quæris nomen (inquit) meũ, quod est mirabile. Dic in psal. 8. Iure igitur tabernaculum, & domũ, et regiam dei, admirabilem uocat, quã neq; oculus uidit, neq; auris audiuit, &c. Secundũ historiam hunc psalmũ prophetam cecinisse arbitrantur, post reditum uelut ab exilio, mortuo suo filio Absolomo. Coactus enim erat fugere, ultra Iordanẽ, fœderis archa in ciuitate relicta. Cũq; esset cum primis, & pius, & religiosus, hoc magno desiderio afficiebatur redeundi ad archam dei, quàm admirabile tabernaculũ. Tabernaculum uocat, cum & archa tabernaculo pelliceo cingeretur, et operiretur, et in monte syon locaretur, quam domum dei appellat. Dic in psal. 2. & 9. Ardenter adesse cupiebat, ut solita festa cum gaudio celebraret, ut hic statim sequitur. Neq; non uerisimile est, cum sic fugatus exularet, qui omnẽ spem suã in deo ponebat, ad eum nõnullos dixisse, Vbi est nunc deus tuus? in quo tantopere speras &c. Sed de historia admonuisse satis est. Ad priorem explanationem redeo. De ecclesia Christi intelligi potest hoc tabernaculum, in qua peregrinamur, ut in psal. 14. et in ea transimus ad domũ dei, si sobrie, iuste, & pie, in ea uiuamus. Hęc (inq̃) probe recordatus, effudit in se animã suam &c. Hinc ait. Certa (inqt) spe, ueniendi tandẽ ad deũ, effudi in me animã meã. Quoniã certa mihi spes est, quod transibo in locum &c. usq; ad domũ dei.

Genes. 31.
Psal. 8.
2. Reg. 15. & 17.
Exod. 36.

In uoce exultatiõis & cõfessionis. Illic enim nullus est, qui non maxime gaudet, qui

qui non confitetur domino, qui non illi omnia tribuit, qui nō agit maximas quas potest gratias, qui non lętissimos agit dies noctesq;, qui nō uidet perpetuos bonos dies, ut in psal. 33. Illuc igitur ad locum tam amænū perpetuo, omniq; gaudio plenū transibo, in uoce (inqt) exultationis, & confessionis dando, & canendo gloriā & honorem, & benedictionē sedenti super thronū, &c. Hoc est aīo exultare, et ore confiteri. Hęc cogitaui, & effudi in me animā meā. Est enim locus & exultationis, & gaudij, cum sit illic perpetuo

Apoca.4.

Sonus epulantis. Solent enim in magnis epulis, & amicorū cōuiuijs, oīa summa cum gaudio, & alacritate fieri. Fitq; in omni parte strepitus exultantiū, canentiū, ludentiū in uoce, in timpanis, in organis, uarijsq; musicis instrumētis. Vnicus deniq; sonus est, festa celebrantiū, ut uertit Hiero. & multitudinis trepudiantiū, ut alij uertunt. Sic solent læta festa celebrari. Multo magis in domo (inqt) domini, in illo admirabili tabernaculo, ingens est lęticia, sed casta, sancta, in uoce exultationis, in diuinis laudibus, & canticis, nulla requie canentiū, Sanctus &c. Hęc est ineffabilis lęticia, hoc est, quod in cor hominis descendere nō potest. &c. Illic epulantur omnes in lęticia, & exultatione, ut idem ait. Hac suaui meditatione, depulsa ab aīo priore tristicia, seipsum, animāq; suā, hoc modo consolat pius christianus, effundēs aīam suā, ut pauloante.

Apoca.4.
1.Corin.2.
Psal.67.

Quare tristis es aīa mea, & quare conturbas me? Postq̄ sic probe tecū cogitaueris, & spem omnē tuā in deo posueris interim ferens per patientiam, quæcunq; huius mūdi aduersa sunt, non tristiciæ, sed ineffabilis gaudij optimā causam reperies. Caro est, quę tristatur, nō sentiens quę sunt spiritus. Aduersa igitur ferre non potest. Hinc eam consolatur spiritus. Quare igitur tristis es, anima mea, uita mea, caro mea, quare (inquit) perturbas me? ut sint mihi tot lachrimæ? Quare tibi times tantopere.

Spera in deo. Expecta deū uertit Hiero. plane indicans, quid sit sperare in deo, expectare scilicet uoluntatē eius, oīa sustinere, q̄diu uisum sibi fuerit, illi & cōmittere, et referre oīa. Spera igit in deo aīa (inquit) mea.

Quoniam adhuc confitebor illi. Non enī a laude, et gratiarū actione tacebo, quantūuis impiorū immanitate affligar, sed adhuc, q̄diu hanc uitā uiuā, libenter sustinebo, et confitebor illi, laudes eius canam, gratias agam, nō indignabor, nō murmurabo contra illū, sed omnē spem in eo ponā, illi & me, & mea quæq; sunt in hac uita, cōmittā, qui est

Salutare uultus mei & deus meus. Hanc enim & persuasam, & certā spem habeo, postq̄ in eo spem meam omnē constituerim, quod si sustinuerim per patientiam, erit salus mea, liberabit me, transibo ad domum eius, qui uere deus meus est. Non enim derelinquit sperantes in eo. Est igitur certo certius, salutare, et salus uultus mei, prioris alacritatis meę, quia deus meus est, qui potens est ab omnibus inimicis liberare, et bonus, et benignus est, qui suos in tempore respicit, & eos exhilarat. Quod autem uultum, pro animi alacritate explanauerim, non alienum est, cum sit index non modo externi hominis, qui ex uultu cognoscitur, sed etiam internæ nonnunq̄ uoluntatis, & cogitationis, siue in læticiam, siue in iram, aut indignationem. Sic ait sap. In hilaritate uultus regis, uita. Item in alio loco. Aufer impietatem de uultu regis, hoc est, de animo &c. qui ex uultu non raro detegitur. Sic concidit uultus Cain, ut ait Moses. Deus ergo meus est, & salus (inquit) uultus mei. Noli igitur esse tristis anima (inquit) mea, sed spera in deo. Hoc ait spiritus, qui internam diuinā suauitatem sentit, ad animam quæ media est, inter carnem, et spiritū, uel interior homo exteriori ita consulit, ut spiritus, magis q̄ carnis consiliū accipiat. Quantūcunq; hac certa spe consolatus est pius animus, non potest tamen sic effugere,

Vultus p alacritate.
Ex uultu detegitur animus.
Prouerb. 16.&.25.
Genes.4.
Animæ, spūs consulit.

gere, ut nō aliquādo turbetur, habeatq; uices suas tristicia sępæ rediens. Ait enim.

Ad meipsum aīa mea turbata est.

In me ipso anima mea incuruatur, uertit Hiero. satis perspicue. Nam intus (inquit) urget nōnunq̄, infremit, deijcit, prope desperat animus. Non possum igitur non ualde turbari in meipso, hoc est, si ad uires meas, respiciam, et spem meā in deo non constituā. Sum itaq; solicitus, ut animā meā, certa spe bonitatis dei consolet. Priora igit exēpla bonitatis (inqt) tuæ domine, ob oculos constituam, ut ex illis, quoad tibi uisum fuerit, sustinere discam, persuasissimū habens, quod in tēpore opē feres.

Propterea memor ero tui de terra iordanis, & hermonii (seu potius hermonijm) in monte modico.

Perspicuæ sunt sacræ historiæ, de mirabilibus dei, quæ pro iudęorū populo operatus est, cū iordanē primū transirent filij israel, q̄ uarias uictorias illis dederit, easq; (nisi manus dei fecisset) difficillimas, seu potius impossibiles. Quas tamē adeo faciles, adeoq; paratas dedit illis dei benignitas, ut iuste mirarētur tam uictores q̄ uicti. Sed hęc ita fiebant, quia tradidit hostes ī manus eorū deus, ut ait Moses. Neq; alius deus est, ut idem ait, qui possit hęc opera facere, et cōparari fortitudini dei. His itaq; exemplis, et se, et animā suā consolatur propheta, ut uehemētius, et totus in deo spem suā ponat. Id quod ab eo discat pius christianus. Dic in psal. 43. Quod autem ait nostra litera, In mōte modico, illas oēs uictorias intelligit, mea sententia, quas miro dei auxilio, habuerūt iudęi, a primo transgressu torrentis Arnon, ubi mōtes, sed paruos, & habitabiles primū aggressi sunt, ad mōtē usq; hermon, ut scriptū est in priore capite. 3. Deutero. et Iosue. 12. Hęc oīa montana uicit Iosue munitissima loca, incredibili facilitate, ut abūde narrat illius historia. Aliter. Quod hic ait de terra iordanis, baptismū, qui fiebat oībus in salutē, in iordane, intelligit. Hanc rem ad memoriam reuocat, inde spem concipit. Ea enim memoria confortatur filij Core, de quibus in titulo diximus. Memor quoq; ero, mōtis (inquit) hermonijm, non tam longe a iordane, quod interpretantur dedicatū, uel consecratū deo. Per baptismū quidē deo dicamur. Et hęc (inquit) facio in monte modico, in corde humili, & contrito. Huiusmodi (inqt) mirabiliū potētiarū dei, et rerū de Christo in Caluario crucifixo, recordatus sum, ut aīa mea in tam potenti deo, tamq; benigno firmiter speret. Neq; nō opus est, sic animū corroborare, assidua dei meditatiōe, quia crescūt indies aduersa, quę animā, alias uehementer contristarēt, unūq; ex alio uelut gignit malū, quādoquidē

Iosue. 12.

Deuter. 2. & 3.

Priorū beneficiorū dei exemplis cōsolat pia aīa

Abissus abissum inuocat. Hoc est, una calamitas aliam gignit. De abisso, dic in psal. 32. & 35. Non singularia solēt esse aduersa. Vnū aliud gignere uidetur. Peccatum quoq; peccatū parit. Peccator adijciet ad peccandū, inquit Ecclíast. Raro quidē incōmoda sola ueniūt. Sic & inimici augentur, ut indies aduersum illū, quē aduersa fortuna uidetur afficere, crescāt aduersa. Sic abissus, una aduersitas, alterū abissum, aliud malū, inuocat, inuitat, suscitat, & gignit. Abissos ideo appellat hmōi aduersa, quia uident (tanta & tot sunt) pfundū malorū secū adferre, et obuiū quicqd est, deuorare debere, ipsumq; in quē minātur, prorsus demergere. Hinc, ut suas undiq; calamitates, adhuc magis urgere doceat, ait.

Eccles. 3.

Calamitas calamitatem gignit.

In uoce catharactarū tuarū, omnia excelsa tua, & fluctus tui, super me transierunt. Magno diluuio, quo tota terra obruebatur, suas calamitates cōparat, ut alias ī psal. 31. Diluuiū, flumina, mare, fluctus, aquę, magnas ut plurimū calamitates, in sacris literis significāt. Miro hic animi ardore, suas multimodas angustias narrat, qui eas abisso, diluuioq; confert, quæ oīa demergunt, obruunt, deuorant. Hinc ait. Oīa excelsa tua, id quod Hiero. gurgites uertit, & fluctus tui, super me (inquit) transierūt, hoc est omnibus aduersis

Diluuium mare &c. calamitates seu aduersa significāt.

aduersis affecerũt me, omnes afflictiones, & calamitates passus sum. Oĩa uisa sunt, in me, et contra me, uel potius super me simul ruere, tanq̃ operirent, et suffocarẽt, quẽ admodũ excelsa illa flumina in diluuio altißimos montes undis operuerunt, in uoce, & terribili sonitu, catharactarũ, cũ fontes abyßi rupti essent, et cœli catharactę apertę, ut ait Moses. Genes.1. *Catharactę, sunt pendulę portę, quæ uel tolli facile, uel aperiri possunt pro uolũtate, quę fiunt, uel ut introitũ prohibeant, uel ut quæ intus sunt custodiant. Hæ sunt catharactę cœli, quæ pluuiã prohibẽt, ne terrã inundatione obruat, et aperiuntur pro uolũtate dei. Hæc corporalia cœlo tribuit, ut alias nõ semel diximus, ut per ea effectũ eorũ quæ sunt nobis inuisibilia aĩo compræhendamus. Et cum aquarũ gurgites, qui intra catharactas cohibentur, apertis catharactis, non sine magno sonitu decidunt. Huiusmodi igiť excelsa, & fluctus ait uenisse super eum, in uoce, & sonitu catharactarum, hoc est, eo horribili sonitu, ut nullius animũ, q suis fidat uiribus, nõ obrueret. Vehementißimo ardore scripsit hunc psalmũ propheta, cupiens uerbis quibus potest, et multitudinẽ, & magnitudinẽ calamitatum suarũ exprimere. Neq; nõ maxime animo affligebatur, cũ eum filius persequeretur, ut supra diximus, secũdũ historiã. Extinctoq; eius filio, Seba euestigio in eum insurgebat, qui nos (inquit) magis afflicturus est q̃ Absolom.* 2.Reg.20. *Sic abyssus abyssum inuocabat. Sic affliguntur pij uiri, tam externis, q̃ internis hostibus uehemẽtissime. Bona diripiunt externi, alijsq; molestijs, & probris afficiunt.* Hostium sæuitia in pios. *Mendacijs, et falsis detractionibus nocere student. In carcerẽ in uincula trahũt. Suspendio, uel alio fœdo mortis genere, præfocant, et id genus alia. Interim uero hostes solicitant, quęrũt quibus modis, nõ fortunas, non corpus, sed animã deuorent.* Iustorũ calamitas. *Has omnes calamitates, aut simul plęrasq; patiũtur sępenumero iusti. Sustinere igitur (inquit apost.) si quis in seruitutẽ uos redigit &c.* 2.Cori.11. *Nam qui pie uolũt uiuere in Christo (inquit) Iesu, persequutionẽ patientur.* 2.Timo.3. *Huiusmodi ferme prioribus uerbis, usus est Ionas cap. 2.* Ionæ.2. *Alij, priora duo loca sic interpretãtur. Abyssus abyssum inuocat, hoc est, uetus & nouũ testamentũ, quæ sunt abyssus multa cõueniunt, et concordant. Accedebat enim nouũ, ut compleret uetus. Emanarunt in uoce catharactarũ, hoc est, prophetarũ, & apostolorũ, de quorũ ore effluit utraq; abyssus. Hęc sunt uere excelsa, et magni fluctus, qui super pios transeũt. Sed redeo ad priorẽ sensum. Cũ diu sic angustiaretur, turbatoq; esset animo uehementißime, affectuũq; uicißitudines haberet ꝓpheta, nũc doloris, & querelę, nunc recordatione bonitatis dei, per patientiã, pacatiore, uel potius alacriore esset animo, tandem ad se rediens, Quid tãtopere (inquit) in animi angustijs, et querelis demoror, bonitatis dei, & mandatorum eius prope oblitus, qui mandat, ut siue in prosperis, siue in aduersis, tam die, q̃ nocte semper eius memores simus. Hinc ait.*

In die mandauit dñs mĩam suam, & nocte canticum eius. *Diem prospera, noctẽ aduersa, neq; non rem continuã, diẽ & noctẽ significare, non semel admonuimus. Mandauit itaq; dominus, suosq; docuit, in die, in prosperis mĩam suam prædicare, & annunciare, quia prosperi quicquid habemus, eius benigna gratia habemus.* In prosperis, laudãdus deus. *Eius itaq; laudẽ canamus, & bonitatẽ eius magnificemus, ut in psal. 39.* Psal.19. *Et nocte mandauit deus, quãdo urgẽt aduersa, canticũ eius, ut psallamus, cum ut precibus pulsemus auxilij gratia, gratiasq; uel de aduersis agamus, cũ sint benignæ correptiones dei, & nobis utilißimæ.* In aduersis agẽdæ gratiæ. *Vel in die mandauit mĩam suã deus, hoc est, in hac uita corripit per mĩam, ne post hãc uitã inæternũ iudicet. Et ideo nocte, hoc est, in aduersis, mãdat, et docet suo uerbo, ut canticũ eius cantemus, ut illi gratias agamus, & hilari animo eius correptiones suscipiamus. Sic enim uere cantamus deo. Qui uero sic deo canit, continue, & sine intermißione canit, quia in hac*

uita, quicquid sibi euenit, æquo animo accipit, deo gratias agit de omnibus. Erit igitur perpetuo, inquit.

Apud me, oratio deo uitæ meæ.

Vt quicquid mihi cõtingat, æquo animo ferã, et gratias pro aduersis quibuscũq; agam, memor uolũtatis dei, qui mandat ut sic illi canã, qui potest, pro uoluntate liberare ab omnibus angustijs, qui uere deus est uitæ meæ, cũ nulla sit uita absq; eius auxilio & gratia. Illi igitur me cõmittam, & semper apud me.

Dicam, susceptor meus es tu.

Qui me defendes, ab omnibus aduersis liberabis. Id dicam semp apud me, persuasum habebo, uere credã. Hæc erit oratio (inqt) mea. De susceptore, dic ut in psal. 3. & 20. Cum ergo hãc fidẽ (inquit) habeã in bonitate tua.

Quare oblitus es mei? Quare citius non mihi opem præstas, qui ualde urgeor inimicis? Hoc ait, ut citius dei gratiã erga se excitet. Sic ait in alijs locis. Exurge domine, quare obdormis &c. Vult enĩ sic orari deus, uult a nobis inuocari, ut alias diximus. In ueteri testamento pleraq; sunt exempla. Nostri uidet oblitus deus, quãdo diu nos patit in afflictiõibus. Hinc orat. Quare oblitus es mei?

Psal. 16. Psal. 9.

Et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus. Explicat quod prius diximus de obliuione dei. Quare (inquit) sic, et tam diu contristatus incedo, ambulo, in tristicia moror, dum affligit me inimicus? hoc est, dum pateris tanto tempore inimicum, ut me affligat, persequatur, probris, calamitatibusq; afficiat maximis.

Dum contringuntur ossa mea.

Tanta (inquit) est, & tam acerba inimicorũ afflictio, ut uideantur ossa mea confringi, id quod corporaliũ dolorũ omniũ uehementissimus est. Tanto quidẽ dolore se confectũ esse multis inimicorũ persequutionibus, ut maiorẽ non pateretur, si ossa frangerent. Hinc uertit Hiero. Dum me interficerent in ossibus meis. Felix, Cũ gladio in ossibus meis, uertit. Alr. Vere (inquit) contristatus incedo, dum confringuntur ossa mea, hoc est, interiores animi uirtutes uincuntur, et uelut confractæ iacent. Sic enim pctã uirtutes uincũt, et animæ uires, diaboli insidiæ. Sic & magnis afflictionibus uincitur nõnunq̃ patiẽtia, hoc est, animi fortitudo. Sic patit deus, ut martyres occidantur qui sunt uere ossa ecclesiæ, quos interficere cupiunt hostes, cum hac exprobratione, ubi est deus tuus? Hoc (inquit) modo.

Exprobrauerũt mihi qui tribulãt me inimici mei. Acerbis psequutionibus magis (inquit) ac magis afflixerũt me, amarissimo cũ primis genere persequutionis, quando exprobrauerunt mihi inimici mei, qui tribulant me, qui me persequuntur.

Dum dicũt mihi p singulos dies.

Nunq̃ enim cessant hoc probro me afficere.

Vbi est deus tuus? Qui tibi nũc auxilium feret? frustra speras in deo tuo, hoc est, quod mihi (inquit) exprobrãt. Sic enĩ cũ pro inimicorũ timore fugeret ppheta a facie Absalom filij sui, ut supra diximus de psal. historia, et trans Iordanẽ exularet, uisus est ppheta cũ nõnullis idololatris uersari, qui audiẽtes eum ualde sperantẽ in deo suo, et nihilosecius tot aduersis afflictũ, hoc frequenter probro eum affecerũt. Vbi est nunc deus tuus, in quẽ tantopere speras? &c. Vel ab ipsis inimicis forte iudæis, ut semper erãt increduli, hoc iactabatur in eũ, cũ esset pius, mãsuetus, patiẽs, timens deũ, et omnẽ suã spem in eo poneret. Id quod magis beatũ prophetã urgebat. Doctrina est christianis oibus, ut discant nullam esse tam acerbã persequutionẽ, q̃ hæresis tempestatẽ, quæ auocat a deo, quæ fidẽ, preciosissimã illã aiæ gemmã extenuat, atq; corrũpit, charitatẽ e multorũ animis tollit, ac extinguere in oi loco satagit, perniciosam licentiã tribuit, bonos mores corrumpit, quæq; ad bonos mores cõducũt maxime ea deprauãt, traducũt, atq; ut uili pendant hoĩes, soliciti sunt hæretici. Pro humilitate audaciã inserũt hoim animis,

Heresis calamitas.

animis, inobedientiã cõtemptũ hominũ, deiq;. Hęc perspicue nimis in hac nostra dolẽda tẽpestate perspicimus. Quo igit animi ardore in hmõi hęreticos, quondã urgebantur pij cũ primis uiri, indicat Ireneus uetus ille scriptor, de Ioanne apost. et Polycarpo. Cũ enim iret lauari Ioannes, et intus Cerinthũ hæreticum uideret, exilijt non lotus de balneo, dicens, timeo ne cõcidat balneus, cũ sit Cerinthus inimicus ueritatis. Dicẽti uero Marcioni ad Polycarpũ, cognosce nos. Cognosco (inquit) te primogenitũ sathanæ. Hereticũ itaq; hominẽ (inqt apost.) post unã, et secũdã correptionẽ, deuita, sciens, quia subuersus est &c. Versari igitur cũ hoc pessimorũ hoĩm genere, pio uiro nõ potest nõ molestissimũ esse. Non minus (inquit in hoc loco ꝓpheta) cũ illis uersari me infestabat, angebat, cruciabat, q̃ si ossa mea confregissent. Interim tamen secũ reputans, & ad memoriã, dei solitã gratiã (ut supra in hoc psalmo) reuocans, solitaq; spe sua in deũ roboratus, animã ut supra consolatur.

Ireneus libr. 3. ca. 3.

Ad Tit. 3.

Quare tristis es aĩa mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc cõfitebor illi, salutare uultus mei & deus meus. Dic ut supra in hoc psal. Docet pręsens psalmus solidam illã, & firmã spem quã habere potest in benigno auxilio dei, qui illi se totũ cõmittit, in eoq; omnẽ spem suã constituit pius christianus. Id quod passim, (cum sit inter mortales, omniũ et res optima, & saluberrima) in omni prope psalmo docet noster propheta.

Psalmus. 42.

Titulus.

Filiis Core.

Diximus in psalmo superiore proximo. Idem est huius psalmi argumentũ, cum superiore.

In summa.

Petit dei iudicium erga impios, utq; possit ab illis separari, & discerni. Conturbatur, ut in superiore psalmo, quod diu auxiliũ non sentiat. Impetrato auxilio, se accessurum ad altare dei pollicetur, gratias pro uiribus acturum. Interim ut in superiore psalmo, certa spe roboratus, animam consolatur, neq; non precatur solicite, ut opem impetret.

Explanatio.



Iudica me deus. Supplex peto, iudica me, qui secundũ ueritatem iudicas, ut pro me iudices, ut me defendas, qui hostibus ualde premor.

Et discerne causam meã de gente non sancta. De gente infideli, idololatra, iniquitatẽ diligente, uiris sanguinũ &c. Ego in te solo, omnẽ (inquit) spem meã constituo. Illi te non agnoscunt fidentes in uiribus suis, meq; impie rident, quod in te spem meã habeã, mihi sępenumero exprobrantes, ut in psal. superiore, Vbi est deus tuus? Longe igitur diuersa est causa mea, a causa illorũ. Causa est non pœna, quæ hominẽ apud deum iudicat. Me igitur, et meam causam, discerne ab illis, a piorum hostibus, ab impijs tyrannis &c. non modo, ut mihi nõ noceant, sed ut me sanctũ et purũ efficias, rogo, diuide me ab illis, ne cum impijs perdas animã meã. Et Psal. 25.

Ab homine iniquo, & doloso erue me. Impurũ hominũ genus narrat, iniquum scilicet, atq; dolosum, a quibus se petit liberari. Iniquitas, est animi prauitas, ad omnẽ iniusticiam, omnẽ fœditatem, procliuis & prona. Quid iniquius, quam deum non agnoscere? quam innocentem persequi? Dolosus est, qui fraude imponere studet, apud omnes, totius simplicitatis, & ueritatis inimicus. O fœdam hominũ generationẽ. Hos mores, & maligni omnes, & impij tyranni, et hęretici habẽt. Causam ergo meã domine supplex (inquit) oro, discerne ab hac gente, et erue me ab illis, libera me ab illorũ iniqui-

Iniquitas.

Dolosus.

tate, ne cum peruersis peruertar.

Quia tu es deus fortitudo mea.

In te igitur solo, omnẽ spem meã constituo, ad te confugio. Agnosco mearũ uiriũ imbecillitatem, me prorsus tibi cõmitto, in te, & gratia tua sunt omnes uires meę, Quia tu es deus meus, & fortitudo mea, cum absq; te, nullę sunt uires meę. Dic ut in psal. 26. Cum diu tamen opem nullam sentiret propheta, ut deum excitet, incipit uehementius orare, ut in psalmo superiore proximo. Postq̃ ego in te solo, spem (inquit) meam pono.

Psal. 26.

Quare me repulisti? *Quare me supplicẽ, opẽq; tuã petentẽ cito nõ exaudis, non auxiliũ e uestigio præstas? Videor inimicis repelli a te, neutiq̃ audiri, propterea quod opem non tulisti. Quare ergo sic repulisti me?*

Et quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? *Vt incedã, ut uadã, ut ambulem tristis, necesse est, postq̃ ego uideor derelictus a te domine, et a petitione repulsus. Dic præterea, ut in psal. supiore. Non tamẽ me deserit certa spes, in auxilio (inquit) gratiæ tuæ. Quãobrem supplex oro.*

Emitte lucem tuã, & ueritatẽ tuã.

Lux.

Emitte lucem tuam, opem tuam, consolationem tuam, & ueritatem tuam, solidam fidem in te, ut ab his tenebris me liberes. Sunt (inquam) tenebræ, afflictiones ab his potißimũ inimicis, quia tristiciam adferunt, animi alacritatem tollunt, ad infidelitatis tenebras alliciunt, deo, qui uera lux est aduersantur. Dic in psal. 36. Si ad solũ animũ hunc locum referas, qui aßiduis tentationibus diuexatur, perspicua litera est, ut peccata, uel peccati cõcupiscentias, tenebras intelligamus, a quibus per lucem, per doctrinam uerbi dei, per fauorẽ diuini auxilij, se petit liberari. Emitte priorem lucem (inquit) tuam, & ueritatem tuam, fidem uerbi dei. Vel emitte lucem tuam deus pater, hoc est, filium tuum, qui illuminat omnẽ hominem, quiq; est ipsa ueritas. Ego (inquit) sum uia, & ueritas. Vel emitte lucem tuam, spiritum sanctum tuum, qui docet omnem ueritatem. Nam

Tenebræ.

Ipsa me deduxerunt, & adduxerũt in montẽ sanctum tuum, & in tabernacula tua. *Ipsa (inquit) priora lux tua, & ueritas tua, intellectus uoluntatis tuę, et gratia tua, quæ me docuerunt certam spem in te, inter fortißimos, & sęuißimos hostes, deduxerunt me per certam fidem, & indubitatam spem, in locum tutum ab inimicis, ab angustia liberarunt, & adduxerunt me, quo maxime uellem, & desiderabam, in montem scilicet sanctum tuum, & in tabernacula tua, in ecclesiam tuam, tibi ut aßiduis sacrificijs, gratias agere mihi liceat. Dic in psalmo. 14. Extra hoc tabernaculum, Christi miles nemo esse potest. Per huius tabernaculi lucẽ, et ueritatem, ait se deductum in montem sanctũ, et liberatum a peccatorũ tenebris, quibus prius afficiebatur, & uinculis alligatus erat, quia nũc resipiscit, nũc spiritus cõsolationẽ sentit, in lege dei suas meditationes habet, animoq; in cœlis uersatur, uereq; mente adductus est in tabernaculũ dei, eandẽ habens uelut mansionem cum deo, qui alia re nulla se delectat, q̃ benigni dei memoria. Quod ait, deduxerũt et adduxerunt, non temere apponuntur. Eum etenim deduxerunt lux, et ueritas, de conuersatione impiorũ hominũ, & adduxerunt eum in montem sanctum, & conuersationẽ cœlestem, fœlicißima cõmutatione. Hinc ait. Adduxerũt me in montẽ sanctum tuũ domine.*

Et introibo ad altare dei. *Hoc est,*

Ad deũ qui letificat iuuẽtutẽ meã.

Introite quidem ad altare dei, est introire ad deũ, accedere ad eum, q̃ proxime totius animi contemplatione poterimus, per certã fidem, quæ per charitatẽ operatur. Id quod si fecerimus, iuuentutẽ nostrã uere restaurabit, uere lætificabit, & floridã faciet, quia ueterẽ hominẽ, secundũ priorem conuersationẽ, (ut ait apost.) deponere nos efficit hic introitus, renouariq; spiritu sanæ mentis, et nouũ hominẽ induere. Introite ad altare dei. Galat. 5.

Ephes.4. induere. Nolite igitur (ait apost.) mentiri inuicem, et dolosi esse, ut in huius psalmi principio, expoliantes nos ueterẽ hominẽ, cũ actibus suis, & induentes nouũ, &c. Hęc est iuuentus, quã restaurat, & restituit, & lætam facit introitus ille ad deum, quo expurgatur uetus fermentũ. Hic est fœlix huius uitæ introitus. Sumus enim in hoc sclo ingrediẽtes.
Psal.14. Dic in psal.14. Sentiẽs itaq; spũs cõsolationẽ, gratias agens, pro his (inqt) beneficijs.

Cõfitebor tibi ĩ cithara deus deus meus. Agendo gratias, in festisq; deo celebrandis, suauissime, et oĩ alacritate, nõnullis musicis instrumentis in tabernaculo usi sunt
1.Paral.15 iudęi, psalterio, organis, cithara, cymbalis, tubis &c. Horũ, cũ primis peritus erat David, appellatus, sciẽtẽ cithara psallere. Cõfitebor itaq; tibi, & agam tibi (inquit) gratias (hoc enim est confiteri domino) agam in cythara, in oĩ iocunditate, pectore deuoto, quia lætificas iuuentutẽ meã. De cythara dic ĩ psal.32. Sic itaq; ad priorẽ iocundã spem, hmõi bonitatis dei recordatione, restitutus, conuersus ad animã, ad mortalẽ hominẽ spũs, qui est immortalis, et carni consulit, seipsum sic alloquit homo iam spũalis, ut in superiore psalmo.

Quare tristis es aĩa mea, & quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc cõfitebor illi, salutare uultus mei & deus meus. Dic ut in psalmo superiore. Nulla est (inquit) causa, aĩa mea si bene tecũ mediteris, rectãq; spem retinueris cur sis tristis, & tam conturbatus. Spera quidẽ in deo, & noli tristari, quoniam adhuc, q̃uis non oĩno ab angustijs liberor, id quod in hac uita fieri nequit, per patientiã tamen, & spem certam sustinebo, et confitebor illi, gratias illi agam, etiã in aduersis, qui est uere propitius deus meus, et salutare, hoc est, salus uultus mei, iocunditatis meę, & liberationis meę, a priore gente nõ sancta. Nullus tamen in hac uita afflictus, nõ habet illas uicissitudines, ut in psalmo superiore diximus, ut nunc non doleat, et contristetur, nunc spe, iterũ atq; iterũ reficiatur, quantãcunq; pius, aut sanctus fuerit. Discamus tamen omnes a nostro ꝓpheta, ut q̃uis pro nostra fragilitate nõnunq̃, et cõtristemur, et cõturbemur, tandẽ ne desperemus, sed ad memoriã, dei singularẽ bonitatem reuocantes, in certa spe gratiæ & auxilij eius quiescamus, sustinẽtes, quoad sibi uisum fuerit, qui in tempore nobis maxime commodo prospiciet. Non enim derelinquit quærentes eum, & sperantes in eo. Hæc est ueritas ex uerbo, & ꝓmißionibus dei, qui est fidelis in oĩbus uerbis suis, quę manent ingternũ. Amẽ. Vt hũc psalmũ perspicue intelligas, prioris psalmi explanationẽ legas oportet.

Nemo sine animi conturbatione uiuit.

Quietum animũ, efficit certa spes.

Psalmus.43.

Titulus.

In fine, filiis Core ad intellectum.

Diximus in psalmo.14.

In summa.

Vehementer orat pius christianus ppls, qui inimicorũ & tyrannorũ persequutione afflictus est, ut exurgat deus in eorũ adiutorium, oẽm spem habentes in eius auxilio, quẽ protectorem agnoscunt. Et quo uehementior sit oratio, priusquam id petãt a deo, aiunt se audiuisse, et accepisse a patribus suis, mirabilem dei potentiã, maximãq; eius benignitatẽ, quã fecit erga patres eorũ. Agnoscunt prætere a fieri nihil bene posse, nisi fauore, & auxilio dei. Suas tandẽ calamitates, quas patiuntur, narrant. Neq; tamẽ non humiliter ferunt, cũ sit manus dei, omnẽ spem suam in deo ponentes, et auxiliũ ab eo solo efflagitantes.

Explanatio.


Eus auribus nõstris audiuim• patres nostri annuntiauerunt nobis. Iudęi hũc psal. dẽ suo populo tantum intelligunt, qui soli sibi cognitionẽ

gnitionẽ dei arrogarunt. Dicũt enim. Notus in iudęa deus, et in israel magnũ nomen eius. Nos uero hunc psalmũ prophetã cecinisse intelligamus, de uero christiano populo, q sunt uere israelitę, uidentes deũ, uere iudęi, ueritatis cõfessores. Aiunt itaq;. Deus, auribus nostris audiuimus, hausimus ex uerbo tuo (fides eni ex auditu) ex sacris historijs, et pręterea patres nostri id idẽ annuntiauerũt nobis, docuerunt nos, et de illo admonuerũt, uerbo, & scripto, ut simus mirabilium tuorũ uerbiq; tui memores. Illi etenim annuntiauerũt nobis.

Vere israelitæ vere Iudæi.

Opus quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis. Quarũ rerũ memoriã, & potentiã, & bonitatẽ tuam recordamur, & agnoscimus. Fuit enĩ iudęis, et cum multis, et cum fortißimis hostibus, et diu, magni discriminis negocium, ut narrant sacræ historiæ. Fuitq; pijs oibus a Christo, non minus negociũ, immo multo maius cum corporis, tum animæ, & fidei hostibus, quos nequaquam suis uiribus uicerunt ipsi. Quod autẽ ait, in diebus antiquis, respondet prioribus patribus, quia prisci illi patres, qui iã diu mortui sunt, narrarunt ea filijs, ut suis quoq; filijs narrarẽt ipsi. Fidei patres post Christũ, apostoli fuerũt, itẽ & beati martyres, doctores, et fœlicißimi oẽs, qui sequuti sunt Christum. Illi oẽs uel uerbo, uel facto, uel scripto, populũ docuerũt opera dei, bonitatem & misericordiã eius. Ne contemnamus igiť historias, quę scriptę sunt de his optimis patribus, ut solet dolenda nostra ætas, quia nobis sunt optimo exemplo, et reipsa bonitatem dei declarant. Neq; tamen omnẽ fictã historiã, seu potius fabulã, lectu dignã sentio, neq; ꝓpter fabularũ uanitatem, sanas, & utiles historias reijcerẽ. Ex illis etenĩ dicemus et nos. O benigne deus, hęc operatus es pro tua bonitate in diebus eorũ, in diebus nunc antiquis, ante memoriam nostrã. Est enim certum quod

Diuorum historiæ nõ spernendæ.

Manus tua gentes disperdidit.

Tu manu tua (uertit Hiero. perspicue.) gentes delesti. Lege librum Exod. et Iosue, quod ad Iudęos attinet. Ego (inqt dominus ad populũ suum) dominus deus tuus sum, qui eduxi te de terra ægipti, &c. Recte ergo ad deum ait. Manus tua &c. uirtus & ptãs tua &c. Hoc recte quoq; ait pius christianus populus, quando tot eorũ hostes deleuit deus pater, per unigenitũ filiũ suum, et eam gentem, priore gẽtilitate sublata, in recta cognitione dei, in recta fide solidauit, quæ antea multis, et infinitis hostibus uexabať, dei ignoratione potißimũ, & idololatria. Hinc post agnitam fidem, hostes habuerunt diabolũ, huius sæculi principẽ, eiusq; ministros, potentes tyrãnos, fidei hostes omnes, &c. Hunc itaq; populum christianũ, uere de ægipto, de angustijs, de tribulationibus, de tenebris, de principis huius sæculi captiuitate, eduxit deus. Et manus tua disperdidit, et deleuit, priorẽ (inqt) gẽtilitatẽ, et quos reliquisti patres, aplos, & discipulos tuos, illos sequuti sunt, qui antea hostes erãt.

Exod. 20.

Educere de ęgipto

Et eos plantasti. Eos enim patres nostros, fidei constancia plantasti, qui primi fidẽ acceperunt, in fideiq; cognitionem, tam sublimes euaserunt, ut non paruuli, sed uiri facti sunt, ut ait apost. Quod solum de iudæis intelligi nullo modo potest. Scribens enim ad eos, sic ait apostol. Imbecilles (inquit) facti estis ad audiendũ, & cum deberetis esse magistri &c. Hinc eos appellauit Christus, & peruersam, & incredulam gentem. Non illi sunt igitur, quos plantauit deus, optimus ille agricola, nec in fide radices egerũt. Nã consilium dei spreuerũt, inquit euangel. Ipsi autẽ spreuerũt me, inquit Esai. Populũ itaq; christianum omnẽ intelligamus, quem plantauit, et rigauit deus per apostolos, ipse autem incrementum dedit. Iterum addit.

1. Cor. 13.

Hebr. 5.

Math 7.

Luc. 7.

Esai. 1.

1. Cori. 3.

Afflixisti populos & expulisti eos.

Afflixisti (inquit) populos, & expulisti eos, a pristina sede infidelitatis, & a priore dominio diaboli, et plantasti nouum iam populum, qui ueterem hominẽ exuit, in noua terra secus

Psal.1. cus decursus aquarum, ut idem ait. Aliter. Afflixisti populos, qui tuos persequuti sunt, et expulisti eos, quia non semel deleuisti eos, uel eorũ uires sustulisti, ne malignitatem, quã in sanctos uiros conati sunt, perpetrarẽt, deiecisti eos, & tui euaserũt. In beatorũ uirorũ historijs, non sunt rara huius exempla. Quod uero sequit, priori sensui respondet. Vere (inquit) tu afflixisti eos, et tuis opem tulisti.

Nec eni in gladio suo possiderunt terrã, & brachiũ eorũ non saluauit

Exod.14. eos. Dixerũt ergo ægiptij, inquit Moses. Fugiamus israelẽ, dominus enim pugnat pro eis contra nos. Gladio, omne bellicum instrumentũ, Brachio, uires, humanasq; fortitudines omnes intelligit. Neq; ergo suis uiribus, neq; bellicis machinis quibuscunq;, suos tot inimicos, ut diximus in psal.2. & 3. uicit fidelis populus, quia deus ut in alio psal. docuit manus eorum ad hoc prelium, & digitos ad bellum. Dic etiã in psal.17. Fidelis ergo populus terram possiderunt beneficio dei, cuius brachium, cuius fortitudo, saluauit eos. Hunc locum potius de fideli populo interpretari uelim, qui uictores effecti, suo (inquam) gladio non uicerunt, nec eos eorũ brachiũ ab hostibus saluauit. Non enim saluat deus in arcu, et gladio, ut ait Oseas. Hinc deum alloquentes aiunt. Non uiribus (inquiunt) nostris uicimus domine.

Gladius. Brachiũ. Psal.2. & 3. Psal.143. Psal.17. Osee.1.

Sed dextera tua, & brachiũ tuum, & illuminatio uultus tui.

Vicerunt inimicos. Dexteram dei, uel potentiam, & fauorem dei, uel Christum, qui est dextera dei patris, per quem facit omnia, interpretari licet. Tuo fauore, (inquit fidelis populus) tuo auxilio, tuis uiribus, benigne deus, liberati sumus. Hęc sunt, quæ deleuerunt hostes nostros, quæ fugauerunt (inquiunt) a nobis ægiptios, peccatores &c. Hæc fuit illuminatio, claritas, & splendor uultus tui, pręsentiæ tuæ, quæ fugauit a nobis, priores oẽs illas tenebras, omnes inimicorũ odiosas uires, quæ nos terruerunt. Tria numerat, quibus saluantur iusti. Dextera (inquit) tua, fauor tuus, bonitas tua, & brachium tuum, potentia, & fortitudo tua, & illuminatio uultus tui, hoc est, consilij perspicuitas, & lumen intellectus, quod a uultu tuo, a benigna facie, et fauore tuo, acceperunt, saluauit eos. Tu itaq; solus hæc omnia fecisti. Hæc (inquit) admiranda beneficia contulisti populo tuo, hęc fecisti dextera tua, brachio tuo, illuminatione, fauore, benignitate uultus tui, patribus nostris, quos fide plantasti gratis.

Dextera dei.

Quoniam complacuisti in eis.

Dilexisti eos, uertit Felix perspicue. Prior enim dilexit nos Christus, inquit Ioan. Pro nimia charitate sua (inquit apost.) dilexit nos cum adhuc essemus peccatis mortui, et irę filij. Fidelis ergo nunc totus populus, qui hanc fidẽ didicerunt, et acceperũt, a prioribus suis patribus, deũ Christũ in hũc modũ alloquunt.

1.Ioan.4. Ephes.2.

Tu es ipse rex meus & deus meus, qui mandas salutes iacob.

Iacob, fidelis populus, deũ agnoscens est. Dic in psal.13. Tu es (inquit) qui mandas, qui tribuis salutẽ iacob, credenti populo, a quo proficiscitur omnis salus. Mandare ad regẽ pertinet. Tu igitur es ipse, (inquit) et non est alius præter te, uere rex meus, qui omnia pro uoluntate potes, & mandas, & deus meus, qui pro bonitate tuos respicis. Si uelit ipse, et præcipiat, quis resistere potest? cum sit rex, qui pro absoluta magnitudine potest omnia, et deus, qui pro bonitate benigne uult? Sic ait in psal 17. Saluum me fecit, quoniam uoluit, quoniam complacuit &c. Mandat salutẽ fideli populo suo deus, quoniam inimicos pro sua bonitate repellit, fugat, dissipat, quia sua dextera id facit, qua omnia potest, quia in manu eius sunt omnia. Hic est ille rex, quem annunciauerunt priores patres, & futurũ prædixerunt patriarchæ, & prophetæ, præsentem uero annunciarunt apostoli, & alij patres, qui est rex uniuersorum, ut ait apostol.

Rex Christus. Deus ipse. Psal.17.

Mandat

Mandat itaq;, siue dicit, hoc est, uult, & factū est. Hac (inquiunt) certa spe.

In te inimicos nostros uentilabimus cornu. Posteaq̃ tu ades nobiscum, quis contra nos? Cornu petūt, pugnant, inimicū adoriuntur, quæ cornuta sunt animalia, et pręe fortitudine, quę cornibus arripiūt tanq̃ rem nihili in aerē, & uentū supra caput protrudunt, uel in terrā prosternūt. Ait itaq;. In te, hoc est in nomine (inqt) tuo, in auxilio tuo sperātes domine, inimicos nostros cornu uentilabimus, hoc est tam facili, et tam paruo negotio illos subigabimus, & uincemus, q̃ robur illius animalis, rem leuē in aera cornu iacit, et q̃ facile frumentū, quod uento purgatur, uentilatur, in uentū iacitur. Vertit Felix. Inimicos nostros pcutiemus. Pagninus, cornu petemus uertit. Facilem uictoriam ex inimicis, auxilio dei indicat. Cornu enim nostrum, hoc est, robur (dic in psal. 17.) deus solus est, cuius ope tam facile inimicos uincimus. Qui igitur in deo sperat, seq; illi totū cōmittit, inimicos omnes paruifacit, uel cōtemnit potius. Cornu (inquit) inimicos uentilabimus, et

Facilis ex inimicis victoria ope dei.

Psal. 17.

In nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Qui enim in hoc nomine, et eius auxilio sperat, facile omnes inimicos spernit, etiā milia populi circūdantis, ut in psal. 3. quia non timebit, nihili faciet, quicquid conabitur inimicus. Quodcūq; enim agimus in nomine domini, non potest esse nō prosperum, siue in mortē nobis eueniat, siue in uitam, ut ait apost. Sed alij qui deum non agnoscunt, & in eo igitur neutiquam sperāt, in curribus, & equis, spem (inquit) suam ponunt. At ego longe (inquit) aliter.

Psal. 3.

Philipp. 1.

Psal. 19.

Non autē in arcu meo sperabo, & gladius meus non saluabit me. Prius docuit, gladiū eorū, nō saluasse eos, etc. Hoc dixisse uidetur propheta totius populi nomine. Nunc autē, & fidem suam, indicare uidetur, alios ut magis doceat. Neq; tamen rarum est apud prophetas, personas, & numeros uariare, ut modo loquatur in singulari, modo in plurali. In solo (inquit) deo sperabo, non autē in arcu meo. Et gladius meus non saluabit me. Id quod nō aliud est, q̃ quod nullæ humanæ uires absq; auxilio dei, saluant aut liberant. Arcu eminus, gladio cominus percutitur inimicus. Dic in psal. 9. In te igitur solo sperauimus, inquit.

Psal. 9.

Saluasti enim nos de affligentibus nos, & odientes nos confudisti. In quē ergo aliū spem nostrā ponemus? Salus etenim nostra a te solo. Nos igitur contra hostes, qui in nos magno odio insurgebant, ut affligerent, saluasti, & illos qui nos odio habuerunt, confudisti, pudore affecisti, cum sint deiecti, & longe præter spem fugati. Quamobrem.

In deo laudabimur tota die. Qui sunt uictores, laudari, extolli, et magnifieri solent. Sed nos (inquit fidelis populus) non sumus digni quauis laude, quod uictores euasimus, cū sit deus qui uicerit. Ipsi igi' honor, & gloria. Non ergo gaudebimus (ut a Hiero. uertitur) ab alijs laudari, quod uiribus nostris uicerimus sed quicqd laude dignū est, regi, & deo nostro tribuemus semp. Hoc est fidelis populi, agnoscentis beneficia dei. Sic ait. Laudabimur in deo. Hinc ad deū conuersus ait. Tibi acceptū (inquiunt) referemus.

Omnia tribuamus deo.

Et in nomine tuo confitebimur in sæcula. Hoc est, apud omnes confitebimur has uictorias nobis euenisse in nomine tuo, ut iam sæpe dixit, non autem uiribus nostris, gratias agemus tibi, quia laudes tuas canemus in gloriam nominis tui. Hoc ita celebramus tota die, et perpetuo, ut testimoniū nostrū, et scientia quam habemus de bonitate tua, erga nos, maneat apud homines in sc̃la, ut filij nostri narrent filijs suis, ut ait in psalmi principio. Nunc autem constantem illam fiduciā, quā haberet pius christianus quisquis est in deo, satis abundeq; docuit propheta. Et qui hāc spem habet, oīa quoq; tribuit deo, pascitur q;

Exe mal con os.

titurq;, & aequo animo omnia sustinet. Neq; tamen multas afflictiones, non patitur fidelis populus, id quod patiantur necesse est, (inquit apost.) omnes qui in hoc sclo pie uiuere uolunt. Valde tamen afflicti, preces ad deum sic uertunt, uel humiliter potius conqueruntur, seu indicant poenas quas patiuntur.

2. Timo. 3

Nunc autem repulisti & confudisti nos. Hoc aiunt afflictionis tēpore. Solebas auxiliū ferre, & nobis, & patribus nostris. Nunc autē (iniquiunt) affligimur, et nullā opem praestas, quare nos repulisse a fauore tuo, apud inimicos uideris, & ideo confudisti nos, pudore affecisti, non apud te, sed apud homines, cum in te sperantes, & in illa spe gloriantes, auxiliū nullū sensimus. Iactāt enim inimici, quod & repulisti nos, & apud eos uidemur esse confusi, profligati, & pudefacti, quando, ut solitus es, auxilium non e uestigio praestitisti. Iactant enim quod amplius in te spem non habemus.

Sela.

Et non egredieris deus in uirtutibus nostris. Hoc est, non egredieris nobiscū, ut solitus es in exercitibus nostris (ut uertit Hiero. perspicue.) cuius ope uicimus semper, in qua solebat esse nobis magnū robur, magnaq;, uel potius unica nostra uirtus, in fugando, et prosternendo hoste. Habet fidelis populus ingentē exercitū contra se, qui continue paratus est in prelium, diabolū scilicet, carnem, mundū tyrannos, hereticos, & id genus alia, qui facile uincerent humanam imbecillitatem, sine ope dei. Opus est ergo auxilio dei. Habet quoq; uirtutes hic populus, sed inualidas absq; auxilio dei. Pugnamus ut putant hostes, uelut nostris uiribus, nulla ope tua, quia facile uincimur. Nam

Exercitus malorum contra pios.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros. Vertisti terga nostra hosti, ut uertit Hiero. quia ab hostibus uincimur & profligamur. Pagninus hūc locū paulo clarius uertit, ut nostrā literam explanet. Redire (inqt) fecisti nos retrorsum ab hoste. Eos fugare solebamus, nūc autē fugamur & fugimus, & domū, fugientes repetimus. Sic retrorsum auertimur ab inimicis, post illos, cū illi sint nobis superiores, & ab illis fugientes capimur, & in seruitutē abducimur, nostraq; queq; sunt pro libidine diripiuntur. Sic fugabantur saepe iudaei cum a deo recederent. Sic uincitur quisquis es, qui spem suā in deo non ponit. Facile (inquiūt) et mala nullo negotio, pro inimicorū uolūtate, passi sumus, et in gladio percussiones, et bonorū direptionē. Nam

Vincim. solius dei ope.

Et qui oderūt nos, diripiebāt sibi. Quia postq̄ uicerunt nos, simul & bona nostra & opes, diripiebant sibi, ad usum, et libidinē ipsorū omnē rem nostrā (ut ab hoste solet) rapuerūt. Neq; modo hęc passi sumus, sed etiam uitae necisq; nostrae potestatē in manu habentes, cum essemus captiui, pro libidine nos trucidarunt. Sic enim inimici.

Dedisti nos tanq̄ oues escarum. Vt nobiscum agant pro libidine. Qui ouium gregem habet, non omnes aut simul plures, in escam laniat, sed pro uolūtate, nunc unam nunc alteram raptat. Hinc uertit Felix. Dedisti nos sicut oues in cibo. Felinus uero sic uertit perspicue. Posuisti nos, uti gregem cibo selectum. Non aliter (inquit) nobiscum agitur, qui inimicorū libidini relinquimur, tanq̄ oues, nullam opem, nullas uires, nullam uim obijcientes, sed humiliter omnia patiētes. Sic oues, & humiles, et pij uiri, lupis, hoc est, tyrannis, in escam, in martyrium tradūtur, eorū magno cōmodo, qui pro iusticia patiuntur. Dedisti ergo nos (inquit) tanq̄ oues in escā.

Sic pii ab impiis rapiuntur.

Et in gentibus dispersisti nos. Quia captiui ducimur, in uaria loca, a uarijs inimicis, a natali solo ad hostes. Haec omnia, & quae praeterea sequuntur, perspicuum sensum diu in prima ecclesia Christi, de pijs christianis uiris habuerunt, qui eiecti e suis locis, in exilium, in captiuitatem, in mortem, fugati de ciuitate, in ciuitatem, & tanq̄ uiles deiecti martyres a tyrannis. Nobis itaq;, ut

haec

hæc non ignoremus, ipsorum historias necessarias duco. Dispersisti (inquit) nos usq; adeo, quod

Vendidisti populū tuū sine pretio.

Non enim uicissent inimici, nisi deus, in cuius manu sunt omnes, tradidisset, tanq̄ uēdidisset eos. Dedisti (inquit) nos tanq̄ oues escarum, Sed sine pretio, tanq̄ uiles, et nullius precij homines, postq̄ ita deiecti sumus a fauore tuo, ut putant inimici, eorū libidini relicti. Tu ergo uendidisti populū tuum, quia traditi sumus in manus inimicorū nostrorū, qui nos tanq̄ pecora uendunt. Sic pateris ut tradamur. Tu autem uendidisti nos sine precio, quia postq̄ a nobis fauorē tuū auertisti, facile nullo negotio, nullo precio, nulla cōmutatione, ut sequit, uicerunt nos, & captiuos abduxerūt inimici. Vendidisti ergo populū tuū sine precio, cum tam uilē effecisti, ut habiti, & existimati sint, indigni quouis precio. Manifestum est de iudæis, quod uenditi sunt sine precio, quia alieni sunt a precio sanguinis Christi, quibus non profuit. Ad eos enim per Esaiam cap. 50. dictum est. Ecce in iniquitatibus uestris uenditi estis. Vendiderūt se proprio arbitrio, per peccatum diabolo, & facti sunt iam serui peccato, auersati a deo. Sic minabatur eis Moses, in Deutero. cap. 28. Eos quoq; hic præmonet propheta. Sed redeo ad priorē sensum. Vendidisti (inquit) nos sine precio.

Populum suum uendit deus.

Deute. 26

Et non fuit multitudo in cōmutationibus eorū. Hoc est, (ut ego sentio) nulla cruenta uictoria uicerunt. Qui enim magna suorū cede uictores euadunt, magno precio, seu cōmutatione, uictoria potiuntur. Quamuis enim sint uictores, & ex inimicis non modo interfecerūt multos, sed etiam uictoriæ cōmodis pro arbitrio fruuntur, multos tamen ex suis quoq; amiserunt. Id quod adeo non semel euenit in prelio, ut non pauciores cadant uictores, quàm uicti. Dura est hęc cōmutatio. Sed tu domine, ita uendidisti (inquit) tuum populū nūc sine precio, ut non sit multitudo aduersariorū, quæ cecidit in cōmutationibus eorum, quia facile, nullo prope sanguine, nullo negocio, uicerunt inimici. Magna erat hæc cōmutatio, quod ad gentes attinebat, & iudęis quidem stupenda, qui tam facile de gentibus uictorias habere solebant, nunc autem contraria uicissitudine, uincebant gentes. Diu in prima ecclesia Christi, cæsi sunt multi beati uiri, a tyrannis, nulla cōmutatione, quod ad hoc sæculū attinet, quia uisi sunt oculis insipientiū mori, illi autē sunt in pace, quantūuis coram hominibus tormenta passi sunt. Dominus autem pax est electis eius, quantūuis mūdus insaniat. Suos enī pbat deus, ut aurū in fornace, ut ait sap. cap. 3. nōnunq̄ tamen orāt ut liberentur, sed si uisum fuerit deo. Neq; non ad huius psalmi modū, supplices suas afflictiones narrant. Sic orant in apoca. cap. 6. usquequo domine, non uindicas sanguinē nostrū? Aiunt enim. Vendidisti nos sine precio, uiles reputati sumus, quia

Posuisti nos opprobrium uicinis nostris, subsannationē & derisum, his qui in circuitu nostro sunt.

Quia cū essemus captiui, omni probro, oīq; ignominia nos affecerunt, ut solent uictores, uictis insultare illis potissimū, quos diu odio prius habuerūt. Diuersa uidentur opprobriū, subsannatio, et derisus. Opprobriū fit uerbis, & factis. Subsannatio, nutu, & gestu, derisus, risu, qui duplex est, uel indignationis, uel improbæ hilaritatis causa. Sic eramus (inquit) illis in subsannationem, & derisum, ob eam potissimū causam, (ut supra in hoc psal.) quod gloriati sumus in certa spe auxilij tui. Hæc omnia misere quidē patiuntur quotidie, qui ab impijs Christi hostibus captiui abducūtur. His igitur cōuenit huius psalmi oratio. Non frustra tot uoces apposuit, subsannationē, & derisum scilicet, impiorū contra iustos, uolens eorū immanitatē indicare. Quod addit, qui ī circuitu nostro sunt, uicinos repetit, uehementiæ causa. Neq; non cōuenit euang. Math.

Opprobrium. Subsannatio. Derisus.

Miseria captiuorum apud Christi hostes.

Math.10. Tradet (inquit) frater, fratrē, &c. Patiūtur quidē pij ab impijs in oī loco, ab oībus sceleratis, qui in circuitu pior. sunt, ut eos circūueniant, et undiq; scatent, longe plures, q̄ pij, quos odio habent. Adeo (inquit) habēt nos ludibrio, & irrisioni, ut simus uelut scopus, in quē subsannationes, & irrisiones suas dirigāt. Simulatq; etenī nos uident, dicterijs, probris irrisionibus nos afficiunt. Sic enim posuisti nos opprobrium, uicinis nostris, et

Posuisti nos in similitudinē gentibus. Hoc est, ut uertit perspicue Felix, Posuisti nos prouerbiū in gentibus. Ille in p̄uerbiū ponit, de quo, siue bene, siue male, populus assidue loquitur, de eodēq; fiunt inter homines frequētiora colloquia, tanq̄ de hoīe multū insigni, uel in bonā, uel in malā partē. Sic (inquit) de nobis loquunt, sed male, prorsus in uituperium nostrū. Sic ait Iob. Nunc in eorū canticū uersus sum, & factus sum eis in prouerbiū. Sic ad Christum aiunt pij uiri, qui propter iusticiā, persequutionē patiūtur. Domine tu posuisti nos gentibus in similitudinē tuipsius, quia sicut te persequuti sunt, ita & nos persequuntur, sicut te odio habuerūt, ita et nos habent odio propter te, quia spretis huius sæculi blanditijs, seruire tibi constituimus. Vel posuisti nos gētibus ī similitudinē, quando dedisti nos in manus eorū, ut quēadmodū alios pios uiros, antehac male & crudeliter tractauerūt, ad eam similitudinē pro libidine, nos quoq; modo tractent, cruciēt, et dilaniēt. Sic factus sum ī derisum gētibus, impijs idololatris, & in canticum eorū tota die, inquit Hiere. de Christo. Sic obloquuntur de captiuis inimici (ut ad primū germanū sensum redeamus) quos prius odio habuerunt, consiliaq; ineunt, quibus maxime eos afficere molestijs possunt, quos ut uiderint, despiciunt. Et non uerentur in eorum faciem conspuere, inquit Iob in priore loco. Posuisti igitur nos (inquit) in prouerbium, & parabolam, et

Cōmotionem capitis in populis. Cōmotio capitis fieri non solet, nisi aut odij, aut cōmiserationis gratia, uel etiā læticiæ, ut Iob ultimo. Vsq; adeo nos habent ludibrio, et odio, et cōtemptui, ut in nos cōmoueant (inquit) capita sua. Id quod est contemptus, & odij signū, & manifestum indicium. Sic iudei in Christum mouebāt capita, illū exprobrantes, & despicientes. Sic in pios præ odio, sua capita mouent impij. Hiero. alium hic sensum innuere uidetur, qui sic uertit. Posuisti nos cōmotionem capitis in tribubus, hoc est, simulatq; unus frater, unus iudæus, alium fratrem iudæū, de quacūq; tribu esset, unus pius christianus, alium suum fratrem christianum afflictum pariter uiderit, & suam, & sui fratris sortem miseratus, caput mouet, non indignationis, sed miserationis, seu doloris causa. Hunc itaq; locū in hoc sensu intelligamus, de pluribus uiris christianis simul afflictis, uel apud impios solo nomine christianos, uel apud fidei hostes, qui inuicē capita (ut supra diximus) mouent. Quin ad psalmū reuertimur. Huic ignominiæ expositi (inquiunt) sumus usq; adeo, quod

Tota die uerecundia mea contra me est. Singulari numero iam loquitur, cum sit unus populus, unam fidem, unā spem habens in solo deo, unum corpus, cuius caput deus. Eius enim corpus, & membra sunt pij uiri. Alij uertūt. Coram me est. Vtraq; litera clara est. Non potest esse non coram eo, qui aperte irridetur. Neq; non cōtra eum est, quia in odium ipsius factum est, neq; non affligit animū eius, uerecundiaq; afficit hominem, mirum in modum, nisi quem spiritus dei iuuat, solida fide, & patientiæ fortitudine. Huiusmodi (inquit) uerecundia mea, tota die, continue, contra me est, præsens est, ob oculos fit, pudore itaq; confundor.

Et confusio faciei meæ cooperuit me. Qui autē magna uerecūdia afficitur, stupet, ingentiq; confusione apud se laborat, quodā stupore circūdatus, ut neq; audiat, neq; ferme

Ponere in similitudinem, aut p̄uerbiū.

Iob.30.

Impiorū odium in pios.

Opprobrium. Subsannatio. Derisio.

Threnorum.3.

Miseria captiuorum apud Christi hostes.

Cōmotio capitis.

Iob vltio.

Cōfusiōe cooperiri.

ferme uideat, tanq̃ eo coopertus, captus uelut toto corpore, & a sensu alienus. Vultum demissum habet in terram, tegi cupit, & abscondi ab hominibus. Hæc est confusio faciei eius, qui uerecũdia deijcit, qui occultari (inq̃) ne uideretur facies eius, uehementer optat. Illa (inqt) confusio cooperuit me, deiecit me, pessundauit me, undiq; cinxit me, tanq̃ uestis. Ingentẽ indicat, inimicorũ sęuitiam. Sic enim afflictus (inquit) sum.

A uoce exprobrantis, & obloquẽtis. Causa prioris uerecũdiæ, et confusionis, a uoce, propter uocẽ, propter uerba inimici (inquit) exprobrantis me, & obloquẽtis mihi, qui me ponit in similitudinem, probrisq; omnibus afficit, ut supra explicuimus. Fuit igitur mihi maxima (inquit) uerecundia.

A facie inimici & persequentis.

A facie, hoc est, a pręsentia, & propter pręsentiam inimici, sic exprobrantis, & probris me persequentis. Abesse cupiebam a facie, a præsentia eius, occultari, &c. Quoties enim uiderim eum, sic irridentẽ, toties (inquit) confusus sum. Dixit itaq; paulo ante. Tota die uerecundia mea contra me est, quia quotidie, et continue, inimicum uidere, & pati necesse est. Postq̃ afflictiones suas tanta uerboꝝ uarietate, numerauit fidelis populus, spe tamen non deficiens, & dei bonitatem ad memoriã reuocans, sic deum alloquitur.

Hęc omnia uenerunt super nos.

Hæc omnia sæuissime contigerunt nobis, & passi sumus domine deus.

Nec obliti sumus te. Quia memores fuimus semper bonitatis tuæ, ut diximus in psal. principio. Licet enĩ lapsi sumus, et errauimus, reuersi tamẽ sumus ad memoriã maiestatis tuę, p certa fiducia nõ desperauimus. Hęc est martyrũ, et piorũ hoĩm constantia.

Piorũ solida fides.

Et inique non egimus in testamẽto tuo. Nec mentiti sumus in pacto tuo, uertit Hiero. quia studiosi fuimus legẽ tuam seruare. Sic enim non inique egimus, contra mandata tua, quia deos alienos nõ coluimus, te deũ nostrũ agnouimus semp, q̃uis peccauimus, et digne p pctis affligimur. Sic ait ĩ alio psal, se custodiuisse legẽ dei, nec ĩpie gessisse ab eo. Nũc explanat. Et inique non egimus.

Et non recessit retro cor nostrũ.

A te, & ab agnitione maiestatis tuæ. Semel pacti sumus tecũ pmisimus seruare legẽ tuã, spem nostrã omnẽ habere in te solo. Cor igit nostrũ, quantũcunq; affligimur, non recessit a te (inquiunt) retro ad seruitutẽ diaboli, ad idololatriã, sed p tuã gratiã liberati, fortiter, infractoq; animo, inimicos oẽs passi sumus, certa spe tuam opem expectantes. Cupimus esse ex numero tuo, apti regno tuo, posteaq̃ ad aratrũ manũ misimus, ut ait euangel. Non igitur recessit retro cor nostrũ. Retro a deo, eius cor, et mens, et animus recedit, qui in deo firmã spem non habet, sed in fide titubat, uel de bonitate dei dubitat, qui certo certius, oĩbus inuocantibus eum in ueritate, hoc est, in certa fide, opem fert in tempore. Interim uero sustinenda sunt fortiter, quæcunq; aduersa sunt, quoad uisum sit deo. Aliter quidem retro uertit se a deo, quia priorem fidem deserit. Ait igitur. Et non recessit &c.

Luc. 9.

Et declinasti semitas nostras a uia tua. Opus est repetere, non, ut nonnulli sentiũt. Non recessit cor (inquit) nostrũ &c. et nõ declinasti semitas nostras a uia tua, sed potius nobis custodes posuisti angelos tuos, ne aberraremus, ut ĩ psal. 33. et. 34. neq; declinauit pes noster de semita tua, uertit Pagninus, quia affuit semper dei bonitas, quæ iuuabat, quæq; custodiuit semitas, & gressus nostros. Alias quidẽ non ignorat fidelis populus, suã imbecillitatẽ, sine auxilio dei, in uitia pnã. Non forte alienũ tamẽ erit, si absq;, non, sic legamus hunc locum, ut cum eo concinnius iungamus, quod sequitur. Nõ recessit cor nostrũ &c. Et tamen declinasti semitas nostras a uia tua, quia non adfuit solita gratia tua, sed aliquamdiu nos reliquisti uelut nobis.

nobis. Hinc afflixisti nos.

Quoniã humiliasti nos in loco afflictionis. *Sumus enim a patria exules, seu quod miserius est, in crudelißimorũ hostiũ potestate captiui,& quotidie afflicti. In has domine miserias,tu nos posuisti, nõ in eo loco ubi sacra sunt, et nomen tuũ gloriat,sed in loco afflictionis humiliasti nos, quia subiecisti nos inimicorũ libidini, quia uẽdidisti nos sine precio,&c. Tu ergo declinasti semitas nostras a uia tua, qui hoc modo paßus es ab inimicis abduci nos. Haberemus enĩ semitas nostras in uia tua, si domi essemus, si in loco ubi inuocaẽ ab oĩbus,et gloriatur nomen tuũ. Sed positi sumus ĩ loco afflictionũ, apud eos, qui nos probro afficiũt continue, qui tibi maledicunt, nobisq; obijciunt, Vbi est deus tuus? Sumus ergo in loco doloris.*

Psal.41. &.42.

Et cooperuit nos umbra mortis. *Non enim uidemur nobis uiuere, sed pre oculis habere semper mortis effigiẽ, quia sumus ut oues occisionis, ut supra in hoc psal. quocũq; momẽto inimicis libuerit, mortui sumus. Nos igitur umbra mortis cooperuit, & uitæ nullam lucem habemus. Dic in psal.22. Vel cooperuit nos umbra mortis, inquiunt martyres qui ab impijs affliguntur, & morte afficiuntur, quia mortis tantum est umbra, huius corporis interitus. Illi etenim sunt in pace, inquit sap. Vere mors est, corporis, et animę. Et q̃uis (inquiunt) nos humiliasti, Non tamẽ obliti sumus (inquiunt) te. Nam*

Psal.22.

Si obliti sumus nomẽ dei nostri. *Seipsum explanat.*

Et si expãdimus manus nostras ad deum alienũ. *Hoc est deũ maxime obliuisci, idola falsosq; deos adorare, uel auxiliũ ab alio petere, q̃ a solo deo. Quod ait. Expandimus manus, orãtis gestũ indicat, cuius sępe meminit scriptura. Non improbemus igitur, externũ gestũ orantiũ deũ. Quantũuis enim alias peccator est, pro tẽpore tamen quo precatur, spiritu feruere potest per gratiã, ut resipiscẽdi gratiã impetret. Sed impiũ est, precari deũ alienũ. Si hæc (inquiunt) fecerimus, si expandimus, &c. digni fuissemus oĩ miseria, oĩ afflictione. Hoc ideo adiecit, ut omnes admoneat, hoc maxime requiri a deo, ut eius non obliuiscamur, ut certa spe ad aliũ nullũ, q̃ ad eum solum expandamus manus nostras, auxilij causa Hinc interrogat.*

Externus gestus nõ improbandus.

Nonne deus requiret ista? *Hoc est, nonne intelliget, nonne animaduertet, & curiose inuestigabit, si hęc fecerimus, si expandamus manus nostras ad deum alienũ? Plane ista requiret atq; exigit a nobis, ut ad eũ solũ manus expandamus. A me (inquit deus apud Mosen) sperabis oĩa, qui sum deus fortis, qui poßum omnia, & sum deus Zelotes, nolens ut cum dijs alienis forniceris. Neq; si aliter fecerimus, deum latere potest.*

Exod.20.

Ipse enim nouit abscõdita cordis. *Qui fingit singillatim corda omniũ. Si igitur recedat cor nostrũ retro, cum latere neutiq̃ potest. Tu (inquiunt) nosti occulta cordium nostrorũ, quod te obliti non sumus.*

Psal.32.

Quoniã propter te mortificamur tota die. *Non propter huius sęculi opes, honores, aut id genus alia, sed propter te, & nomen (inquiunt) tuũ, hæc oĩa per patientiã patimur, quia te agnoscimus, in te solo confidimus, a te nõ receßimus. Hęc non te fugiũt, qui nosti abscondita cordis. Te igitur in testẽ nobis uocamus. Mortificamur (inquiũt) tota die, tam graues enĩ sunt afflictiones nostræ, ut simulachra sint mortis. Dixit igitur paulo ante, se uersari in umbra mortis. Sic affligunt pij, ab impijs. Et uere (inquiũt) mortificamur tota die, et oĩ momẽto, tanta est oĩbus licẽtia nos affligendi, et trucidandi si libuerit. Nã et*

Estimati sumus sicut oues occisionis. *Vsq; adeo, ut nõ pluris faciãt occisionẽ nostrã, q̃ mortem unius ouis, quæ destinata est, ut in escam (ut supra in hoc psalmo) occidatur. Piorũ ingentẽ persequutionẽ indicat. Nunc supplices deũ precantur, ut in eorũ*

auxilium exurgat, quia ipsi, ut oues mansuetę patiuntur, aliud auxiliũ non expectantes.

Exurge quare obdormis domine, Exurge, & ne repellas in finem.

Repetit, Exurge, ardore impetrandi. Quomodo deus exurgit; quoue nã pacto dormit, dic in psal. 3. 7. & 16. Rogant hac uehementia ut exurgat deus, ne uincatur eorũ patientia, non ignorãtes humanã imbecillitatẽ, sine gratia, & auxilio dei. Sic orabit oĩs sanctus, ut in psal. 31. Hinc orat, Ne repellas (inquit) in finẽ, tuis aliquãdo succurre, tuorũ memineris, nostri miserere, semp ne sic affligamur, et ferre nõ ualeamus. Restitue tandẽ. Ab inimicis libera. Ne repellas nos, et prsus abijcias, quoniã tui nõ sumus obliti. O benigne deus.

Quare faciem tuam auertis.

Benignũ uultũ tuũ, fauorẽ, gratiã, pręter solitum? Nos repulisse uideris in finẽ, et prorsus odio habere. Quandoquidem

Obliuisceris inopię nostræ, & tribulationis nostræ.

Qui aduersarios nostros tam diu sustines. Dixisti aliquando, Propter miseriã inopum, & gemitũ pauperũ exurgã, &c. Nunc autem, nos inimicorũ libidini relinquis. Hæc inopia, est humana imbecillitas, absq; auxilio dei. Huic (inquit) inopię nostræ non succurris, sed illius obliuisci uideris. Nullã opem iãdiu habemus. Affligimur ualde. In te solo tamẽ, omnẽ spem constituimus. Parce igiť inopię nostrę. Tu soles esse refugium a tribulatione. Modo ne hæc obliuisceris? Misere (inquiunt) tribulamur. Exurge ergo, & in auxilium nostrũ festina.

Hominis inopia.

Quoniã humiliata est in puluere anima nostra.

Nã cooperuit nos umbra mortis. Sumus igiť tanq̃ nõ uiuentes, et uelut in puluerẽ reuersi, morti proximi. Vita igitur nostra in puluere est, in ipso mortis limine. Admonui non semel, animã pro uita sępe reperiri, ut hic. Est ergo humiliata uita nostra, et incuruata, ut uertit Hiero. usq; ad puluerẽ. Adeo prostrati sumus, tam proxime mortem constituti. Id quod iterũ repetit alijs uerbis.

Conglutinatus est in terra uenter noster.

Adhęsit terrę uenter noster, uertit Hiero. Vehemẽtior tamẽ est litera nostra. plus est conglutinare, simul figere, & quasi ferruminare, q̃ adhęrere. Tam (inquiũt) humiliati sumus, et in terrã adeo depreßi ab inimicis, ut uenter noster conglutinatus in terra uideatur, tanq̃ nos clauis per dorsum terræ figerent, pedibusq; cõculcent. Hyperbolis est, & quidẽ ingens, ut inimicorũ omnẽ sæuitiã, acerbißimãq; afflictionẽ piorũ, quibus uerbis poßit, doceat. Alij uarij quidẽ sensus a uarijs scriptoribus, hic adferuntur, qui meo iudicio) non satis cum litera cõueniunt. Humiliata est (inquit) in terra anima nostra, hoc est orãtes, et pœnitentiã agentes, adeo fixi, et prostrati in terra mãsimus, ut terrę conglutinati uideremur. Alij, puluerẽ, de impijs, qui pios persequuntur, intelligũt. Pulueri quidẽ comparant impij. Dic in psal. 1. Alij puluerẽ seu terram, terrenas, uanasq; cogitationes interpretant, quibus nimiũ forte dediti erant. Sic fatentur se affligi pro peccatis. Iterum ergo ad preces, se supplices conuertunt.

Exurge domine adiuua nos, & redime nos propter nomen tuum.

Nihil enim nos meriti sumus, ut nos adiuues, sed adiuua pter nomẽ tuũ, propter teipsum, in quo est omnis bonitas, & in quo solo spem omnẽ constituimus, ut uideãt inimici, et bonitatẽ, et potentiã tuã, ut nomen tuũ exaltetur in finibus eorũ. Psal. 7. *Redime nos a priore captiuitate propter nomen tuũ, non propter merita nostra. Hunc locum, et priorem illũ, Exurge quare obdormis, &c. de Christi a mortuis resurrectione, qua redemit, et liberauit humanũ genus, intelligunt interpretes quidã. De hac dormitione, diximus in psal. 3. Huic loco non uidetur multũ cõuenire. Alij hunc locũ sic interpretantur. Exurge, adiuua, et redime nos a priore puluere &c. Sed literę conuenit (mea sentẽtia) ut in fine psalmi. Hęc piorũ sit oratio,*

tio, cõtra nimiã sæuitiã priorũ impiorũ. Opus est uehementi oratione, contra tam ualidos, tamq; acerbos, crudelissimosq; hostes. Quatuor in hoc psal. insigniter docet propheta. Primũ, ut credamus sanæ doctrinæ, & uerbo dei, et in uitæ præceptis uersemur, historijsq; quas narrant sacræ literæ, fidem habeamus. Secundo, ut omnia illi cõmittamus, omnẽq; spem in eo constituamus. Tertio, quantumcunq; infestemur, & quascunq; patimur miserias, simus dei, & bonitatis eius semp. memores, bonitatem dei expectantes per patientiam. Quarto, ut solicite ab eo, et ab alio nullo, petamus auxilium. Fiat.

Quatuor in psal. doceri.

Psalmus.44

Titulus.

In finẽ, pro his qui cõmutabũtur, filij Core, ad intellectum, canticum pro dilecto.

De filijs Core, et intellectu, diximus in superioribus proxime psalmis. Hoc canticum ait propheta, se pro dilecto, hoc est, Christo, oĩm piorũ saluatore cecinisse, cũ præsentẽ psalmũ de Christo, et messia uaticinatũ fateantur (ut aiunt) ipsi etiam iudęi. In optimũ finem hunc psalmum cecinit, pro his, qui cõmutabuntur, agnito Christo, de idololatris, facti ueri adoratores dei, de fœdis peccatoribus, iusticiæ, et uitę puritatẽ diligẽtes, de filij diaboli, filij dei, filij lucis cohęredes Christi. Mira cõmutatio, et utilissima. In optimũ ergo finẽ hũc psalmũ cecinit propheta de Christo spõso, et ecclesia eius sponsa, pro his, qui sic cõmutabuntur.

Psal.7.

In summa.

Vt attentiorẽ lectorẽ reddat propheta, pollicetur se uerbum eloquuturũ de rege Christo, auxilio spũsſancti. Laudat sponsum Christũ a formæ uenustate, ab eloquentia, a uiribus, et fortitudine. Hortatur, orat, optatq; (quia cupit ut procedat sponsus Christus, & prosperetur ea pulchritudine, qua incepit) ut polleat ueritas, mansuetudo, iusticia, quæ ipse Christus, mirabili potẽtia sua inter homines producet. Sagittæ eius acutę, subijcientes populos, penetrantes inimicorũ corda. Regnũ eius in sęculũ sęculi, sceptrũ eius, directionis erit uirga, ad omnẽ uirtutẽ, quia iusticiã diligit, & iniquitatem odit. Sic enim unctus est in regem iusticiæ, præ omnibus hominibus. Omnis bonus odor uirtutũ a uestimentis, ab aduentu eius in carnem nostrã, postq̃ factus est homo. His uirtutibus placuerunt illi, filiæ regũ, fideles animæ quæ omnia faciũt in honorẽ illius. Hæc de sponso Christo. Hinc ad sponsæ laudem transiens. Astat huic (inquit) regi, regina, sponsa, ecclesia sua a dexteris, ornata quoq; aureis uestibus, uarijs quidẽ uirtutibus. Eandẽ filiã uocat, admonens, ut audiat, & aurẽ suã ad doctrinã eius inclinet, tam gentis suæ, q̃ oĩm parentũ oblita. Tum enim rex, et sponsus concupiscet pulchritudinẽ illius. Hũc sponsum adorabũt gentes, omnesq; precabũtur, quantũuis potentes, ut eius uultu fruantur. Sint itaq; filiæ huius regis, fideles animæ, tam externe, q̃ interne uirtutibus ornatæ necesse est, uarijs quidẽ, pro data mensura gratiæ. Vna cum regina Christi sponsæ, multæ quidẽ uirgines fideles animæ, omnesq; illi adhęrentes, ad sponsum uenient. In Christi ecclesia, non deerunt aliquando soboles priorũ bonorũ patrũ, qui principes erunt, & boni duces animarũ. Admonet, ut huius nominis memores semper simus, pariter, & laudemus perpetuo hunc optimũ deum.

Explanatio.



Ructauit cor meũ uerbum bonum.

Secundũ historiam, prophetam hunc psalmũ cecinisse putant, in laudem pulchritudinis, & eloquẽtiæ, & sapientiæ, fortitudinis, et magnificentiæ Salomonis, & uxoris suæ, quam præ cęteris dilexit, Pharaonis filiæ, aliarũq; uxorũ, et filiarum eius. Quem sensum, qui uelit pluribus uidere, Felinũ in hoc psalmo legat. Sicut

cut psalmi mysterium, ita & nuptias illas, & per omnia futuram magnitudinē Salomonis prędixisse uidetur, id quod non alienū sentio a propheta, qui spiritu dei loquitur. Alij huius psalmi principium, de deo patre sic loquente per prophetam intelligūt. Eructauit cor meū uerbum bonum, hoc est, filium, per quē omnia facta sunt. Hoc est uerbum caro factum, uere bonū, quo patri humanū genus reconciliatur. Hunc sensum docet Cyprianus, libr. 2. contra iudæos, cap. 3. Quod ait, Eructauit cor meum, indicat non creaturam esse filium dei, sed e corde patris æditum, eadem cum patre substantia, eadem diuina æqualitate, eadem scientia, & sapientia, eandem esse utriq; uoluntatē, cum sit e corde patris, ineffabili mysterio genitus. Lege hic August. & eundem de trinitate, libr. 15. Qui uero reginā de qua in hoc psalmo, Christi matrē, omniū fœlicissimā uirginem, omni laude dignam intelligunt, illis non repugno. Est enim, quæ præ cæteris optimo iure uocetur regina, mater Christi regis, benedicta inter omnes mulieres, ut ait euangel. a prophetis prænunciata, figuris a patriarchis pręmonstrata, inquit Hiero. Nos uero, quem in argumento perstrinximus, illū sensum persequemur, deo nostrū calamū ducente. Priusquam igitur incipiat propheta, de his maximis nuptijs, inter Christū sponsum, et suam sponsam ecclesiam, sermonē facere, lectorem excitans, ut solicite animaduertat, sic pręfatur. Eructauit cor meum, ex intimo produxit animus meus, & a spū sancto edoctus, edidit in multorū doctrinā uerbū bonū, utilissimū sermonem, suaue & diuinum huius psalmi carmē. Neq; hoc (inquit) carmen cuiuis e media plebe cano, aut homini, sed

Deus filius e corde patris.

Beata virgo maria.

Luc. 1.

Dico ego opera mea regi.

Huic regi (inquit) quem deus pater, regem uniuersorum constituit, ut ait apost. ego dico, dedico, & cano hęc opera mea, hunc psal. in illius gloriam. De illo erit mihi sermo. Neq; tamen diu (inquit) aut longo studio afficior, ut hęc proferā, cum sit spiritussanctus, qui in me loquitur, qui me inspirauit, cui non opus est, ut homini, cogitatione. Dic in psalmo. 39. Nullo labore, nullo studio, facit oīa, qui omnē ueritatem docet. Is (inquit) est, qui me docuit, cuius uerba cano, qui mihi & lingua, & calamus est. Hinc ait.

Hebr. 1.

Psal. 2.

Psal. 39.

Lingua mea calamus scribę, uelociter scribentis.

Lingua mea, quæ hęc loquitur, calamus scribæ uelocis est, uertit Felix. Non est (inquit) lingua mea, quæ pigra, & tarda est, sicut hominis omnis cogitatio, & inutilis conatus, si in archanis rebus cœlestibus uersetur, quæ nec oculus uidit, nec auris audiuit, &c. Est igitur lingua mea, calamus illius scribæ, uelociter (inquit) scribentis, hoc est, spiritus sancti, qui nullo tedio, nullo negotio, nullo studio, hęc mihi suggerit, qui scribas, & doctissimos omnes longissime uincit. Et ego ab eo doctus (inquit) loquor. Hic est calamus illius scribæ uelociter scribentis, qui non atramento rem depingit, sed in animū uerā scientiam inspirat per gratiam. His paucis uerbis, mire attentum lectorem reddit, qui non modo dicit se de re optima dicturum, sed etiam ea quæ dicturus est, a spiritu sancto, accepisse. Scribam, spiritū sanctum ideo forte appellat, quia sicut scriba, ea quæ alius dictat, in rei memoriam scribit, ita spiritus deus a deo patre, et deo filio mittitur, ut ea nos doceat, quæ deus pater, deus filius, & idem deus spiritus sanctus, in memoriam nostram sempiternā, mandat, & dictat. Is est paracletus, quē mittit pater (ut ait Christus) qui docet omnē ueritatem, et suggerit omnia, uere scriba, qui linguam hominis dirigit, sicut manus calamū, ut non aliter aut scribat, aut loquatur homo, q̄ suggerat ipse. Dat enim in illa hora, quid scribat, quidue loquatur. Recte igitur ait, hominis linguam, huius scribæ uelut calamum esse, quem ducit, & dirigit idem spiritus. Non hęc dico, ut sit tantū scriba spiritus sanctus, et nō index, omniūq; consiliorū socius cum patre, & filio. Est enim deus eiusdem potentiæ &c. Sunt enim unus deus, & tres

1. Cor. 2.

Cur scriba spiritus sanctus.

Spiritus sanctus.

tres personæ &c. Videamus modo, quæ per spiritum sanctum loquitur de Christo noster propheta. Hic (inquit) est

Psal.39.

Speciosus forma præ filiis hoim.

Laus a pulchritudine.

Incipit Christi laudes a formæ elegātia, tanq̄ a re infima, ut in maiora crescat. Si de corporis forma, (de qua Felinū hic lege) hunc locum intelligas, meo iudicio, parum huic loco conuenit. Non enim quę sunt huius corporis, affectabat Christus, cum tamen uere homo esset. Eius itaq; spiritualē formā tractemus, cum non hystoriam, sed mysteriū quærimus. Hęc est forma de qua nō semel in cantic. canticorū. Dilectus meus (inquit) candidus, rubicundus, electus ex milibus. Candidus est, quē mater peperit, uirgo manēs, quia peccatū non fecit, nec in ore eius inuentus est dolus. O diuinū candorem. Rubicundus est, qui pręcioso cruore suo mortales, & peccatores redemit. Pro oibus enim mortuus est. Electus ex milibus, cui pater dixit. Hic est filius meus dilectus, &c. ipsum audite. Et ego ero illi in patrē &c. Caput eius aurū optimū, cui deus pater caput est, omni auro longe pręciosior, omni uirtute potentior. Oculi eius sicut columbæ, humilitatē, mansuetudinē, lenitatem, et innocentiam præseferentes. Hanc humilitatē, & uerbo, & exemplo docuit. Suos humiles esse uoluit. Genę eius sicut areolę aromatū, quæ pulchre, a pigmentariis disponuntur, tam ut uisu delectent, q̄ ut suaui odore placeant. Quis tam conspectu desyderabilis, q̄ Christus, qui nobis patrem retulit? Eius uero bonus odor, æternæ suauitatis præmium est. Odor uitæ, in uitam, ut ait apost. Labia eius, lilia distillantia myrrham primā. Quæ enim docet, putrida, corrupta sanant, ut in corpore myrrha. Omnia igitur ut lilia candida efficiunt, lumen adferunt, tenebras fugant. Hic est qui illuminat omnē hominē uenientem in hunc mundum, & filios dei efficit, si in eum uere credant. Manus eius tornatiles aureæ, plenæ hiacinthis. Sunt enim manus Christi, manus tornatiles, quibus facilius, q̄ aut cogitari, aut dici potest, in opera pro uoluntate se uertit. Et aureæ quidem sunt, hoc est potentissime (aurum enim potentiam significat) quia dicit, & facta sunt. Hyacinthis plenæ sunt, cum tam multa fecerit, quæ omniū gemmarū splendorem adeo uincunt, ut nullus non perspiciat, admiretur, & magnificet mirabilia eius opera, ut ait apost. Venter eius eburneus, hoc est, eius inferior pars, humanitas, pura castaq; est, neq; tamen non distincta saphiris; hoc est, una cum humanitate, in qua omnia passus est ut homo, frigus, sitim, esuriem, tentationem, lassitudinem, mortem deniq;, signa quoq; cœlestia, (quę per saphyrum intelliguntur, quia sereni cœli colorem pręsefert) ut resurrectionem, ascensionemq; addidit. Crura eius, ut columnæ aureę, quia fortia sunt. Exultauit itaq; ut gigas ad currendam uiam suam, quia fundata sunt illa crura super bases aureas, habent enim solidissima fundamentá, non terrena, sed cœlestia. Species eius, ut libani, qui est mons omniū altissimus, sic & ille omnes altitudine uincit. Electus est ut cedrus, qui præter alias arbores, pręciosissima, altissimaq; est, incorruptibilis. Gutturillus suauissimum, quia melle suauiora eloquia profert. Et totus (inquit sapiens) desyderabilis est. Talis est dilectus meus, inquit. Vide quęso, quām speciosus est rex iste, de quo sermonē nunc facit propheta. Et quo magis animi hanc pulchritudinem, q̄ corporis intelligas, addit Christum alloquens.

Rhom.1.

.Cor.1.

Cantic.25

Christi speciosa forma.

Cur scribat spirit⁹ sanctus.

Spiritus sanctus.

Diffusa est gratia in labiis tuis.

Qui omni sapientia abundas, quiq; omnem gratiā, generis humani redemptionem, peccatorum remissionem, & cœlestis regni gaudium attulisti. Quicquid enim iubes, & honestum, & salutare est. Quicquid prohibes, & inhonestum, & prorsus fugiendum est. Quicquid doces, & uerum, & certum est, quicquid promittis fidele est. Vocas amice, inuitas suauiter. Ab interna uirtute hęc emanant. Hęc est gratia, quam habes (inquit) in labiis, in ore, in sermone. Hęc est eloquentia

tua, quæ uicit omnes rhetores, omnes philosophos superauit. Hæc est in Christo formæ speciositas, præ filijs hominũ, qui homo esse uoluit, ut filios hominum, filios dei efficeret. Hanc gratiam ex labijs, & uerbo, & doctrina eius intelligimus, & fide apprehendimus. Diffusa est hæc gratia in eo, qui est imago inuisibilis dei, in quo omnis plenitudo inhabitat. Sic diffusa est (inquit) in labijs tuis.

Propterea benedixit te deus inæternum. *Quia tam speciosus es, et tanta gratia refertus. Deus pater benedixit te, muniuit te auxilio suo (secundũ hominem loquitur de Christo, qui omnia se dicit accepisse a patre) ornauit te beneficijs suis solidum fecit regnum tuum inæternum. Quamobrem cum sis rex regum, rex, a patre, uniuersorum constitutus, in cuius (inquit) manus dedit omnia pater.*

Accingere gladio tuo super femur tuum potetissime, specie tua & pulchritudine tua.

Laus a viribus.

Tuis quidem benignus es, & suauis. Fac ut hostes quoq; tuam potentiam sentiant. Te igitur accingere gladio super femur, cinge latus tuum gladio, esto accinctus potentissime, ut absolutã potentiam qua omnia potes, sentiant inimici, eadem specie tua, & eadem pulchritudine, de quibus supradiximus, procede & regna, ut sequitur, cum nõ sit minus speciosum, minus pulchrum, minus decorum, aut gloriosum, hostium iniquitatem, & tyrannidem, uictoria uel extinguere prorsus, iterum ne improbas uires sumere poßint, uel eo modo extenuare, ut pro libidine, quæ improbe cupiunt, non poßint, quàm alia, quæ ad pacem, ad quietem, ad corporis, et animæ salutem pertinent, pulchre, et ordine disponere. Vel potius hostium repulsione, & quies, & salus paratur tuis. Neq; sine hac potentia tua, ulla salus est. Hos potißimũ spirituales hostes intelligamus, eos cum primis, qui nos a deo, a ueritate pelliciunt, sint uel homines, uel dæmones, uel caro. Gladius Christi, quo se, suosq; contra omnes inimicos accinxit, est uerbum eius, impijs penetrabilius omni gladio ancipite. Hoc erat uerbum diffusum in labijs suis. Christo hoc uerbum effusißime datum est, nulla mensura, qui omnia perfectißime cognouit, docuit, fecit. Alijs uero data est gratia secundũ mensuram donationis, ut ait apost. (Ephes.4.) *Ait igitur de Christo. Diffusa est gratia &c. Esto igitur accinctus gladio potentißime, super femur tuum, super humanitatem tuam, quo munienter tui, & fugentur hostes. Bene potentißimũ appellat Christũ, qui omnia potest. Voluntati eius quis resistit?* (Rhom.9.) *Hic est, qui exultat, ut gigas ad currendam uiam suam. Accingere igitur &c. Id quod fecit Christus. Docuit enim sicut potestatẽ habens, inquit euangel.* (Math.7.) *Dataq; est mihi omnis (inquit) potestas &c.* (Ioan.16.) *Vicit mundum, destruebat eum, qui habebat mortis imperium, id est, diabolũ.* (Hebr.2.) *Accingere ergo &c. cum priore specie tua, & pulchritudine tua, hoc est, gloria, et decore tuo, ut uertit Hiero. Gloria est, quod piorũ hostes uicit, & fugauit, decus, quod suos uirtutibus ornauit. Alij, ut in litera nostra, speciem, qua nobis in hominis forma apparuit, humanitati, pulchritudinem, diuinitati attribuunt, quia uiæ eius uiæ pulchre, inquit Sap.* (Prouer.3.) *His (inquit) specie, & pulchritudine.*

Intende. *Solicitus esto, ut te gladio sic accingas, incumbe, ut cito auxilium feras.*

Prospere procede. *Fœliciter progredere de cœlo in uirginis uterũ, tanquàm sponsus procedens &c.*

Et regna. *Hoc uehementißime cupimus, quia te regem tam præciosum agnoscimus. Alium regẽ nolumus nisi te, qui tam benignus, tam suauis, tam fortis, tam iustus es. Prius regnabat diabolus, cuius imperium destruxisti. Sic oramus, ut adueniat regnũ hoc tuũ. Regna in cordibus fidelium, ut ea regas. Hoc ait ꝓpheta oĩm fideliũ noĩe. Regna igit*

Propter

Propter ueritatem & mansuetudinem & iusticiã. *Vt hęc ualeant contra omnes hostes, ut tui his uirtutibus ornati, & muniti sint, quia si tu prospere procedas, et regnes, id quod plane facies, erit ubiq; ueritas, ubiq; mansuetudo, ubiq; iusticia, apud eos omnes, qui tibi audientes erũt. Has enim leges tuis omnibus dabis, quibus eo modo uiuere discant. Vel regna propter ueritatem, ut prophetarũ de te oracula adimpleantur, et propter mansuetudinem, ut uolens pro nobis patiaris, tanq̃ ouis &c. orans pro persequutoribus, & regna propter iusticiã, ut iustos et fideles saluos facias. His enim uirtutibus speciosus es, prę filijs hoĩm. Regna igitur, ut polleant hę uirtutes, te regnante.*

Regnum Christi.

Et deducet te mirabiliter dextera tua. *Per hanc enim potentiã, facies ubiq; miranda facinora, admiranda opera, hostes præter omnẽ humanã spem fugabis, tollesq;. Tuos uero defendes, & subleuabis, magno sæpe omniũ cernentiũ miraculo. Christũ non docet, sed his uerbis hortatur, seu precatur potius, spiritu dei propheta, ut nos doceat. Hæc enim certo certius futura, docuit eũ uelocissimus ille calamus. Sic tua dextera, tua (inquit) potentia deducet te, in lucem proferet, oĩbus manifestabit mirabiliter, quando a morte resurges, ut te potentissimũ agnoscant, etiam inimici. Sunt enim quoties uelis.*

Sagittæ tuæ acutæ. *Quibus inimicos uel uulneres ad pœnitentiã, uel confodias ad exitũ. Verba & doctrina Christi, in impios, acutę sunt sagittę. De sagittis dic in psal. 17. Sic enim & prope, & longe percutit deus. Prius gladio, nũc sagittis armatur. Neq; non et afflictiones (quas nisi auersentur homines, ut sanet freq̃ter infert benignus deus, utq; corripiat) eius sagittæ sunt. Sunt itaq; sagittæ (inquit) tuæ acutæ, quæ facile uulnerant; et usq; ad ima cordis penetrãt, mortaliq; ictu aduersarios prosternunt. Per has itaq; tuas (inquit) sagittas.*

Sagittæ dei. Psal. 17.

Populi sub te cadent. *Tam enim efficax est Christi uerbũ, tam acutæ sunt eius sagittæ, ut nõ modo unũ aut alterũ illi subijciat, sed pp̃los nationesq;. Sic exiuit huius uerbi sonus, in omnẽ terram, ut homines subiugeret iugo Christi. Sic magnos improbosq; principes, & tyrannos sępe afflixit, fugauit, deleuit, ut alijs fieret exemplo, qui aut uere ceciderunt, & deleti sunt, aut a priore superbia ceciderunt, & prostrati, humilesq; facti sunt. Sic cadent subtus pedes eius, ut in alio psal. Hinc ceciderunt, & deleti sunt, priores populi, qui erant idololatræ, & facti sunt deũ agnoscentes pij christiani. Penetrarunt itaq; huiusmodi sagittæ.* Psal. 17.

In corda inimicorum regis. *Occidit enim in eis, omnẽ priorem errorem, nouosq; ex ueteribus fecit. Inimici eramus omnes huius boni regis, priusquam ad nos descenderet. Sed priores sagittæ, corda nostra penetrarũt, qui eius mandata, uoluntatẽ, uerbum accipimus, quia infidelitatẽ, et ignorantiã dei expulerunt, & noxios priores affectus interfecerunt. Regna igitur (inquit) cũ sis uere regum rex, uince hostes nostros, qui perpetuo regnas, & regnabis. Nam*

Sedes tua deus in sęculum sęculi. *Huius ergo regni tui non erit finis. Ex hoc loco aiunt interpretes, non de Salomone, sed de Christo, hunc psalmũ prophetã scripsisse, cum illum appellet deum, & perpetuo regnaturum. Regnabit ergo in sæculum sæculi hic bonus deus absoluta potestate, sed iustissima, et erit illi sedes a dexteris uirtutis dei, unde ad iudicium uenturus est. Interim sedes tua, potestas (inquit) tua deus, perpetua est, qui regis terrã, gladio, & sagittis tuis. Nam*

Virga directionis uirga regni tui. *In omnẽ iusticiã, & ęquitatẽ, ducit illa regia tua potestas. Rectũ dirigit, prauum corrigit, obstinatũ conterit. Ait itaq;. Nihil mandas, nihil uelis, nisi quod iustissimũ, quod utilissimum, quod optatissimũ est, quando propter* Iustitia dei

stabilien-

ſtabiliendam ueritatem, manſuetudinem, & iuſticiã, uenisti, ut pauloante dixit. Illa igitur uirga, & ſceptrũ regni tui, uirga directionis eſt, norma fœliciſſimę uitę, omnibus qui obediunt, & tuam doctrinam recipiunt. Tu enim ſolus es rex, qui perpetuo

Dilexiſti iuſticiã, & odiſti iniqtatẽ.

Id quod ad reges maxime pertinet. Regnum ergo tuũ, regnũ eſt optimæ directiõis, omnia iuſte, & optime diſponens. Monet igitur noſter propheta in pſal. 2. ut diſcant omnes reges, ab hoc rege. Dic ut ibi. Si bonos et probos homines diligerẽt reges, improbos odio haberent, ſanctã rempublicam conſtituerent. Dic in pſal. 14. Ad hunc uero noſtrũ regem Chriſtũ ait propheta. Dilexiſti (inquit) iuſticiam, & odiſti iniquitatẽ, non hominẽ. Odit deus, quod reprobat, odij affectus, in deũ non cadit. Diligit iuſticiã, hoc eſt homines iuſticiã facientes. Diligit fidẽ & charitatẽ. Hęc docet, hæc mandat. Hæc (inquit) dilexiſti, & docuiſti, ut ea quoq; diligerent homines.

In regis manu eſt poſt deũ, vt ſctã ſit reſp.

Quid odit deus?

Propterea unxit te deus tuus oleo lætitiæ, præ conſortibus tuis.

Chriſti conſortes ſunt omnes homines, cum ipſe ſit factus homo, hominis cauſa. Nos igitur fratres, & renes, & carnem ſuam appellat. Sed prę omnibus conſortibus, prę omnibus filijs hominũ, hunc deum filium, hominis cauſa factum hominem, unxit deus pater oleo lætitiæ, oleo beatitudinis, donauit eum abundãtiſſima gratia, præ cõſortibus ſuis. Omnia ſe dicit accepiſſe a patre, Chriſtus homo. Hac interna unctione, hoc patris beneficio, factus eſt tam præcioſus, q̃ ſupradiximus. Vnxit eũ deus pater in regem omniũ populorũ, quem uniuerſorum regem conſtituit, (ut ait apoſt.) cui data eſt omnis poteſtas in cœlo, et in terra. Eſt ergo unctus prę omnibus hominibus. Hoc erat oleum lætitiæ, & gaudij, & exultationis, non tam Chriſto, q̃ omni humano generi. Vnxit eum ſpirituſancto, & uirtute, inquit Petrus. Et requieuit ſuper eum ſpiritus

Hebr. 1.

Act. 10.

domini, &c. ut ait Eſai. Vnxit itaq; eum deus pater oleo lætitiæ, ſpiritus tanta gratia, quæ omnem ſenſum exuperat. Vngi, internas hic uirtutes dari ſignificat, hoc eſt oleum lętitię. Quid lętius, quid iucundius, q̃ uirtutibus ornari? De quibus, quod ad Chriſtum attinet, partim ſupradiximus in hoc pſal. Neq; in ſacris literis unctum quenquã legimus, niſi qui cæteris omnibus pręſtet. Hinc in ueteri teſtamento, uncti ſunt, & ſacerdotes, & reges, quem morem, & hactenus obſeruamus. Vngere itaq;, euehere, in ſublime tollere, præ alijs poteſtatẽ dare ſignificat. Sed præ omnibus regibus, & ſacerdotibus, hoc eſt, quod ait, præ oibus conſortibus, unctus eſt Chriſtus in regem, et ſacerdotẽ perpetuũ, ſecundũ ordinem Melchiſedech. Eſtq; rex uniuerſorũ conſtitutus. Vnctus eſt prę omnibus oleo lętitiæ, quia peccatũ non fecit, quia pro inimicis mortuus eſt, eoſq; uitæ reſtituit, reſurrexit, aſcendit, ad patris dexterã ſedet. Quot unctiones lętitiæ! Hinc ab eo uirtutũ omnes odores emanarunt. Ait itaq;.

Vnctionis virtus.

Vngere.

Myrrha, & gutta, & caſſia, a ueſtimentis tuis.

Veſtimenta Chriſti, (ut quidam ſentiunt) erant diſcipuli, & apoſtoli eius, per quos priores uirtutũ optimos odores, in alios populos, illos qui ſub eo caderẽt, et auditui obedirent, ſpargebat, et diſtillabat. Chriſti bonus odor ſumus, inquit apoſt. &c. Alij externas illas uirtutes, quę in Chriſti humanitate uidebantur, & quorũ exemplo, alij ad uirtutes admonebantur, eius ueſtimẽta intelligũt, quibus externe, mira quidẽ pulchritudine ueſtiebatur, ſicut interne ſpecioſus erat præ filijs hominum. Hæc erant facta eius, ad quorũ exemplũ ſuos omnes inuitabat, ut nos (inquit) faciatis, &c. Exemplũ (inquit) dedi uobis &c. Hoc ſuauiſſimo odore, alios ad imitationem traxit. Ait igitur iugum ſuum ſuaue eſſe. Hanc ſuauitatẽ exprimit ſponſa, canticorũ. 1. Trahe me (inquit) poſt te, curremus in odorem unguentorum tuorum. Ab huiuſmodi ueſtimentis Chriſti, ueſtẽ nuptialẽ accipiunt

Veſtimenta Chriſti.

2. Cori. 2.

Math. 11.

Cantic. 1.

Odores a Chriſto.

accipiunt fideles animæ, uirtutibus ornatę. Distillant, itaq;, & profluunt a uestimentis Christi, boni huiusmodi odores, in uitā fideliū animarū. Quod autē hic numerat myrrham, guttā, et cassiam, pro odorū selectissima suauitate, non hoc haud dubie facit, absq; mysterio. Sed cum hoc mysteriū satis explicatum a nemine uideam, quis rem tam occultā, nimisq; obscuram, non mihi ausim arrogare, addam tamen quæ non aliena uidentur. Myrrham, certum est, in cantic. cantic. pro carnis mortificatione, quæ est in hac fragili uita, uirtutum omniū caput, accipi. Eius enim amarus odor, malarū concupiscentiarū uermes pellit, malaq; interna desyderia debilitat, ut fortior sit spiritus ad uirtutes. Aromatū quidē odores, uirtutes non semel in sacris literis significāt. Messui (inquit) myrrham meam cum aromatibus, quia carnem mortificaui, id quod primū est, sed cum illa carnis amaritudine, aromata, odores quoq; uirtutum, & bonorum (inquit) operum quæ exhilarant, miscui. Hęc est myrrha electa, (ut ait ecclesiasticus) dans suauitatem odoris. De gutta, quæ etiā, ut myrrha distillat, lege potissimū Dioscoridem. Fragrat enim, ut thus &c. Vt quidā sentiunt, tumorē inflationēq; pellit. Hinc non alienū est, ut pro humilitate ponatur. Est quidē omniū uirtutū mater humilitas. Cum sint præterea, cassiæ multa genera, ut narrāt, et Plinius, et Dioscorides, tum unā cassiam odoriferā uocant. Lenit atq; purgat. Lenit a duritiæ, purgat terrenos humores melancholicos. Spiritū lenitatis optat apostol. in christiano pectore, ad Galath. 6. Ab amaro quoq; zelo, contentione, & terrena sapientia fugere, admonet Iacob. Tribus tantū his rebus odoriferis, contentus est propheta, ut in ternario forte numero, qui omniū perfectissimus numerus est, omniū uirtutū consummatissimū odorē distillare a Christo doceat, nisi malis ad trinitatē referre. Ab eius itaq; uestimētis, myrrha etc. et præciosi uirtutum odores, tanq̄

Cantic. 5.

Eccles. 24

Galath. 6.

Iacobi. 3.

A domibus eburneis. A maximis regū pallatijs. Non enim sunt uulgares odores, qui a Christo distillant, sed quales maximi reges habere solent, præciosissimi plane, et qui omnes odores longissime uincunt. In humanis tamen rebus, postq̄ humanis uerbis doceamur necesse est, excelsior nō potest fieri comparatio, quam ab odoribus maximorū principum. Quod autem ait a domibus eburneis, indicat domos splendentes, et e pręciosissima materia (ut est ebur) factas, ut solent regia pallatia. Thronum uero de Ebore, edificabat sibi Salomon. Est enim præciosa materies Ebur, ex elephantorū dentibus, et castitatem indicat in sacris literis. Addamus itaq; prioribus uirtutibus, non tam corporis quām animæ, & mentis castitatē, ne contra dei uoluntatē fornicari uelimus. His odoribus, pias fidelium animas, adeo delectat Christus, ut nihil uicissim uelint, quām illis, illi placere. Qui autem deo placet fide, & uitæ innocentia, & bonis operibus, deū delectat. Hinc ait, Hos (inquit) bonos odores acceperunt a te.

Ex quibus delectauerūt te filiæ regum in honore tuo. Filios regū uocat, a domibus eburneis. Ex quibus (inquit) uirtutibus, quæ a uestimentis tuis emanant, filiæ regum, fideles animæ, filiæ iustorū, quos fide & innocentia imitantur, delectauerūt te, (lætificauerunt, uertit Hiero.) pij christiani, qui omnes ut reges uncti sunt, & regio nomine digni, ut in psal. 20. te (inquit ad Christum) delectauerunt, te lætificauerunt, in honore tuo, quando aliud non optarūt, nisi quod in gloriam, & honorem tuum fieret, neq; non et pro tuabonitate quāmuis tibi conferre nihil potest humana imbecillitas, ea tamen ita benigne accipis, quæ bene ab homine fiunt, ut tibi honori esse ducas, & abunde remuneras, quia grata sunt tibi omnia, quæ fiunt in honore tuo, neq; bene fieri potest, quod non fit in gloriam tuam. Qui per gratiam sic faciunt, filiæ regum sunt. Hoc est, quod regale sacerdotium appellat. D. Petr. Estq; omnis

Filiæ regū, christiani.

1. Petr. 2.

Psal. 20.

omnis pius christianus rex, unctusq; est oleo misericordiæ &c. Dic in psal. 20. & manet in domo eburea, casta, et pura. His bonarum uirtutum odoribus, delectat se ualde benignus deus, libenter uidet, nunc potißimum post Christi aduentũ, qui gratiã attulit, qui p humano genere tantum laborauit, filiosq; dei patris, fecit omnes credẽtes in eum, cuius sui laboris fructus, pij sunt quiq; christiani oẽs. Prior dilexit nos, nostra causa in mundũ uenit, paßus, & mortuus est, et propter iustificationẽ nostrã resurrexit, ad patris dexterã ascendit, ut suis pararet locũ. Se ergo ualde delectat, suorũ uirtutibus, qui fide, et charitate ornantur. Hinc ad patrem ait in alio psal. Adimplebis me lęticia cũ uultu tuo, delectiones in dextera usq; in finem, hoc est, perpetuo, quando meã hęreditatem restitues mihi, quando apud te simul mecum erunt fratres mei, pro quibus ego laboraui. Cupit Christus filios dei fieri omnes, quos suos fratres, suos cohæredes uocat. Erunt ergo uere filij regum, quibus dabitur hęc gratia, hoc est, uel filię bonorũ patrum per imitationem, uel filię regum, patris, & filij, & spiritussancti, uel filiæ apostolorum per doctrinã. Harum filiarũ regina, est Christi ecclesia, Christi sponsa, de qua nunc incipit loqui, postq̃ de sponso prædixerit. Nunc enim, post huiusmodi laudes Christi, qui uere sponsus est ecclesiæ suæ, id quod sacramentum magnum est, ut ait apost. sponsus & sponsa, duo in carne una inseparabiles, ad sponsæ speciosum quoq; ornatum explicandũ aggreditur. Ad Christũ itaq; uersus, ait. Es (inquit) nõ modo speciosus a uirtutibus tuis, sed etiam ab uxore regina tua, quam ornasti prioribus uirtutibus. Nam

Filiæ regum.

Astitit regina a dexteris tuis, in uestitu deaurato, circũdata uarietate. Bone rex Christe, reginam te quidem dignã, sine macula, aut ruga, ut ait apost. tibi copulasti, & coniunxisti, quia ab eo tempore, quo eam in sponsam elegisti, ipsa tibi astitit perpetuo a dexteris. Eam enim in dextera collocasti, hoc est, potentia, honore, & uirtutum scientia, firmam, & munitam effecisti, ne in sinistram declinaret. Hinc addit, Astitit a dexteris, in uestitu deaurato, hoc est, splendidis, & fulgentibus externis uirtutibus. Est enim non una uirtute, sed uirtutum uarietate circumdata. Suam enim sponsam, quam tantopere amat, sic cõfirmauit Christus, ut esset (inquam) sine macula aut ruga, utq; esset tuta ab omnibus inimicis, & pijs omnibus uirtutum exemplar. Sic pro eius fide orauit, & impetrauit. Habet igitur uestitum deauratũ, purum a sorde, splendidum, ut alijs sit exemplo, uirtutum solida potentia, quæ per aurum significatur, ne uincat eam inimicus, quam sponsus suscipit, & semper amplectitur, ut sit undiq; tuta. Hic uestitus, externam eius puram, et sanctam conuersationem indicat, qua, tanq̃ ueste, circũamicitur, ut uideant omnes eius bona opera, eius uirtutes, quibus exemplum bonæ conuersationis sumant. Circumdata est hęc regina, hac uirtutum uarietate. Varias habet uestes, uarias uirtutes internã scilicet illam, omnium uirtutũ cum primis reginam, fidem, cui coniunctam quoq; habet spem, charitatem, constantiam, fortitudinem, uitæ innocentiam, solicitam uoluntatem bene operandi erga omnes &c. Hæc est sponsa bene ornata uiro suo, ut ait Ioan. Hi sunt pulchri ornatus, qui ad uirginem, fidelem omnẽ animã pertinent. De alijs uero indecoris ornatibus, lege Chrisosto. homelia. 28. to. 4. Hęc cœlestia dona, pro nimio amore, a Christo sponso suo accepit hæc regina. Quare, ut uicißim faciat illa, quæ sponso grata sint semper, eam sic hortatur ppheta sponsi nomine.

Fides uirtutum regina.

Apoc. 21.

Audi filia & uide, & inclina aurem tuam. Modo filiã uocat eandẽ, quã prius reginã appellauit. Cum etenim eam a dexteris regis constitutã, et uirtutibus circũdatam narraret, reginã in maiestate stantẽ, nũc uero cũ eam doceat, filiã appellat. Docet enĩ pphe

ta non

ta non sua, sed sponsi nomine. Audi (inquit) filia, et uide, et solicita esto, intellige, et inclina aurem tuã, ad doctrinã sponsi tui, ut eum ames ex toto corde &c. postq̃ te tantopere amat. Sint tibi aures audiendi consilium, doctrinam, & uoluntatem sponsi tui.

Et obliuiscere populũ tuũ, & domũ patris tui. Eius causa, & amore oĩa quæ sunt huius scli relinque. Populus prioris ecclesiæ erant iudæi, domus, synagoga. Huic populo, nondũ erat prædicatũ regnũ cœlorũ. Vetus illa synagoga, iam transiit. Ecce noua facio omnia. Dixerũt ergo iudæi. Quæ nam doctrina hæc noua? Lex & prophetæ usq; ad Ioannẽ. Dictũ est antiquis, non mechaberis. Nunc uero, si uideris mulierẽ, ad concupiscẽdã eam, &c. Absolutißima est igitur Christi doctrina, nõ ut corporalia expectemus, sicut in ueteri testamento, sed cœlestia. Non tam externa, q̃ interna magnifaciamus. Simus animo nõ minus casti, q̃ corpore oportet. Abijciamus opera tenebrarum &c. relinquamus ueterem populũ, uitia, & priora pctã, simul & ueterem domũ, hoc est, hunc mundũ, & quæ huius mũdi sunt fugiamus. Hunc populũ, hãc (inq̃) domum ueterem obliuiscere filia, in his omnibus, quæ sponsi aduentu mutantur, & Christum sponsum sequere. Id quod si feceris, & te ardentißime amabit.

Doctrina Christi.

Et concupiscet rex decorẽ tuum.

Quæ prius nigra, iam baptismo super niuem dealbaberis. Delectabit eum speciosa forma tua, ita ut dicere poteris audacter. Ego dilecto meo, et dilectus meus mihi. Simul & rex sic te alloquetur, ut spretis quę huius scli sunt oĩbus ad eum festines. Veni (inquiet) sponsa mea, ueni de libano, ueni coronaberis &c. Ecclesię decor est, multos in sacris literis eruditos, eosdẽq; probos, mãsuetos, iustos, pios uiros habere, ut nihil addam de multitudine uere credentiũ, et deũ agnoscentium, fide, & uitæ integritate. Inclina igitur aurẽ (inquit) tuã, ut discas operari ad uoluntatem illius.

Cantic. 6.

Cantic. 4.

Decor ecclesiæ.

Quoniam ipse est dñs deus tuus.

Qui fecit te, cuiusq; ope semper eges, qui pro bonitate si aurem inclinaueris, paratus est, te cum gaudio suscipere, et te munire omni uirtute. Ecclesiam, hoc est, pios uiros omnes, qui sunt, & ecclesiam Christi faciunt, alloquitur. Ex hoc etiam loco, non de Solomone scriptum esse hunc psalmũ perspicuum est, id quod hebræi fatentur. Non enĩ uocasset eum dominũ, et deum, q̃uis nõnunq̃ in sacris literis dij quoq; reges appellentur. Dic in psal. 28. Psal. 28.
Inclina (inquit) aurem tuã, id quod si feceris tu, et iustũ obsequiũ pręstiteris, quæ es Christo prædilecta sponsa, non modo astabis tu a dexteris dei, sed & populus tuus, qui tuam doctrinam recipient, simul astabunt.

Et adorabunt eum. Obedient illi, incuruabũt se ante eum, ut ab alijs uertitur. Ille populus tuus, & domus patris tui, hoc est, omnes qui sunt filij Abrahæ ex iudæis, ut ait euangel. non modo adorabunt eum, sed

Et filiæ tyri in muneribus. Adorabunt eum. Filia in sacris literis, pro ciuitatis, uel nationis populo solet poni. Sic ait, filia, seu filię Hierusalem. Dic in psal. 9. Tyri nomine, nationes, & alias gentes omnes intelligit, deum non agnoscentes, idololatras, quę una cum populo iudaico, (ut qui longe erant nunc prope sint, ut ait apost.) illũ prædictum regẽ adorabũt tandẽ in muneribus, dei agnitione, fide, et uitę integritate. Quod nã aliud est tam ingens munus, q̃ se totũ dedere deo. Non enĩ aliud postulat ab homine, q̃ ut ad eũ cõuertat se, et auertat a uia sua mala. Id quod facit, qui uere adorat deũ. Neq; aliud munus est, aut fieri potest ab homine, tam gratũ benigno deo. Sic adorabunt eum, & iudæi, & gentes, qui bene adorãt. Ex iudęis quidẽ originẽ habet Christi ecclesia. Secundũ enĩ carnẽ Christus ipse, deinde apl'i eius, & discipuli aliquot, iudei sunt, quorũ doctrina, Christi fides in toto orbe solidatur, domĩo cooperãte, et sermonem eorũ confirmante, quia Christũ sequuti

Psal. 9.

Ephes. 2.

Munus christiani uiri deo.

Marc. 16.

sequuti sunt, domũ prioris patris obliti. Tandẽ et alias itaq; oues uocauit Christus, multo locupletius, qui uocem eius audierũt. Hic est populus, qui prius non cognouit, qui in auditu auris obediuit. Quod autẽ ait, filię tyri in muneribus, alludit ad historiã de Salomone, cuius uultũ uidere propter sapientiã, desyderabat tota terra. Et singuli deferebant ad eum munera. Cũ primis uero Hyram, Tyri ciuitatis rex, Solomoni amicitia coniũctus, et multa, et frequẽtia munera attulit. Tyrus magna ciuitas gentium erat, uicina iudeę, Phenices metropolis, non longẽ a cęsarea philippi, maris negociatione opulẽta, & ideo luxu perdita, lege Ezech. 27. Huius meminit Christus Math. 11. Salomon Christi typus est, qui pacificus interpretatur. Huius itaq; Solomonis uultũ desiderabũt uidere ppl's tyri, hoc est nõ tam iudæi q̃ nationes, et qui prius idololatræ erant, eũq; adorabunt, propter mirã, et ineffabilẽ eius sapientiã, sanãq; doctrinã. Ad hunc Salomonẽ, et regẽ pacificũ, uenient filij tyri, uenient ex gentibus fideles, et credẽtes, facti per fidem amici dei, et adorabũt eum, cũ muneribus ut pauloante. Sic (inquit) uenient ad te bone rex Christe, et

Ioan 10.
Psal. 17.
3. Reg 9. & 10.
Tyrus ciuitas.
Ezech. 27
Salomon

Vultũ tuũ deprecabuntur, omnes diuites plebis. Sic ad ipsum Christũ, qui sponsus est, et caput ecclesię suę, uenient, et ex iudęis, et gẽtibus, tam pauperes, q̃ diuites, tam populus, q̃ principes, et adorabũt eũ, et uultũ eius deprecabuntur, ab eius uultu, & gratia, oĩa expectabunt, eũ in ecclesia sua uidere, et uenerari per fidẽ optabunt. Hãc faciẽ dei quis interim non uideãt, nisi tanq̃ in enigmate, solida et certa fide tamẽ eam adorabũt, et pro rebus omnibus deprecabuntur, ab alio nullo salutem aut petentes, aut expectantes. Sic interim necesse est, in spiritu interna fide, adorare eum. Vere etenĩ in spiritu adoratur. Placatur enim deus spũs humilitate, fide, & pura conscientia. Hęc est uera gloria iustorũ. Hic est qui in domino gloriatur. Hinc ait.

Omnis gloria filiæ regis abintus. Externã omnẽ laudẽ despicit, nisi in gloriam sponsi, omnẽ huius sęculi pompam contemnit filia regis, illa (inq̃) regina, Christi sponsa, quã prius filiam quoq; uocauit, qua uoce, & omnẽ quoq; fidelẽ animã intelligit. Hoc enim est gloriari in domino, habere testimoniũ bonę conscientię (ut ait apost.) in simplicitate cordis &c. Sic antea diximꝰ speciosum esse spõsum, internis uirtutibus. Cõueniunt eni moribus, et cõuersatione sponsus, et sponsa, quia talẽ sibi elegit spõsam Christus sine macula, ut supradiximus. Ita tamen gl'iatur intus certa fide sponsa, ut non negligat externã bonã cõuersationẽ, non ut uideatur ab hoibus &c. quia non gloriaĩ externe, in externis suis uirtutibus, neq; externã gloriã quęrit, cũ sit oĩs gloria eius ab intus, intrinsecus. Non possunt eius internæ tamen uirtutes, in aliorũ oculis non externe splendere usq; adeo, ut nõ magis aureę uestes, in corpore splendescãt. Quãuis tota eius gloria sit ab intus, illa tamẽ cernit.

Fide anim virgi

In fimbriis aureis circũamicta uarietatibus. Vna (inquit) cũ internis illis uirtutibus, in fimbrijs etiã externe circũamicta, et undiq; uestita, est uarietatibus uirtutũ. Has uarias uirtutes, prius explicuimus in hoc psal. tam in sponso, q̃ in sponsa. Sic enĩ sponsa solicita est, ut bene operet' apud omnes, ut oĩbus benefaciat, p omnia sponso similis. Et sunt illæ (inq̃) uarietates in fimbrijs aureis, externe splendentes in oculis oĩm, sicut fimbrię, quæ sunt aureę, ut eius uideant alij bona opera in gloriã dei, ut ait euangel. De more, elegantes fimbrias in uestibus habebãt iudęi, ad uestiũ decorẽ, seu potius externã ostentationẽ, et has fimbrias dilatabant præ supbia, tam fimbriarũ latitudine, q̃ pręciosa eius materia. Sic magnificabant suas fimbrias iudęi, ut ait euangel. Hoc est, sua externa opera in specie bona, sed quæ fecerũt ipsi, ut uiderẽtur ab hominibus. Egregie, ut sint opera tanq̃ in fimbrijs docet pphẽta. Sunt enim uestiũ extremitates, fimbriæ. Fac igitur opera tua ut uideãtur tanq̃ fimbriæ ab hominibus, nõ autẽ

Ose.
Sap. 4
Externa opera.
Math. 5. & 23.

uestem

ueste expandas arrogāter, tanq̃ ille, qui preconis uoce, publicitus ostētaret, uel tuba ante eum canente, ut ait euangel. Sic uideant homines, non tanq̃ ut tu cupias uideri, in gloriā tuā, hoc est, noli prędicare tua bona opa, noli iactare, noli apud te hominū famā quærere, inanem illū fumū. Esto tamē solicitus, ut pro omni occasione bene opereris. Hoc est circūamiciri uarietatibus, aurearū fimbriarū, ut docet propheta, propter internā fidē, internāq; amorē erga spōsum. Id quod si fecerit regina (id quod certe faciet, quā deus sic firmauit, ut antea diximus) non modo ipsa pplm suū obliuiscetur, ut antea diximus, sed etiā pariter — Math.6.

Adducentur regi uirgines post eā.

Simul cum illa, regi, & sponso Christo, adducentur multæ uirgines, multæ fideles, castæq; animæ post eam, quæ fidē illius, & uitę innocentiā perspicietes, ex sana fidei doctrina, & deauratis fimbrijs, eam sequentur, et simul cū illa, ad regis uultū peruenièt. Fideles animas, uirgines, a castitate uocat. Quæ uero non sunt castæ, cum uicijs, quæ sunt aliena a deo, fornicantur. Hos itaq; adulteros uocat. D. Iacob. cap. 4. Sic fornicatur terra a domino, ut ait Oseas. Sed priorem castitatem optamus. Hæc est pulchra castitas, digna claritate, ut ait sap. amore digna. Hinc ait. — Fideles animę cur uirgines. — Ose.1. — Sap.4.

Proximæ eius afferentur tibi.

Idē repetit sponsum alloquens. Illę enim sunt proximæ huius reginæ, quas antea uirgines uocauit. Vertit hic Hiero. Amice eius &c. Id quod nostrā literā explanat. Illas enī apud se proximas habere solet regina, qbus maxime fidit, quasq; potissimū diligit. Illas igitur sibi proximas uocat, hoc est, maxime dilectas, cū sint illi obsequiosæ, illi obediant, post eam (ut pauloante diximus) ueniunt, eius uestigia sequentes. Sic et uirgines illę huius sponsę doctrinā recipiētes, illiq; obediētes, ab ea unice diligentur, & illæ erunt proximæ & amicæ. Simul itaq; adducētur, et adferentur ad regē, et gratiā illius. Adducentur (inquit) et afferentur. Non enim suis uiribus uenire possunt nisi ducantur, per gratiā dirigant, et trahant, ut ait euangel. Beatę uirgines illę, quę cū his muneribus uenient, oleū in uasis habentes, ad huius regis præsentiam adductæ. Nam — Ioan.6.

Afferentur in lęticia & exultatione.

Ad regis, & sponsi pręsentiā. Cum enim ad regis præsentiā adductæ fuerint, gaudebunt, exultabūt, ineffabili læticia afficient, quā nec oculus uidit &c. Has uirgines alloquit Christus. Gaudete & exultate in illa die, ecce eni merces uestra multa est in cœlis. Ad quālibet talem uirginē ait. Intra in gaudiū domini tui. Certum est enim, quod hæ uirgines — Luc.6. — Math.25.

Adducentur in templum regis.

In domū dei, ad pręsentiā, & conspectū eius, ubi erit plenū, & perpetuū gaudiū, unde non erit transmutatio, neq; uicissitudinis aliquis metus, ubi erit uox exultationis, et confessionis, & sonus epulantis, ut in alio psal. Adducentur (inquit) in templum regis, hoc est, per fidē in ecclesiā. Habebunt enim bonos duces, apud hanc Christi sponsam, qui eas uiam uitę doceant, fidē scil3, spem, et charitatē, ne aberrent a recta uia. Nā licet patriarchę, et priores prophetę, optimi operarij i uinea domini, iam hac uita functi sunt, non tamē tibi deerūt (inquit ppheta ecclesiam alloquens) qui sint soliciti speculatores, et solertissimi populi doctores, quos in præsentia multos habes. — Psal.41.

Nam pro patribus tuis nati sunt tibi filij. Patres ecclesię Christi erāt priores pphetę, iam mortui, qui multo timore populū de peccatis admonuerūt, ad fidem, ad uitęq; puritatem hortati sunt. Sed pro illis nati (inquit) sunt tibi filij, docti, et exercitati in sacris literis, qui late uerbū dei, ut patres eorū denunciabūt. Hi fuerūt apl̃i, discipuli Christi. Sunt et assidui omnes uerbi dei denūciatores. Sunt enim filij illorū priorum prophetarū ab imitatione, tam fide, et opere, quam doctrina, & solicitudine. Quamobrem — Ministri verbi.

Constitues eos principes sup oēm terrā. Hoc sponsus docet sponsam. Super

Hiere. 1.

gentes, et regna, (inqt Hiere.) ut euellant, et destruant, disperdant, et dißipent, edificent, et plantent, constituentur. Hic uides quanto honore, et digni, et tractandi sunt, probi denunciatores uerbi dei. Hi sunt presbiteri, qui bene præsunt, duplici honore digni, ut ait apost. Hinc ortæ sunt hæreses (inquit Cyprianus) quod his principibus nõ obeditur. Hi plus honorandi sunt, q̃ principes & reges, inqt Chrisosto. de sacerdotio. Quantũuis sint regibus uere subditi, in externis rebus oĩbus, quæ ad huius seculi externã administrationẽ, seu potestatẽ attinent, ut in psal. 16. diximus. Vere tamen sunt principes, illi uerbi denũciatores, hoc est, primarij doctores, nõ tam corporũ, q̃ animarũ. Hic datur occasio pluribus loquẽdi, tam de uerbi dei probis denunciatoribus, q̃ de pseudoaplis, qui in uestimẽtis ouium ueniunt, intus autem sunt lupi rapaces. Neq; non hæc nostra dolenda ætas, nimis ante oculos rem adeo ponit, ut qui uelit ĩ hãc arenã descẽdere, amplißimum habeat campum, quo poßit uel equo, uel pede pro uoluntate excurrere, tam abundat impiorũ iniquitas. Sed benigno deo, qui suos respicit ĩ tempore negotiũ relinquemus, interim aßidue deũ prom in terrũ orantes, ut cito dißipent qui bella uolũt, linguasq; dolosas, tacere faciat. Neq; addã in hoc loco, quid in eos dici poßit, qui priscos oẽs patres, et eorũ doctrinã contemnũt, etiã in sacrarum literarũ sensu, qui ab apostolis, & apostolorũ discipulis, eam doctrinã acceperunt. Hoc unũ te, pie christiane lector admoneo, ut si priscos illos, & beatos, & doctißimos patres, exempli causa, Cyprianũ, Hiero. August. Ambros. Hilarium, Chrisost. et id genus alios, in scripturæ sensu, conuenire perspexeris, noli non illi sensui totus inhærere. Simul & alios oẽs quoscunq;, qui illi aduersari, aut illum sensum inuertere conantur, sine apertißima scriptura, reijce. Quod si uarij sint ipsi, id quod aliquãdo, ut homines esse uideantur, contingit, elige quod suggerit spiritus. Consule tamen maxime probos ex illis. Cum primis caue, ne innitaris prudentiæ tuæ. Priorẽ uero patrum unanimitatẽ, ualde suspitio, et ueneror. Quod enim docent ab ipso spiritusancto docetur, cuius haud dubie afflatu loquuti sunt. Sed explanationem repetamus. Nati sunt tibi (inqt) filij, constitues &c. Pro his igitur maximis beneficijs tuis, inquit regina ad sponsum.

Honore digni uerbi dei denunciatores.

In pseudo apost.

Magnifaciẽdus patrum consensus.

Memor ero nominis tui, in omni generatione & generationem.

Ero (inquit) nominis, & bonitatis tuæ perpetuo memor, non modo apud me, sed in oĩ generatione, & in omnẽ generationem, apud omnes populos, apud omnẽ ætatẽ, ut bonitatem nominis tui cognoscant, solicitus ero, & te laudabo, te annunciabo in ecclesia magna. Sic enim afferentur, & adducentur uirgines, et fideles animę ad te, ad agnitionem maiestatis, et bonitatis tuæ. Certum est enim, quod

Psal. 34. & 39.

Propterea populi confitebũtur tibi in ęternũ, & in seculum seculi.

Quia sicut docti erãt uerbo tuo, per priores illos principes, sic & a filijs ipsorum docebuntur, ut fidem accipiant uerbo doctrinæ. Fides enim ex auditu. Auditus ex uerbo dei. Quid sit cõfiteri domĩo, iam diximus in psal. 6. 17. 27. et. 29. Pete ab illis locis, quę huic conducunt. Estq; in præsentia nõ aliud, q̃ deũ laudare, tam fide, q̃ opere, id quod pius populus fecit semper, perpetuoq; faciet, doctus (inq̃) ut sic faciat, a regina Christi sponsa, et principibus eius, qui ad hoc solicite, ut probe discant populi, in Christi sponsi uineam, operarij missi sunt.

Psalmus. 45.

Titulus.

In finẽ filijs Core, pro archanis.

De filijs Core, prioribus pximis psalmis iam diximus. Quod autẽ addit pro archanis, idẽ est ac si diceret, pro occultis dic in psalmo. 9. In hoc tamen psal. illa dei archana, mirandam opem dei, quã suis preter omnẽ spem prestat, sentire uidetur. Hinc cum sit carni, humanęq; pruden-

prudentiæ res incredibiles, omnes tam fideles, q̃ impios, inuitat ad solicitam considerationem, eius ineffabilis auxilij dei.

In summa.

Fidelis populus, qui omnẽ spem suam ponit in deo, q̃ certã, & persuasam eandẽ habeat, usq; adeo docet hic psalmus, ut quotcunq; sint, aut quantũcunq; sæuiãt terrores, aut hostes, neutiq̃ sibi timeat. Habet enim auxiliũ dei fidens deo, quo iuuatur, tam celeriter, et tam solicite, ut uelut impetũ fluminis, abunde accurrat, qui opem fert deus. Deũ itaq; semper præsentem habet, qui iuuat in tẽpore uelociter. Simulatq; uocẽ igitur in auxiliũ profert deus, deijciuntur e uestigio hostes. Est enĩ qui hoc potest, cuiq; resistere potest nemo, uirtutũ dominus, suos suscipiens, et defendẽs. Omnes igitur tam pios q̃ impios, inuitat, hortatur, atq; monet, ut hãc eius potẽtiã, p admirãda opa sua agnoscãt, cũ solus ipse sit dominus fortitudinis qui sup oẽs exaltatur, cui per oĩa facere licet, quod lubet.

Explanatio.



Eus noster refugiũ & uirtus. Quoties urgemur (inqt fidelis populus) ad deum confugimus, in illius sola ope confidentes, non in homine quouis. Et uere tutissimũ nostrũ refugiũ est, quia ipse solus est refugium nostrum, qui nos pro bonitate recipit, & uirtus, hoc est, fortitudo nostra, qui nos ab omnibus inimicis defendit. Hoc (inquiunt) experti sumus. Nobis enim fuit semper

Adiutor in tribulatiõibus, quæ inuenerũt nos nimis. Lege hic August. de animæ, et cõscientiæ tribulationibus. Inuenerunt (inquit) nos nimis, huius sæculi tribulationes. Quæsiuimus enim pacem, & ecce bellum. Mala non quæsiuimus, non optauimus nobis, neq; detrahendi de nobis, tanq̃ de malefactoribus, ullam causam habẽt, sed mali homines, mala nobis intulerũt. Suos ita patitur exerceri deus. Sed in medijs tribulationibus, cũ maxime angustiaremur, prope desperantes, quia mala (inquiunt) inuenerunt nos nimis, hoc est ualde, et uehementer irruerunt in nos undiq; mala, fuit nobis solus adiutor benignus deus, & liberauit nos, et uirtus nostra est, quia nullam uel uirtutem uel fortitudinem habemus, nisi ab eo. Si ergo a nobis quæratur, quid sit deus noster, respondeamus ut docet propheta. Deus noster, refugium et uirtus, adiutor &c. Alius uero sensus est, secundũ hebraicã literã. Quod enim ait. Inuenerunt nos nimis, de tribulationibus, & molestijs non intelligit, sed fortitudo, & uirtus dei, illa sunt, quæ nos inuenerũt nimis, hoc est ualde, quia eorum auxilio, tuti facti sumus, & securi ab oĩbus inimicis. Hinc uertit Pagninus. Auxilium in angustijs inuentum est ualidum. Vtriq; sensui apte respondetur.

Propterea non timebimus dũ turbabitur terra, & trãsferentur montes in cor maris. Quia omnẽ spem in deo constituimus, qui nobis refugiũ est, quoties ab eo certa fide auxiliũ petimus, & fortitudo nostra est, potens, ut pro uoluntate, ab omnibus conseruet, uere adiutor in tribulationibus, in angustijs, oĩbus credentibus &c. Aiunt itaq; magna constantia uere fideles. Propterea non timebimus &c. Quod autem sequitur, dum turbabitur terra &c. uarios habet sensus, secundũ interpretes. Secundũ literam, terræ & maris ingentẽ concussionẽ indicat, uelut cœlũ terræ, terra cœlo misceretur, omniaq; deijci, inuerti, præcipitari uiderentur, cœlũq; ruere potius. Hinc montes in cor maris, in altitudinẽ, & abyssum illius transferri addidit, quæ homines modicæ fidei, terrere solent nimis. Nullis tamẽ hmõi terroribus, cõmouetur, aut terretur ille, qui suã uere fiduciã habet in deo, cũ nec inferni portæ oĩm dæmonũ insidiæ, et potẽtiæ, aduersus eum præualere poterunt. Neq; hanc mortẽ timet, qui dissolui Fidei firma constantia.

cupit, et esse cũ Christo. E sacra historia, terrores multos adferre liceret, quos deus, ut magno metu populũ coerceret non semel immisit. Mirandã unam ex ethnicis uidere licet historiam, quod ad tempestatis terrorẽ attinet, apud Pliniũ in. 6. epistol. libro, qui de terræ inaudito alias tremore scribit, deq; maris cõmotione, & horrendis alijs, & auditu, & uisu formidinibus. Sed altiorẽ sensum in hoc loco exquirunt interpretes, ut terrã, sceleratos homines interpretemur, qui intra se turbantur, dum contra fideles conspirant, præq; ardente malicia, tumultuantur improba nimis nimisq; solicitudine, ut pios obruant, suas improbas uires adeo inuicẽ accumulãtes, ut uideantur oĩa posse, uel ipsos altißimos mõtes, e suis locis mouere, et in ꝓfundũ maris deijcere. Tot etenim hostes, simul contra pios nõnunq̃ conspirare uident, ut terra tota, hoc est, huius seculi regnũ, in eos cõmotũ uideatur. Neq; tamen (inquiunt) timebimus, tam certa spe cõsolamur. O magnã fidẽ, et rarã. Terrã quoq; fidelẽ ipsum hominẽ intelligere uidetur August. qui secũ cõtendit in spũ cõtra carnẽ, ut q̃uis terrena pars eius cõmoueat uehementißime, una cũ hostiũ aliorũ spiritualiũ conspiratione, confugiens tamẽ ad deũ spũ, non sibi timebit, sed bona spe consolabit, ut aliquando liberet eũ deus, in quo solo est fortitudo eius. Suos itaq; admonet Christus. Videte ne turbemini, oportet enĩ talia fieri. Montes quoq; intelligit August. Christi scilꝫ apost. qui trãsferebãtur in cor maris, quando relicta iudæa, ad gentiũ prædicationẽ in meditullium huius seculi, se contulerũt, in cor maris, in tribulationũ abyssum, ubi diu, magnis persequutionũ fluctibus, iactabantur. Terra uero, hoc est, terreni homines, qui eorũ doctrinam respuebant, eorũ aduentu, ualde turbabantur, et tumultuati sunt, ut in psal. 2. Sed nõ timebimus (inquiũt fideles) dum turbabitur terra, modo simul cum illa turba trãsferantur illi montes in cor maris, hoc est, adsint nobis apostoli, seu apostolici uiri, in medio nobiscum, qui nos uerbo munient, & firmabunt, contra omnes inimicos. Dura uidetur, & satis longe petita hæc allegoria. Perstat adhuc propheta in eadem metaphora. Si in mare cadant montes, non sine sonitu cadunt, neq; non ualde aquam turbant. Ait igitur.

Math. 24.

Act. 13.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum. Sonuerunt doctrinæ priorum apostolorũ inter gẽtes, et turbatę sunt aquę, turbatæ sunt gentes, quæ ut aquæ fluctuant. Dicemus postea in hoc psalmo. Vel sonuerũt et turbatæ sunt aquæ, hoc est, persequutores. Aquę, uel persequutiones, uel ipsos persequutores significant, qui fremũt & turbantur in pios eo modo, quo supradixim᷒. Sic et hostes magno tumultu irruerũt, sed eos nõ timuimus (inqunt fideles) quia sperauim᷒ certo certius in deo adiutore nostro. Neq; spes (inquiunt) nos fefellit. Nam et turbatæ sunt aquæ eorũ. Id quod explicare uidetur in alio psalmo. Viderunt (inquit) te aquæ deus, & timuerũt, & turbatæ sunt abyssi, hoc est, deiecti sunt hostes, excelsi & potentes in terra, et in summa cõtra nos malicia tumultuantes, præcipitant, et cæci demerguntur in profundũ iniquitatis. Sic ait. Turbatæ sunt aquæ eorũ, impię cõmotiones, et fluctus, quæ contra nos moliebant, per deũ adiutorẽ. Nulla est enim humana fortitudo contra deũ. Quantũuis ideo principes aut fortes stolide sibi uidentur inuicti ut montes, ut loco dimoueri nõ poßint, facile tamen

Aquæ.

Psal. 76.

Turbati sunt montes in fortitudine eius. Hostes, et piorũ persequutores, turbati sunt, quia uirtus dei opem fert suis, id quod usq; adeo uerum (inquit) perspicimus, ut illi antesignani tyrãni, qui montes præ fortitudine uidentur, turbati sint, et deiecti in fortitudine eius dei nostri, qui refugientes ad eũ, benigne suscipit. Si malis ad allegoriã redire, ut priorem sonitũ, apostolorũ uocem intelligas, sonuerũt (inquit) montes illi, & cũ eorũ sonitu, turbati sunt montes huius seculi, principes & reges, in fortitudine prædicationis uerbi

uerbi dei. Turbati (inqt) sunt, quia uicti sunt, priorē idololatriam relinquentes, Christi doctrinā sequuti. Turbatus erat Herodes, cum audiret de trium magorū aduentu, sed impie uexabatur a maligno spū, quia dei potentiam non agnouit, prę cęcitate rerū temporalium. Turbatur animus insolita magnę rei nouitate. Sic turbata est uirgo Maria in sermone angeli. Sic stupebant de doctrina apostolorū iudęi. Sed fœlicißima turbatio, his qui uerbū recipiunt, & eius prædicatione immutantur. Nunc apponitur uerbum, Sela, quia certam consolationē contra quoscūq; priores hostes docet. Digna uerbo, Sela, doctrina. Vt igitur priores montes, & turbas, & sonitus, de fidei inimicis intelligamus, germanū esse sensum puto. Hinc ait. Quantūcunq; igitur sæuiant (inquit) inimici contra ciuitatē dei, contra Christi ecclesiā, quantūcunq; sint magni, et potentes ut omnia uideantur diruere, prosternere, & deijcere, uerūtamen

Sela.

Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei. Contra tot aquas, & persequutiones, tot undas, quis sæuiat pelagus, insaniant montes, et reliqua aduersentur flumina, unius (inqt) fluminis impetus, uirtus uerbi dei, & diuini eloquij, nos defendit, & ciuitatem dei fidelem populum lętificat, quia liberat, & pro maximis belli terroribus, suauem, & lætam pacem adfert. Ciuitas (inq̄) dei, populum dei significat. Dicta est ciuitas a coeundo. Coeunt etenim fideles in unam fidem, in unā domū, in unā ciuitatē, illius non aduenæ, sed ciues. Ipsa igitur mœnia, ipsas domos nō intelligit, sed homines ex quibus constat ciuitas. Sic & dictæ sunt ciuitates malignorū psal. 9. Sed uideamus, quod nam sit huiusmodi flumen, quod suo impetu lætificat ciuitatē dei, contra tot aquas. Alij uel Christi paßionē, qua uelut fluminis impetu, sanguinē suum pro humana redemptione effuderat, Vel baptismi aquā, hunc fluminis impetum intelligunt, quibus uere purificatur, & lętificatur ecclesia dei, fideles animæ. Alij spiritum sanctum interpretātur, qui solet cum impetu uenire. Sic ueniebat tanq̄ spiritus uehemens ad apost. Venit cū impetu, quia cū absolutißima potestate uenit, qua uicit aduersarias potestates, cui resistere nullus potest. Flumini comparatur, propter puritatē, quia lauat, tergit, purificat, implet, abunde satiat, qui omnē ueritatem docet. Alij deū, & totā trinitatem intelligunt, quā ideo flumen, seu fluminis impetū uocat propheta, cū sit oīm fluminū, oīm riuulorum, oīm uirtutū caput, a quo, & emanant cuncta, quæ bona sunt, et reguntur. Alij ideo de solo Christo sic sentiunt, quia cū fluminis impetu uenit in hūc mundū, quando in uirginis uterū descendit spiritus sanctus quo conceptus est, quiq; repletus est, omni sapientia, quæ magno impetu fluxit ab eo in omnē terram. Venitq; cū impetu, hoc est, absoluta potentia, qui lætificauit totā ciuitatē dei patris, omnes pios, qui recipiūt uerbū eius, et in eum credunt. Venit enim ut gigas, ad currendam uiam suā. Hic est, qui declinat super hāc ciuitatem, quasi fluuius pacis, et quasi torrens inundans gloriam gentium ut ait Esai. Non ait propheta, flumen, siue fluuius lætificat &c. sed fluminis impetus. Hic est impetus et fortitudo, quæ omnes aduersarios uincit. Opus erat hoc impetu. Valde enim persequutionibus molestabatur fidelis populus, ante eius aduentū. Tot erant idololatræ, qui populū dei delere moliebātur. Neq; non post eius aduentum plęrisq; annis, & gentes, & iudęi, in populum dei, in recte credentes sęuiebant. Sed uicti sunt hostes, & inimicißimi, hoc est, gentes, idololatrę, & facti sunt amicißimi & fratres. Sic hmōi fluminis impetu, lætificata est tota ciuitas dei, quia una facta est, unanimes, et fratres facti sunt omnes. Sic enim

Sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Tabernaculum dei, & prior illa sanctorū ciuitas & fideliū congregatio, ecclesia Christi. Fratres enī omnes sunt, unū patrē habētes, &c. Cōmilitones quoq; sunt, sub uno capite Christo militantes, in uno taberna-

Margin notes: Ciuitas fideliū. — Fluminis impetus. — Spūs sanctus, flumini cōparatur. — Esai. 66.

Psal.14. Psal.18. bernaculo, in una hac inferiore ecclesia. Dic in psal.14. Hoc tabernaculum altißimus ille Christus, cuius egressus est a summo cœlo, sanctificauit, sibi sanctum, & purum fecit, ab alijs segregauit, quia eam totam ciuitatē suā, liberauit, & lætam fecit, ab oīm inimicorum persequutionibus, uere, & ualidus adiutor in tribulationibus, ut in psal. principio. Hoc tabernaculū, uirginis uentrem alij interpretantur, quē uere sanctificauit, & purißimū fecit, uirtute separauit, & ab alijs oībus segregauit, quia uirgo concepit, & uirgo post partū permansit. Impetu fluminis conceptus est, ut prius diximus, spūssancti opera. Hoc igitur tabernaculum eo modo sanctificauit, ut deum & hominē æderet. Sed priorem sensum amplector, de fideliū populo. De alio admonuisse satis est. Postq̄ itaq; sanctificauit tabernaculum suum altißimus, segregauit electos suos sibi, quos unica beneuolentia amplexus est, factus est illi pplo ualidus adiutor, propterea non est quod timeat, non est, quod cōmoueatur, uel si totus mundus, ruinam ei minetur, & nouum inundet diluuium. Nam

Sāctificare, separare, segregare, & sanctum facere.

Deus in medio eius. Ciuitatis suæ, tabernaculi sui, ecclesię suę, fidelis populi sui, Sic uenit Christus in mundū, ut esset pręsens in medio, & nobiscum, in medio nostri, uersaretur. Id quod ex euangelio promittit, neq; non per Aggeam prophetam. Spiritus (inquit) meus, erit in medio uestrum, nolite timere. Vere in medio fidelis, & credentis uiri deus est, qui solus credentium corda noscit, dirigit, fide solus ea purificat (inquit Petr.) qua fide, contra omnes hostes corroboratur. Sic tabernaculum suum sanctificat, & hanc ciuitatem lætificauit. Sic in huius ecclesiæ medio, paratus adstat, ut inspiret, quæ recta sunt, & in oportuno tempore auxilium ferat. Sic præsens est in medio corde fidelium. Quare firmam, & certam spem habet hæc ciuitas in auxilio dei. Et ideo

Math.18. Aggę.2.

Non commouebitur. Non nutabit, non quatient eam inimici, timore nō prosternetur. Nam certo certius.

Adiuuabit eam deus mane diluculo. Mane (inquit) hoc est, in tempore. Dic in psal.5. Diluculo, hoc est, nunc cū gratiæ lumen effulserit per Christum, qui illuminat omnē hominem, &c. Vertit itaq; Felix. In prospectu aurorę. Hoc diluculū erat (inq̄) Christus, qui lumen attulit gentibus. Erat enim lumen ad reuelationē gentiū. Eosq; illuminauit, qui prius erant in tenebris, et in umbra mortis. Hoc lumen erat semper a mundi principio fidelibus pręsens, & paratū. Antiquis patribus in fide. Vidit (inquit Christus) Abraham diem meum, & gauisus est. Nobis autem præsens est reipsa, quia uerbum caro factum est, cuius gloriā uidimus. Sumus enim in quos uenit plœnitudo gratiæ, ut ait apost. Hoc diuino auxilio. Psal.5. Ioan.1. Lumen Christus. Ioan.1.

Conturbatæ sunt gentes. Quia cū Christi apostolos uerbum fidei, de Christo prædicantes audirent, partim cōmouebantur contra eos, & uelut re noua turbatæ, resistebant, & eos persequebantur, partim admiratæ sunt gentes, & ad doctrinam eorū stupebant, sano inquam stupore, quia relicta idololatria Christū sequuti sunt, et in auditu auris obediuit populus, psal.17. Neq; modo uulgus gentium turbabatur, & deijciebatur a priore infidelitate, sed etiam Psal.17.

Inclinata sunt regna. Humiliarunt se Christi iugo, reges, & principes, & exercituū robora, & e superbis facti sunt humiles, e persequutoribus, suauißimi amici. Sic enim turbati sunt montes, ut prius dixit. Vel inclinata sunt regna, & potestates malorū spirituū, Christi potestati subijciuntur, quia portæ inferi non præualebunt &c. Hoc effecit cœlica doctrina dei, quæ est uox dei.

Nam dedit uocem suam mota est terra. Sic enim, & per Aggeum prophetam, breui suū aduentū promittens Christus, ait. Adhuc unū modicū est, et ego (inquit) cōmouebo cœlū, & terrā. Dedit doctrinā suam Aggei.2.

inter

inter gentes, quę prius synagogā dei, et fideliū cōgregationē persequebatur. Multifariā, multisq; modis dedit hāc uocē deus. Nouissime diebus istis loquutus est nobis in filio, qui suos apostol. & discipulos misit, quorū sonus exiuit in uniuersam terrā, et de uniuersa terra adeo triūphauit uox dei, ut oēs uicerit. Mota est (inquit) terra, hoc est, prostrata, ut uertit Hiero. qa intonuit de cœlo dominus, psal. 17. suosq; apl'os boanarges, hoc est, tonitrui filios appellat. Hinc terruit eos a priore idololatria, et ad gratiā, atq; ueritatis cognitionē uocauit. Ad hāc (inquit) uocē, quia uox eius mouit terrā, hoc est, terrenos homines, conturbatæ sunt gentes, inclinata regna, et mota est terra, qa terruit inimicos oēs terrenos illos, et suos liberauit, deq; terrenis, spūales effecit. Terra etenim, & pctōres significat. Dic in psal. 7. Hinc læte canit fidelis populus.

Psal. 7.

Dn̄s uirtutū nobiscum, susceptor noster deus iacob. Neutiq; (inquiūt) dū turbabitur terra, timebimus nos, quia oīm uirtutū, oīs fortitudinis, oīm exercituū deus, nobiscū est, a parte nostra est. Erimus igitur lęti, et securi, quia implebo domū meā gloria, inqt Aggeus in priore loco, in Christi psona. Domus eius, est prior illa ciuitas, quā lętificauit, et gloria, atq; gaudio impleuit. Quod ait. Dominus nobiscū, hoc est, quod emanuel interpretatur, in euāgelio, qui est Christus. Ille est, qui dedit hanc uocē, a quo fonte oīs fluit sana doctrina, & emanat ille prior impetus. Neq; mirū, si ad uocē eius mota sit terra, qui, ut dixi, tonat de cœlo oīm altissimus. Ille quoq; susceptor est, et defensor piorū oīm, in eum uere credētiū, deus Iacob, deus patriarcharū, deus oīm fideliū. Dic ī psal. 5. et. 23. Nūc igif oēs inuitat, ad obseruationē operū suorū, et mirabiliū, ut si nolint aliās credere, operibus, (ut ait in euāgelio) fidē habeant. Vt ea diligētius itaq; considerent, sic uehementer admonet.

Emanuel.

Venite & uidete opera domini.

Ex illis cognoscitur deus, absolutā eius potentiam, ut intelligatis & credatis, quia ipse est uirtutū dominus. Multi ueniunt, sed nō ut uideant. Sic ad Christū ueniebant iudęi, ut eum in sermone caperēt. Sic et hac nostra dolenda tempestate, ueniunt multi ad contionē, non ut intelligant, et discant, id quod est bene uidere, sed ī sermone, ut id capiāt, quod postea in contionatoris malū, & perniciē obyciant, uel, ut quęq; dicat, rideant, uel ut quę recte, et ordine dicta sunt, deprauent. Sic ad contionē ueniūt, qui iam prius deprauato, corrupto, inuido, arrogantiq; sunt animo. Si uero qui contionatur, eiusdem farinę homo fuerit, cuius est, deprauatus auditor, tum quidem ab eo dicitur nihil, quod non sanctū, non diuinū est. Eruditionem, doctrinā, in cœlū usq; tollit. Hi pessime ueniunt. Hi sunt qui uidentes non uident, et audientes non audiunt. Hi uerbum dei non audiūt, quia ex deo non sunt, maleuoli, in quorum animā uera sapientia intrare non potest. Venite igitur, & uidete, aperite animi oculos, humiliter considerate, & animaduertite opera dei. Videte inquam

Deprauati auditores.

Manus manum fricat.

Quæ posuit prodigia super terrā.

Quas gentes uicit, deleuit, præter omnē humanā spem subiugauit, & populū, & montes ipsos, ut iam diximus. Secundū historiam, de illis admirandis uictorijs sentit, quas habuerunt iudęi, ut sacræ narrant historiæ, ubi deletæ sunt tot gentes. Hinc ex hebræo uertitur. Solitudines posuit &c. his prioribus historijs, his exemplis, docemur aperte, de magnitudine, potentia, & bonitate dei. Venite igitur, & uidete, hæc (inquit) prodigia, & uel ex illis cognoscite hunc dominū esse uirtutum, hæc discatis, ut eum agnoscere poteritis creatorem, conseruatorem, gubernatorem rerum omniū. In cuius manu nihil non est, cui omnia curæ sunt usq; adeo, ut unus passer, non sit in obliuione illius. Hi bene ueniunt, & bene uident, qui sic uident. Hi sunt, qui uident ut uideant, ut ait euangel. non tam corporis, q̄ internis oculis spiritus. Vis ne uidere quędā eius prodigia? Posuit (inqt) prodigia

Dei cognitio.

digia deus, qui nostrũ refugiũ est super terrã.

Auferens bella, usq; ad finẽ terrę.

Optima pace fruebantur iudæi, deletis multis uicinis populis, rẽgnãte potißimũ Salomone, ut in sacra historia uidere licet. Recte ergo pacificus dictus est. Sed ueram pacem attulit Christus, usq; ad finẽ terræ, quando in omnẽ terrã exiuit sonus doctrinæ suæ, in qua super oĩa, fidẽ, spem, charitatẽ docuit. Pacẽ suis ergo dedit, nõ quo modo mũdus dat, &c. In hoc enĩ cognoscent (inqt Christus) quia discipuli mei estis, si dilectionẽ habueritis ad inuicem. Durũ uerbũ bella cupientibus. Est ergo deus auferens bella, dißipans gentes, quæ bella uolunt, dic in psal. 19. Abstulit (inq̃) bella quia prius qui erãt inimicißimi, acerbißimiq; persequutores, amicißimos, studiosißimosq; noĩs sui, prectores effecit. Sic cõturbauit priores gentes, & montes illos. Inimicorũ igit arma sustulit, ut uoracißimi lupi, mãsuetę oues efficerentur. Et quẽadmodũ abstulit bella, sic et

Discipuli Christi pacifici. Joan. 14. & 13.

Psal. 19.

Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igne.

Arma gentiũ, contra aplos fidẽ prædicãtes, philosophorũ doctrina, humanę persuasiones, maiorum erant instituta, traditiones, prioris uitæ consuetudo, ipsa deniq; infidelitas. Hæc arma contriuit deus, qui nõ docuit huius mũdi sapientiã, ut ait apost. &c. Hanc enĩ mũdi sapientiã, stultitiã fecit deus, hãc perdidit, & deleuit. Suos tamen arcus tendebant impij, e quibus sagittas, dolos, fraudes, falsas accusationes, acerbißimas delationes, acutißimas blasphemias, perniciosas calumnias eiaculabantur in pios, uerbũ dei prędicãtes, seq; contra ueritatẽ uerbi dei, huiusmodi uelut scutis defendere nitebantur. Sed hęc contriuit, confregit, igne consumpsit, prior ille dominus uirtutum. Quod ait, scuta comburet igne, priorũ hostiũ armorũ consumptionẽ indicat. Solet enim aut consumere, aut purgare ignis. Vtrumq; huic loco conuenit. Gentium enim priorem et infidelitatis, et mirę cęcitatis, ru-

Arma infideliũ.

1. Corin. 1.

Sagittæ impiorũ.

biginem consumpsit deus, quia purgauit, ut supradiximus. Scutũ inimicorũ, igne consumitur, quando spiritussancti doctrina, qui apparuit tanq̃ ignis, eorũ sapientia, qua se defendere solebãt, uincitur. Hunc ignẽ attulit Christus. Hic erat ignis purgans priores sordes. Ipse est (inquit Tobias) qui purgat peccata. Ipse est ignis consumens, inquit apost. et peccata & hostes, qui suos persequuntur. Sunt alia quidẽ arma diaboli, mundus, caro, illectamenta uoluptates, concupiscentiæ, & id genus alia carnis opera, quæ, ut sagittæ uulnerant. His armis irruit hostis, scutis huiusmodi, fidelem uirũ propius aggreditur, peccatiq; fœditatem tegit, ut pulchra uideantur, quæ sordidißima sunt, quia carni suauia. Sic quæ turpißima sunt obumbrat. Quæ oĩa confregit Christus, qui per mortẽ destruxit eum, qui prius habebat mortis imperiũ, & eius omnes astutias detexit suosq; ut ab illis cauerẽt, admonuit. Cũ sit ergo deus tam potẽs, oẽs nũc priores impios, seu potius oẽs hoĩes admonet, ut sibi in tempore prospiciant. Hinc ait.

Tobie.

Hebr. 12.

Arma diaboli.

Hebr. 2.

Vacate & uidete quoniã ego sum deus, exaltabor in gentibus & exaltabor in terra.

Vacate (inquit) hoc est, uacui estote ab incredulitate, ne nos detineat incredulitas, uos impij, & qui ueritati resistitis, desistite a priore obstinatia, aut cæcitate, animũ expurgate, ut discere poßitis, et uidere, diligenter considerate, uel ex his prodigijs, quæ posui super terram, quod frustra contra nitimini, quoniã ego sum deus, qui oĩa pro uolũtate possum, forma potentia, magnitudine inenarrabilis. Dic in psalmo. 8. Nolite igitur stulte conari cõtra me, aut sagittis, aut armis uestris. Nam ego exaltabor in gentibus, quia relicta idololatria, me solum deum agnoscent, me inuocabunt, & exaltabor in terra, quia me adorabunt omnes reges, omnes gentes seruient mihi, & adorabunt me omnes familiæ gentium, perspicientes priores deos suos, dæmonia fuisse. Ego enim constitu-

Psal. 8.

Psal. 71.
Psal. 21.
Psal. 2.

constitutus sum rex &c. Deũ ipsum hæc loquentem & admonentẽ inducit propheta, ut magis magisq; inimicos terreat. Admonet (inquam) priores illos piorum inimicos, ad quos nullo metu, sic loquuntur pij quoq; uiri. Vacate &c. quia nos neutiquam uires, minas, aut sæuitias uestras timemus, quando

Dñs uirtutũ nobiscum, susceptor noster deus iacob. Dic ut paulo ante diximus. Pro susceptore, Hiero. fortitudinẽ, Felix protectionẽ, Pagninus eleuationẽ, Felinus sublimen arcẽ, uertit. uocabulorũ uarietate, uelut indicantes, uim huius uocabuli susceptoris. Deus enim qui nos suscipit, nobis fortitudo est, cum de nobis imbecilles sumus, protectio est, ne inimici lædant. Eleuatio nostra est, qui potentes sub pedibus nostris cadere facit, nos autẽ exaltat, uictores efficit. Sic nobis est tanq̃ arx in sublimi monte constituta, ad quam, ut officiant, accedere non ualent inimici. O optatißimum susceptorem, et benignißimũ protectorem deum, his qui in eo spem omnem suam constituunt. Susceptor

Psalmus. 46.
Titulus.
Pro filijs Core. Dic in psal. 41.

In summa.

Omnes gentes & populos, qui deũ non dum agnoscunt hortatur propheta, ut ingenti læticia, talem benignũ deũ, qualis Christus est, aduenisse gaudeat qui excelsus &c. populos pro uoluntate subijciens, eligensq; quos uult in hęreditatẽ, qui hinc a nobis ascendit ad patris dexterã, omniũ & cœlestiũ, & terrestriũ summa lęticia. Illos igitur ut huic optimo deo psallant, & iterũ psallant hortatur omnes, cũ sit rex omnis terræ. Regnat quoq; non minus in cœlo quàm in terra. Principesq; uiros in terra reliquit, constituitq; apostol. uerbiq; sui annunciatores, qui a pijs ualde eleuantur, et a fidelibus honorantur, ut dij, hoc est, diuina uirtute prędit.

Explanatio.



Mnes gẽtes plaudite manibus. Effusæ læticiæ signũ est, manibus plaudere. Hoc enim est corde, & animo annuere, assentire, corporisq; gestu & opere probare. Quibus uerbis attentũ lectorẽ efficit, postq̃ indicat se dicturum, de re tam noua, maximaq; læticia digna. Manus opera significãt. Plaudere igitur hoc modo manibus, deũ nõ tam uoce, q̃ opere laudare significat. Id quod fieri cõuenit cũ gaudio. Hylarem enim datorẽ diligit deus. Neq; ex dilectione fieri potest, id quod necesse est, ut bene fiat, nisi tam nostra sponte, q̃ alacriter fiat. Plaudite igitur uos omnes &c. Plaudere manibus.

Iubilate deo in uoce exultationis. Iubilum, ingens gaudiũ est, quod festino, lætißimoq; gestu applaudentium, omnisq; uocis alacritate, exprimitur. Vtitur itaq; illo uerbo scriptura, pro effuso, inenarrabiliq; gaudio, sed in domino. Hoc gaudium, (inquit Hiero.) nec uerbis, nec literis, nec mente satis comprehendere homo potest, quantũ debeat laudare deũ, Christũ saluatorẽ. Beatus ille populus, qui nouit hanc iubilationẽ, inquit idẽ. Sic et fidelem populũ de Christo gaudere oportet in uoce exultationis, ut corde credant, & ore confiteantur, quod credunt. Iubilate in corde (inqt) magno gaudio, sed in uoce quoq; exultationis, ne quam in animo habetis rem tam dignã lęticia, taceatis, sed eam in exultatione annunciate alijs, ut a uobis discant illi. Iubilamus deo in uoce exultationis, quando eius bonitatem agnoscentes, illi gratias agimus, omni conatu, illi obedimus nostra sponte, & alacriter, memores mandatorum eius, ut ea pro uiribus solicite faciamus, et ut omnes faciant, studiose alios docemus. Est enim dignißimus hoc iubilo. Iubilum. Psal. 88. Iubilare voce. Iubilare deo.

Quoniã dominus excelsus, terribilis rex magnus sup omnẽ terrã.

Excelsus (inquit) est, sublimis, altissimus, uirtute, & potentia, cui resistere nemo potest. Terribilis inimicis omnibus, quando sibi uidetur, impios acerrime punit, uere rex magnus, rex regum, & dominus dominantium. Et ideo super omnē terram rex magnus est, quia omnia pro uolūtate regit, atq; disponit. Eius etenī terra est, et omnis plœnitudo eius. Quod autem tam excelsus, terribilis, & rex magnus sit, declarant eius opera. Nam

Psal. 23.

Subiecit populos nobis, & gentes sub pedibus nostris.

Idē bis repetit, ut in rebus magni momēti, aut ingētis gaudij solet, nisi populū iudęos, gentes nationes interpretari uelis, ut in psal. 2. Id quod nō alienum est ab hoc loco, cum uicerit Christus utriusq; infidelitatē, quia ex utroq; fidem eius acceperunt multi. Nam fecit utraq; unum, ut ait apost. De illis uictorijs, quas dei auxilio habuerunt sæpe iudęi, ut narrant sacrę historiæ, iam non semel in prioribus psalmis diximus, in quorum cōmemoratione frequens est noster propheta, ut bonitatis dei magis, magisq; memores simus, & prodigiorū eius, ut in psal. proximo superiore. Sed alia longe insignior est Christi uictoria, quā hic spirituali sensu tractamus, qui suę fidei, suę ecclesię tot gentes, tot nationes, tot reges, ipsasq; infermi portas ita subiecit, ut humiles uelut sub pedibus prostrati sint. Sic humiliauit superborum oculos. Apostoli, martyres, sancti dei homines, uerbi denunciatores, loquuntur in hoc loco, uelut beneficij cōmemoratione gratias agentes. Aiunt enim. Subiecit usq; adeo nobis dominus ille excelsus populos, & gentes, sub pedibus nostris, ut qui prius erant infesti inimici, et persequutores, nūc humili corde prostrati, nostris admonitionibus, nostris doctrinis ex uerbo dei, obedijt. Honorantur enī ab illis, (inquit August.) a quorū patribus occisi sunt. Sic exaltata, et dilatata est eccl'ia Christi per totū orbē. Sic humiliatæ sunt gentes, adusq; sub pedibus euangelizantium pacem Christi, cuius pedes speciosi dicuntur, ut ex

Psal. 2.

Ephes. 2.

Insignis Christi victoria.

Esai. citat apostol. Cum primis ergo humiles sint oportet, qui uolunt esse pij. Neq; gratiā suā impertitur deus, nisi humilibus. Superbos enim odio habet. Qui ergo subiecti esse uolunt, qui humiles, digni sunt qui numerētur de cōgregatione fideliū. Alias quidē persuasum habeant, se nihil minus esse, q̃ de Christi grege, quantumuis se christianos nominent, sed esse, qui uere mali, foras e sagena mittantur. Neq; nos (inquit fidelis populus) aut nostra uirtute, aut uiribus, ad hāc fidei arcē ascendimus, aut priores gētes subiecimus nobis. Sed

Rhom. 10

Humiles sint oportet pii.

Elegit nobis hęreditatem suam.

Deus ille excelsus. Vocauit & nos, & alios populos, et nos, et illos elegit benignitas saluatoris, qui essemus de hęreditate eius, cohęredes in gl'ia, si p gratiā permanserimus. Ipse nobis, et p nobis, hāc hęreditatē elegit. Ego (inquit) elegi uos. Beati plane qui eliguntur. Quoniā ex plerisq; uocatis, pauci electi sunt. Oremus & supplices, & sine intermissione, ut simus electi. Electus uero populus, magno iubilo canit. Præpositi, et uerbi denūciatores, cū primis canunt. Elegit nobis, &c. Hinc illa ineffabilis alacritas, et populi, et prępositorū. Quod ait. Elegit nobis &c. priores apostolos, & uerbi denunciatores, loquuntur. Non est enim humana uis, quæ tot populos euangelio subiecit, Sed deus (inquiunt) elegit, & dedit nobis, hanc suam, non nostram hęreditatem. Illam hęreditatē explicat. Elegit nobis (inquit) hęreditatem ad similitudinem et

Suos elegit deus.

Ioan. 15.

Speciem iacob, quem dilexit.

Quantum dilexit deus Iacob, indicat perspicue eius historia, quem benedixit, seq; illi futurum custodem promittit, sospitem, multisq; diuitijs locupletatum reduxit, habuit angelos dei sibi obuios &c. Lege Esaiam cap. 41. Huius dilecti sui Iacob speciem, & gloriam, (ut uertit Hiero.) fidelibus suis elegit deus. Quæ nam erat huiusmodi gloria? Vt deum agnoscerent, ut in eo solo, spem omnem suam ponerent scilicet, ut fecit Iacob. Sæpenumero itaq; deum Iacob uocant prophetæ. Elegit ergo

Esai. 41.

ergo nobis benignus deus (inquiunt aposto. &c.) haereditatem suam, nos non elegimus nobis, cũ nõ sit in uiribus nostris. De hac uero electione, gloriãtur, et iubilãt, ut ęquũ est, fideles animę. Et quo certius huius glorię ingentisq; leticiae participes (inqunt) simus.

Ascendit deus in iubilo, & dñs in uoce tubę. Prioris leticię memoria, p̃phetã excitauit spũs, ut de Christi ascensione loquatur, quando ibat suis parare locũ in illa haereditate, ubi mansiones multae sunt, unde oĩm piorũ illa laeticia. Ascendit igiť in iubilo, quia coelites oẽs, eum miro cũ gaudio excepe rũt, illi ministrãtes, et canẽtes, in uoce exulta tionis. Attollite portas pricipes uestras &c. et introibit (inqunt) rex gloriae. Fidelis uero populus, certa spe huius futurę glorię, nõ minus gaudet. Vt eos itaq; huius gaudij admoneat, praedixit illis Christus expedire, ut abiret. Et iterũ uidebo (inquit) uos, & gaudebit cor uestrũ, & gaudium uestrũ nemo tollet a uobis. Ascendit itaq; in iubilo, & in uoce tubae Christus, quia uictor ascendit, diabolũ uicit, illũ qui prius habebat mortis imperiũ, ut ait apost. Cum ergo suos discipulos, de suo transitu ab hoc mũdo pręmoneret, Confidite (inqt) quia ego uici mundũ. Quod ait ĩ uoce tubae & lętitiã, et maiestatẽ, et uictoriã indicat. Sic ascendit deus in uoce tubae, cũ lętitia, cũ maiestate, cũ uictoria, quã non sibi (nõ eñi illi opus erat) sed suis peperit. Dic in psal. 15. Huic igiť tãto regi, tãq; benigno deo, ut oẽs eius magnitudinẽ, et bonitatẽ agnoscẽtes, illi oĩ alacritate, et solicitudine psallant, plurimis uerbis, plĩmaq; repetitione, oẽs nũc admonet.

Ioan. 14. Laeticia ascẽsionis Christi. Ioan. 16. Ioan. 16.

Psallite deo nostro, psallite regi nostro, psallite. Psallite repetit ter, ut trinũ deum, & unũ forte doceat. Psallite (inquit) deo patri, psallite regi filio, psallite qui ab utroq; procedit, spiritui sancto. Toties repetit psallite, tam deo, q̃ regi, oratiõis magna uehementia, ut in oĩm animos inducat, oibus persuasum faciat, nemini psallendũ esse, nemini canendum, nemini agendas esse gratias, nisi huic regi nostro, huic deo nostro. Nã oẽs dij gentium daemonia, uanaq; salus hominis. Praemittit ut psallamus deo uni nostro, non autẽ dijs. Quod deum nominat, bonũ, propitium, benignum intelligit, quẽ orat. Quod autẽ regẽ uocat, maiestatẽ, potentiã, magnitudinem indicat. Hortatur itaq; propheta, & uehemẽter admonet, ut solicite, et sine intermissione, (ut ait apost.) psallãt pij omnes huic deo, huic regi, omnia in gloriã eius faciant, eius bonitatis memores sint semper.

Psallendũ deo solicite. Deus. Rex.

Quia rex omnis terrae deus. Nihil est itaq; quod non regit, quod non pro uolũtate disponit. Reges per eum regnãt, seu eius potius ministri sunt, exactam rationẽ de uillicatione redditurũ. Ille ergo solus est rex regũ, & dominus dominantiũ, in cuius manu sunt omnes fines terrę. Psallite igiť illi. Sed

Psallite sapienter. Psallite erudite, uertit Hiero. Hoc est, soliciti estote ut discatis, uoluntatem eius, & eandem studiose facite. Hoc est sapienter psallere, & erudite gratias agere deo, eius bonitatem agnoscere, uoluntatem discere, & eidem studiose obedire. Hęc est sapientia quae uincit mundum, carnem, & diabolum, praecipuos illos spiritus inimicos. Huic igiť deo, huic regi psallendum est, quia

Psallere sapiẽter.

Regnauit deus super gentes. Vicit gentium incredulitatem hic deus noster Christus, & eas prius idololatras, ad patris, et sui agnitionem uocauit. Non est igitur nostus in iudaea solum deus, sed nunc in oĩ terra agnoscitur, et adoratur, qui est rex omnis terrae. Vere ergo super gentes regnauit, quas obediẽtes fecit, subiecitq; sub pedibus, ut paulo ante in hoc psal. hic est magnus deus excelsus, et terribilis, oĩm dominus, et iudex, quia

Deus sedet super sanctam sedem suam. Sedere in sancta sede sua, nõ aliud est, q̃ praeesse, praesidere, regnare, oĩm iudicẽ esse hunc deũ. Sic enim sedet filius a dexteris patris sui, quem deus pater, regem et iudicem constituit

constituit oīm gentiū, cui erimus obuiā &c. Sedet in nubibus cœli &c. Sedet in excelsis, preest oibus, oīa sub eius pedibus subiecit deus pater, oīa dedit in manus eius, oē iudicium dedit filio. Hæc est Christi regis nostri sedes sancta, pura, mūda, iusta, oi maiestate plæna, solium, thronus potestatis & iudicij eius, sine psonarū exceptione. Hic est deus deorū &c. ut ait Moses. Sedet itaq; sup sedē suā sanctā, purā, mundā, ab oī humana corruptione, cū sit iudex oīm, deus iustus, et potēs, cui resistere potest nemo, nec eius iudiciū effugere quisq̄ potest. Sic humanis uerbis deum sedere docet, qui tamen incorporalis est, mēbra corporaliæ nō habens quæ collocet, incircūscriptus, uere spūs, rerū oīm spirituūq; dominus. Vacate igit & uidete, ut in priore psal. proximo admonuit, &c. uos qui adhuc nō sapiēter credidis, ut discatis psallere sapienter. Eū nūc plęriq; agnoscūt, qui dudū nō agnouerūt. Nam

Sedes dei sancta.

Deuter.10

Deus, spiritus.

Principes populorum congregati sunt cū deo Abraham. Ex quibus iam multi deū agnouerūt, quia se congregauerunt coadunarūt, coniunxerūt alijs fidelibus, cū deo Abrahā fideliū principi, ut illi seruiāt, quemadmodū Abraham, patriarcharū pater agnouit et seruiuit. Sic principes, et populorū reges, Christi aduentū, beneficiū, et bonitatē agnouerūt. Sūt qui hos principes, apostolos, Christi discipulos, et alios uerbi dei denūciatores, qui ut principes in pplos cōstituuntur, interpretantur, cū sana doctrina regant pplm oēm uere credentē, uere principes, & duces, cū sint exēplaria bonorū operū, et innocētiæ, uita quod uerbis docent, declarantes. Hi uere sunt congregati cū deo Abrahā, quia eū semp præ oculis habent, illi dediti sunt, utq; illi soli seruiāt, studiosissimi sunt, eorū cōuersatio (ut ait apost.) cū illo est, soliciti sunt, ut cōmissum populū probe doceāt, ad hoc missi a deo sunt, hoc in præceptis acceperunt. Per omnia igit cum deo Abraham, hi principes se congregauerunt, conuenerunt, & se coniunxerūt. Inde principes facti sunt, & rectores.

Verbi denunciatores principes populorum.

Quoniam dii fortes terræ, uehementer eleuati sunt. Hi enim sunt ut dij inter pplos, tam pro solicita, admirandaq; eorū doctrina, q̄ pro uitę innocētia. Hinc exclamabāt turbæ, inquit Luc. Dij similes facti hominibus descenderūt ad nos. Hos preterea deos appellare solet scriptura sacra. Dic in psal. 24. Hi (inqt) dij sunt fortes terrę, quia neq; terrenū quicq̄ est, neq; apud inferos, quo non superiores facti sunt. Vicerūt enī regna, ut ait apost. Neq; infernales portę, diaboli potentia, aduersus eos pręualuerunt. Iure ergo, terrę fortes, et uocati, et habiti sunt, quia terram, et terrena uincūt. Neq; non uehementer eleuati sunt inter pplos, inter hoīes, cū eos, non hominū numero, sed deorū existimarent, quiq; pplos, & regna deo subiecerūt, qui tot hostes, tot persequutores uicerunt. De alijs quoq; regibus, & principibus, hunc locū intelligere licet, qui dij appellātur, ut in supiore psal 24. et sunt fortes terrę, propter potentiā, & quā habent in populū potestatē, antea terreni, qui per fidē, ita uehementer nūc eleuati sunt, qui cū deo Abrahā se congregauerunt, ut de idololatris, sint dei adoratores, de filijs diaboli, filij dei, de terrenis cœlestes. Oīm enim piorū conuersatio, in cœlis est, quę in altū subleuat, ut cœlestia suspiciat, terrena contemnat. Huic itaq; deo nostro, huic regi nostro, psallamus sapienter, pręstante eodem domino nostro Iesu Christo. Qui hūc finē de iudæis incredulis, fortibus in terra, timentes terrena, ne Romani uenirent scilicet, et tollerent illis locum & gentē interpretātur, mea sententia, non satis apte literam literæ connectunt. Legentis itaq; iudicio relinquo.

Act.14.

Hebr.11.

Reges Christū agnoscētes, eleuantur.

Psalmus. 47
Titulus.
Filiis Core, secunda sabbati.

Quid sit prima, et secūda sabbati, et deinceps dixi in psal. 23. Decantabatur forte hic psalmus secūda sabbati. Erat enī ordo psalmorū, qui singulis diebus canerentur, ut sunt nostrę horæ

horę canonicę quas uocamus, qui pro ordine, singulis ferijs, deputatos psalmos habemus. Sed cũ prior ille psalmus. 23. inscribitur prima sabbati, qui aperte Christi capitis, ascensionẽ tractat, hũc psalmũ, cui titulus est, secũda sabbati, de Christi ecclesia eius sponsa, quã sibi per incarnationẽ, & resurrectionẽ, inseparabiliter copulauit, intelligunt interpretes, ut cum primũ dixerit de sponso, secundo loco de sponsa dicat. De filijs Core iam diximus non semel in prioribus psalmis.

In summa.

Incipit Christi ecclesia, hoc est fidelium congregatio, a laude dei optimi maximi, docens eum in ecclesia sua, quã fundauit in oĩm gaudium, qui in terra sunt, mira laude celebrari. Cognitus ergo est a fidelibus, in ecclesia sua, sed per gratiam, qua, ut etiã defendatur opus est perpetuo. Ad eam se quoq; congregabunt terrę principes, ualde turbati, & timore affecti cum admiratione. Credentes uero primũ per auditũ, cum in Christi ecclesiam tandẽ introierint gentes, non minus uiderunt, q̃ prius auditu acceperũt. De bonitate, et magnitudine dei, famã uicit res ipsa. Hanc supra petrã fundauit deus ecclesiam. In hac sola, mĩa dei datur, & suscipitur. Gloriosum est igiť nomẽ dei in terra, qui apud oẽs iusticiã facit. Quapropter, ut lætetur ecclĩa, ut exultent fideles animę, fidẽ huius ecclĩæ in cordibus suis constituentes, et eã, ut alios lucrifaciãt apud oẽs prædicantes, omnes admonet propheta.

Explanatio.



Agnus dñs & laudabilis nimis.

Est igitur magnus dominus, quia oĩa potest, neq; alius quisq; absq; eo, quicq̃ potest, solus magnus, cuius comparatione, quicquid est præterea, uanitas uanitatũ est. Hinc sicut magnus est, ita et laudabilis nimis, hoc est ualde, & uehemẽter laudãdus. Hęc autẽ nemo, qui eũ agnoscit ignorat. Qua nã laude dignus est, qui creauit oĩa, & eadẽ recto ordine conseruat, atq; gubernat, suosq; oẽs pro bonitate, & miris beneficijs adficit, et ab inimicis defendit, humana lingua narrare nequit. Est igitur magnus, immo maximus, potentißimus, et omni laude maior, apud omnes fideles, hoc est.

Quã magnus dominus?

Quã laude dign⁹?

In ciuitate dei nostri, in mõte sancto eius. Hanc ciuitatem, Hierusalem, montẽ syon, montẽ illum sanctum, in quo ponebatur archa, qui ideo sanctus uocabať, secundũ historiam, intelligunt iudæi. Nos uero Christi ecclesiam, hãc ciuitatẽ uere intelligimus, in qua tanq̃ unius ciuitatis ciues, in una fide, unũ deũ agnoscentes, magna dilectione cohabitãt fideles. Hęc est ciuitas sancta, Hierusalem noua &c. ut ait Ioan. Eadẽq; nostra ecclesia in monte sancto posita est, ut nullus qui uelit, non perspiciat eius doctrinã, & fidẽ non intelligat, sancta, sine macula, aut ruga, in qua oĩa sacra, christianis utilia, & necessaria. In monte (inquit) sita est, & suos speculatores undiq; mittit, uel potius tubicines, qui omnibus denuncient, quę ad salutẽ necessaria sunt, quorũ uoces exierũt in oẽm terrã. Vere sanctus mons est, & solus mons ille, in quo beneplacitũ est deo, quia in hoc sæculo extra fidẽ & congregationẽ illius, aut sanctũ, aut deo gratũ nihil esse potest. Illic sancta quoq; ministeria sunt, mysteriaq; sctã fiunt. In monte sita est, ut lumen super candelabrũ, ut oẽs qui per fidẽ in illã ingredi uolunt, uerã lucem accipiãt. Tam sublimis mons est, ut nullus nõ poßit uidere, admonitoresq; habet, qui uelut digito illã omnibus demõstrent, quorũ admonitiones & doctrinę, omnẽ terrã penetrarũt. Hi sunt speculatores, qui e sublimi specula pspectant, ut fideliũ animarũ hostes propellãt, illos autẽ in tuto constituant. Deus ergo magnus & laudabilis est, sed in hac ciuitate, hoc est, inter eos, qui huius ciuitatis sunt ciues, ab alijs enim blasphematur nomen dei. Vere ergo magnus est hic dominus Iesus Christus, cum

Ecclesia Christi, ciuitas dei.

Apoc.21.

Mons sanctus, ecclesia christi.

Ezechiel. 33.

cum non sit terræ angulus, in quo non sonuit eius doctrina summa cum leticia omniũ ciuiũ, quandoquidem hæc ecclesia Christi.

Fũdatur exultatiõe uniuersę terrę. Nulla enim terræ porcio est, quę non exultauit, non gauisa est, de Christo sponso, deq; sponsa sua ecclesia, quã fundauit, & stabiliuit supra firmã petram, ne deficeret. In cuius sinu, omnis sana doctrina est, omnis animæ peccatricis, deum agnoscentis, suauis consolatio, in qua docentur iusticiæ dei, lętificantes corda, dulciores melle & fauo. Omnibus, qui huius ciuitatis ciues reperiuntur, futurã æternam gloriam promittit. Fidelis deus in uerbis suis. O rem dignã exultatione. Vniuersa ergo terra, hoc est, uniuersi qui in terra sunt, ciues huius ciuitatis, exultãt, de huius pulcherrimæ & sanctißimæ ciuitatis fundatione. Si uero quęratur, ubi sanctus hic mons est, quoue nomine uocatur, aut ubi nam sita est ciuitas illa, respondet.

Ecclesiæ Christi iocunditas.

Psal. 18.

Mons syon. Quia de syon exibit lex. Hæc est ecclesia Christi, in qua pacificitur cũ hominibus, ut si fidem, et doctrinã eius receperint, salui sint. Extra illam nulla salus est. Sua sacra, quæ nobis necessaria sunt, habet. Responsa dat ex uerbo dei, quæ nõ minus uera, et certa sunt, q̃ dei responsa. Ipsißima enĩ sunt. Ecclesia, cur mons syon uocata sit, dic in psal. 2. et. 9. Alij hunc locũ, sic iunctim legũt. Fundatur exultatione uniuersæ terræ, mons syõ. Ecclesia Christi fundatur in gaudiũ oĩm credentiũ in terra. Vtraq; lectio cõmoda est. Nunc ciuitatis situm & locum narrat.

Ecclesiæ Christi utilitas.

Latera aquilonis ciuitas regis magni. Mons syon, in omnẽ plagã habet sua latera. Sed ciuitas regis magni, ciuitas Hierusalem, quę nunc militantem, nunc triumphantem ecclesiam in sacris literis significat (dic in prioribus. 2. & 9. psalmis) habet latera montis syon aquilonem uersus, sita est in aquilonis latere ipsius montis. Id quod indicat Esai. 14. Sed cum sit ciuitas dei, cur positam

Esai. 14.

dicit in aquilonem exitiosam illã partem? De qua ait Hiere. 1. Ab aquilone aperientur mala, &c. Sed uidemus in Leuitico, oblationem fieri agni anniculi absq; macula, ad latus altaris quod respicit ad aquilonem. Hęc oblatio erat Christus, caput huius ecclesiæ. Fitq; ad aquilonẽ hæc oblatio contra omnes aduersarias potestates, quæ per aquilonẽ satis commode intelliguntur, cuius aquilonis fumũ, & tenebras (ut ait Esai.) nemo nisi per gratiam effugere potest. Christi uero ecclesia, hũc fumum quem oculis hominũ obijcit diabolus, ne quod rectũ est, uideant, facile fugat, quia dominus fundauit eam, & populi eius in eo sperãt, ut ait in priore loco Esai. Neq; diro aquilonis uento, dira scilicet quauis tyrãnide, neq; austro, leni illo uento, hoc est blandicijs, ut ait sap. uinci potest hæc ciuitas. Hunc locum alij intelligunt, illam ciuitatem in monte syon positam, ad latera aquilonis, etiam propter gentes, ut quantũuis idololatræ, & in aquilonem deiectę erant, ad hãc ciuitatẽ cũ primis uocarentur. Hic est enĩ rex, & dominus magnus, qui fecit utraq; unum, ut ait apost. Versus illos idololatras posita est hæc ciuitas, ut eos inquam facilius ad fidẽ uocaret. Ciuitas ergo regis magni Christi ecclesia, sita est ad latera aquilonis, a deo fundata, contra omnes hostes, ut sit scutum contra primarium illum hostem diabolum, & eius tyrannidem, qui dixit, Sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis &c. Hac enim causa uenit in mundum, ut destrueret eum, qui prius habebat mortis imperium, Christus. In hac igitur ciuitate, magnus est dominus, & laudabilis erit in æternum.

Hiere. 1.

Leuitic. 1.

Esai. 14.

Cantic. 4.

Ephes. 2.

Esai. 14.

Quia deus in domibus eius cognoscetur, cum suscipiet eam.

Domus huius ciuitatis Christi, regis magni, qui rex est uniuersorũ, sunt uel ecclesiæ particulares (dic in psal. 16.) uel piorũ christianorum corda, quæ unam efficiunt ecclesiam, in quibus habitat spiritus dei, & sunt ciues huius

Dom. dd.

huius ciuitatis. Muros Hierusalem uocat hæc piorum christianorũ corda, in psal.50. Apostoli, uerbi quoq; ministri, domus dei sunt, quos fieri uoluit in sua ecclesia. Sic enim ait apost. Dei ædificatio estis. Inde uocamur domestici fidei. Hanc domum construxit Christus, ut ait apost. ad hebræos.2. In hac domo cognoscetur, & bonitas, & absoluta potentia eius, simulatq; suscipiet eam, hoc est, statim, postq̃ per gratiam priorem ciuitatẽ uocauerit per fidem, & in protectionem susceperit. Dictio, cum, in hoc loco adserit. Vt sit sensus. Cognoscetur dominus in domibus eius, quia suscipiet eam, totam ciuitatẽ in qua sunt tot domus, & ab inimicis proteget. Hinc uertit Hiero. Deus in domibus eius agnitus est, in auxiliãdo. Vere suorũ susceptor est, adiutor et protector. Et iam quidẽ uere suscepit.

Psal.50. 1.Cori.3. Hebr.2.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt conuenerunt in unũ.

Nam qui prius idololatræ erant, & a latere aquilonis seruientes dæmonijs, nũc simul congregati sunt, & conuenerunt, consentientes in unum deum, unam fidem. Prius erant reges terræ, nunc autẽ terrena contemnentes, suam conuersationẽ habent in cœlis. Sic adorabunt eum uniuersæ familię gentiũ. Sic pręualuerũt, crescebãt, et multiplicabãtur domus huius ciuitatis, usq; ad reges et principes, et

Psal.21.

Ipsi uidentes, admirati sunt.

Quid magis mirum, q̃ quod pauci, & illi quidem e media plebe, et idiotæ apostoli, & uerbi ministri, reges, & huius sæculi uires, & omnẽ potentiam uincerent? Secundũ historiã de uictorijs, quas sępe contra nationes habebant iudæi, intelligit, quæ tam admirabiles erant, ut sæpe magno stupore admirarentur, uicti, et profligati inimici. Sed ipsi reges non modo admirati sunt, uerum etiam

Conturbati sunt, commoti sunt, tremor apprehendit eos.

Stupebant, et magno terrore affecti sunt, uidentes præsentaneum auxilium dei, quo præter spem, & omnẽ humanã opinionẽ, fugati, interfecti, deleti erant fortißimi reges, subiugatæ nationes, et inclinata regna, nullo uelut negotio, planeq; perspexerint deũ israelijs, deum fidelis, & populi credentis in eum, hostibus deũ terribilẽ esse, qui eos cum libuerit, folij uolantis sonitu terret, eosq; ita fugere efficit, ut nemine persequente cadant, ut ait Moses. Similes tales plærasq; uictorias, acceperunt filij israel a deo, accepertũt ecclesiæ Christi, a tempore, quo ecclesiam suam suscepit, quo super petram constituit, quo uenit ipse, & fundauit. Ipsi ergo reges terræ conturbati sunt, stupentes de rei admiranda nouitate, & potentia, & sic cõmoti usq; adeo sunt, ut de idololatris, facti sint uerum deum adorantes, & tremor apprehendit eos, quia præ timore, qui est initium sapientiæ, priorem uitam, deo tam odibilẽ iam agnouerint, & de superbis facti sunt humillimi. Sic tremuit & stupuit Paulus. Sic corripuit gentes fortes deus, & conciderunt gladij eorũ in uomeres. Sic in timore seruiendũ est deo, et ei exultandum in tremore. Omniũ quidem admirationum, illam uere maximam perspexerunt, cum eo tempore, quo totus fere mundus euangelio aduersaretur, fides Christi magis, ac magis cresceret. Admirarunt itaq; reges, commoti sunt &c. terroreq; affecti.

Hostibus terribilis deus. Psal.45. Leuitic.26 Act.9. Mich.4. Psal.2.

Ibi dolores ut parturientis.

Parturiens mulier, magnis doloribus ualde admodum cõmouetur, intraq; uiscera latent, torquentq; dolores, quoad partũ enixa fuerit, doloris causam. Hoc docet euãgel. Ioan.16. Mulier cum parit, tristiciam (inquit) habet. Cum autem peperit puerum, iam non meminit pręssuræ propter gaudium, &c. Sic & illi reges, qui pauloante, inuidię, & irę doloribus intus contra pios mordebantur, nunc uisa, & perspecta, erga suos dei bonitate, uisaq; pulcherrima Christi sobole, depulsa ex animo priore angustia, iam fœliciter in aliam partem cõmoti, & illam dei maiestatẽ agnouerunt, & læti facti sunt, priorq; tristicia, in

gaudium uersa est. Fœlicißimi qui sic parturiunt. Alijs uero manent perpetui dolores, qui semper frementes, et tumultuantes, intus præ ira laniantur, concipientes dolorem, cum iniquitatem parere cupiunt, ut in psal. 7. Ibi ergo, dolores &c. Sic enim solet superbos suos hostes deprimere deus, ut uel prorsus pereant, uel de rapacißimis lupis, fiant mansuetę oues. Sic oculos supboℝ humiliat. Hinc ait deū alloquens, prędictione prophetica. Tu (inqt) domine sic cōturbasti eos, et his doloribus eos affecisti, et nōnullos liberasti, ut soles p uolūtate aīos hominū cōmutare. Nam

Psal. 7.

In spiritu uehementi conteres naues tharsis.

Potentia uerbi tui, & cum uolueris, per gratiā, potentes de sede deponis, et exaltas humiles. Tharsim siue tarsum, ciuitatem maritimā esse, et nauibus abundare indicat Ezech. cuius maximā partē abluebat mare, inde tharsis dicta. Mare quidē significat tharsis. Ciliciæ metropolis est D. Paulus (ut testatur Actoℝ liber) tharsensis uocatur. Admiranda de huius ciuitatis opulentia narrat Ezechiel. Esaias uero, eius nimiā superbiam prę diuitijs, indicat. Sed ueniet dominus deus exercituum (inquit ille) super omnē superbum & excelsum, & humiliabitur &c. et super omnes naues tharsis &c. et incuruabitur sublimitas hominū &c. Hinc reges tharsis, & insulæ munera attulerunt, inquit psal. Hoc est, quod ait deum in spiritu uehementi, hoc est ualidißimo uento, naues tharsis contriuisse. Erat hæc ciuitas de gentibus, & superba nimis, quoad eam hac afflictione humiliaret deus. Sic enim, & superbos reges gentium, contriuit deus. Per naues, & potentiam, & diuitias eorum indicat. Hinc facti sunt insolentes. Sed naues eorum, hoc est, & potentiam, & diuitias contriuit, sustulitq; deus, & de superbis, humiles fecit, quantumuis gentes erant, hoc est, alieni a deo. Has (inquit) naues tharsis, superbas gentes, quę nauem ecclesiæ suę obruere conantur, conteres. Huius enim ecclesiæ doctrina, cum multi ad deum conuersi sint, Christi ciuitatē ingreßi, et mysteriorum participes effecti, qui bene se congregauerunt in hanc domum, recordati sunt, quæ antea illis narrabantur, de fauore, et potentia dei erga suos, & secum hęc probe considerantes, non minora, iam ingreßi, certa fide perspexerunt, de maiestate, & bonitate Christi, quàm prius uerbo audiuerunt. Hinc læti aiunt.

Tharsis.

Act. 9. & 22.
Ezech. 27
Esai. 2.

Superbos humiliat deus.

Psal. 71.

Sicut audiuimus, sic uidimus in ciuitate domini uirtutum.

Certa sunt, quæ de hac ciuitate, et de dei bonitate erga illā narrantur. Certa et uera est huius ciuitatis doctrina ex uerbo dei. Non est hęc ciuitas dei, sicut aliæ ciuitates, quæ ui, aut longa obsidione ab hostibus expugnantur. Hęc enim ciuitas est domini uirtutū, domini exercituū, & ideo absolute potentiæ ciuitas est. Obsideri igitur potest, urgeri hostibus, tormentis quati eius muri possunt, transfugas aliquot, qui eius ciues paulo ante fuerant, ad se allicere hostes possunt, sed uinci, sed expugnari huiusmodi ciuitas non potest, quia ciuitas est domini exercituum, illius magni regis, de quo in psalmi principio. Quod ait, sicut audiuimus, docet fide (quę est ex auditu, auditus autem per uerbum dei, (ut ait apost.) introire oportere in hanc ciuitatem. Sic ait in alio psalmo. Ex auditu auris obediuit mihi. Hunc locum intelligunt alij, de illis adhuc inimicis, nunc fugatis & uictis, qui aduersa calamitate docti, hęc loquuntur. Audiuimus (inquiunt) deum huius ciuitatis susceptorem esse, protectorem, & defensorem, nec aduersus eam humanas uires præualere posse. Nunc uere sic audiuimus, sic uidimus, quia uinci non potest. Sed ad priorem sensum redeamus. Audientes (inquit) per auditum uerbi dei, hanc ciuitatem fide primum ingreßi sunt reges, &c. et eadem fide eius mysteria uiderunt.

Ciuitas dei.

Vexari ecclesia christi potest, deleri nō potest.

Rhom. 5. & 10.
Psal. 17.

In ciuitate dei nostri.

In ciuitate domini uirtutum, ut prius dixerunt,

runt, qui est deus (inquiunt) noster, quia in eo spem omnẽ ponimus, & ciuitatẽ suam ab inimicis defendit, ecclesiam fideliũ tuetur. Eam etenim manifeste suscepit deus in tuitionem suam, qui a tot inimicis eam liberauit. In ea docetur omnis ueritas. Extra eam cęci obambulãt omnes, longe a ueritatis uisione, in errorem incidunt, & facile uincuntur. In hac ciuitate, bene credentes omnes, tuti sunt. Est itaq; inuictißima ciuitas, quia

Deus fundauit eam inæternum.

Math.7. &.17. Ne uel uis hostiũ, uel irruentes uenti, uel undarũ impetus, diruere poßint, ut ait euangel. Inæternum ergo manebit, quia deus fundauit eam, & cum ea perpetuo manet in finem usq; sæculi, ut in tempore opem ferat. Hic est germanus sensus. Tota igitur ciuitas uersa ad deum, magna exultatione, (ut ait in psalmi principio) sic iubilat.

Suscepimus deus misericordiam tuam, in medio templi tui.

Ex hebręo, nõ suscepimus, sed expectauimus, uertitur. Quod autem septuaginta suscepimus uerterunt indicant illam expectationem non incertam, sed indubitata fide certißimam fuisse. Sic enim certa fide expectabãt patres redemptionẽ israel. Sic aiunt modo qui christiani sunt, Suscepimus &c. Hoc (inq̃) ait fidelium congregatio, magna, & certa fiducia se esse in medio ecclesiæ dei, se firmiter credere in uerbo eius, & in hoc medio suscepisse misericordiam redemptionis, &c. Per hanc enim fidem, uenit in medium dei templum hęc fidelium congregatio, non stat foris ciuis huius ciuitatis, in meditullio eius manet, quia certam, & ueram fidem eius accepit. Et sicut illi sunt in medio ecclesiæ, qui fidem recipiunt, ita & Christus se promittit fore in medio eorum. Si duo aut tres (inquit) congregati sunt in nomine meo, ego sum in medio eorum, quia in me manent, & ego in eis. Præsens est cum illis deus, qui in nomine eius congregantur, facileq; eos exaudit. Hic est cantus pij cuiusuis uiri, qui templũ dei est, Suscepi domine misericordiã tuam, in medio templi tui, cũ sit sola misericordia tua quod in eam ingressus sum, quod uocatus, & electus sum. Quãobrem, inquit fideliũ congregatio.

Secundum nomen tuum deus, sic & laus tua in fines terræ.

Nomen enim tuum hostibus, & inimicis terribile est, amicis gloriosum, lætum, benignũ. Sic erit ubiq; gentiũ, & laus tua, qui magnus es, & laudabilis nimis, ut in psalmi principio. Te sic prædicabunt omnes, qui te agnoscunt, apud omnes. Inimici te terribilem deum prędicabunt, te timebunt, te bonum, benignum, læti dicent, te amabũt, te glorificabũt amici et pij omnes. In terræ igit̃ fines, emanat huiusmodi prędicatio de te, de magnitudine, et bonitate tua, qui reddis unicuiq; secundũ iusticiam, malis pœnam, bonis lęticiam, tuis opem benigne præstas, inimicos facile, & pro uoluntate deprimis. Sic etenim

Nomẽ dei hostib⁹ terribile, fidelibus iocundũ.

Iusticia plena est dextera tua.

Iustitia dei

Potentia, et magnitudo tua, plena est iusticia, fortitudine, equitate, misericordia, quia nihil iniuste facis, cum tamẽ pro absoluta potestate, omnia poteris, neq; est, qui potest resistere uoluntati tuæ. Omnium uere misereris, Non uis mortem peccatoris &c. Pateris diu. Super omnia opera tua misericordia tua. O dignißimã rem omni laude. Vtinam reges, quibus in populũ data est potestas, hanc doctrinam accipiant, hanc discant ab hoc optimo rege, quemadmodum illis consulit propheta, in psal. 2. Vt dextera eorum, hoc est potentia, quam a deo in populum acceperunt, ut regant, & ut pascant, plena sit iusticia, plena lenitate, & clementia. Abunde etenim unicuiq; tribuit, benignus deus pro merito, uel longe potius pręter meritum, pro misericordia. Neq; quisquam est, qui ab eo iuste petit, qui non accipit, uel quod petit, uel quod sibi utilius est, modo quod honestum, & iustum est petat, ut docet D. Iaco. Omnia perspicit,

Bene opta regib⁹. Psal. 2.

Bonitas dei.

Iacobi. 4.

omnibus prospicit, nulli negat quod iustū est, sed ultro offert. Nihil optat, nihil petit, nihil uult, quàm quod pium & iustum est. Plena igitur est. &c. Cum ergo tam magnus, & tam laudabilis dominus sis.

Lætetur syon & exultēt filię iudę, propter iudicia tua domine.

Lętetur inquit syon, lętetur ecclesia Christi, et exultent filiæ iudæ, uere credentes, et confitentes, seu glorificantes deū, (id iuda significat) quia hanc syon, hanc ecclesiam, fundauit deus exultatione uniuersæ terræ, propter iudicia tua domīe, propter leges, pręcepta, et doctrinas, quibus hāc ecclesiā decorasti. Vos igitur filię iudę, fideles animę, uos filię syon.

Iudā.

Circūdate syon, & complectimini eam.

Estote uigiles, ut Christi, et ecclesiæ suæ præcepta discatis, eaq; pro uiribus seruate. Circumdate eam, apud eam manete, et conuersationem uestram, iuxta illius leges habetote, adhęrete illi. Nolite extra illius ambitum uersari, & eam amplectimini, hoc est, diligite, suauissimo amplexu, tanquam in ulnas uestras accipite, eius amore, omnia quę huius sæculi sunt nihilifacite, cauete, ab hac syon ne discedatis. Hoc est circumdare altare dei. Dic in psalmo. 25. Hanc itaq; syon circumdate, et

Circūdare ecclesiam.

Psal. 25.

Narrate in turribus eius.

Narrate uos filiæ iudæ, priora (inquit) iudicia, ut a uobis discant alij. Habet suas turres huiusmodi ciuitas, quæ sunt eius propugnacula, quibus inimicos propellat, suosq; defendat. Non alienum est, si has turres, apostolos, discipulos, & uerbi dei denunciatores, intellexerimus, qui in alto sensu spiritus positi, constanter uerbū dei denunciant. Hi sunt fortes turres in bello, in castris, in ecclesia Christi. Neq; non & turres in ecclesia Christi sunt, qui sunt eiusdē firmæ et constantis fidei oēs. In his turribus, hoc est, inter has turres, inter hos fideles, narrāda sunt priora iudicia dei, et ipsi quoq; infirmiores consolabūtur sana doctrina. Sic narrate quę didicistis in hac syon, in turribus eius, in sublimioribus locis, apud reges, & maximos principes terræ, qui post susceptam fidem, sunt huius ecclesiæ pręcipuę turres, & ualida propugnacula. Misit Iosaphat suos principes cum leuitis, ut legem dei docerent, in ciuitatibus, & turribus iudæ, ut narrat sacra historia. Vbicunq; fidelium numerosa multitudo reperitur, hęc ergo narrate, in laudem & gloriam illius magni regis. Turres, populi rectores & principes, probe intelligūtur, quibus maxime ut narrentur huiusmodi iudicia dei opus est. Illiq; post receptam fidem, ecclesiæ turres, & propugnacula sunt, ut muri Hierusalem. Ipsi quoq; (ut dixi) doctores, & uerbi dei denunciatores, turres sunt, quibus munitur quoq; ecclesia, & ab hæreticorum aggressibus defenditur, & sunt hi doctores in ecclesia, sicut turris libani, inquit sap. Vos igitur, qui in hac syon pręsidetis, & estis (inquit) huius ciuitatis uigiles, ut constituti, in altissimis, & munitissimis turribus, magna constantia, narrate, & efficite uos christiani principes, illius boni regis Iosaphat sancta uestigia imitātes, ut narrentur, priora iudicia eius, qui hanc ciuitatē fundauit, cū exultatione uniuersæ terræ. Hi pręsides, populi ubera sunt, quia populū doctrina nutriunt, et populū, ut turres ab hęreticis defendunt, inquit sap. Hinc ad eosdem ait.

Turres dei.

2. Paralip. 27.

Reges, turres ecclesiæ.

Cantic. 7.

Cantic. 4.

Ponite corda uestra ī uirtute eius.

Nolite uiribus uestris confidere, sed omnem spem uestram, quam intus in corde, in animo habetis, ponite & constituite, in uirtute, & fortitudine eius, hoc est, prioris magni regis, qui est dominus uirtutum. Estote illi subditi, omnia facite ad uoluntatē illius constanter, nolite obliuisci quę posuit prodigia super terram, ad cor, animū, & memoriam, eius iudicia reuocate, forti animo eius nomine hęc agite.

Psal. 45.

Et distribuite domos eius.

Nolite in una aut altera domo, alteraue ciuitate, dei laudes, dei iudicia, mirabilia opera et misericor-

misericordiã eius annunciate, sed domos dei distribuite, hoc est, doctrinã uestrã apud oẽs spargite, facite domorũ distributionẽ, ut nunc in una domo, in una ciuitate, in magna populi congregatione, nũc in altera, dei uerbũ distribuatis. Sic enim exemplar nostrũ Christus, iter faciebat per castella & ciuitates, prædicans, &c. Nolite ergo unam ciuitatem ad satietatem cibare, alteram negligere. Sic enim exaltabitis turres dei (ut uertit Felix) & eas roborabitis. Alij hũc locũ de ordinibus, quos fieri necesse est in ecclesia dei, intelligũt, quorum ea sit honesta distributio, quæ decentes ordines, gradusq; probos efficiat. Sic enim cõmodius narrabuntur iudicia dei, apud oẽs. Commodam itaq; distributionem (inquit) facite, (secundum priorem sensum.)

Luc. 8.

Solicitudo denunciandi verbum dei.

1. Cori. 14

Act. 13.

Vt enarretis in progenie altera. Potentes exhortari in doctrina sana, prædicãtes uerbũ dei, importune, et oportune, &c. ut monet apost. Non sufficit unius ætatis distributio uerbi dei, non rara eius denunciatio, sed in omni progenie, in omni ætate, in omni loco annunciare oportet, ut audiant, qui eiusdem sunt ætatis, quẽadmodũ patres eorũ audiuerunt, ut per auditum constituti in hac ciuitate, uideant, & intelligant certa fide, illa uera esse, quæ audierũt, ut supra in hoc psal. Apud omnes igitur, & iudęos, & gentes, et malos, & bonos, ut mali discant boni confirmentur, enarranda sunt huiusmodi iudicia dei, nisi qui sint, qui uerbum dei contemnant, & despiciũt. His enim canibus (ut ait Christus) non demus sanctos panes, illis nõ est frangendũ uerbũ dei. Sic enĩ relictis iudęis, cõuertebantur apost. ad gentes. Experiri tamẽ oportet apud oĩno malos, & maxime fidei aduersarios, quod si prorsus respuãt, dei iudicio relinquantur. Soliciti (inqt) estote, in eiusmodi enarrationibus, in oĩ ætate, ut uere sciant.

2. Timot. 4.

Apud omnes, narranda iudicia dei.

Qm̃ hic est deus noster inęternũ. Non est unius sæculi, aut unius ætatis deus, sed inæternum, nomen, fama, gloria, potestas eius est. Idem est ergo deus, qui in priore generatione fuit, idem uerbum eius, quia ueritas domini manet inæternum.

Et in sęculum sęculi. Hoc persuasum sit omnibus, hoc uere credãt. Est ergo sacerdos Christus, & rex inæternum. Nam

Ipse reget nos in sęcula. Quicquid enim nos conamur, nihil est, ipse est, qui regit oĩa, a cuius solius potestate, oĩa pendẽt, uere magnus dominus, et laudabilis nimis, ut ĩ psalmi principio. Hic est Christus, cuius magnificentia eleuata est super cœlos, ut idem ait. Psal. 8.

Psalmus. 48.

Titulus.

In finem, filiis Core. Iam diximus in proximis psalmis, de filijs Core.

In summa.

Qui deũ agnoscũt, et in eo spem suã ponunt, illis ullo quidẽ tẽpore, potissimũ in nouissimo die, quando iudicabũtur uiui & mortui, neutiq̃ timendum esse docet, quantũuis persequatur inimicus, et suas accusationes paret. Quibus uero, aut ĩ suis diuitijs, aut uiribus, aut in hoĩe spes est, illis nulla erit redẽptiõis Christi portio, cũ ab hoĩe solo ꝑ aĩa, quæ primi parentis delicto mortua est, non potest dari placatio, aut redẽptio. Sed qui hãc malã spem habent, et in hoc sclo cæci, et suis desiderijs relicti ut ait apost. et cõtinuo pctõrũ onere laborabũt, et tandẽ ꝑpetuo cruciabuntur. Quibus, quod ad hoc sclm attinet, amplius nihil reliquũ erit, quantũuis suꝑbe, et ĩ hac uita gl'iose uixerint, studuerintq;, ut ꝑpetuã suã famã relinquerẽt, q̃ sepulchrũ, pro perpetua domo, alienis, forte inimicis, suas diuitias relinquentes. Cũ ergo hunc creasset deus ad honorẽ, atq; ad eius similitudinẽ, nunc bestiæ similis erit, aut longe deterior, qui deũ non agnoscit. Hęc certo certius erit illorũ uia, in magnũ eorũ damnũ, & perpetuum exitium. Neq; modo illorum erit damnũ, sed eorũ etiã oĩm, qui ab illis cursum suæ uitæ discunt. Erũt in inferno sepulti, dæmonũ esca, ubi nõ iuuabit eos prior superbia.

Huius vitę vanitas.

Eorũ

Eorū dominos & iudices, in die iudicij iustos uidebunt. Sed qui deū agnoscunt, certā spem habent redemptionis ab inferis, ad perpetuū gaudium beneficio dei, postq̄ in solo deo, non autē in huius sæculi uiribus sperent. Priores itaq; superbos, nō est quod timeant iusti, quantūuis aut diuites, aut potentes facti sint, quoniam, et cito interibit impius neq; secum suas diuitias sumet, non descendet cum eo sua uana gloria, & iniqua potentia. In hac etenim uita, suam gloriam habuit, in qua nec deo, nec cuiuis homini beneficus est, nisi aut lucri, aut gloriæ suæ causa. Cum suis itaq; patribus, (Beneficiū impii.) impijs uiris, quorum uestigia sequutus est, in perpetuas tenebras tradetur, similis, aut longe bestijs deterior.

Explanatio.



Audite hæc omnes gentes. Cum sit in hoc psalmo dicturus propheta, doctus a spū sctō, de rebus maxime occultißimis ab illis hostibus, qui so[illegible] hac uita se delectant, illis tamē, qui diuinam hanc sapientiam capiunt, utilißimis, cupiens omnes lucrifacere, sine personarum exceptione omnes inuitat, ut solicite animaduertant, & quæ dicturus est discāt. Rara igitur uerborum uehementia pręfatur, ut quēuis lectorem attentiorem efficiat. Hæc (inquit) quę dicturus sum, audite omnes gentes. Neq; solum cupio (inquit) ut audiatis, sed et

Auribus percipite oēs qui habitatis terram. Fides enim ex auditu. Habetote ergo aures audiendi, ut monet euāgel. Nolite esse ut pecudes, quæ aures habent, & non audiunt, hoc est, non intelligūt illis uere similes, qui nō attendūt, uel intelligere nolūt. Auribus igitur percipite omnes, in quacunq; terrarū plaga habitatis, quæ dicturus sum, & ab auribus in animū demittite. Audite (inqt) oēs, tam qui mali estis, ut discatis a priore uita discedere, q̄ qui boni, ut constantiores sitis.

Quiq; terrigenæ & filii hominū.

Audite, supple. Terrigenas, intelligit terrenos homines, huic sclo, & uoluptati eius deditos. Hinc uertit Hiero. Filij Adam, filij terræ. qui nondū renouati sunt per gratiā, uel a peccati originalis uetustate per baptismū uel a uitæ fœditate per pœnitentiā. Filij autē hominū sunt qui pbe, et sapienter deū agnoscūt, digni quæ uocentur homines, & qui sint filij hominū agnoscentiū deū, id quod hominū nemo cognoscere non potest, ex his quæ condidit deus, ut ait apostol. (Rhom.1.) De filijs hominum, in psalmo. 4. dixi. Audite (inquit) omnes.

Simul in unum diues & pauper.

Diuites intelligere licet, qui sunt huius sæculi diuites, sperantes in incerto diuitiarū, superbi &c. qui uere sunt terrigenæ. Pauper uero ipse est, qui spū pauper est, humilis, in solo deo sperans &c. quāuis huius sæculi opes poßideat. Qui igit diuitias poßidet probe acquisitas, modo illis, cor non apponat, non impediunt diuitiæ, ut filius hominū, dei filius nō sit. (Diuitię nō sunt improbæ.) Dic in psal. 9. (Psal.9.) Vel diuites et pauperes, simul inuitat propheta, ut nullū genus hominū excipiatur, sint uel diuites uel pauperes. Nam et pingues terræ deum quoq; adorabunt, inquit in alio psalmo (Psal.21.) Conuenient enim populi in unū, & reges, ut seruiant domino. Audite hæc omnes gentes, inquit. Est enim res digna, quam audiatis. Nam

Os meum loquetur sapientiam.

Hoc est Christū ipsum, qui est patris sapiētia, uel de Christo certā doctrinā loquetur. Vere bellua, et iumento similis est, (ut postea in hoc psal.) qui hāc sapientiā nō cupit, qui eam oblatā spernit, (Sapientia apprehendenda.) qui eam oībus uelis, nō sectatur, nō cupit apprę hendere, quæ custodit, et cōseruat hominē a uijs malis, quam solus dominus dat, ut ait sap. (Prouer.1.) Hæc est nō humana, sed diuina sapientia, quæ deum, & beneficia eius docet, tam ut eum, quam ut eius bonitatē cognoscamus. Datur hominibus uarijs quidem modis, hæc sapientia. Nonnullis autem per occultam in=

tam inspirationem. Sic enim suos apostolos admonet Christus. Nolite cogitare quid loquamini, dabitur enim uobis in illa hora &c.
Act.4. Hi erāt homines sine literis, et idiotę, qui tam mira loquebantur. Et modo docuit pphetas. Dat etiam per uerbū suū, quo uel per seipsum
Hebr.1. iam docti sumus christiani, uel per suos prophetas, quos ipse suo (inq̄) spū docet. Dat, ut in summa dicam per solā gratiam, quando, et cui uult. Vt igitur lectorem uehementer ex-
Prouer.8. citet, hanc (inquit) rem, uerā sapientiam, non huius mundi, cunctis opibus meliorem, ut ait sap. ad uos loquetur os meum.

Et meditatio cordis mei prudētiā. Loquetur sup. et narrabit. A corde, ab animo proficiscetur, non simulate, sed uere, non immature, sed uelut perfectißima meditatione,
Vera sapientia, ex verbo dei. solidißime. In ea etenim meditatus sum die ac nocte, et solicitus, et studiosus ero, ut eā apud omnes denūtiem. Hoc est enim habere cordis meditationē, in prudentia, nō humana, sed illa cœlitus data, uerboq; dei edocta. Prudentiam (inquit) loquar, non tamen quæ ego de memet didici, sed quæ spiritus sanctus docuit, quia aperiam in parabolis. &c. ut sequitur.
Psal.44. Dic in psal. 44. Hęc igitur, & ego didici, et ut uos (inquit) discatis, attendite, quia

Inclinabo in parabolā aurē meā. Vt discam ego, priusquàm alios doceam, &
Parabola. eadem uos docebo. Incumbam igitur ego, et discam. Sunt enim obscuriora quæ dicturus sum, et huius sc̄li hominibus prorsus incognita, quia nolunt intelligere. Suntq; uerba non intelligibilia, nisi quibus datum est. Aliud lo-
Math.13. quimur, aliud sentimus, quia in parabolis loquemur. Intus est sensus. Foris putamen est,
Apoc.13. intus nucleus. Nemo aperire potest, nisi qui clausit. Ego (inquit) ut hanc igitur parabolā ab eo qui dat intellectū, intelligam, inclinabo aurē meā, solicitus ero, ut audiens audiam. In malo quoq; sensu parabola reperitur, quoties tam ab oībus despicitur homo, ut de eo male loquantur omnes. Hic est in prouerbium hominibus. Dic in psal. 43. Sed inclinabo (inquit) aurem meam, in hanc parabolam dei, & doctus a spiritu sancto.

Aperiam in psalterio propositionem meā. Idem est propositio, et para-
Propositio. bola. Est enim propositio, problema, difficilis questio intellectu, et de qua in utrāq; partē facile se offerūt argumenta, obscura sententia, nisi aperiat. Sic loquutus est Christus in parabolis. Sana quidē doctrina, carni propositio est, & difficilis parabola, quia nō placent illi, quas suggerit spiritus, innocentiæ suasiones. Aliud enim longe sentit. Alio eam sua trahit uoluptas. Sed ne supsit carni (inquit) excusatio, in psalterio hanc propositionē aperiā, & indicabo, ut nemo nō audiat. Ille aperit in psal-
Docendū, sermone, & opere. terio utilē doctrinā, qui docendi solicitudine, uitęq; innocentia docet. Sic enī ad ea suo exemplo inuitat, quæ salutari sermone profert.
Psalteriū. Psalterium, opera significat. Instrumentū est musicū, quo manibus luditur. Ex hebręo citharam, nō psalteriū uertunt. Secundū historiā, hūc psalmū canebat pplo, in psalterio, hoc est cū illo musico instrumēto. De psalterio, dic in psal. 32. Bene quidē [illegible]it, bene sonat in psal-
Factores legis esto te. terio, qui opibus suā doctrinā ostendit. Aperire igit in psalterio, est facere et docere. Hic dignus est, qui magnus uocetur in regno cœlorū. Hactenus psalmi pręfacio, in qua sapientiam, prudentiā, parabolā, propositionē, se dicturū promittit, quæ huius sæculi hominibus enigmata sunt, quia nolūt aurē suā inclinare, ut discant. Sed ego (inquit) aperiā, hanc propositionem, enucleabo, ut plane intelligatis. Attendite igitur. Primū enim quęro.

Cur timebo in die mala? Cur (inquit) &c. O ingentē parabolā, et quę nō pōt intelligi, occultā, et absconditā propositionē, nisi ab illis, qui aurē inclinant, qui parati sunt, ut discant, qui uerbo dei credūt. Vbinā obscurior parabola, q̄ de postrema, et terribili quidē die illa, sermonē facere, quādo redibat uiuorū, et mortuorū iudex, ut secūdū quod gesserint, iudicet oēs. Quotus enim quisq; est, qui huic doctrinę fidē habere uidetur? Qui enī de nouißimo

uißimo die fidem habet, illā retineret memoria semper. Qui autē nouißima memoratur, ut non peccet, studiosus erit. Quorum q̄ sint pauci, quis nō perspicit? Fidem habet, qui innocentię studet. Neq; innocentię studere potest sine fide quisq̄, neq; operari bene, neq; fidem habere, nisi bene operetur. Illis omnium iucundißimū quidē erit illa dies, qui hanc fidē cum innocentia, & bonis operibus iunxerūt. Sed cū doceat prauos in hoc psalmo ꝓpheta, ut a prauitate magis abhorreant, malā illam diem appellat. Illis enim, nisi resipiscant, uere mala, et amara ualde futura est. Dic ī psal. 6. Hinc ait in persona sceleratorū, qui confidunt in uirtute sua, ut statim sequitur, propositioni respondens. Est (inquit) malū cur timeam, et quod ualde timeam in die mala. Nam

Ecclef. 7.

Fides cū operibus.

Iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui hominis calcaneo insidiatur serpens, diabolus est, ille est calcanei hominis iniquitas, qui omnis iniquitatis pater est, hominēq; ad iniquitatem urget semper. Nullus est, quem non circūdat, quęrens quē deuoret, ut ait. D. Petr. Solicitus est enim, ut hominis uestigia sequat, si aliquando illaqueare poßit, post tergum semper adest, paratus ut ullam occasionē non negligat. Et si prima nō poßit ætate, posteriori ætate semper ad finem usq; insidiatur, uel ut in postremo die mortis, male solicitet. Sic hominis calcaneum circumdat. Est enim hominis, & postrema & ima pars, calcaneum. Ima pars hominis est caro. Hanc impostur is quibus potest circundat, huic insidiatur diabolus, in hac uita perpetuo, ut eam præcipitet, cadereq; faciat, & retro aspicere, ut non sit apta regno dei solicitus est. Carnem exuere nemo potest, uincere potest per gratiā. Carnis opera omnibus timenda sunt. Sic ait se uereri omnia opa sua. D. Iob. Vnicuiq; ergo timendū est in hac uita, in qua nūquam non est dies mala, quia nunq̄ nō solicitat hostis. Neq; non maxime solicitus erit in ultima die iudicij pater iniquitatis, ut accuset. Neminē non accusabit, cum sit nemo qui non peccet. Sed tum quidē soli beati erunt, quorū tecta sunt peccata, (ut in psal. 31.) ab hostis humani generis, calumnia, qui circūdat in illa die, nimis solicitus, ut tum a tergo stet homini, ut omnē fœditatē obijciat, calumnijs quibus potest detrahat. Hinc diabolus, quod est, calumniator, uocatur. Sed qui fidelis est, studiosus erit in hac uita, ut innocentiam seruet, spem non in uiribus, aut meritis suis habens, sed in misericordia dei, eaq; roboratus certa fide, audacter ait. Cur timebo? &c. Vis ne igitur scire (inquit propheta) quibusnam timendum est in illa die.?

Diaboli perniciosa solicitudo.

Calcaneū circūdare.

Iob. 9.

Diabolus

Diabolus

Qui confidūt in uirtute sua, & in multitudine diuitiarū suarū gloriantur. Illis (inquám) ualde timendum est. De his qui in suis uiribus fidūt, in huiusq; sęculi diuitijs gloriantur, superbiunt, se extollunt, & magnificiūt, toties in prioribus psal. diximus, ut frustra hic pluribus agam. Nullus est prope psalmus, in quo nō uehementer doceat, omnē spem in deo ponendam. Dic in psal. 19. Qui in eo spem nō ponit, eum plane non agnoscit deus. Huic uehementer timendum est in die illa. Dic in psalmo. 36. Quàm frustra in diuitijs gloriatur homo, dic in psalmo. 38. Huius sæculi spes omnis, uanitas est. Est ergo stultißimū (testante euangel.) in diuitijs sperare. Neq; diuitiarū copia, neq; hominis potētia, seruare potest. Solus unus est, qui in hunc mundū uenit, ut saluetur mundus per ipsum, qui saluat. Noli ergo putare futurum alium saluatorem. Quis ergo redimet in die illa mala, ut non timeamus? Si enim non redimet, qui nostra causa factus est homo, nobis carne frater, quis alius redimet? Plane nullus. Inde ait.

Psal. 19.

Psal. 36.

Psal. 38.

Frater nō redimit, redimet homo? Erit ne quisq̄ alius (inquit) mortalis, qui te redimere potest, ut nō timeas in die mala, si frater noster Christus non redimet? Impijßime forte dicis, frater ille nō redimit. Non id prorsus credo. Illi absolutā fidē nō habeo. Nō igit omnē

omnẽ ſpem meã ponã in eo. Quis ergo te redimet. Eſt ne alius (inquit) homo, qui te redimet, te iuuare põt? qui ſalutẽ tibi adferre, qui te deo patri recõciliet, qui primi parentis maculã tollet? q te in gratiã dei patris reſtituet? q tollet deniq; pctã tua? Eſt ne alius quiſq̃ qui hęc beneficia tibi pręſtare poteſt? Nullus plane, nec apoſtolorũ, nec martyrũ quiſq̃. Noſtrũ fratrẽ Chriſtũ, ſaluatorẽ appellat ꝓpheta, ut dixi. Narrabo (inquit) nomẽ tuum fratribus meis. Sic in eũ credentes, ſuos fratres appellat Chriſtus. Quod uni (inquit) de fratribus meis minimis feciſtis &c. Chriſtũ fratrẽ appellat abſolute, abſq; adiectione, qui dignus eſt, ut oĩm fratrum frater appelletur, qui noſtram carnem accepit, ut nos redimeret, quos fratres uocare nõ pudet, inquit apoſt. Tu ergo, qui non uis huic fratri credere, ut ſis redemptionis eius particeps, putas (inqt) quod homo alius quiſq̃ redimet? Stulte hoc putabis, quia ſolus homo, hominẽ redimere nõ poteſt, nec ſeſe redimere poteſt quiſq̃. Hinc ait.

Christi beneficia.

Christus frater nr̃. Psal. 21.

Math. 25.

Hebr. 2.

Non dabit placationem ſuam.

Suis uiribus homo nõ poteſt placare deũ, nõ poteſt ſe redimere, ſuæ diuitiæ non iuuabunt, neq; erunt ſibi redẽptio in die mala. Neq; ulla opera ſua, abſq; hac fide in Chriſtum, digna ſunt quæ rediment, quæ ſalutẽ adferãt. Neq; oĩm amicorũ auxilio id adſequetur, ut ſecure adſtet apud ſupremũ iudicẽ, ut ſit de illorũ numero, quibus dicetur. Venite benedicti patris mei, qui eſtis mihi fratres, et huius glorię cohæredes. Hic eſt ſolus frater, qui fratri uera ſalus eſt. Alius frater nullus eſt, qui dabit placationem ſuã, qui patri ſatisfacere poteſt.

Et pręciũ redemptiõis animę ſuæ.

Non dabit alius, nec dare poteſt pro ſeipſo animæ redemptionem quiſquis eſt, aut alius homo pro homine. Eſt ergo opus illo optimo fratre Chriſto, qui redimat. Cum enim deſtinati eramus morti omnes, primi parentis delicto, opus fuit redemptione, quã nullus dare potuit, præter illũ unicum, illum priorem fratrem noſtrũ Chriſtũ, toties a prophetis prædictum. Hęc eſt illa ſapientia, quæ huic mũdo (ut ait apoſt.) ſtultitia eſt, quia caro huic rei fidem habere nõ poteſt. Spiritus eſt, qui hunc intellectum recipit. Sunt igitur duræ propoſitiones, huius ſæculi hominibus, parabolæ, enigmata, incredibilia carni. Hæc enim ſanguis, & caro intelligere non poſſunt. Non igitur dabit redemptionem animæ ſuæ, qui in uiribus huius ſæculi, & in glorioſa ſuperbia diuitiarum ſuarũ, aut in ſuis operibus quibuſcunq;, aut in homine quouiſcunq;, ſpem ſuam conſtituit. Male ergo ſibi erit in hac uita, qui uanam hanc ſpem habebit.

Carni ænigmata.

Et laborabit inęternum.

Quia ſolicitus erit nimiũ in hoc ſęculo, ut diuitias congerat, congeſtas conſeruet, agros, honores, potentias augeat, in quibus ſolis ſperat, in illis ſe delectat, ſe magnificat. Anxietate afficitur, odioq; mordetur, ſi quẽ aliũ ſe ditiorem, potentiorẽue uideat, cui per inuidiã maledicere, detrahereq; ſolicitus eſt. Laborabit etiã conſcientiæ ſtimulo, quia certã fidẽ in ſaluatore non habet, quã ſola pacatur animus, & certa redditur conſcientia, modo fidei reſpondeat uoluntas innocentiæ, & benefaciendi. His anxietatibus, his doloribus, in hac uita afficiuntur. Poſt hanc uero uitam, redemptionis Chriſti, quem agnoſcere noluit, quia eius doctrinã non recepit, neutiquam erit particeps, fœliciſſimus ſi totus moreretur. Sed quẽadmodum in hac uita continuis illis laboribus angebatur, ſic & inæternum laborabit, quia cum dæmonibus ſepelietur, de illorum numero, quibus dicet Chriſtus. Ite maledicti in ignem æternum, ubi erit perpetuus fletus, & ſtridor dentium.

Perniciosa huius vitæ solicitudo.

Diuitum anxietas.

Animi sola quies.

Impiorũ ꝑpetuus luctus.

Et uiuet adhuc in finem.

Quamuis hac uita functus eſt, adhuc tamen uiuet in finẽ, uiuet perpetuo in pœnam, quia uermis eius non extinguetur, anima uiuet in pœnam, non morietur ut corpus. Tandem & addetur in eandem pœnam corpus, ut ſimul inæternũ crucientur. Sic erit ſibi labor inæter-

in æternum, sic erit sibi anxietas, dolor, nulla pax, nulla quies, neq; in hoc sc'lo, neq; in futuro. Neq; hos homines, sic sperātes in diuitijs suis &c. iuuant sapientū, et piorū hoīm exempla. Nullū etenim sapientē putant, nisi qui in illorū morem in accumulandis diuitijs uiuunt, huius sęculi uoluptatibus delectētur &c. Sed q̄ falsi sunt, et q̄ stulti, qui in suis diuitijs spem ponūt, et securitatē sibi pollicētur, manifestū est. Quis enī est, aut diuitū, aut sapientū, qui sibi hāc uitā prorogare potest, uel ad staturā cubitum adijcere? ut ait euangel. Luc. 12. Quæ ergo spes est in hominis redemptione, aut quauis alia potestate? Plane nulla. Vere insipiēs est, qui hæc non perspicit, stipes, & insensatus. Cæterum prior ille, de quo iam diximus, qui in uirtute sua confidit.

Non uidebit interitū suū, cū uiderit sapientes morietes. Idem est exitus corporis, quod ad huius uitæ functionem attinet, et sapientū et stultorū, et magnorū et paruorū, et similis introitus ad uitā, inqt sap. cap. 7. Vere ergo stultus est, qui non uidebit interitū et mortē suā certo futurā neq; ī hoc sęculo quicq̄ esse quod eum a morte redimere possit, cū uiderit tam sapientes, q̄ alios omnes morientes. Aliā uero mortē non cogitāt insipientes, nisi hanc pręsentaneā. Cū ergo uiderint sapientes, hoc est, qui in lege dei sapienter uixerūt, quia carnem ieiunijs mortificare studuerunt, precibus deū conciliare, charitate placare, certa fide ī mīa eius sperare. Cū hos (inq̄) sapientes, ornatos uirtutū choro, bene morientes uiderint, noluerūt hāc sapientiā intelligere, sed eā contempserūt, suo turpissimo more uiuentes, et morientes. Non ergo uidit, hoc est uidere noluit interitū suū, nec aliquando uidebit, aut interitū suū intelligere potest, qui nō in deo sed in uirtute sua confidit. Qui ergo sic confidunt.

Simul insipiens & stultus peribūt. Morientur quidē omnes, quia nō permanebit spūs meus ī homine inęternū (inqt deus) quia caro est, &c. Ex his tamen alij moriuntur in domino, quorū uitā probat deus in hoc sęculo. Alij ut stulti, et insipientes spem in deo nō habentes, sed in suis diuitijs, & uiribus, penitus pereūt. Quoniā nouit dominus, hoc est, probat uiā iustorū, iter autē impiorū, quod odit, quod reprobat peribit, quia male huius uitæ peregrinationē transegerūt. Quod ait, simul insipiens, et stultus. Insipiens uere est, qui deū non agnoscit, qui illū ut deū non glorificat, ut ait apost. Stultus est, qui relicto deo in incerto diuitiarū sperat. Insipiens est, qui deū non uult quęrere, qui eius uoluntatē ex uerbo eius nō uult intelligere. Stultus est, qui intelligens uel contemnit, uel scienter negligit. Insipiens. Stultus. Ignorās ergo ignorabit, negligēs negligetur. Hi sunt priores stulti, qui confisi sunt ī multitudine diuitiarū, quas nō secum adferre possunt. Nam

Et relinquent alienis diuitias suas. Neutiq̄ forte amicis, nō filijs, nō parentibus, sed alienis, (ut hic ait) quibus omniū minime uellet, obueniunt diuitiæ, quas tanto labore, tantoq; cū corporis, & animæ periculo congesserunt priores diuites. Homo extraneus (inqt Eccles.) deuorabit illas, id quod magnū (inquit) malum est in terra. Dic in psal. 38.

Et sepulchra eorū domus eorum in æternū. Aliud non illis reliquum est, q̄ ut nudi in sepulchro ponant. Gloriosum itaq; sepulchrū efficiunt diuites, ut uanitatis uestigia uiuis relinquāt. Aliā nō habent mercedē. Laudantur ubi non sunt, torquentur ubi sunt. Laudantur ut uiui, utq; pręsentes in magnificis sepulchris, sed hinc longe absentes, in inferno torquentur, deo prorsus mortui. Et illa eorum sepulchra, erunt domus cadauerū eorum, non animarum. Erunt siquidem

Tabernacula eorū in progenie & progenie. Amplius enī ad suas diuitias non redibūt, sed pro magnificis ædificijs hoc tabernaculū, hoc tugurium, inhabitabunt perpetuo, quoad tuba canat. Huius sęculi uanitas. Admonet itaq; ecclesiasticus hos diuites, et quidē persancte. Eccles. 5. Noli (inquit) anxius esse in diuitijs iniustis, nō enī proderunt

proderunt tibi in die uindictę. Nudus (inquit) egressus es de uentre matris tuæ, et nudus re uerteris. &c. Hinc ait. D. Iob. Solũ mihi superest sepulchrum. Non deest hic occasio, ut pluribus loquamur de cura ꝑ mortuis, et eorũ sepultura, quæ a nostræ tẽpestatis nescio quibus hominibus uidentur. Iampridẽ de hac re scripsit. D. August. et eam honestã curã mortuis exhibendã, suo calculo roborauit, neq; sine uerbo dei. Non enĩ tantã sepulturæ curã habuissent sancti patriarche, in ueteri testamẽto, nisi grata fuisset deo, et hominibus res honesta, adeoq; decens, ut sit turpe eam negligere, modo cõmode fieri poßit. Non hoc tamen aio, ut persuasum uelim, ut animæ prosit externa sepultura, quis, quæ sup mortuũ fiunt preces, nõnunq̃ illi utiles sint, ut in psal. 37. diximus. Cũ autẽ sit homo ex anima & corpore, nõ sunt a probis omittenda, quę corpori honesta iudicãtur, modo absit oĩs superstitio, omnisq; inanis pompa. Christũ itaq; in sepulchro nouo collocabãt, cuius omnia exempla, et facta, quæq; dicta, et narrata sunt de eo, nobis doctrinę sunt. Viuorũ quoq; cõsolationes sunt amicorũ honestæ sepulturæ, ut mortuis quoq; corporibus officiũ exhibeant. Sed hęc, non tam christianis uiris, q̃ cuiuis alij quantũuis ethnico honesta officia, inhumani nõnulli homines ægre ferunt. Neq; preces pro hac uita defunctis, ferre queunt nimis multi. Vtinam de animi immortalitate probe sentiant. Probemus itaq; honestas, moderatas, ꝑ personarũ discrimine, et dignitate sepulturas. Facessat omnis inanis pompa, omnisq; huic sclo stolida, uanaq; nimis ostentatio, ut nihil addã, de nimia largitione, ĩ funeris pompa, magnificisq; sepulturis, & mansoleis construendis, cũ sint dei tot uiua templa, quæ nimis nimisq; indigent, ubi in dei gloriã erogari debuisset, quod neceßitati superest. Lege Chrisost. homelia. 84. in Ioannẽ. De cura ꝑ mortuis peculiarẽ librũ ædidit. D. August. Decent ualde magnifica nostra tẽpla, in quibus fideliũ conuentus fit, ut dei uerbũ audiant, ut sacris intersint, sacramentaq; suscipiant, omniũq; cõmunes preces inuicẽ fiant in cõmuni domo. Decet quidem hæc templa ædificare, ornare, uestire, ut docet Hiero. ad Demetriadem & Chrisost. homelia. 51. in Math. et idem in. 8. cap. in act. apost. Cœmiteria quoq; deprauãt improbi, christianorũ sepulturæ deputata, & segregata loca, rem neutiq̃ non honestam, ut unius ecclesiæ fratres, cõmunem habeant unã sepulturã. Neq; tamen aut malis ꝓdest locus, aut pijs gratiæ cumulũ addit. Vtriq; eandem sepulturã pręstamus, nisi ꝑ manifesto scelere pręscindatur, cũ solius dei iudiciũ sit, ab indignis dignos secernere. Preces & orationes non frustra pro illis fiunt. Dic in psal. 37. Admonentur, et uocanĩ christiani solitis nostris campanis, ut simul rei sacræ gratia conueniant. Tubis in ueteri testamento accersebantur. In altiori turricula cõstituuntur campanæ, ut a tota parochia audiantur. Suo concentu, festorũ alacritatẽ, quam in corde erga deũ haberemus, indicant. Res ualde honesta, congrua, et utilis est, indigna quæ a ꝓbo quouis reprobetur. Fœlicißimis martyribus, insigniora sepulchra ædificabat recens ecclesia Christi, nullius pompæ aut ostentationis gratia, sed in ipsorũ martyrũ sanctam, recentẽq; apud omnẽ ętatem memoriã, non ut institorẽ sanctũ aliquẽ martyrẽ efficerẽt, aut eius noĩe cauponariã exercerent ministri. De hac improbitate, nũc plura non addã, cũ nullus non uideat, dolendã illã negociationẽ, apud sctõꝝ uirorũ sepulchra, ut nihil addã de execrandis multimodis imposturis, &c. Ad prophetã reuertamur. Alienis (inquit) relinquẽt diuitias suas, secum non auferent hmõi externa. Sua uero interiora secũ habebunt, malã fidẽ, fœdã huius uitę peregrinationẽ, sua scelera, cõscientiæ uermem. Hęc erũt illis domus, his undiq; cooperientur. Hęc eos circũdabũt, hęc habebunt tabernacula in perpetuum, quia uermis eorũ nõ morietur. Sed nihil minus cum uiuerent, q̃ hęc futura cogitarũt. Cupiebãt quidẽ uanã huius sæculi gloriã, cito perituã famã,

rr nomi-

Iob. 17.

De sepultura.

Exod. 23. 47. & aliis pleris- q; locis.

Absit nimia largitio, in rebus inutilibus.

Magnifica templa decent.

Cœmiteria decẽt.

Psal. 37.

Nume. 10.

De campanis.

De sepulchris martyrum.

nominisq; stolidam perpetuitatem. Hinc ait.

Vocauerũt nomina sua in terris.

Hoc est, soliciti fuerunt, ut semper eorũ nõia uocarentur, & celebrarentur in terris, nominũq; eorũ ppetua maneret apud homines memoria. Hinc pulcherrima, sumptuosa, magnificaq; pallatia, marmorea sepulchra cõstruxerũt, amplas possessiones accumularũt, ut perpetuo de illis loquerenĩ homines, eorũq; nõia recordarentur, quoties quæ fecissent tam gloriosa, sub oculis haberent. Hęc ut loquerẽtur, optat hęc stolida ambitio. O talẽ cum uiueret magnificum uirũ, qui hæc atq; hæc in perpetuam sui memoriã fecit. Hoc quidẽ encomio stulte gloriantur. Sic uocauerunt nõia sua in terris, sic forte nomina sua domibus et terris indiderunt, ut uocarentur, & suis nominibus nominarentur perpetuo. Neq; horũ quicq̃ fecit in dei laudem aut gloriam, sed ab hominibus, ut suã gloriã quęreret, dum uiueret, multorũ, ut solet, iniuria. Quis nõ quotidie perspicit horum genus hominũ, suæ conditionis, mortalitatisq; obliuiscentiũ. Hominẽ creauit deus, non ut hęc ima tam magnifaceret. Rerum enim omniũ eum dominũ constituit, eius causa, in eiusq; usum fecit omnia, illi ut omnia seruirent, non ut ille ab ipsis caperetur, fieretq; cæterum rerum seruus, quæ illi in seruitutem facta sunt. Ad imaginẽ quippe suam hominem fecit, animam immortalem, sensumq; dedit, ut cœlestia suspiceret, illis potissimum delectaret se, in illis uersaretur animus, deum creatorem haberet præ oculis semper, illum longe præ huius sęculi rebus omnibus diligeret, uel potius eius causa, quę huius sęculi sunt contemneret omnia, in eo solo spem omnem suam poneret. Monet enim Christus, ut eum sequamur, ut huius sęculi oblectamenta contemnamus, ut soliciti simus apud eum habere nomina nostra cõmendata, ut in cœlis scripta sint, non autem in terra thesauros tantopere quæramus. Quæ sursum (inquit) sunt quęrite, non quæ super terrã. Sed hæc non intelligit, qui in diuitijs sperat. Nam

Stolida ambitio perpetuitatis.

Omnia, hõis causa, creauit deus.

Homo ad imaginẽ dei fact⁹.

Et homo cũ in honore esset, non intellexit.

Vere non intelligit, rationis beneficio nõ utitur, fructũ & utilitatẽ conditionis suæ nimis uere perdit, qui deũ, in cuius manu oĩa sũt, eiusq; bonitatẽ, et magnitudinẽ non agnoscit, et in eo nõ ponit spem suã. Hic est, qui interitũ suũ futurũ nõ recordatur, uere insipiens & stultus, ut paulo ante in hoc psal. dignus qui creatiõis honorẽ amittat, qui deũ creatorẽ et factorẽ relinquit, ad eius imaginẽ factus, &c. ut paulo ante diximus. Iure ergo

Comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Dignus est qui iumentis, et brutis animalibus comparetur, qui deũ creatorẽ rerũ oĩm dominũ, cuiq; pręcipue curæ sunt oĩa, qui tot beneficijs nos affecit, afficitq; quotidie, a quo, et p quẽ accipimus oĩa, non agnoscit, non præ cęteris rebus omnibus diligit, qui in huius sęculi caducis, prorsusq; incertis rebus, potius q̃ in deo, spem suam ponit. Sunt enim ut equus, et mulus hæ beluæ, in quibus non est intellectus. Qui igĩ ita uiuit, illis iumentis similis factus est, quia nisi de præsentanea uita, ut abunde cõmedat, largius bibat, splendide ornetur, diuitijs affluat, magnificetur ab hominibus, qui illi aduersantur, pro potestate ut timori sit, ut huic sæculo nomen suum duraturũ relinquat, nihil (inq̃) nisi de hac præsentanea uita cogitat, nihil plus optat, non aliud expectat, uere iumentũ, & bruta bestia. Nihil enĩ cœlestium rerũ meditatur, de futura uita neutiq̃ solicitus est, tanq̃ una cum corpore, ut in iumento, periret anima. Hæc mala traxit humanũ genus a primo parente, qui cũ ad imaginẽ dei in honore creatus esset, per liberũ arbitriũ factus est non intelligens deum. Quamobrem

Psal. 31.

Hominis stoliditas.

Homo, iumentũ.

Hęc uia illorum scandalum ipsis.

Scandalum obstaculum est, impedimentũ, uel offensio. Sic ait in euangel. Ve illi per quem scandalum &c. Recte igitur ait. Hæc uia illorũ quã in huius sęculi peregrinatione transegerunt, ipsis uere scandalum est, & impedimentum.

Scandalũ.

mentū, ne uitā homine dignā uiuant,(uiuunt enim ut iumenta) neue in alia uita futurę gloriæ participes sint, qui in hac uita mercedem receperunt, ut ait Christus de diuite, et lasaro. Ab alijs itaq; uertitur. Hæc uia illis insipientia est. Quicquid tamē de ipsis dicāt alij patuifacient, solitam suam uitā non deserent. Alios quidem, si qui sint, qui eos de sua cæcitate, de uitæ fœditate admonebunt, magno fastu, ut solent diuitijs affluentes, eos despicient, obiurgabūt, a seq; cōtemptim deijcient, pro inimicis deniq; hos probos monitores habebūt perpetuo, ut pro bono malū retribuāt.

Iuc 16.

Monitores nō ferunt stulti diuites.

Et postea in ore suo complacebūt. Se etenim laudabunt, sibijpsis blandientes, et quicquid ab alijs dicatur, illis tamē grata erit illorū uita, illam uitam apud omnes prædicabunt, extollentq;. nullus erit sermo gratus, nullū suaue colloquium, nisi de huius sęculi diuitijs & uoluptatibus. Neminem laudabunt, nisi qui eam uitā sectatur. Hunc magnis laudibus extollent, alios uero ineptos, indignos qui uiuant, stipites, stolidosq; uiros esse clamabunt. Sic in suo ore sibi complacebūt. Sic seipsos, & suos mores amabūt. Vel complacebunt in ore suo, quia probe loquentur, quantumuis male agant, deo forte gratias agent, quod eas diuitias adepti sunt, sed ore solo, nō autē corde. Sua mala sanis uerbis occultare, seu uerius palliare conabuntur, seipsos solos decipientes, cū nemo sit alius, qui eorū aperta mala non perspiciat. Hunc locum alio modo sic intelligunt nonnulli, id quod hebraica litera indicare uidetur, ut ab alijs laudentur illi diuites. Multi quidē erunt qui eos sequentur, & sermonibus atq; consilijs eorum delectabuntur. Illis itaq; alijs usq; adeo complacebunt (ut hic ait) uerba oris eius diuitis, ut spretis alijs doctrinis, illam uiam sequantur posteri. Sic itaq; uertitur ex hebręo. Et post eos iuxta os eorum current. Pagninus. Et posteri eorum, secundū ipsos ibunt. Erunt ergo, & sibijpsi impedimento, & alijs offensioni huiusmodi diuites, quibus suis uerbis, suoq; exemplo, nocebunt. Vę plane tam illis, e quorū uita hoc scandalum oritur, q̄ alijs, qui scandalum appręhendunt, & sectantur. Melius illis esset, si nati non fuissent. Nam

Philautia.

Diuitū huius sęculi, diliciæ.

Belle seipsos decipiunt, huius sæculi diuites.

Scandalū oblatū, & acceptū.

Sicut oues in inferno positi sunt. In inferno a demonibus deuorabuntur, eruntq; cibus dæmonū, sicut ouis hominū. Erunt dæmonum esca, & deuorabit eos infernus. Sic comparantur iumentis. Quia

Mors depascit eos. Eos prorsus absorbebit mors, hoc est mortis pater diabolus. Optatis quoq; frustrabuntur. Non enim perpetua in terris, erit eorū memoria, quam, si aliud nihil, tempus obliterabit. Neq; non sæpenumero, una cum ipsa morte, huius sæculi tota gloria, fama, memoria deletur. Mors omnia absorbebit. Breuis est impiorū gloria. Dic in psal. 36. Neq; non pro gloria, sæpe uidere licet, huius sæculi diuitum nomina, in ignominiam eorum uerti in terris, id quod ualde meriti sunt, ut qui pro improba eorum superba potentia, omnes prope despexerint, despiciantur tandem illi perpetuo & apud deum & homines. Gentium, & ethnicorum, & impiorum hominum, unicum est huiusmodi studium, ut huius sæculi fama celebrentur. Illi ergo in inferno ponentur.

Diabolus, mortis pater.

Psal 36.

Despiciūtur noīa superborum diuitum. post mortem.

Non ambienda huius sæculi fama.

Et dominabūtur eorū iusti in matutino. Hoc matutinū, uel tēpus quietis, uel securitatis in hac uita, quod habebūt iusti, postq̄ mortui sunt illi diuites, intelligere licet. Illorū etenim uitæ obscuritate, uel uerius tempestate, e terris sublata, in luce, & securitate, & quiete, purioris uitæ manebunt iusti, & damnabuntur, quia eorū sanam doctrinā, uitæq; integritatis exempla, sequentur alij gaudentes, tanq̄ luce nunc orta in matutino tempore, quibus prius plane obcęcatis, placebant diuitis uerba, ut diximus, quos nunc, uelut de portis tenebrarū, & mortis eduxit deus. Dic in psal. 9. Vel de ultimo iudicio intelligūt alij hoc matutinū, quando iusti impios iudicabūt. Dic in psal. 1. Tunc uero iustis uere matutinū

Iustorum dominiū & diuitię.

tempus erit, quo resurgent magno splēdore, glorię Christi coheredes. Illi autē diuites deprimentur, deijcientur in infernū, tenebrosum illū locū, nullū refugiū tunc habentes, quia fefellit eos diuitiarū spes, quam in hac uita habuerunt, simul & memoria gloriæ eorum in hoc sæculo, illis in inferno positis, facile ueterascet. Peribit (inq̄) plane, ut iam diximus eorum memoria, quam solam optabant.

Decipiet huiꝰ sęculi diuites, vana spes eorum.

Et auxilium eorū ueterascet in inferno a gloria eorū. Auxiliū in quo hic sperabant, erant eorū diuitiæ, et huius sc̄li potentia. Hoc senescet, obliterabitur, dum illi interim a morte in inferno (ut supradiximus) depascentur. Senescet (inq̄) hoc auxiliū, non potest amplius prodesse, quia nullas iam uires habet. Amplius nō erit illis glorię locus, sicut cū hic uenirēt uidebatur illis gloriosum. Non possunt igit, aut huius sæculi magnæ diuitiæ, aut sublimes honores, aut ingēs potētia, post hanc uitā prodesse. Nocent plane plurimū, et sepissime magno sunt scandalo, ut supradixit. Auxiliū itaq; eorū ueterascet, in quo illi sperabāt, & ꝑpetuo manebit in inferno, longe a glia eorū, quā optabant. Nam quanto magis hic eo quo supradiximus modo gloriabantur, tanto magis in grauioribus tormētis permanebūt. Sperent igit illi quantū uelint ī diuitijs suis (ait iustus) afficiant me contumelijs, & continuis probris, despiciant in hac uita.

Senectus glorię diuitum.

Sela. Veruntamen deus redimet animā meā de manu inferi. Non diuitiæ, non huius sc̄li quę uidentur magnitudines, nō homo quisq̄, ut ait prius in hoc psal. Hoc (inquit fidelis) persuasum habeo, hāc certā spem in animū recipio, neq; me decipiet spes mea, quia deus de manu inferi, de ore aut ꝑtāte diaboli eruet me, ut mors non depascat me in interitū æternū, sed uita uiuā cum deo uiuo, qui animā meā redimet. Et tum quidē redimet.

Cum acceperit me. Cū assumpserit me, uertit Hiero. Accipit deus, et quē uult, et quando uult. Nos igitur qui in carne sumus, expectemus beatā illā spem glīæ magni dei, ut ait apost. Accipit deus, quādo uocat. Accipit per gratiā in hac uita. Illū accipit, quem suscipit, hoc est, cui fauet, cuius defensor est. Illum suscipit, qui in eum credit, qui in eo spem suā ponit qui solicitus est, illi ut obediat &c. Accipit quando morimur in spe gloriæ illius. Sic ꝑ sua bonitate suos suscipit deus, amplectitur, illis auxiliū in tempore pręstat. Sic ait idē. Dextera tua suscepit me. Hęc est dextera dei patris Christus, qui uenit ut humanum genus redimeret, et in manū, in potestatē suā acciperet, atq; a diaboli captiuitate liberaret. Hic est qui iustos et credētes in postremo iuditio accipiet, cū hac uerboꝝ ineffabili lęticia. Venite benedicti &c. Tunc erit absoluta aīæ redēptio, de manu, & potestate inferi in perpetuam gloriā, quando uere iniustis dominabūtur iusti, ut supra. Sic perspicue intelligitur hic locus, de uere redēptore Christo, qui nos in gratiā accepit, ut redimeret, quando factus erat homo, &c. Vt igitur hanc certā spem habeant, & quæ uidentur huius sæculi maxima & gloriosa, & terribilia, paruifaciant iusti, sic hortatur, & iustum monet propheta.

Ad Tit. 2.

Quos accipit deus

Ne timueris cū diues factus fuerit homo, & multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniā cū interierit, non sumet oīa, neq; descendet cum eo gloria eius. Sela.

Quod ait, ne timueris, iustum consolatur, tam ut in hac uita non timeat fastum, aut superbiā diuitis, quia cito peribit (dic in psal. 36.) q̄ ut sibi non timeat de futura uita, quia redimet deus animam eius, & eum accipiet, ut paulo ante. Non ægre ferat, quod illi diuitiæ non abundent. Sunt enim momentanea, & huius tantum uitæ, duratura pro uolūtate dei, & nostra necessitate, beneficia. Post hāc uitam iuuare non possunt, quia cum interierit, cum non solum uitam corporis amiserit, sed etiam in inferno positus fuerit, id quod est uere interire, secum (inquit) non sumet omnia diues ille,

Iustū consolatur.

ille, quibus gloriabatur in hac uita, neq; descẽdet cũ eo in infernũ illa gloria sua, illa superbia, illę malignę uires, quibus nocere solebat. Quod ait, non sumet omnia, hoc est, nihil cũ eo sumet, seu res alias nullas, præter peccata sua, pro quibus mors depascet eum. Addit itaq;, non descendet cum eo gloria eius, maligna potestas, in qua tantopere gloriabatur, et tyrannidẽ exercebat. Ne igitur timueris &c.

Opes diuitũ post hãc uitã.

Quoniã anima eius in uita ipsius benedicetur. Satis enim habuit glorię in hac uita, in utraq; nõ potest. Dicetur enim illi. Recepisti bona in uita tua. Sed ipse interim in hac uita, seipsum suauiter decipit, ut de diuite narrat Luc. Habes (inquit animæ) multa bona posita in annos plurimos. Requiesce, cõmede &c. Sic benedicetur anima eius in hac uita. Et qui eius diuitias forte uident, et eas stolide admirantur, sic aiunt. O fœlicem hominem, qui sic affluit diuitijs, qui sic splendide uiuit &c. Huiusmodi pręterea stulti admiratores, eum propterea dignũ omnibus honoribus putant, quia diues est. Eum itaq; suspiciunt, admirantur, laudibus attollunt, uenerantur. Hæc est in hac uita diuitis gloria. Sic benedicetur. Illi gratulabuntur stulti admiratores, & interim uel pro intellectus cæcitate, uel timore, uel spe lucri, per adulationem, bene optabunt illi, &c. Sed cum primũ uita functus fuerit, hæc omnia ueterascunt, ut supra, quia hic ea omnia relinquet, non descendent cum eo &c. Sic (inq̃) a multis illis stultis admiratoribus, benedicetur superbia diuitis, laudabitur, &c. Ipse autem diuitijs affluens, & elata superbia tumens, alios præ se contemnet, tam insolentem efficiũt diuitiæ &c. Nemini benefaciet, nemini gratias habebit, nemini amicus erit, neminẽ suauiter tractabit, nisi in utilitatem aut commodum, aut ad ampliandam superbiam potestatem suam. Alium amorẽ non norunt. Aliam proximi dilectionem contemnunt. In rem suam omnia metiuntur hi diuites. Hoc esse uidetur, quod nunc ait.

Luc. 16.

Stulti admiratores diuitum.

Diuitum candor in amicitia.

Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. Omnes sic admonet ꝓpheta. Non hunc (inquit) diuitem timeas, non stupescas, si te blande non alloquatur, si præ fastu, toruo te uultu aspiciat. Hoc enim de more est diuitum, ut nemini confiteantur, nemini gratias habeant, aut sint grates, te non suscipiãt hilari uultu, nisi cum benefeceris eis, nisi illis, et moribus eorũ assentias, illos probes, tuis paucis bonis dites, illis aut iam inseruieris, aut inseruire poteris in rem suam, ut suas uoluptates, licentius, abũdantiusue explere possint. Cæterum, si alio uultu te respiciat, noli tamen (inquit) timere, qui spem in deo posuisti. Nam cito quidem impius ille.

Oĩa metiũtur suo cõmodo, diuites.

Introibit usq; in progenies patrũ suorum. Impiorum patres sunt, qui iam in inferno positi, impie uixerunt, quorum uestigia hic impius sequitur. In hanc progeniem, ad hos itaq; priores parentes suos introibit impius, in infernum scilicet.

Et usq; ineternũ nõ uidebit lumẽ. Quia proijcietur in tenebras exteriores, ut ait ait euangel. &c. perpetuo illic mansurus. Dic in psal. 10. Hęc suo merito patietur, quia noluit intelligere ut bene ageret. Hominis ideo dignitatem perdidit. Hinc repetit.

Homo cum in honore esset non intellexit, comparatus est iumentis, & similis factus est illis. Dignus qui honorem perderet, qui honoris datorem non agnoscit, uel potius illi aduersatur, eum plane contemnit, qui quem illi honorem pręstare teneretur, omnium altißimo, potentißimo, optimo deo, rei potius imbecillimæ, pernitiosæ quidem, eundem honorẽ dedicat, huius sæculi diuitijs, honoribus, potentijs scilicet, iumento plane deterior. Nullum enim tam brutum animal est, quod beneficium non agnoscit, si frequenter potißimũ id sentiat. Usu etenim ipsa natura cogit, ut beneficium agnoscat. Hunc uero hominẽ, neq; natura,

Honoris datorem non intelligit homo.

Diuitũ erga deũ ingratitudo

 tura,

tura, neq; intellectus, quem illi dat benignus deus prę cęteris animatibus, neq; amor, neq; ulla gratitudo, monet, urget, uel admonet hãc beluam, ut quae omni momento beneficia recipiat (est enim dei quod sumus, quod spiramus, quod loquimur, quod cõmedimus, aut bibimus, quod dormimus &c.) ingratißimus agnoscat. Quin potius pro beneficijs, rebellionem, inimicitiam retribuit.. In pios etenim uiros, suam sæuitiã exercet, illos persequitur, odioq; habet, in quibus deũ persequitur. Eos quidem spernere non potest, nisi prius deum

Luc. 10.

spernat. Parum est igitur huic diuiti, huic superbo uiro, si infestus fuerit hominibus, qui tam molestus est benigno deo, ut ait Esai.

Esai. 7.

Vehemens est huius psal. uerborum uis, quibus ab huius sæculi improbis diuitijs dehortatur. Et si diuitiæ iustæ affluant, cauendum est solicite, illis animũ ne apponamus, ne nos insolescere faciãt &c. Chaldaica paraphrasis, hunc ultimũ locũ, ut de huius sæculi gloriosis uiris intelligamus, sic perspicue explicat. Homo (inquit) tẽpore quo manet in gloria, non intelligit, et dum extollitur gloria eius, aßimilatus est bestijs, & equatus est mutis. Non eget clariore luce. Sunt qui hunc quoq; locum intelligunt, de homine post lapsum, qui per peccatũ, primæ creationis, honorem amisit. Diximus in hoc psal.

Psalmus, Asaph. 49.

Alium titulũ non habet. Asaph, inter cantores quos constituerat David, qui glorificarẽt, & laudarent deum, princeps omniũ erat. Hunc

1. Paral. 16

itaq; psal. illi, & ordini suo, decantandũ delegauerat propheta, ut alias, filijs Core. Diximus, in psal. 41. et de nõnullis alijs similibus diximus quoq; in prioribus psalmis.

In summa.

Post Christi aduentũ, qui oĩbus manifestabatur, et probis quidẽ erat, eritq; gratus, improbis autẽ terribilis, Veteris legis de mactãdis animalibus abolitũ esse sacrificiũ, quo nõ eget deus, docet in hoc psal. Vt sacrificiũ itaq; laudis, nunc immolent, qui Christum agnoscunt omnes, fideiq; pactũ seruent, mandat hic deus per prophetã. Id quod si fecerint, auxiliũ benignitatis eius, quoties urgeat neceßitas, illis pollicetur. Hinc erit illis causa honorificandi eum, quia nõ eos latebit bonitas eius. Eos tamen qui illi laudes canãt probos esse uult, nõ impios, non iniquitatẽ diligentes. Hęc ut intelligãt, ut animaduertant, monet omnes, eos potißimũ, qui uitę fœditate dei uidentur obliti, ut in tempore resipiscant. Docet præterea christiani uiri rectum iter esse ad salutem, ut deum fide, sermone, & opere honorificet. Fide, sermone, opere, glorificandus deus.

Explanatio.



Deus deorũ, dominus loquutus est. Deũ patrẽ loquentem, et hæc dicentẽ efficit, more prophetarũ, qui non suis, sed dei uerbis loquuntur. Sic ait sæpe Moses, hæc dicit dominus, &c. quẽ & deum & dominũ deorũ uere appellat. Est enĩ deus, et dominus oĩm, quę in cœlo, quę in terra, queq; in inferno sunt. Deũ itaq; fortem, ex hebrę o uertunt. Quos autẽ deos appellant sacrę literæ, dic in psal. 28. Loquutus est (inqt) deus deorũ, &c. quia post pphetas, emisit uerbũ suũ, & loquutus est nobis in filio, his nouißimis diebus, ut ait apost.

Psal. 28.

Hebr. 1.

Et uocauit terram. Per filium quidẽ, omnẽ terram, oẽ genus humanũ uocauit deus pater. Ad hoc misit filiũ in mundũ &c. Non unam gentẽ aut nationẽ, sed uniuersam terrã uocauit, admonuit, ut eius uerbũ, & sermonẽ audirent, suam doctrinam acciperent omnes, qui deum patrem non spernunt. Venite ad me omnes, inquit Christus.

Ioan. 3.

Oẽs uocat Christus.

A solis ortu usq; ad occasum. Neminem excipit, neminem repellit, non est personarum acceptor, aut nationũ. Ex multis tamẽ uocatis, pauci per gratiã sunt electi. Si uero quęratur unde ad homines ueniet huiusmodi

iusmodi uocatio, Respondet propheta.

Ex syon species decoris eius.

Esai. 2. De syon quidē exibit lex, inquit Esai. hoc est legis perfectio, legis consummatio Christus. De specie decoris eius, qui ad nos ueniet ex syon, qui speciosus est præ filijs hoīm. Dic in psal. 44. Is est (inq̄) per quem uocabit deus pater ad se, ut eū solū agnoscat, uniuersam terrā. Oībus notus erit hic deus. Nam & hic

Deus manifeste ueniet. Per doctrinam, per diuinā potestatē, quia mirabilia operatus est, per resurrectionem se manifestauit Christus, q̄uis in carne uelatus ueniebat, primusq; eius aduentus occultus erat. Nonnulli hunc locum, de secundo eius aduentu interpretātur, quando manifeste ueniet in nubibus cœli, &c. Sed hic est deus Christus, qui manifeste uenit in primo quoq; aduentu, quia legem adimpleuit, & quę obscura, & uelamine prius cooperta erant, suis perspicua, et manifesta fecit. Hic est qui manifestauit nomē dei patris hominibus, hic est, qui oīa aperta reuelauit. Priora legis sacrificia, quæ ad tempus in figura dabant, (ut postea in hoc psalmo sequitur) sustulit, in cuius locū, sacrificium laudis, & rectum dēi cultū docuit, hic est uere

Christus manifeste uenit.

Deus noster. Deus uere omniū fideliū, quos deo patri reconciliabit, quos exhæredatos, æternæ hæreditati restituet. Vere deus noster est (inquiunt omnes fideles) qui odorē noticię suæ manifestauit sup nos, ut ait apost. 2. Cori. 2. Seipsum ergo fidelibus suis manifestabit.

Et non silebit. Quia non solū ipse, q̄diu apud homines manebit, solicite uerbū uitæ docebit, uerum etiam, ut post eum apostoli, & discipuli eius docerent, eos misit in uniuersum mundū, ut omnē terrā ad agnitionē rectæ fidei uocarent. Non ergo silebit, quia perpetuo, per uerbi ministros, docet uerbum suum, ut ad se omnes uocet. Venite (inquit) ad me, et ego reficiā uos. Sic manifeste uenit, ut eius Psal. 18. doctrinā ignorare nullus posset. Nam in sole posuit tabernaculum suum. Qui hunc locum de secundo aduentu intelligunt, sic interpretantur. Non silebit, quia in sono tubæ uocabuntur omnes, sine personarū acceptione iudicabit omnes, quoniam manifeste ueniet in nubibus cœli &c. quando congregabūtur ad Math. 25. eum omnes gentes, &c. qui erit dies terribilis, & crudelis, inquit Esai. Nam in secundo Esai. 13. aduentu, nō silebit ab infligendis impijs omnibus perpetuis pœnis, quamuis interim per patientiam, & longanimitatem patiatur, & silescat. Sic enim a memoria primi aduentus Christi, subito in secundum aduentum se uertit. Id quod nunc docere uidetur. In illo aduentu non silebit. Nam

Ignis in cōspectu eius exardescet.

Erit ignis exardescens & uorans (ut uertit Hiero.) in illo die, illis omnibus qui priorem doctrinam non receperunt. Dic in psal. 6.

Et in circuitu eius tēpestas ualida.

Hoc ait, ut improbos terreat, in Christiq; legem, uel timore cogat, seu potius trahat. Deploratis quidē pctōribus erit Christi postremus aduentus, ualida, horrendaq; tempestas. Nihil enim cernent illi, nisi ignem, nisi tempestatem, nisi terrores, &c. Erit quidem in circuitu Christi iudicantis, tam ualida, tamq; horrenda tempestas, hoc est metus & terror impijs omnibus, ut qui tum mali inuenti sint, neq; poterint, neq; audebunt præ confusione, uultū attollere. Illis ergo erit tempestas ualida, quia paleas comburet igni inextinguibili. Ignis autem natura est, illuminare, purgare, consumere, urere &c. Erit undiq; ignis in illo die, et iocundissimi splendoris, et amarissimę afflictionis. Pios illuminabit, atq; purgabit hic ignis. Malos uero & impios uret igni inextinguibili. Hic ignis exardescet in conspectu dei, quia summā uirtutem suam habebit, tam ad illuminandū & purgandū pios, quàm ad exurendū impios, æternoq; igne ad cruciandum eos. Tum erit uere tempestas ualida, quando palea discernetur a tritico, et ab agnis, hædi, quibus dicetur. Ite maledicti

Terribile iudicium peccatoribus.

Math. 3.

Ignis.

Postremi iudicii tēpestas.

Luc. 3.

dicti in ignem æternum. Quem non terrebit huiusmodi tẽpestas? Quẽ non admonebit hęc pœna, quis nõ inuitent pręmia? Si uero primũ aduẽtũ hic malueris, dic. Nõ silebit Christus, sed & ueniet cũ ptãte magna, qua subiugabit sibi huius mundi principẽ, et eum qui habebat mortis imperiũ, et oẽs gẽtes seruient ei. Erit ergo in cõspectu eius ignis uere exardescens, et priorẽ huius scli infidelitatẽ consumens et uorans. Est enĩ ignis consumens, inqt apost. Eritq; tempestas ualida, quia tonabit deus, & fulgura & grandines, & sagittas emittet, ut in psal. 17. hac tempestate inimicos terrebit, profligabit, deijciet, suos defendet & proteget. Siue igitur de primo, siue de secundo aduentu intelligas, terrã (inquit) totã aduocabit, & non modo terram, sed etiam

Ignis, i primo aduentu Christi.

Hebr. 12.

Psal. 17.

Aduocauit cœlum de sursum.

Vtitur pręterito tempore, postq̃ spiritu prophetico loquatur, in rebus etiã futuris, quandoquidẽ deo, cuius spiritu loquitur, quæ futura sunt, non minus certa sunt, q̃ quę pręterierunt. Non refert igitur, id quod nõ semel admonui, quo tempore, quoue numero loquatur propheta. Ex hebręo in futuro tempore uertunt, aduocabit &c. Quod autẽ prius dixit, uocauit terrã, nunc addens, Aduocauit quoq; cœlum (inquit) de sursum, unde emittuntur priores ualidæ tempestates. Aduocauit, iussitq; ad se uenire cœlites omnes, & angelos et beatos, alijs ut sint ministri, et seruiant illi. Venient quidẽ & omnes angeli cum eo. Iusti quoq; iudicabũt nationes &c. inqt sap. Sancti quidẽ de hoc mundo iudicabunt, inquit apost. Sedebitis et uos (inquit Christus ad apostol. et discipul.) iudicãtes duodecim tribus israel. Cœlum itaq; aduocabit, simul et

Math. 2.5. &.4.

Sap. 3.

1. Cori. 6.

Math. 19.

Terram, Homines omnes qui terrã incolũt, aduocauit, quia omnes uult saluos fieri, pariter & omnes iudicabit in postremo iudicio, ut unusquisq; secundum quod gessit, recipiat, ut ait apost. Vere aduocabit cœlum & terram, quia ueniet cũ maiestate, inquit euangel. & omnes angeli cum eo, & congregabuntur ante eum omnes gentes &c. et separabit eos ab inuicem &c. id quod nũc ait. Sic enim aduocauit terram.

Math. 25.

Discernere populum suum.

Hoc est, ut segreget sibi populũ suum, qui eius doctrinam sequuti sunt, & discernat causas eorũ, de gente non sancta. In postremo quidem iudicio, erit uere omniũ & cœlicorũ & terrenorũ aduocatio, eritq; tamen omniũ segregatio, sicut pastor segregat oues ab hædis &c. Neq; nõ erit omniũ aduocatio in primo aduentu Christi, quia cœlites, & cœli aduentum eius testabuntur, deq; illo gaudebũt. Omnẽ uere terrã aduocabit huiusmodi aduentus ad ueri dei agnitionem, omnesq; doctrina sua admonebit. Eritq; discretio, & segregatio populi, ab infidelibus fidelium, ab ethnicis credentium. Nolite ergo iugum ducere cum infidelibus, inquit apost. Quæ enim participatio &c. Qui ecclesiam non audierit, fiat sicut ethnicus &c. Deus uero qui missus est ex syon, discernet suo iudicio populum suum ab alijs. Hinc uertit Hiero. uocabit terram, ut iudicet populum, qui omnium iudex est, ut postea sequitur. Hæc omnia priora, licet sint qui de primo aduentu Christi interpretantur, meo iudicio, de secundo potius aduentu prædicuntur. Nunc loqui uidetur propheta, ad eos qui populo dei præficiuntur, admonens, ut illi soliciti sint sua doctrina, hoc est dei uerbo, omnes ut ad fidem, & uerum obsequium huius magni dei, qui uocabit, atq; iudicabit omnes congregent, ut uestiti, non autem nudi sint, ut ait apost. Hoc enim ad eorũ officium pertinet, qui præficiũtur, ne sanguis illorum ab eis requiratur. Hinc ait.

Psal. 42.

Discretio populorũ.

1. Cori. 6.

Ezech. 3. &. 33.

Congregate illi sanctos eius.

Cõgregate mihi sanctos meos, uertit Hiero. perspicue. Vos (inquit) apostoli, discipuli, & uerbi dei denũciatores, qui huius tempestatis principes estis, per increpationes uestras in sceleratos, perq; assiduam doctrinã uestrã, opportune, et importune, quibus imposuit Christus nomẽ boanarges, hoc est, filij tonitrui ut

uocemini,

uocemini, uos (inquit) uestra solicitudine, et industria congregate illi deo, sanctos eius in diem illum iudicij, & in hac uita, eorum numerum ampliate, ab alijs discernite, uerbo dei admonete, ut discant, quæ sit uolūtas dei &c. Vos igit uocate (inquit) et congregate eos.

Qui ordinant testamentū eius super sacrificia. Qui recto ordine testamentū, mādata dei seruant, qui eum agnoscūt diligunt, illi corde, et animo studiosißime seruiunt, super sacrificia, super externa quæq;. Non enim in externis, aut priscis sacrificijs, aut alijs cęremonijs, (q̄uis ad decorē honestę sunt pro loco & tempore, neq; non utiles, & ad pietatem conducant) spem aliquā suā ponant, sed in dilectione dei, et proximi, uersentur homines pij, & qui pij esse cupiunt. Hæc est doctrina cœlorum, hoc est apostolorū, ministrorū uerbi dei, simul & omniū piorū hominum, qui sunt cœli uocabulo digni. Dic in Psal.18. psal.18. Vel congregate eos, qui ordinant testamentū meū super sacrificia, inter sacrificandū, hoc est, qui rite, et recta fide, sacrificāt mihi, bene ordinantes, & disponentes testamentū, & uerbū meum in sacrificijs suis. Vel testamētū nouū super sacrificia, ordināt, quia noui testamenti perfectionē accipiūt. Vt uero hāc ordinationē discāt ppl̄i dei, inqt pp̄heta.

Annunciabūt cœli iusticiam eius. Cœli, hoc est, priores uerbi dei denunciatores, annunciabunt, aßidue docebunt populū, Purus cultus dei. hanc priorem iusticiā, ut deum in spiritu adorent, hoc est, ut toto corde diligāt, in eum credant, in eo spem suā omnē ponant, sua sponte illi obediant, mandata eius seruent pro uiribus, et soliciti, seruare cupiant, ne in iudicium dei ueniāt in suprema uocatione, id quod non effugient, qui hanc doctrinam non accipiunt. Sibi igitur caueāt, qui sunt ministri uerbi dei, Ezech.3. &.33. hæc ut solicite annuncient, ne sanguis populi requiratur de manibus eorū. Aliter. Priores Math.24. cœli, hoc est, angeli, qui terrā uocabūt, annunciabūt iusticiā, et iudiciū dei, nunc nunc adesse significabūt, ut ante hūc iudicē oēs ueniant. 1.Thessal.4.

Quoniam deus iudex est. Vtriusq; uere iudex est, qui secundū ueritatē, et iusticiam, et secundū quod quisq; in hac uita gesßit, siue bonum, siue malum, iudicabit. Quāuis de primo etiam aduentu, et doctrina Christi, & discipulorū eius, iam priora loca explanauimus, de secundo tamen eius aduentu, potius & interpretantur patres, & germanior longe sensus est. Neq; non satis perspicua est litera, in illo sensu, uel ex his quæ Postremū iuditium. diximus. Venturus etenim uiuorum, & mortuorum iudex, ueniet (ut dixi) cum potestate magna, ualidaq; tempestate, malis hominibus terribilis, in quo iudicio, erunt, & cœlites alij præsentes. Hi sunt, qui aduocabuntur de sursum. Neq; non terram, & omnes homines, omne humanū genus aduocabit deus. Mittet quidem angelos suos cum tuba, & uoce magna &c. inquit Mathe. quando sol obscurabitur, & luna, &c. Math.24. Sic terram aduocabit, ut discernat populū, ut segreget oues ab hædis. Tunc congregabūtur ad eum sancti eius, qui bene ordinarunt, & solicite seruarunt in hac uita, testamentum, legem, & mandata eius. Qui uero sunt iam cœlites, annunciabunt iusticiam eius, hoc est, acclamabunt, ut docet Ioan, in apocalip. cap. 9. Laus & gloria &c. Apoc.19. quia uera, & iusta sunt iudicia eius, &c. quoniam deus iudex est, ut hic ait. Ad omnē itaq; fidelē populū nunc loquitur propheta in persona dei, solicite admonens, ut in hac uita bene testamentū dei ordinent, ut sint digni, qui bene, & benigne cū suo magno cōmodo, uocentur ad hoc iuditium. Ait itaq;

Audi popule meus, & loquar israel. Deum efficit loquentem propheta, ut omnes magis admoneat. Neq; non omnia dei uerba sunt quę loquitur dei spū, propheta. Audi (inquit) populus meus, hoc est, uos qui estis, et cupitis esse populus meus, quia ad uos loquar, si me uelitis audire, si uantem nolueritis, non ad uos loquar. Qui habet igitur aures au-

res audiendi audiat. Ad populũ israelem loquitur deus. Hunc populum ut peculiarem, et electum præ cæteris elegit. Ad uos (inquit) missus sum. Sed cũ inuenti sunt indigni, ecce conuertimur (inquit apost.) ad gentes. Israelem igitur populum, eos nunc omnes, & solos intelligimus, qui Christi fidem receperunt, aut recipient. Hi sunt populi dei. Est enim israel, uir uidens deum, id quod fit sola fide, seu præualens, aut dominans cum deo. Ait itaq; deus per prophetam. Populc mi israel ad te loquor.

Act. 13.

Israel.

Et testificabor tibi, deus deus tuus ego sum. Siquidẽ me audire uelis, deus tuus ero. Repetit, deus deus tuus, &c. magna uerborum benignitate, atq; amore, ut lectori persuadeat illum uere deum israelis, deum fidelium esse, bonum & benignũ, benedocentem & benefacientem, a quo omnia, & per quem omnia. Syncerissimus quidem testis est deus, qui est ipsa ueritas. Eius itaq; testimonio, eius uerbo certam fidem habeamus. Sic ait in capite.1. Esai. Audite uerbum domini. Hoc accipe (inquit) ex uerbo meo, certã huic sermoni fidem habeto, quia tu es populus meus, et ego deus tuus, hoc est, ego te non modo creaui, sed ab ægipto eduxi, elegi bonus, & benignus erga te fui, te dilexi, et diligo. Noli ergo esse ingratus, sed audi popule meus. Est enim cũ primis necessariũ, ut deum agnoscamus, illiq; obedientes, eius uerba, & doctrinã obsequenter audiamus. Docebo (inqt) te, quę mihi potissimũ placent per hũc prophetã meũ in præsentia. Ego (inqt) sum deus tuus. Noli ergo aliũ deũ quęrere, noli alijs doctrinis aurẽ adhibere. Non est quod timeas ne decipiaris. Ego enĩ sum uia ueritas, et uita. Ego mĩa et ueritate sum plenus. Hanc itaq; doctrinam a deo tuo accipe. Iam non silet, ut in psalmi principio promisit, sed perfecte docet. Vt ergo (inquit) scias, quod mihi potissimũ placet, id unum testificor tibi, quia

Deus.

Dulcissima dei verba ad populum suum.

Non in sacrificiis tuis arguam te. Alia sunt longe potiora, de quibus te arguã, ut in psal. 6. In postremo iudicio, non reprahendam usq; adeo te, quod solicite non immolasti. De hac negligentia nõ ualde accusaberis, si alia feceris quę gratiora sunt. Neq; uolo amplius, ut nũc prisco more sacrificetis, ut mactetis aĩalia, ut sanguine peccatũ expiare quęratis. Sacrificiũ pro pctõ nõ postulo. Dic in psal. 39. Volo potius obedientiam q̃ hanc uictimam. Volo ut obediatis uerbo meo. Iam (inquit) non per sanguinẽ hircorũ aut uitulorũ, sed ꝓprio sanguine introiui, (uestra causa, ut uos redimã) in sancta, inqt Christus. Nolite igitur amplius more uestro antiquò sacrificare, uos iudęi, sed Christũ agnoscite, & secundũ iusticiã eius, immolate deo sacrificium laudis, ut postea sequitur. Hoc enĩ cõscientiã uestrã emundabit, ut in priore loco ait apost. Alias quidẽ erunt stultorũ uictimæ uestræ, ut ait Eccles. Vobis enim ad tempus, data sunt alia illa uestra sacrificia. Ea igitur sacrificia, quæ sunt me digna, requirã nunc a te.

1. Reg. 15.

Hebr 9.

Holocausta autẽ tua, in conspectu meo sunt semper. Hoc est, ut ait Esa. cap. 1. Plenus sum holocaustio arietũ etc. Quo mihi igitur multitudo (inquit) uictarũ uestrarum a manibus uestris, qui fidem respuitis, et uita estis abominabiles. Dona impiorum non respicit altissimus, nec in multitudine sacrificiorũ eorũ, propiciabitur peccatis, inqt ecclesiastic. Non enim nunc mihi (inquit) placet. Nolo igitur amplius ut eo modo sacrificetis. Aliter. Holocausta autẽ tua in cõspectu meo sunt semper, hoc est, mihi ualde placent, non ea ex animaliũ quidẽ mactatione, sed ea quæ sunt uere holocausta tua, cor scilicet contritum, et humiliatũ, quibus holocaustis placor, et ea libenter ad conspectum, & præsentiam meam admitto. Quamobrem amplius.

Esai. 1.

Eccles. 34.

Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Quos in sacrificia mactare solebas, ut sanguine hircorũ, et taurorũ, et cinere uitulæ, inquinatos ad emundationem carnis sanctificetis, ut in

ut in priore loco ait apost. Non accipiã (inqt) non erũt mihi grata. Non igit offeratis ultra, cũ sit mihi abominatio, inqt in illo cap. 1. Esai. Iudæos itaq; alloquens ait. De domo tua, de familia tua, de uobis, qui estis filij israel, filij electi, ut bene ordinetis testamentũ meum nouũ (inqt Christus) amplius non accipiã uitulos ex ueteri testamento, &c. Qui horũ sacrificiorũ spũalem sensum uidere uelit. Isichiũ ueterẽ illum patrẽ, in Leuiticũ legat. De differentia sacrificiorum, in uitulis, hircis, auibus &c. librũ Leuitic. lege. Sed hæc amplius non accipiam (inquit) in domo tua.

Quoniã & meę sunt feræ siluarũ.

Hęc oĩa forte intelligit, de uoluntarijs sacrificijs, ut ait. D. August. in suis quest noui & ueteris testamẽti, quest. 103. Sed et oĩa modo uetera illa sacrificia abolita sunt. Quid opus est ut a te accipiã, id quod tuum (inquit) non est, sed meũ, ut meo mihi satisfacias. Hęc etenim omnia a me accepisti. Ego earũ omnium rerum uere dominus, tu uero precarius tantũ possessor. Mea igitur sunt, et omnia

Iumenta in montibus, & boues.

Ex montibus libani potissimum, sua iumenta, quibus in sacrificijs uterentur, acceperũt. Hic in psal. 28. Sed hęc omnia mea (inquit) fiunt. Non igitur solo hoc tuo sacrificio, sine mente, sine fide placabor. Addas ergo quod tuum est in sacrificio necesse est, animum scientem, et obsequiosum. Scire deum, cognoscere est, obsequi, agnoscere, et gratias agere. Non ergo mihi grata sunt priora, quia

Cognoui omnia uolatilia cœli.

Quod autem ait, cognoui, quid est, quod deus non nouit, qui quæq; sunt creauit omnia? Sed cognoui (inquit) uolatilia cœli, quia mea sunt, quia in potestate mea sunt semper, non opus est quod adferas in sacrificio, non egeo si uelim ad hoc opera tua. Noli putare, quod ex opere operato, sine bono motu animi, sine fide, his rebus externis placare possis. Non requiram igitur a te, quia cognoui &c.

Et pulchritudo agri mecum est.

Quicquid in agro pascuur, quicquid nascitur, (fruges quoq; in sacrificiũ habebãt) quicquid producit, bestiarũ, uolatiliũ, aut fructuum, in quibus est agrorũ pulchritudo, et decor, mecum est, quandocũq; libuerit, quia mihi obsequitur, estq; in manu mea semper, a me habes omnia. Nunquid & homo, in manu quoq; dei est? Nihil quidẽ uerius est. Sed cũ deus, hoĩem quẽ ad imaginẽ suã creauit, cui intellectũ, sensum, et arbitriũ dedit, cuiq; oĩa subiecit, oĩaq; hominis causa fecit, hominem uero, ut eum agnoscat, & adoret, fecit, cũ hũc (inq) hoĩem ad imaginem suã factum, cupiat deus pro sua bonitate, suæ perpetuæ glię participẽ facere, ab eo non externa illa priora, sed laudis sacrificium, ut e uestigio sequitur exigit, &c. Ad hunc itaq; hominem ait deus. Si uolueris &c. Si autẽ nolueris &c. Illa igitur alia, a te non (inquit) exigo nunc. Nam

Si esuriero, nõ dicã tibi. Vt e manu tua accipiã. Ope etenĩ tua nõ indigeo. Quãuis neq; esuriat, neq; sitiat deus, cũ sit incorporeus, oĩpotens &c. more tamen humano, & nostris uerbis nos docet, ut carne relicta, erigamur spũ ad deũ. His (inquit) non egeo. Eccles. 15.

Meus est etenim orbis terræ, & plenitudo eius. Cur igitur a te requiram, quod meum, quod mecum est, quod semper in manu mea est, quibus non indigeo, quæ non exigo, eo quo tu modo facis.

Nũquid mãducabo carnes taurorũ, aut sanguinẽ hircorũ potabo?

Viuit Christus deus & homo, sed glorificato corpore, cui neutiq; opus est, aut cibo nostro, aut potu. Neq; illic nubent inquit euangel &c. Cœli dominus est, deus est, idem cũ patre. His ergo solis non placat. Signa sunt, eiusmodi animalium mactationes, & sacrificia, futuri illius ueri sacrificij in Christo, simul & interim ea requirebat deus, ut per externã immolationem, internã fidem, & obedientiam, & beneficiorum agnitionem, per

gratia

gratiarū actionē ex animo ostenderent, tam ut ipsi, q̄ ut alij, ad benigni dei recordationem excitarent. Iam pluribus uerbis usus est propheta, ut eiusdē rei frequenti repetitione, rem altius in legētis animū inserat. Dic prętereà, in psal. 39. Cum ergo hæc priora sustulerit deus, mandans ne amplius fiant, ut in alio illo priore psal. eius loco iam aliud uerū sacrificiū docet. Hinc ait. Audi populus meus, quia nūc uerum sacrificium docebo te.

Immola deo sacrificium laudis.

Sacrificiū laudis, seu iusticiæ.

Deum agnosce, dilige, illum solū adora, ab eo oīa pete, & expecta, bonitatis eius noli obliuisci, a quo quicquid habes accepisti, eandē bonitatē apud omnes denūtia, citius ut ipsi tecū, deū quoq; uere agnoscāt, serua eius uolūtatē pro uiribus, ut illi placeas quem diligis. Dic in psal. 4. Corde credas ad iusticiam, in ore autem tuo, sit confessio ad salutem.

Psal. 4.

Et redde uota tua altissimo.

Nulli immoles, nulli extra deū sacrifices, oīa facias in dei gloriā, qui oīm altissimus est, in cuiusq; manu sunt omnia. Quæ uero cū eo in baptismate, illo fidei, et pactionis tuę sacro sigillo pepegisti, serua. Si quid prętereà deo uouisti, noli deo mentiri, ne Ananię, & Saphiræ exemplo afficiaris. De uotis monasticis, in psal. 65. dicemus. Redde igitur uota (inquit) tua deo altissimo, redde quā debes fidē, quas gratias, quas laudes ei dicere aut facere teneris, solicite & hilariter redde deo. Id quod si feceris (inquit deus) certam fidem in auxilio meo habeto.

Deo ne mētiaris. Act. 5.

Vota, laudes, seu gratiæ.

Et inuoca me in die tribulationis.

Quàm benigne suū populū alloquitur deus? Quando urgeris, ab externis (inq̄t) inimicis, propter iusticiā, quando fortiorem carnis tuę stimulum senties, quando nimis insultant, diabolus, caro, mundus, quando urgebunt persequutiones, aduersa quæcunq;, si uerum sacrificium immolaueris, inuoca me, pete auxilium, non ab alio quàm a me, et

Quis deū rectè inuocat.

Eruam te. Liberabo te, & tum quidem eruam te, cum fuerit tibi utilissimū, uel in uita, uel in morte, ut ait apost. Lege illic certā, quam habuit apostol. fiduciam, ut discas. Ego (inquit) eruam te.

Philipp. 1.

Et honorificabis me. Fide & operibus. Mihi soli gratias ages, quia solū est meū beneficiū, quod liberaris. Id uelim agnoscas, id alijs quoq; denunties, ut una tecū me honorificent. Sic enī honorificabis, & sanctificabis, nomē meū apud alios, et animo, et mente, et uerbo, et uita, et exemplo, et solicita doctrina. Sic adorabis me, in spū & ueritate, & in me, nō autē in operibus tuis (sicut priores illi male sacrificantes) omnē fiduciā constitues, quia doctrinā recte intelligis, p uolūtate mea operaris. Sic uocat suos benignus deus, sic docet iustificationes suas, ut in illis, hoc est, in illorū sano intellectu uiuificentur. Sāctos, hoc est, fideles, et humiles uocabit deus ī hac uita, quia docebit eos uias suas, legē suā, uoluntatē suā, ut ei obediāt. Aliter autē pctōres, hoc est īcredulos, et obstinatos alloquit deus. Hīc ait.

Honorificare deū ī spū & ueritate.

Sancti.

Peccatori autē dixit deus, quare tu enarras iusticias meas, & assumis testamentū meū per os tuum.

Prius loquutus est ad populū suū. Audi (inq̄t) populus meus &c. Nunc ad illos alienos, ut uocat in psal. 7. loquit. Vere peccator est, qui deū non agnoscit, qui eius doctrinā non recipit, seu potius eam cōtemnit, qui non uult immolare sacrificiū laudis, & reddere altissimo uota sua, qui adhęret ueteribus sacrificijs, aut operibus suis, et cōtempto Christo, requiescit in lege. Ab hoc nō uult laudari deus. Non est speciosa laus in ore huius pctōris. Quicquid enim dicat, contraria tamē facit, ore sacra loquitur, corde iniqua cogitat. In hāc maleuolā animā, non introibit sapientia. Ad hūc igitur hipocritā, ad hunc pharisęū, qui scientiā legis, seq; non esse, sicut cęteri hominū iactitat, qui uerbis sanctitatem simulat, in uestituq; ouium se ostentat, intus autem est lupus rapax. Ad hūc (inq̄) iratus uelut sic loquit deus. Quare tu enar=

Psal. 7. Peccator.

Cuius uota respuit deus?

Hipocrita

Indigni q doceant verbum dei.

tu enarras &c. Enarras iusticias (inqt) meas, sed non recte enarras, quia non uis immolare sacrificiũ laudis. Assumis testamentũ meũ per os tuũ, hoc est, male interpretatũ uerbũ meũ doces. spiritũ intus habet, literã doces, et meo spũ nõ doces. Meũq; sanctũ uerbũ ad somnia, ad affectus tuos detorques. Male ergo assumis testamentũ meũ per os tuũ. Id præterea quod recte doces, non facis. Ore poluto fœdas, quod sanctũ est, qui alium doces, teipsum non doces. Prædicans non furandũ, & furaris, &c. ut ait apostol. Nomen dei per hunc blasphematur, inquit idem. Sic sederũt super Mosi cathedrã, scribę et pharisęi (inquit Christus) qui minimi, hoc est, abiecti uocabũtur in regno cœlorũ, nullum habentes illic locũ, quia malefaciunt, et male docent, &c. Recte ergo ait deus ad hũc peccatorẽ. Quare tu assumis testamentũ meũ, leges meas, doctrinã, quare pronũtias uerbũ meũ per impurũ os tuum?

Rhom.2.

Tu uero odisti disciplinam.

Eandẽ quã loqueris, q̃ doces, quia secũdũ eam neutiq̃ uixisti. Ex uita facile indicat animus. Eam etenim rem sequimur, & amplectimur, quã diligimus. Nemo quidẽ id odit, quod diligit. Quod diligit, nemo nõ optat, nõ studiose pquirit. Quod odit, fugit, spernit, execratur. Quicquid spernimus, reijcimus a nobis. Qui doctrinã dei nõ sequitur, uel potius, qui ea facit, quæ maxime prohibet uerbũ dei, legẽ non ignorans, illã haud dubie se odiohabere demonstrat. Vellet neq; deũ, neq; legẽ esse. Si a malo abstineat, solo timore id facit. Inimicũ dei diligit, quia illi seruit. Qui dei inimicũ diligit, deum, & disciplinã eius palam odio habet. Id quod utinam de iudęis tantũ dici posset, non item de plærisq;, nomine christiano parum dignis, quibus iure dicit deus. Tu uero odisti disciplinam meam. Nam

Quod diligimus sectamur, & contra.

Deũ odit, qui verbũ eius spernit.

Et proiecisti sermones meos retrorsum.

A tergo reliquisti, quia in tuo conspectu, ut dei, et doctrinę eius memineris, hos sermones habere noluisti, uerbum dei despexisti. Hoc (inquit) manifestũ est. Nam

Si uidebas furem, currebas cũ eo.

Odium sanæ doctrinæ, tua facinora indicant. Et q̃uis aperte furtũ cum eo forte non fecisti, meã tamẽ uolũtatẽ, quã non ignorasti, neutiq̃ fecisti, quando eum nõ admonuisti, non increpasti, quẽ sceleratũ uidisti, rem dissimulasti, cũ posses cohibere, nõ cohibuisti. Currebas igit cũ eo, quãuis non aperto scelere, animi tamen aut turpi cõsensu, aut improba dissimulatione, aut nõ tolerãda negligẽtia. Quod autẽ ait. Si uidebas furẽ &c. Fur est, non modo, qui aliena furatur, sed etiã a uerbo dei, qui rectũ sensum eius tollit et aufert, auri, et gemmarũ loco, uitrũ, suauissimi odoris fœtidũ cadauer ponit, p pane serpentẽ, p uita mortẽ emulatur.

Currere cum peccatore.

Fur.

Sic & cum adulteris portionẽ tuã ponebas.

Non uisum est adeo rarum, ut qui per hipocrisim bene doceat, ille idẽ, et improbus, et sceleratus inuentus sit. Dicit enim et non facit. Vtinã rarior esset auis. Portionẽ (inquit) ponit cũ adulteris, quia uitę fœditate, pernitiosoq; exemplo, alios & promptiores, et audatiores efficit, non solũ uerbo non corripit, uel potius suo nonnunq̃ turpiore sermone, peccatũ promouet. Cum adulteris, pręter alios, portionẽ suã maxime ponit, qui relicta uera doctrina, ad hęreticos nõ modo accedit, uerumetiã solicitus est, ut eam insaniã iuuet, adaugeatq; oĩbus q̃bus potest studiosis mendacijs, aut uerbo, aut scripto. Hi sunt obambulantes in astutia, uerbũ dei adulterãtes, ut ait apost. Qui his moribus est, pnus est in oẽ malũ. Ad hunc pctõrem ait uehementer ppheta.

Portionẽ ponere cũ adulteris.

2. Cori.4.

Os tuum abundauit malicia.

Loquutus est non dei laudes in hominũ colloquio, sed turpia scelera, fœdos sermones, supbiã non humilitatẽ, uindictã non mĩam, auaritiã, non diuitiarũ contemptũ, luxum nõ parcimoniã, libidinẽ nõ continentiã, turpitudinẽ, non sanctitatẽ, mendaciũ, neutiq̃ ueritatem. O nimiã oris fœdã abundantiã, quę ex corde proficiscitur. Sic abũdauit os (inquit) tuũ malicia,

Oris malicia.

licia, corde, uerbo et facto malignus, quia odi sti dei disciplinā, quę ueritatē docet. Non igitur in ore tuo potest reperiri ueritas. Nam

Et lingua tua concinnauit dolos. Id quod faciat necesse est (ut diximus) qui scelerato est animo. Hūc itaq; ex ore indicate licet. Dolos (inqt) concinnauit lingua tua, qui dolū dolo coniungebas, connexuisti, fraudem fraudi addidisti, ut proximū decipes, ut rectū uerbi sensum inuerteres. Sic dolos astute composuisti, id quod est dolos concinnare. Dic in psalmo.14. Idq; inhumanissime quidem fecisti, sine personarum quouis discrimine, tam abūdauit os tuum malicia, tam corrupto, scelerato q; animo fuisti in omnes. Nam

Lingua cōcinnare dolos.

Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris. Omne malum, eundē q; mala detractione lacerasti sermonis item & sudita te, & uanitate, longe a ueritate seduxisti, uelut hostis humani generis. Est enim frater omnis homo, quē diligere, sicut teipsum teneris, sed tu cōtra. Illi (inquit) aduersaris omni maleloquentia. Et hoc sedens, nō irritatus fecisti, sed sola malicia. Nam quod ait sedens, hominē alias ociosum indicat, qui nullo probo negotio pellit ocium, sed malignitati deditus, aliud non uersat in animo, quam quibus modis fratri, & proximo nocere possit gratis, uel nulla lacessitus iniuria. Vel sedens, hoc est, non semel, sed continue in hac malicia perseuerauit, in cathedra pestilentiæ sedens, Sic & Christum odio gratis habebant iudęi. Seipsum explicat.

Et aduersus filiū matris tuæ ponebas scandalū. Opprobriū, detractionē, calumniam, ut uertit Felix, falsam incusationem, falsam doctrinam, qua scandalizetur, & eius conscientia offenderetur, id quod est oīm scelerum impijssimū. Hoc erat, quod aduersus fratrē loquebatur. Si uero contra tuū fratrē, contra uterinū, quē tecū ex eodē uentre edidit tua mater, hos dolos fabricaueris, hāc maliciā exercueris, in quē postea nō fabricabis? cui parces? Nemini plane. O mores impios, qui, si unq̄ abundauerint, hac dolenda nostra ætas, omnia priora tempora uincit. His moribus erant iudęi abominabiles, ut ait psal.13. tam ī semetipsos, q̄ in Christū, qui illis carne, uterinus frater erat, hoc est, carne iudæus. Sed hūc quoq; locū de quouis spirituali fratre intelligamus, qui est nobiscū filius matris, hoc est, ecclesię per fidē, et regenerationē. Cum uero omnes diligere tenemur, tum hos maxime, qui sunt domestici fidei. Malignus tamen aduersus hunc fratrē ponit scandalū. Iniurijs enim afficit, iniuste persequitur, malo uitę exemplo corrumpit, prauas doctrinas, impium scripturarū sensum ingerit &c. Ad hunc malignū populū sic loquitur uelut iratus deus.

Scandalū aduersus fratrem.

Malignus aduersus fratrem.

Hęc fecisti & tacui. Interim enim patiens, non ut meritus es, me statim (inquit) de te uindicaui, cupiens, ut reuertatis, ut tui misereat. Sum etenim patiens, & misericors. Dic in psalmo.7. Et propterea

Existimasti inique, quod ero tibi similis. Quia uindictam distuli, me uel ignorare putasti, uel nō curare quæ hic fiunt, uel tibi cōniuere. Sed inique, uel impie potius, hoc (inquit deus) existimasti de me, qui nihil ignoro nihil nō mihi curę est, nihil est ī terra, quod non sit in conspectu meo, qui odio tales iniquos psequor, quiq; respicio ad omnes, qui terrā inhabitant nihil a me abscondi potest, et parcere, et interficere in mea manu semper est. Stulte igitur & inique existimasti, &c. De his loquitur Esai. in primo cap. Vę genti peccatrici, &c. Item Audite uerbum domini principes sodomoꝝ, &c. Sed ne amplius tam inique existimes, inquit deus.

Deus ad pctōres.

Arguam te. Afflictionibus dignis reprehendam, ut amplius non existimes me tui similem esse, seu in ira mea, cum uenerit ille dies, arguam te, ut in psalmo.6.

Psal.6.

Et statuam contra faciem tuam. Peccata sup. tua, ut ea uideas, uel afflictione te prudentē, tuimetq; memorem efficiā in hac uita,

uita, ut animaduersa prioris uitæ tuæ turpitudine, tibi irascaris. Dic in psal. 4. Vel tremenda postrema sententia, te deijciam in tenebras exteriores, quibus tua conscientia te dignũ iudicabit, cum ante faciem tuam, prioris tuæ uitæ turpitudinem statuerim. Vtinam (inquit Hierony.) poneremus nostra peccata coram nobis in hac uita, ne in futuro iudicio post tempus pœnitentiæ, contra nos in perpetuam damnationẽ obijciantur. Sed hic nolumus uidere peccata nostra. Illic ergo quod nos a dorso posuimus, cõtra faciem nostram ad confusionem ponetur. Postq̃ in dei itaq; persona sic admonuit propheta hunc peccatorẽ, in unius persona omnes admonens, nũc uero ad resipiscentiam inuitat omnes.

Ponenda pctã corã nobis.

Intelligite hæc, qui obliuiscimini deum. Illos admonet, qui pro uitę licentia, & turpitudine, dei, & potentiæ, & bonitatis eius uidentur obliti, hoc est, qui diligũt iniquitatem, quos facile non pœnitet. Peccauit, et quidem grauiter noster propheta. Ausus est tamen dicere. Mandata tua, non sum oblitus. Nullus est, qui nõ fragilitate peccat, sed ipso parũ delectatur iustus, quia simulatq; ad se redierit, id quod fit per gratiam, pœnitet, dolet, ueniamq; ut petat, solicitus est. Hic neutiq̃ est de prioribus illis pctõribus, quia dei nõ obliuiscitur. Vos igiť intelligite hęc superiora quę loquutus est deus, qui deũ obliuiscimini. Intelligite, nolite negligere, accipite aures audiendi, estote soliciti, ut bene audiatis.

Psal.118.

Nequando rapiat. Ne forte cum arguerit deus, & hic intelligere adhuc nolueritis, hinc uos rapiat, hoc est, rapi sinat & mandet deus, in gehennam ignis.

Et non sit qui eripiat. Quia de eius manu eripere potest nemo. Resipiscite igitur in tempore, cũ sit tempus miserendi. Interim uero peccatorem ad pœnitentiam uocare cupiens, priorem suam doctrinã honorificandi deum repetit. Nolite amplius (inquit) prisco more sacrificare, non est enim hoc sacrificiũ (inquit deus) quod nunc me delectat, quodq; mihi gratum est, quia

Sacrificiũ laudis honorificabit me Non pecudis sacrificiũ. Hoc nõ erit mihi gratũ. De sacrificio laudis, paulo ante ĩ hoc psal. explanauimus. Immola igiť sacrificiũ laudis.

Et illic iter quo ostendam salutare dei. Non aliud iter est, non alia uia quæ ad salutẽ ducit, nisi illa. Hanc igitur uiam intelligite (inquit) uos peccatores, et resipiscite, posteaq̃ ego uos hãc uiam tam aperte docuerim. Amplius enim ignorantia uos excusare nõ potest. Doceant igitur, & quidẽ solicite hãc uiã salutis, oportune importune &c. ut ait apost. ad quos maxime docendi officiũ pertinet, ne portionẽ suam cum adulteris ponere uideantur, (ut paulo ante) si hoc officiũ negligant, & debita solicitudine animã suam liberent, ut ait Ezechiel.

2.Timo.4

Ezech.3. &.33.

Psalmus Dauid.50.
Titulus.

In finem, cũ uenit ad eum Nathan propheta, quando intrauit ad Bersabee.

Pernota est illa sacra historia, & cuilibet obuia.2.Reg.11.&.12. De Dauid et Vria, deq; Nathan, quem deus miserat, ut suimet oblitũ, anno iam prope integro, cum interim enixa est Bersabee, de peccato prophetã nostrũ admoneret. Ad se itaq; reuersus pœnituit, misericordiã ardẽtissime efflagitans, eamq; assequutus est, ut pijs omnibus certa sit doctrina, de facilitate misericordiæ dei, modo peccati uere pœniteat, certaq; fide remissionẽ impetrandi, remissionẽ petat peccator. Hunc uero psalmũ cecinit, ut criminis remissionẽ impetraret, scripsit autem, iam in gratiã receptus, et spiritussancti afflatu, ut iamdudũ ante peccatũ, præditus, ut omnẽ peccatorem doceat, ne desperet, quocunq; peccato alligatus sit. Quid enim grauius hoc pctõ Dauidis, adulterij scilicet, neq; nõ & multimodi homicidij, tam Vriæ, q̃ aliorũ omniũ, qui illa sola causa,

eodem tempore interfecti sunt? Simul et docet hic psal. si remißionem cupimus, peccatũ agnoscamus necessarium esse, ne sit dolus in spiritu. Modum deniq; orandi deum tradit, remißione impetrata, gratiãq; spiritussancti usq; adeo recipit abunde, qui prius pro peccati foeditate longe ab eo aberat, ut iam alios doceat, & sana doctrina, & uitæ exemplo. Verum hominis sacrificium erga deum, docet, optans perfectum illud tempus futuræ ecclesiæ Christi, ut ueniat in consummationẽ omni credenti, ut discant facere uerum, & gratum sacrificiũ iusticiæ, fideles. Hoc ait in summa, una cum tituli explanatione.

Psal. 31.

Explanatio.



Miserere mei deus, secundũ magnam misericordiã tuã.

Non latuit eum, uehemẽtiore pharmaco, (si urgeat magnus morbus) opus esse. Magnum erat peccatũ eius, ut iam diximus in titulo, qui Vriæ homicidium, item et aliorũ complurium cum adulterio turpiter coniunxit. Magnam itaq; dei misericordiam, spiritus magno feruore, suppliciβime precatur, id quod iterum repetit.

Et secundum multitudinẽ miserationũ tuarũ, dele iniquitatẽ meã.

Plenus miseratione deus.

Plenus est miseratione, & misericordia benignus deus, si ad eum se conuertat peccator, et misericordiam certo certius speret, id quod sacræ literæ, in omni prope loco inculcant. Vis ne unum aut alterum locum uidere, qui poßit quantumuis cor lapideum remollire, et desperatione deiectum, restaurare? Nunquid non ego dominus, (inquit) & non est ultra deus absq; me? Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ. Si conuersus (inquit) fueris, cõuertam te &c. Conuertimini (inquit) &c. Nolo mortem peccatoris &c. Impietas impij, non nocebit ei, in quacunq; die conuersus fuerit ab impietate sua. Sed nolo locorum indicem tibi dare. Mille milia locorum sunt, quibus manifeste docemur, quam sit plenus miseratione deus. Agit patienter (inquit. D. Petr.) nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiam reuerti. Huc igitur tutum est unicuiq; peccatori refugium, ad dei scilicet misericordiam, si quidem huius prophetæ exemplo, anteacte uitæ pœnitentiam agat, & se ad deũ conuertat uitæ nouitate, a deo misericordiam, & criminis remißionẽ petens. Ait itaq;. Dele iniquitatẽ meã, ignosce, qui solus peccata remittis, pro mĩa, non pro debito, aut merito (inquit) meo. Et

Esai. 45. Hiere. 15. Ezech. 18. & 33.

2. Petr. 3.

Mĩa, unũ pctõris refugium.

Amplius laua me ab iniqtate mea & a peccato meo munda me.

Ardor animi precantis.

Ardorem pij animi, et solicitudinem docet in impetranda uenia. Sic enĩ orandus est deus, sed certa spe impetrandi. Hinc ait. Non modo, supplex precor, ut iniquitatẽ meam præteritã deleas, sed etiam amplius, hoc est, iterum atq; iterum, etiam atq; etiam laua me, pro tua magna miseratione, ab iniqtate mea, a corrupto animo, & peccati uolũtate, a pronitate peccandi, & a peccato meo præsentaneo usq; adeo munda me, ut ad uomitum, ad peccati fœditatem non reuertar. Multũ laua me, ut uertit Hiero. seu plurimũ, ut uertit Felix. Non eum latuit, iam cũ apertos haberet oculos, se plurimũ, & multis quidem peccatis deliquisse, adulterio, homicidio non uno &c. Cupit igitur & plurimũ purgari. Rei admodũ fœdæ opus est plurima lotione. Erat quidem in ueteri testamento expiationis modus, qui legi satisfaceret, externa carnis lotio, ut paßim ĩ Leuitico uidere licet. Vir (inquit) de quo egreditur semẽ coitus lauabit aqua, &c. Eodẽ tropo hic loquitur. Nos enim qui Christum cognoscimus, lauamur sacro baptismate, tam ab originalis peccati sorde illa genuina, quàm omni alio peccato. Sed cum adhuc remaneant robustæ nimis carnis uires p concupiscentiam, quę militant aduersus spiritum,

Leuitic. 15

A uulnere peccati remedia.

quæ

quæ nos plane, nisi per gratiam, quotidie obruerent, opus est gratia, opus est misericordia, ut deleantur nimis solita peccata nostra, opus est pœnitentia quoq; nostra, secunda illa tabula post naufragiū, quando toties in sordes recidimus. Hinc tam solicite orat. Amplius laua me &c. Vt simus bene loti, et mūdi, opus est bina lotione. Prima est, ut nosmetipsos per pœnitentiam lauemus. Sic au in psal. 6. Lauabo per singulas noctes lectum meum. Neq; tamē hoc satis mundare potest, non sordes tollere. Opus est igitur alia lotione, ut per misericordiam ignoscat deus, qui filium suū ad hoc misit. Ipse est qui tollit peccata, ipse est per quem accessum habemus ad deum patrem, &c. ut ait apost. Dic in psal. 24. &. 31. Neq; alio modo mūdamur, quam per eum. Qui uult itaq; mundari, prius ut pœniteat, agnoscat peccatū suum necesse est, doleat, &c. Nisi enim se infirmū agnouerit, sanari non potest. Dic in prioribus locis. Ait igitur propheta, ut sit nobis exemplo, munda (inquit) me bone deus.

Bina lotiōe opus est, ut purgeni pcti sordes.

Quoniam iniquitatē meam ego cognosco. Peccatum uere cognoscit, qui pudore afficitur, dolore se affligit, ex animo pœnitet. Hic incipiat peccator necesse est. Iniquitatem (inquit) meam, imbecillitatem, pronitatem, peccati fœditatem perspicio, & cognosco. Nam

Peccatum cognoscere.

Et peccatum meum contra me est semper. Quia eius memoria, semper ob oculos uersatur, me arguit, pudore afficit, dolere cogit, die ac nocte, & graue, & turpe in oculis meis est, animū, conscientiam perpetuo stimulat, uehementer oppugnat, neq; non expugnaret, nisi per certam spem misericordiæ tuæ. Hęc est conscientiæ carnificina, qua nullus gratia prędıtus, non uehementer laborat, qui in grauis peccati foueam incidit, neq; uiuit, qui non incidere potest, huius prophetæ uiri dei exemplo. Neq; non ualde prodest, etiam post remissum peccatum, fœditatē eius ad memoriam nōnunquàm reuocare, ut ab eo magis abhorreat in futurum. Peccator quidem uere conuersus ad dei misericordiam, & ardentissime, & humillime, sic deum alloquitur. Miserere mei deus, secundum magnā (inquit) misericordiam tuam. Quia

Conscientiæ carnificina.

Tibi soli peccaui, & malū coram te feci. Nullum est peccatum, nisi contra uerbum dei. In solum ergo deum peccatur. Mandat deus, ut illi soli seruiamus. Si illi ergo non seruiamus, in quē alium delinquimus? Omnia quidem eius causa, eius nomine facere debemus. Nihil diligamus, nisi eius nomine, et in laudē illius. Sic non dilexi Bersabee, inquit propheta. Ideo tibi soli peccaui, &c. Quod enim in proximum peccatur, prius in deum uere peccatur propter contemptū uerbi dei, quia sicut dilectio proximi fit propter deum, ut diximus in psalm. 4. ita & quando eum contra deū diligimus, uel eum odio persequimur, cum primis deū persequimur. Mandat quidem deus per apostol. ut donemus inuicem, sicut et deus in Christo donauit nobis. Aequo igitur animo ferre tenemur fratris iniuriam, bonum pro malo reddere, malum in bono uincere, inimicum diligere &c. Peccatū itaq; nostrum in fratrem, uerbo dei, præcepto dei, uoluntatiq; eius pœnitus aduersatur. Est igitur omne peccatum contra deum, qui per peccatū maxime contemnitur, quia leges, & monita dei spernit, qui peccat, ut ait Ezechiel. Quare contemsisti uerbū domini, inquit Nathan ad Dauidē. Ille itaq; solus peccati iudex est, qui solus iuste punit, qui solus per misericordiā remittit, Solus ignoscere potest, et solet. Recte ergo ait. Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, quem nihil latet, quantūuis occultū, qui corda, & renes perscrutaris, oīm uitiorū parentes. Ad tuā igitur misericordiā confugio, ut iustificeris in sermonibus, &c. Alij hunc locū sic intelligunt. Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, quod peccator sum, sicut omnis homo mendax, Et peccatum

Math. 4.

Ephes. 4.

Ezech. 10.
2. Reg. 12.

Soli deo peccatū.

catum meum contra me est semper, quia ipsa natura, quae prona est, stimulos, & in peccatū trahit, ut faciā etiā quod nolim. Ideo tibi soli peccaui, hoc est, aliud nihil tibi affero ex me, nisi peccatū absq; tua gratia, soli tibi peccaui, et malū corā te feci. Bonū non facio, nisi per tuam gratiam. Necesse est ut ita fiat.

Vt iustificeris in sermonibus tuis.

Qui per prophetam docuisti, omnē hominē mendacem esse, &c. te autem pro misericordia, pœnitenti remittere. Tibi ergo soli peccaui, & ideo ad tuam misericordiā confugio, ut iustificeris, &c. Promittis etenim cuius quantumuis indigno, remißionem criminum quorūcunq; si relinquat uiam suam prauā, & ad te conuertatur. Fidelis es in omnibus uerbis tuis. Da mercedē igitur sustinentibus te, ut prophetae tui fideles inueniantur, inquit ecclesiasticus. Ego supplex ad te confugio, supplex precor ut mihi ignoscas. Miserere igitur, ut iustum te omnes perspiciāt in promissionibus tuis, id quod certo certius erit. Non enim nō potes esse iustißimus, tam ignoscendo, q̄ puniendo quicquid dicāt impij, qui de te aliter iudicant. Sed miserere mei.

Ezech. 18.

Eccles. 36.

Vt uincas cum iudicaris.

Iudicāt illi (inq̄) impij, te res humanas negligere, uel paruifacere, tibi curae non esse, tam graue peccatum pœnitenti pro misericordia non remissurum. Sed fac benigne domine, ut non ignorent, te solum esse qui remittis peccata te benignum esse, qui facile conuertenti, & immerenti remittis. Mihi ergo remitte, ut per hanc remißionē mihi factam, illos improbos uincas, & mendaces efficias, cum sic impie iudicaris ab illis. Tu autem uerax deus es, omnis homo mendax. Sed & eo facilius (inquit) misereberis mei benigne deus, quia natus sum in peccatum. Caro, ipsum peccatū est nisi per tuam gratiā. Innata est mihi concupiscentia, quam a primo parente contraxi. Prona est natura in maliciam. Damnatione digna est, nisi per tuam gratiam. Omnes in

Rhom. 3.

hoc peccato nascimur. Est enim hoc certissimum. Nem

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea.

Ecce (inquit) palā est, nullus hoc nescire debet, me conceptum &c. non aliter quàm a primo parente, concepti sunt mortales omnes homines. Ignosce igitur mihi tam fragili, tam imbecilli, tam ipsa (inquit) natura in malum prono. Nullus cum huiusmodi originali peccato, unde pronitas in malum, ex corrupta nūc natura, non nascitur. Nullus est qui eius reliquijs non urgetur quantūuis regenerationis mundetur lauachro. Originalis peccati reliquiae sunt, ignorationes nostrae de deo, concupiscentiae fomes, &c. Postquàm enim a paradyso eiecti fuimus, per primi parentis inobedientiam, elongata est natura, ab illa clara, & certa cognitione dei. Hinc uetus amor dei elanguit in homine, unde ignoratio dei, inobedientia, & diffidentia, facile in hominis animum irruunt. Oritur concupiscentia quae pronitatem efficit ad peccandum. Opus est igitur ut me (inquit) laues amplius atq; amplius, hoc est, ut me tua gratia munias, ut purges, & saepe ignoscas, ut mihi imbecillitatem non imputes. Quamobrem, Laua me, & miserere mei. Quod autem ait, in peccatis concepit me mater mea, parentes non accusat, nec eos peccasse docet, qui imaculato thoro usi sunt, quàmuis in concubitu, non esse potest nō delectationis ardor, carnis uoluptuosa titillatio, & eius cupiditas, ut ait Chrisostom. Sed hanc uoluptatem humanae naturae necessariam, non imputabit deus, modo sit legitimus, uiri & mulieris in matrimonio concubitus, non pro uoluptate, aut accersita libidine, sed pro sobolis incremento, aut infirmae naturae necessitate, quia sic fieri constituit deus, ut crescerent, & multiplicarent, simul & propter fornicationem, suam unusquisq; uxorem habeat, & unaquaeq; suum uirum, ut ait

Originale peccatū.

Chrisost. to. 2. pag. 500.

Concubitus matrimonii purus.

Matrimonii causae.

1. Cor. 7.

Hebr.13. ait apostol. Est itaq; honorabile connubium, et immaculatus thorus, ut idem ait. Augustinum, lege in libro primo de nuptijs, & concupisc. cap.14.&.15. to.7. pag.555. Seipsum tamen conceptum esse ait propheta in peccatis, hoc est, a principio, simulatq; conceptus est, futurus homo, originalis peccati maculã, a primo parente traxisse. Hinc uertit hunc locum Felinus. Et peccato coinquinatum, concepit me mater mea. Idem repetit nostra æditio, quod ait, in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis &c. Cuius culpa quàmuis regeneratione tollitur, usq; adeo, ut

Vitiũ originalis peccati. quod a primo parente contraximus peccatũ non imputetur ad culpam aut pœnam, fomes tamen, & uehementes quædam reliquiæ manent, quæ in peccatum stimulant, urgent, cogunt deniq;, si non succurrat gratia. Sic ait apostolus. Aliam legem inuenio in membris meis, repugnantem legi mentis. Suum itaq; peccatum cognoscit propheta, ut prius in hoc psal. suam pronitatem ad peccandum, suam

Agnitio suipsius. imbecillitatem ad resistendum, suam exiguitatem, seu prorsus inhabilitatẽ ad satisfaciendum. Ad dei igitur misericordiam totus confugit. Quod nunc sequitur, Ecce ueritatem dilexisti, non refertur ad priorem proximum hunc locum, Ecce in iniquitatibus conceptus sum, sed ad illum priorem, ut iustificeris, &c. Hęc est prior illa ueritas, quam docet uerbum dei, & eam diligit & probat deus. Eam igitur diligamus, & nos obedientes deo, & ad deum certa fide dicamus.

Ecce enim ueritatem dilexisti.

Ecce, Ecce, quędam nota est, qua uehementer excitatur, qui audit, aut legit, ut aures adhibeat, persuasumq; habeat ueram esse illam, quæ sequitur doctrinam, & memoria dignam. Insignem etenim locum indicat hoc uerbũ, ecce, Dilexisti (inquit) ueritatem, & eam seruas per omnia, et odisti omnes operantes iniquitatem, omnes mendaces, qui iniquitatem diligunt, qui se peccatores non agnoscunt. Sunt enim uere mendaces, Ioan. testimonio, qui se peccatores non fatentur, & egere gratia, & misericordia dei. Qui uero hęc fatentur, ueritatem fatentur, & hanc (inquit) ueritatem dilexisti. Quantũuis odio peccatum habes, tibi grata tamen est, nostri peccati agnitio. Illis igitur qui se peccatores agnoscunt, & egere tua misericordia, ut ignoscas, pro tua bonitate paratus es, ut iustificeris, &c. hæc est ueritas quam promittis, uerbo ueritatis tuæ. Hæc sunt hominis corruptæ naturæ occulta, quia caro cęcutit. Animalis homo non percipit ea quæ sunt spiritus. Hinc ait propheta doctus a spiritu, deũ alloquens. Hęc 1. Cori. 2.

Incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi.

Quod enim a multis sapientibus abscondisti, mihi paruulo tuo manifestasti, fecisti me scire, quæ erant alijs, uel potius omnibus hominibus per imbecillitatẽ, et corruptionẽ humanæ naturæ occultissima. Sunt enim occulta sapientiæ tuæ cum nullus eã scire potest, nisi tu, et cui reuelaueris. Arcanum est cum primis, quod ex parente tam graui peccato efficeretur proles. Mihi ergo reuelasti, ut ea denunciarem alijs. Arcanum est, quod peccatori & indigno ignosceres, priusquàm tuis sermonibus, tuo uerbo id docuisti. Sed certũ est, quod iustus & uerax es. Quod igitur promittis, abunde, nulloq; dubio pręstas. Quare supplex (inquit) benigne deus precor, ut me ab hoc peccato laues, ut iustificeris in sermonibus tuis. Id quod uere credo te pro tua bonitate facturũ. Cor enĩ contritũ non despicis. Quãobrem haud dubiæ spero, quantũuis in pctõ cõceptus sum, & illius maculis cõspurcatus, seu quantũuis precauerim.

Luc. 10.

Occulta humanæ carni.

Aspges me hyssopo & mũdabor.

Asperges (inquit) et per aspersionem purificabis me. Hãc aspersionẽ cum hyssopo, habebat uetus testamentũ, ut indicat tam. 12. cap. Exod. q̃. 14. Leuitic. Et hyssopo (inquit) tinget in sanguine passeris immolati, quo aspersget &c. ut iure purgetur. Sicut ergo in ueteris testamẽti figura, illa sanguinis aspersione

a lepra purificabantur, sic uere sperat se purgatum iri, per aspersionẽ, quæ fiet de Christi sanguine, quo redempti sumus, quoq; lauamur a peccatis. Hęc sunt incerta (inqt) et occulta, ab humana sapientia, quæ manifestasti mihi. Hinc ait propheta, futuro tempore, asperges me. Et mũdabor. Pręuidit enĩ futurũ Christũ certa fide, qui mũdaret. Illè etenĩ uere agnus est, qui tollit pctã, neq; quisq̃ mũdus esse potest, nisi renascatur in ipso, uel fide, ut in ueteribus patribus, qui pmißionẽ a longe aspiciebant, & salutabant, ut ait apost. uel piorũ martyrio, quibus ut baptizentur nõ est locus, uel renascentia nostra, qui renascimur baptismo & fide. Qui enim crediderit & baptizatus. &c. De quinq; generibus baptismatũ, lege apud Chrisost. in illo opere imperfecto in Math. cap. 4. Apposite admodum ueteris testamẽti figurã de hyssopo, huc attulisse uidetur propheta, ad Christi sanguinis aspersionẽ. Est enim herba, quæ humores mirũ in modũ tollit et exsiccat hyssopus. Quis nescit ex euãgelio, Christi corpus, per sanguinis sui aspersionẽ exsiccatũ esse, ut nos a natiuo & corrupto corporis nostri humore, liberaret? Amara erat hęc asꝑsio, ut est hyssopus, quia tristis erat aĩa eius ad mortẽ, mortẽ autẽ crucis. Sed nobis utilißima erat medicina. Odorifera est hęc herba. Et per hanc aspersionẽ, æternę suauitatis odorem accepimus. Calida est. Sic enĩ non modo charitatis flãmã piorũ animis adußit hęc aspersio Christi, uerũ etiã noxios humores p gratiã aufert. In hoc itaq; loco, ut libidinis humores, qui eum in hoc peccatũ traxerũt, ab eo tollant, peccatũq; suũ purificetur per hanc aspersionẽ, orat propheta. Aspersit enim pro nobis suũ inquã sanguinẽ Christus. Non uno quidem uulnere mortuus est, sed plagis multis affecerunt eum, corona spinea flagris per totũ corpus, manuũ et pedum perforatione, lateris tandem apertione, ut a planta pedis, usq; ad uerticẽ capitis, non fuerit in eo sanitas. Vulnus & liuor & plaga tumens, &c. O hyssopum amarã. Cęterũ per hanc amaritudinem, facta est in pace, prior amarißima nostra amaritudo, ut ait Esai. cap. 38. Hæc quoq; herba, ut docent medici, pectus et purgat et purificat. Quid aliud quęso exstat, quod christianũ pectus a pctĩ fœditate purgare potest, q̃ fides de beneficio paßionis Christi, qua redempti & reconciliati sumus, & criminis remißionẽ pœnitentes impetramus? Hoc inq̃ solũ & amicũ est, quod credentium pectora purgat, atq; purificat ab oĩ sorde, cum primis uero ab oĩm uitiorũ matre, superbia. Discite a me (inqt Christus) qui mitis sum et humilis corde. Hęc est huiꝰ hyssopi fœlicißima aspersio. Sic enĩ & pulmonis inflationẽ, curare tradũt hyssopũ, ut cõueniat magis ac magis terrena hęc hyssopus, ad illã cœlestẽ aspersionẽ. Hęc sunt futura, certo (inqt) scio, qa tu domine hęc incerta et occulta manifestasti mihi. Hac itaq; hyssopo, hac asꝑsione

Triplex baptism⁹.

Rom 11.

Marc. 16.

Hyssopo.

Esai. 1.

Amara Christi paßio.

Vna res missio pctõꝝ.

Lauabis me. Prius orabat ut lauaret eum deus, nunc suo exemplo omnes docet, q̃ certã fidem habere licet, in bonitate dei, modo cõnitamur ad ipsum, ut nos lauet per gratiam. Lauabis (inquit) & purificabis me.

Et super niuem dealbabor.

Purus ero, ut tecum sim in gloria, ubi astare nullus potest nisi purus. Dic in psal. 5. et. 17. Vel per aspersionem sanguinis tui, fide, pœnitentia, & baptismo, super niuem, super omnẽ candorem, dealbabor. Hac certa fide, hac (inquit) spe reficior. Interim per tuam gratiam conabor, ut conuersatio mea sit in cœlis, expectans illũ saluatorẽ dominũ Iesum Christũ, qui reformabit corpus humilitatis meę, configuratũ corpori claritatis suę, &c. Tunc enĩ uere super niuem dealbabor. Ero quidẽ apud eum, cuius uestimentũ candidũ quasi nix, &c. ut ait Daniel. Hac certa fide occurrendũ est, (ut ait apost. in priore loco) ut cõprehendamus tandẽ. Per hęc icerta quę reuelasti mihi, inquit propheta, uniuscuiusq; fidelis nomine.

Psal. 5. & 17.

Candor, siue pulchritudo viri christiani.

Philipp. 3.

Daniel. 7.

Auditui meo dabis gaudiũ & læticiã. Non enĩ nõ possum uehementißime gaudere,

gaudere, cũ has benignas tuas (inqt) pmissiones a te audierim, et acceperim, qui hęc occulta reuelasti mihi. Interim audio a te, hæc certo certius futura. Audituí fidẽ habeo. Fides ex auditu, inqt apost. Certo igitur credo, quod huic auditui meo, fidei meę dabis gaudiũ et leticiã, quia fiet quẽadmodũ credo. Omnis quoq; pctõr, qui p gratiã resipiscit, et a pristina sua uia mala cõuertitur, dicere iure potest, Domine occulta & incerta tua manifestasti mihi, quia me meo merito dignũ morte, p fidẽ ex gratia, æternæ uitæ restituisti, mihi oculos aperuisti, quo et fœditatẽ, et imbecillitatẽ meã resciscam, et tuã benignã miam uere et certa fide perspiciã. Animaduertas lector, pphetã hunc psalmũ impetrata gratia (ut dixi in titulo) cõposuisse, iam restitutũ priori dignitati, recepisseq; pphetiæ spiritũ. Ideo nõ mireris, si inter orãdũ, de his nũc occultis nos doceat. Nos enim in certã spem trahit suo exemplo, non modo remissionis pctõrum, quęcunq; sint, si fuerĩt pctã nostra ut coccinũ, sed etiã si uelimus, et p gratiã possimus, (quẽadmodũ ipse fecit) pœnitere, et ad miam dei confugere, eo mõ quo docet psal. 6. priori integritati restituet nos benignus deus, uel priorẽ potius dignitatẽ augebit. Hæc igit sunt auditui (inqt) meo gaudio, & lęticię, quia uere credo, quod asperges me hyssopo, et mundabor, &c. Hoc erat euangelizatũ gaudiũ ab angelo pastoribus. Hinc, ut magnũ esse hoc gaudiũ doceat propheta, exultationis uerba duplicat. Gaudium (inquit) & læticiam dabis.

Integra restitutio, per pœnitentiã & fidem.

Esai. 1.

Et exultabunt ossa humiliata.

Ossa, internas animi uirtutes significãt, ut in psal. 6. humiliant, et deprimũtur p carnis supbiã. Graue quidẽ peccati pondus, hmõi ossa affligit. Sed exultãt, simulatq; per gratiã, uires quibus carnẽ subijciant, accipiunt. Et cum primũ afflictionis uirtutem in carne sentiũt, quæ carnẽ spiritui obedire efficit, spũali gaudio afficiunt. Id quod fide, remissione pctõrũ adepta, nostro pphetę contigit. Hũc locũ alij de futuro gaudio intelligere uidẽtur, quando uere post hanc uitã exultabũt ossa humiliata, sepulta, et in cinerẽ uersa. Exultabũt, quia resurgent cũ ppetua glia illa ossa, quantũuis humiliata, corrupta, et in terrã uersa sint. Totus et integer homo resurget, ut diximus ĩ psal. 1. Vel secũdũ priorẽ sensum, exultãt ossa humiliata, internę uirtutes, quę p auditũ afflictionis, et certã fidẽ redemptionis per Christũ, uelut a morte, ad ęternã uitã restituuntur. O maximã, ineffabilẽ causam, & gaudij, et lęticiæ, et exultationis. Vt igitur ualeam frui (inquit) hoc ineffabili gaudio, supplex precor.

Psal. 6.

Ossa humiliata.

Auerte faciẽ tuã a peccatis meis.

Tam a pręteritis et pręsentibus, q̃ a futuris, et me tuo fauore munias quęso, sępiusq; me mũdes a pctõ, supplex precor. Quid sit auertere faciẽ, dic in psal. 12. Auerte (inqt) faciẽ &c.

Et omnes iniquitates meas dele.

Hoc est enĩ auertere faciẽ a pctĩs, et iniquitates delere, illas per miam tollere, obliuisci, nõ imputare, in gratiã recipe. Est enĩ solus deus qui remittit, qui delet pœnitenti, et miam petenti. Dele omnes (inquit) iniquitates meas. Multa (inquit) sunt pctã mea et grauia. Non est sanitas in carne mea. Supergressę sunt caput meũ iniquitates meę. Septies in die cado. Occulta sunt multa pctã. Me pronum in uitia sentio, carnẽ aduersus spiritũ, &c. Has igitur omnes iniquitates (inquit) meas dele, tolle uires earũ, ne me uincãt. Itaq; supplex precor.

Cor mundum crea in me deus.

Vt te agnoscã, ut te diligã, & pro dilectione offendere timeã, ut erga proximũ id uelim, id faciã, quod mihi uelim. Cõcupiscentias illicitas, aut tolle, aut moderare, ne me fortiores uincant. E corde exeunt malæ cogitationes, inquit euangel. Illic est et uerborũ, et malarũ oĩm actionũ caput. Non est in mea (inquit) potestate, cordis, et animi affectus cõpescere, nisi tu creaueris. Oẽs a deo creati sunt hoĩes. Quorum multi sunt uocati, electi uero tantũ sunt illi, quibus creat deus, & dat cor mundũ. Vere ergo beati sunt mũdo corde. Opus est (inquit) ut iterũ creas, ut iterũ laues cor meum,

Cor mundum habere.

meum, qui prioris lotionis beneficiũ, peccati turpitudine amisi. Concupiscentiæ turpitudo, cor alias mihi mundum sustulit, in eiusq; locum, animum omni fœditate infectum attulit. Cor igitur mundum crea in me benigne deus, cor humile, mansuetum, fide & charitate ornatum, pium, a uoluptate, a libidine alienũ, ut purus mihi sit animus, ut a prauis abhorream, declinem a malo, & quæ recta sunt uelim & faciam.

Oratio assidue repetenda.

Et spiritũ rectum innoua in uisceribus meis. Innoua (inquit) seu renoua, ut uertit Felix, rectum spiritum, quem peccato amisi. Renoua in corde in uisceribus meis, ut intus, nisi purum, et rectum, nihil habeam, nihil uelim. Fac ut noui sint motus animi, ut declinem a malo, & faciam bonum. Renoua spiritum stabilem, uertit Hierony. ut concupiscentia, quã a conceptione contraxi, non me demoueat a recto, fac me fortem & inflexibilem. Opus est mihi tuo spiritu, qui spiritum meum diriget, ut gratiæ nouitatem accipiat, ueterem uero hominẽ abijciat. Miserere igitur mei, secundum magnam misericordiam tuam.

Ne proiicias me a facie tua.
A fauore tuo, a præsentia tua.

Et spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Sed quem mihi spiritum rectum olim præstitisti, eundem nunc ita restitue, ut amplius non auferas. Sustulit enim ab eo illum spiritũ, quem prius habebat prophetiæ, peccati turpitudo. Non erat amplius templum dei. Sed quæ erant membra dei, iam membra fecit diaboli, ut ait apostol. Sic recessit a Saule, spiritus domini, &c. Prius ergo recte, & ordine orauit, ut in eo cor mundum crearet deus, ut huius spiritus dignum receptaculum fieret. Non enim intrabit spiritus sapientiæ, in maleuolam, et prauam adhuc animam, in cor sordidum, quia spiritus rectus est, ut paulo ante. Fac (inquit) precor; ut per tuam gratiam, maneat in me spiritus

Pcti turpitudo fugat sctm̃ spiritũ.

1. Cor. 6.
1. Reg. 16.

ille rectus, qui recta, uera, iusta, docet, quiq; omnia recte disponit, & ut recta sint, efficit. Fac ut non sim amplius tristis & alienus a tuo sancto spiritu.

Redde mihi læticiam salutaris tui. Salutem patris, filium nonnunquam appellat scriptura, qui a patre ad hoc missus est in mundum, ut saluetur mundus per ipsum, qui nos redemit a malis, a peccatis tam natiuis, & originalibus illis, quam alijs omnibus, si uere in eum credamus, & eius uerbis fidem habentes, pœnitentia ducti, eius misericordiam supplices petierimus. Redde ergo mihi (inquit) restitue, quod mea turpitudine amisi, læticiam scilicet salutaris tui, hoc est, salutis tuæ, gratiæ tuæ, ut illam corporis, & animi integritatem recipiam, quam habere solebam in spiritu, cum haberem spiritum rectum adhuc in uisceribus, qui me tua docuit occulta, de futura Christi redemptione. Ea etenim sola recordatione, in hac fragili carne consolabar, sumq; gauisus semper, quia eum certo certius futurum mihi reuelasti. Hanc læticiam redde mihi.

Remissio pctõrum.

Et spiritu principali confirma me. Vt amplius non amittam, non recedat a me spiritus ille tuus principalis, qui me per inspirationem, futura illa docuit occulta omnia, qui me admonuit, ne aberrarem, sed ut cito resipiscerem, consolatus est me, uere spiritus principalis, omniũ bonorum spirituum dux, et princeps. Solicitus est propheta, ut restituatur illi spiritus, qui eum doceat, tueatur, in integritate, rectaq; uia confirmet, quem spiritũ rectum, spiritũ sanctum, spiritum principalem appellat. Quibus uerbis perspicue docet, se non aliũ spiritũ quærere, q̃ illum dei patris, & dei filij spiritũ, qui uere rectus, uere sanctus, uere omniũ (inq̃) spirituũ princeps est, quippe qui deus æqualis est patri & filio, perfectam trinitatem efficiens, qui semper præsens est, ut suos in eum credentes, uel recta, uel occulta doceat. Is est, qui omnẽ ueritatem docet, qui

Spũs principalis.

cet, qui suggerit, quid probe, quid bene, aut cogitemus, aut loquamur, aut agamus. Recte spiritum principalem hunc appellat. Magna igitur causa tantopere cupit, ut hunc spiritum habeat, illiq; hic spūs restituatur, cuius suauitatem, & bonitatem, prius & sæpe, & diu gustauit. Longe ergo auidius huius spiritus restitutionem optat. Quod autē ter spiritum hic repetit, non alienū uidetur, ut trinitatem personarum intelligamus, quæ una uoluntas, unusq; spūs est. Redde igitur mihi hunc (inquit) spiritum, ut occulta intelligam, et apud alios doceā. Hoc tuo spiritu effice, ut de fœdo peccatore sim ego tuæ gloriæ, tuæ maiestatis, tuæ misericordiæ, assiduus prædicator. Hunc enim thesaurum, non ponā in abscondito, talentū in terra nō occultabo. Sed solicite

Docebo iniquos uias tuas.

Vt illi & te, & tuam maiestatem, bonitatem, potentiam, misericordiam non ignorent. Sic de persequutore, factus est Paulus electionis uas ad portandum nomen domini per omnes gentes, quia spiritu principali, cōfirmatus est. Sic iniquos (inquit) docebo uias tuas, uerbo & exemplo. Vias (inquit) mandatorū tuorū iniquos docebo. Conabor, ut ab iniquitate abhorreant. Studiose eas admonebo gentes, quæ adhuc incredulæ sunt, & te nullo modo agnoscunt, et quæ in circuitu sunt nationes.

Et impii ad te conuertentur.

Hi enim uere sunt impij quia te nō agnoscūt. Dic in psal. 1. Sed eos hortabor, monebo solicite uerbis tuis instruam, ut priorem idololatriam, assuetā (inquit) fœdam uitam abijciant, & te uerum deum agnoscant, tuisq; legibus, & mādatis se subijciant. Sic efficiam tui spiritus gratia, ut si non omnes, multi tamen ad te conuertantur, qui prius erant impij. Ne sim igitur ego reprobus, qui alijs tuum uerbum denunciabo, utq; liberius securusq; denunciare ualeam, supplex precor. *Viæ dei.*

Libera me de sanguinibus, deus deus salutis meæ.

Libera me de ueritatis hostibus. Solent enim esse ueritatis multi persequutores, uere impij homines & sanguinarij. Ab his libera me. Id quod si feceris, & iniquos docebo, & exultabit lingua mea iusticiā tuā, læte & alacriter, et solicite, gloriā tuā cātabit lingua mea. Aliter. Libera me de sanguinibus. Hoc est, libera me de huius (inquit propheta) peccati turpitudine (hoc enim sanguis quoq; significat, dic in psal. 5.) in quo multa sequuta sunt homicidia, ut diximus. Libera, ne sanguis (inquit) eorū in exitium meū uertatur, libera me de alijs inimicis, qui animā meā quærūt, tam externis, q̄ internis, innoua in uisceribus meis spiritū sanctū, & confirma me spiritu principali, &c. Pro orationis uehemētia repetit, Deus deus salutis meæ. Vere deū suā salutē agnoscit, auditores omnes docens, a quo omnis salus. In nobis enim ipsis, qui natura, nisi per gratiā (ut pauloante) corrupti sumus, nihil nisi turpis concupiscentia, pronitas ad malū, &c. In homine, uana salus. Non est intelligens, aut requirens deum, usq; ad unum. In huius mundi potentia, et diuitijs, mera uanitas. Salus igitur in solo deo. Me igitur libera benigne (inquit) deus, a crudelitate persequutorū oīm, uel corporis, uel spūs. *Psal. 5.* *In reb⁹ q̄buscunq; alijs præter deū, q̄ sit nulla salus.* *Psal. 3.*

Et exultabit lĩgua mea iusticiā tuā.

Non oscitanter, non frigide, nō ægre, non inuite, tuā iusticiā, tuā legē, tuā bonitatē in bonos, seueritatē in alios denūciabo, sed id faciā solicite, gaudenter, & oī animi alacritate, ut iniquos peiores doceam tuo uerbo. Hinc ait. Exultans (inquit) et gaudens cātabo, id ē (ut uertit Hiero.) laudabo tuā iusticiā apud oēs, assidua tuæ laudis prædicatione. Sūt eni dulcia faucibus meis eloquia tua super mel ori meo, Dulciora (inq̄) sup mel & fauū. Exultās igit id faciā, neq; tamen meā (inquit) ignorantiā & imbecillitatem ignoro. Quamobrem *Oī alacritate denūciandū uerbū dei.*

Domine labia mea aperies.

Alias quidem non me latet, q̄ indignus sim, quàm ineptus, quámq; nihil proferre, aut te dignum, aut alijs cōmodum possim. Tu igitur da

tur da mihi in ore quod loquar, & aperi labia mea, quibus loquar. Alias quidē nesciam loqui, quia puer, quia infans ego sum, nisi mittens manum tuum, os meum tangas. Opus est, ut omnia tu agas in me, si quicquam bene agam, tam res nihili sum ex me, ut absq; tua gratia, nihil probe aut bene agere ualeam. Tu ergo pro bonitate, labia mea aperies.

Hiere. 1.

Et os meum annunciabit laudem tuam. Tuam (ut paulo ante) magnificentiam, bonitatē &c. tua mirabilia, quæ fecisti pro seruis tuis in cœlo, in terra, in inferno, tua priora occulta, quę manifestasti mihi, tuum deniq; uerbum, in quo est omnis iocunditas, omnis salus, in quo gloriosum nomen tuum docetur. Hanc tuam laudem os meum annunciabit, prædicabit, celebrabit solicite. Hęc sunt, quæ tibi maxime nūc placent postq̄ filium tuum deus pater misisti, qui nos uere lauat suo sanguine. Miserere igitur mei &c. Dele iniquitatem, laua me, munda me, &c. Aliud enim nihil est, quod me mūdare potest, nisi magna misericordia tua.

Laudes dei.

Quoniam si uolueris sacrificium, dedissem. Sacrificium in hoc loco, animalium illam mactationem uocat, quæ pro tempore, & quadam necessitate in figura dabatur iudæis. De quibus in psalmo proximo præcedente. Hoc sacrificiū (inquit) non quæris modo a nobis, non uis, ut in eo spem habeamus, seu constituamus, peccatum lauare, mundare, tollere non potest. Si enim hoc solum uoluisses, ad delendum peccatum, si hoc satisfuisset, ampliter dedissem. Sed in hunc finem, nihil minus exigis.

Vtiq; holocaustis nō delectaberis. Vt pro peccato satisfaciant, ut in illis spem nostram ponamus. Non enim in hunc finem holocausta statuisti. Modo quoq; cessant, modo sanguine taurorū non placaris. Postquam uenit legis consummatio (lex enim usq; ad Ioannem) non delectaberis holocaustis, prisco illo sacrificio. Non iuuabunt, abolebuntur, cessabunt iudaicæ cæremoniæ. Illis non delectaberis, te non placabunt, neq; amplius erūt tibi grata, prisca illa sacrificia. Inter quæstiones noui, et ueteris testamēti, quæstione. 103. duo fuisse genera sacrificiorum. Docet Aug. alia scilicet quæ lege fieri mandabantur, alia uoluntaria. Hunc locum de uoluntarijs intelligi asserit. Eum lege. De compluribus sacrificiorum generibus, docet Chrisost. Dic in psal. 4. 19. et. 39. Non te fugiat lector, prophetam hic in recto priore spiritu non in ueteri, sed in lege Christi uersari. Prædicit igitur illa futura, de aspersione sanguinis Christi &c. Vidit & gauisus est, uidit certa fide uerum sacrificiū Christi. Sic uidit Abraham, diem Christi in euangel. Cum ergo uersetur in lege Christi, docet ea quæ digna sunt Christo. Docet abolita priora sacrificia. Hęc erāt de prioribus quoq; occultis, quæ docuit eum spiritus principalis. Hunc locum detorquent nōnulli nostra ætate, ut oīa externa, omnes ritus, omnes cæremonias damnet propheta. Id quod nihil minus facit. Neq; damnat iudæorum sacrificia, quæ illis præcipiebantur uerbo dei, quamdiu licita erant. Simulatq; uero legis translatio facta est, in melius omnia mutata sunt. Legē adimpleuit Christus, tam de uaticinijs, quæ prius de eo loquebantur, q̄ de perfectione doctrinæ. Aliud igitur modo est sacrificium tibi deo gratum, quo per tuam (inquit) misericordiam expiantur, & purgantur peccata. Omnē itaq; populum alloquens, quod nam sit modo sacrificium a peccatore, deo cum primis gratum, peccatores & iniquos docet. Hinc ait.

Abolita prisca sacrificia.

Legem impleuit Christus.

Sacrificiū deo spūs contribulatus. Si quidē ores dies noctesq;, miserere mei, laua me, mūda me, aspergas me, seu millies mille huiusmodi, nihil tibi prodest, nisi ab hoc sacrificio incipias, nisi pro peccato posteaq̄ benignū deum tua turpitudine grauaueris, spiritum contribulatum, et cōmotum habueris, tibi pro peccato irascens, quod benigni dei præcepta cōtempseris. Dic in psal. 6. 31. & 37.

Nunc

Nunc itaq; ad deum uersus. Hęc (inquit) benigne deus doceo, tuo spiritu principali sic doctus. Hæc sunt de occultis, quæ manifestasti mihi. Ad impios, ad peccatores hæc loquor. Pœnitentiam agite. Hoc paßim, & a principio docuisti, cum ad Niniuitas tuum prophetam Ionam misisti. Docuisti in tuo Leuitic. ut qui intellexerit delictum suum, agat pœnitentiam pro peccatis, & tum demũ offerat se deo, misericordiam petens. Id quod si fecerit peccator, certaq; fide in misericordia tua, ueniam & remißionem petat, certũ est, quod

Pœnitẽtia opus est, ad pctõrũ remissionem.

Leuitic. 5.

Cor contritum & humiliatũ deus non despicies. Hoc perspicue indicat prior illa historia de Niniuitis. Duo sunt, quę docet pphета maxime necessaria, ut cor contritũ habeat per pœnitentiam, & ut se humiliet per confeßionem, et peccati agnitionem. Hinc in ueteri testamento, sacco induti sunt, et in cinere, uel terrę puluere dormierunt, cineręq; capita spargebant pœnitentes. Quibus & humilitatem cum primis, & internum animi dolorem declarabant. Talem agebant pœnitentiam Niniuitæ, corpus quod deliquit, ieiunio affligentes, aßiduaq; oratione, misericordiam a deo efflagitantes. Hęc est pœnitentia, quæ deo placet, modo certam fiduciam addamus in misericordia dei, ut iam diximus. Animo cum primis humiliemur oportet, cum absq; humilitate, deo nulla res grata fieri a nobis potest. Nullis enim, nisi humilibus, dat ullam gratiã deus. Superbis resistit. Eos pro aduersarijs maxime habet. Si uelis ergo criminis remißionem, humilia ualide spiritũ tuũ, ut docet ecclesiasticus. Et quo maior es, humilia te magis, in omnibus, & coram deo inuenies gratiam. Nam a solis humilibus honoratur. Ad quẽ (inquit deus) respiciam, nisi ad pauperculum, hoc est, humilem, & contritum spiritu, & trementem sermones meos. Hinc admonet paßim Christus. Nisi efficiamini sicut paruuli, non intrabitis, &c. Beati igitur mites, &c. Quicunq; uoluerit primus

Pœnitẽtia placens deo.

Eccles. 7. & 3.

Esai. 66.

Math. 18.

esse, fiat seruus, id quod suo docuit exemplo. Omnẽ enim gloriam, omnẽ utilitatem, pręcedit humilitas, inquit sap. Humiles itaq; simus oportet, si quicquam a deo sperare uelimus, contritum, afflictum, prostratumq; animũ habeamus. O magnã humilitatis gratiam, quæ ab omni arrogantia abhorret, propriã omnẽ dignitatẽ, nihili estimans, tota pendens a bonitate dei. Hinc uehementer, et supplex orat propheta, ut huius benigni dei aduentum, qui secum hanc misericordiam adferet, cito uidere poßit. Hinc ait.

Prouer. 15

Humilitatis gratia.

Benigne fac domine in bona uoluntate tua syon, ut ędificẽtur muri hierusalem. Optat Christi aduentum, ut in psal. 12. Quod ait in bona uoluntate, indicat ex bona dei uolũtate, omnia, quæ nobis utilia sunt emanare. Nostris enim operibus nihil meremur, ut nobis hęc redemptionis beneficia conferat deus. Cum enim adhuc essemus inimici, reconciliauit nos &c. Hinc orat. Benigne fac domine, pro tua bonitate, ut cito uenias in bona uoluntate tua, quãmuis nihil meriti sumus, tibi potius inimici. Benigne fac syon, hoc est, futuræ tuæ fidelium ecclesiæ, ut ædificentur muri Hierusalem, muri, & propugnacula, huius tuæ ciuitatis, ut per tuam gratiam tuta sit ab omnibus hostibus, ut sit ciuitas munita, columnam ferream, & murum ęreum habens, quam optatißimo tuo aduentu lætificabis, omnesq; ad hanc ciuitatem uocabis, faciesq; utraq; unũ, et maceriæ medium parietem solues, euangelizans pacem omnibus, qui longe & prope sunt, &c. ut ait apost. Fac benigne domine, ut sit ciuitas una omnium populorum, ut sit unus pastor, & unum ouile, ut sit hęc ciuitas bene ædificata, bene fundata super firmã petram, habeatq; fundamenta duodecim, ut ait Ioan. in Apocalips. in qua habitent fideles tui, extra quam nulla erit sana habitatio. Sic ædificabuntur muri Hierusalem, & tuta, firma, & absoluta erit ciuitas. Huius ciuitatis muri,

A bonitate dei, oĩa nobis utilia.

Hiere. 1.

Psal. 45.
Psal. 49.

Ephes. 2.

Apoc. 21.

muri, sunt beati & sancti uiri, praeciosi lapides, super unam firmam petram aedificati. Quod cum factum fuerit, id quod futurum certo (inquit) certius credimus.

Tūc acceptabis sacrificiū iusticiae.

Quia non erit amplius animalium mactatio, sed docebimur uerū sacrificiū iusticiae, & laudis, ut in psal. 4. & proximo superiore diximus, hoc est, ut in spiritu te deū scilicet adoremus, tibi gratum sacrificium, et hoc a nobis libenter acceptabis, eritq; tibi grata nostra. — Psal. 4.

Oblationes & holocausta.

Oblationes fidem, charitatem, orationes, ieiunia, eleemosinas, innocentiam, uitę integritatem intelligit. Haec nunc recte offerentur (inquit) tibi, & erunt tibi accepta & grata, postq̄ per aduentū filij tui reconciliamur tuae gratiae, & reconciliationis fidem accepimus, sine qua impoßibile est tibi placere. Holocausta quoq; nostra acceptabis, hoc est, carnis mortificationē, nostri abnegationē usq; adeo, ut uitam nostram odio pro Christo habeamus, a nostra uoluntate non pendeamus, omnia referamus tuae uoluntati, quaeq; sunt huius saeculi paruifaciamus, non corporalia, ut in ueteri testamento, sed coelestia, et regnū coelorū fide apprehendamus. Interim crucem nostram feramus, ipsamq; mortem, si res urgeat, non declinemus, ut iusticiae, & huius fidei martyres, hoc est, testes simus. His (inquit) oblationibus, his holocaustis, tum delectaberis, cum benigne feceris in bona uoluntate tua syon, quia — Oblationes. Holocausta. Martyres

Tunc imponēt super altare tuum uitulos. Alludit ad ueteris testamenti morē, quando in sacrificijs mactabatur, & in frusta concidebatur uitulus, super altare lapideum. Dic in psal. 28. Sic imponent, sic offerent fideles post Christi aduentū, uitulos, pergratum fructum fidei, opera scilicet bona, grata sacrificia, seipsos deo in sacrificium dabūt, eo quo diximus modo. Hęc est hostia deo placens, ut ait apost. hoc est reddere uitulos, — Psal. 28. Rhom. 12.

uberes scilicet fructus labiorū, ut ait Oseas. Deo perpetuas laudes, gratiarū actiones, & uere deum in spiritu adorare, &c. Et hęc offerent super altare (inquit) tuū, hoc est, apud teipsum, & filiū tuū, qui factus est nobis, hoc est, nostra causa, altare tuū, & holocaustū, & sacrificiū. Simus ergo parati, ut extra castra, cum hoc nostro holocausto exeamus, ut quēadmodum ille passus est nostra causa, ita, si res exigat, et nos patiamur, ut simus uituli in holocaustum, ut monet apost. Improperiūq; quod sustinuit saluator, idem sustineamus non detrectantes, sed ultro nos ad id offerentes Christi causa. Haec sunt modo sacrificia, quae deo grata sunt, ut deum recta, & certa fide, et cognoscamus, & agnoscamus, amemus, et timeamus, & pro dilectione eius, proximum quoq; diligamus, parati, ut in gloriā dei, bene operemur apud omnes. Ab omni malo, & specie mali declinemus. Si aliquando in peccatū inciderimus, ad huius psalmi modū, supplices deū precemur, delictū nostrū agnoscentes, et confitentes; ut nostri misereatur, nobis ignoscat, pro magna misericordia sua, nō pro nostris operibus, meritis, et satisfactionibus, quae longe insufficientia sunt, quamuis ne id quoq; deo ingratum est, immo necessarium, ut offeramus deo sacrificium nostrum, oblationes, & holocausta nostra, ut supradiximus, ne nosmetipsos negligamus, ne cum uenerit pater familias, abijciamur serui inutiles in tenebras exteriores, &c. Simus igitur instantes (ut monet apost.) in oratione, ut lauet nos optimus deus, et amplius lauet, mundet ipse a peccato, auertat faciem a foeditate nostra, omnes nostras iniquitates deleat, cor mundum in nobis creet, spiritum rectum, sanctum, principalem, in uisceribus nostris inserat, liberet nos de sanguinibus, de commercio, de cōmunione, de periculo peccatorum, ne illorum societate (id quod periculosum est) illaqueamur, ut diximus in psalm. 1. & 17. Simus aßidui in bonis operibus, ignaros doceamus, tristes consolemur, esurientes cibemus, — Osee. 14. Hebr. 13. Epilogus in uitam Christo gratam. Colloss. 4. Psal. 1. & 17.

cibemus, &c. Læti pro Christo persequutiones patiamur &c. Et tum quidem haud dubie, reddet nobis benignus, & misericors deus, læticiam salutaris sui in fine. Interim uero spiritu principali confirmabit, & roborabit nos, ut simus ex electorum numero filij dei, cohæredes cum saluatore nostro Christo Iesu. Amen.

Orat in huius psalmi principio, graui peccato afflictus, ut misericordiam & remißionem impetret. Docuit impetrasse per fidem in aspersionem sanguinis Christi, cum corde contrito & humiliato hoc est, dolore & pœnitentia de peccatis. Certa fide huius prophetæ exemplo, oremus ut impetremus. Doleamus, ne frustra oremus, cum nulla sit misericordia, ubi non est pœnitentia, quæ declinat a peccato, ut faciat bonum. Pœnitentię uirtus.

Londini in ædibus Thomæ Bertheleti typis impress.
Cum priuilegio ad imprimendum solum.
ANNO. M. D. XXXIX.